

~~23-10-1917~~

A
10
201

23-10-1917
Ab Af
3p. Received

No 1
18-201



R. 31 83
PONTI HEVTERI DELFII, PRAEPOSITI ARNHEMENSIS,

RERVM BELGI-

CARVM LIBRI QVIN-

DECIM, QVIBVS DESCRIBVNTVR PACE
BELLOQVE GESTA A PRINCIPIBVS AVSTRIACIS
in Belgio, nempe

MAXAEMILIANO primo Caesare,

PHILIPPO primo Castellae Rege,

CAROLO quinto Caesare,

PHILIPPO secundo Hispaniarum Rege.

*Continentur hoc Opere ea potissimum qua haectenus ab alijs sunt omissa,
aut obiter tantum narrata.*

*Praemissus est Operi libellus singularis de vetustate & nobilitate fa-
miliae Habsburgicae ac Austriacae.*

Additus est calci Index rerum memorabilium amplissimus.



*De la lib. de l'Univ. de la
Mer. de Br. 1721
S. 1721*



ANTVERPIAE,

Ex Officina Martini Nutij, ad insigne duarum Ciconiarum.

M. D. XCVIII.

Cum Gratia & Privilegio.

Lucæ ab Opmeer Delfij, I. V. D. Regi à Conſilijs
Admiraliratis, in R. D. Ponti Heuteri Hiſto-
riam carmen ad Lectorem.

*Heroum præclara ſtudent cognoscere facta,
Vitas Austriadum, ſtemmata, progenies,
Te Pontus certum per pontem ducet in Urbem,
Rectè commemorans non memorata prius.*

*Carmen numerale editionis annum continens, Ortonis Egmondij,
Zallandia Droſſardi.*

EXILII RVdIVM, qVod Confert DeLſi CVs HeVter,
LeCtorIs toLLetædia læpe ſVI.

AD SERENISSIMUM GENEROSISSIMUMQUE PRINCI- PEM ALBERTVM, AVSTRIÆ ARCHIDV- cem ac Cardinalem, Archiepiscopum Toletanum, Belgarum Burgundionumque Pro-Regem.

AVTHORIS EPISTOLA DEDICATORIA.



N lucem emiſſurus, Sereniſſime Princeps, libel-
lum de gentis ſtemmatifq; Habſburgij Auſtriaciq;
vetuſtate nobilitateq; ac publicaturus Rerum Bel-
gicarum libros quatuordecim, quibus narro qua
domi forſique fortiſſimè felicifſimèque ab anis
maioribusque tuis, Auſtriacæ familia Heroibus,
tam qui in Germania, quàm, continuata in hunc diem ſucceſſione,
Belgis, Hispanis, Italis, ac nouo Orbi imperarunt, ſunt geſta. non in-
ueni cui hæc iuſtius, quàm Ceſtitudini veſtræ, dedicarè: quòd probos
bonoſque Belgas ingentem de adminiſtratione tua ſpem animis con-
cepſiſſe videam, litteratoſque amicos ita fieri debere omnes cenſere
intelligam; denique quòd animi veſtri erga bonas literas liberalita-
tem expertus, aliter facere nequeam, nec debeam. Narrabit ſub com-
pendio libellus de Habſburgicorum Auſtriacorumq; vetuſtate nobi-
litateq; Hiſtoriæ præmiſſus, maiorum tuorū conditiones, (origo enim,
ob nimiam vetuſtatem, præter veriſimiles coniecturas nil habet) ſuc-
ceſſiones, rerumq; conuerſiones, antequam ad iſtud, in quo hodie com-
ſpicimini, ſaſtigiū conſcēdiſſetis, præcipuè verò quàm bonis artibus
ac immenſo labore ab anno Chriſti 1478. uſque in præſentem annum
1598., quod eſt interuallum centum viginti annorum, diuina diſpoſi-
tione inter aduerſa & proſpera variè iactati, ac à potentiſſimis
Chriſtiani Mahumetaniq; Orbis nationibus, iunctis ſubinde viribus
opibusq; ingenti apparatu oppugnati, ad hanc potentiam iuſte per-
ueneritis. Rationem felicifſimi huius progreſſus veriore, nec ar-
tem compendioſiorè inuenies, quàm Auſtriacos admirabili proxi-
ma par-

ma parte concordia eadem calcasse vestigia, incessisse via, pressisse semitas, coluisseque leges, eundem omnes esse veneratos diuini Numinis cultum, ysdemque Religionis Catholicae Sacramentis colligatos, indissolubili nexu coherere, ac proinde nil mirum si cumulum laudum honorumque maiorum suorum in immensum auxerint, stabili firmoque decoris familiae fundamento excelsis animis inaedificare pergant. Hac intelligere ac conari, diuinae scholae discipuli est. Non enim tutior adhuc via, certiorque reperta est ratio, qua Respublica ac Regna ad senium aliquando peruetur a melius stabiliri possint, quam cum Principes conseruandis maiorum legibus enixè student. Legum autem omnium caput & fundamentum est Religio, prodita diuinis oraculis, interpretata ac non interrupto consensu obseruata per maiorum manus, sanaeque mentis animique hominibus per signa partim res diuinas exhibentia, partim significantia, gratis oblata traditaque. Fucatus enim simulatusque Dei cultus, eiusque innovandi flagrans studium, ex effrenamenti sinu prodies, quum summis tantum innatet labijs, Religionis arcana, captum humanum superantia, contemnit, cultum externum, ac qualiacunque signa, pro ludicris scenarum habet fabulis. Hac vera esse, omnium superiorum temporum docent exempla. Etenim apud sinceram mentis Dei cultorem veram videbis pietatem, quam rectissime Cicero omnium virtutum vocat fundamentum, ac proinde apud hos leges amore coli, disciplinam virtute stabiliri, generositatem probitate consistere, hocque satellitio iustitiam (cuius Cicero fundamentum statuit fidem) sartam tectam unicuique suum tribuere, subditos defendere, ignauos excitare, Quatores coercere, hostes repellere, vim violentiamque quacunq; ratione intentatam vitare ac dissoluere. Fucati cultoris animum si penitus introspexeris, ipsam cernes impietatem, omnium errorum vitiorumque matrem, ac proinde momenta Religionis parui fieri ac contemni, legum violentam auctoritatem, disciplinam instabilem probis incommodam, ac non raro noxiam, iustitiam venalem, auaritiam, ambitionem, simulationem, ac inuidiam rerum Dominos, unde tandem inextricabilibus implicati negotijs, nervos Reipublica si non plane succidi, certe insanabili vulnere debilitari sentient, in studia subditi contraria abibunt.

abibunt, melior saniorque pars alienabitur, Religionem mutando perdunt, succedit generositati infida vafrities, probitati versuta e simulationis officina prorepens, vis verò ac violentia, varijs se insinuantes artibus, in apertam tandem tyrannidem prorumpunt, diuina humanis miscent, nilque incontaminatum relinquunt. Vera, qui Historias euoluerunt, me scribere norunt, neque solum Hebraeorum ob dictas causas populo, sed maxima terrarum Orbis parti haec obuennisse sciunt. Pauca enim Regna, paucioresque Respublicae, integra stabilique valetudine ad perfectam senectutem proeecta, senio defecere: complures ante absolutum iustae aetatis decursum, aut ipso vigoris flore, dictis morbis interiere. Quarum rerum testimonia an non & nostrum exhibuit saeculum illustria? Diuino procul dubio munere Hispania ac Italia, aliorum doctae erumnis incommodisque, quantum potuere, leges diuinas ac humanas à maioribus acceptas, seuera sapientique ratione antiquo in statu auctoritateque conseruant: unde Italiam florere, Hispaniam supra omnia Europae Regna caput extollere, opibus crescere, numerosissimis potentissimisque, quibus ambitur, hostibus fortiter viriliterque resistere videmus, ceteris decrefcentibus, aut veterem potentiam, partamque à maioribus auctoritatem, agretuentibus. Tantilli res est negotij, letam domi pacem, aut perpetuum habere bellum; cum omnibus idem sentire, aut cum singulis singula amplecti; inuidere nemini, aut liuido oculo defluentem ex alto in alterius sinum agrumque caelestem aspicere rorem fauoremque; certum è sanae mentis dictatu, in quem collinemus, figere scopum, aut cum erraticis erronibus caeca ratione agrotaque mente vagari, sensibus disspalari, alijs nec sibi-ipsis quietem dare. Sed roget aliquis qua maxime ratione Principes absolute imperantes, nec Regni negotia soli procurare valentes, duraturam Imperij quietem, legum morumque inconcussam stabilitatem parare poterunt? Si Academiae Authorem audis, Principe philosophante. Si Christianae Philosophiae Doctore aures praebes, Regnum Dei, eiusque adipiscendi rationem, quam vocat iustitiam, querendo. Si ab utroque dissentientes, Principe nunc leonem, nunc vulpem imitantem. Philosophatur Princeps, quum ad utriusque iustitiae normam

generoso sua ac forti dirigit animo. Id autem recte fieri aegerri-
me potest, nisi ea sit praeclara animi perspicacitate, mentis vi, iu-
dicii acrimonia, ac rationis lumine, ut omnium, qui arcana secum
ac communia pacis bellique tractant consilia muniisque, conditio-
nes, mores, indoles, ac ad virtutem vitiaque procliuuitates habeat
notissimas. Diuersissimis enim homines conditionibus, si vspiciam
terrarum, in Principum Aulis, familijs, conclauiibus, ac cubiculis
versantur. Improbi quidem adulatione simulationeque se insinuant,
ad omnia mutabiles, temporibus hominibusque, ut res priuatas au-
geant, seruietes, clam ac palam, bonis malisque artibus ad summa
contendentes; probi vero vocati tantum intrant. Facile autem inter-
noscentur. Malis enim utentes artibus, omnia commodo ac vili-
tate metiuntur, hacque de causa factionibus implicati, amicitias
his seruituras tantum admittunt, auaritia ac ambitione aguntur,
inuidia anguntur, mordent, traducunt, ac male loqui flagrant, de-
nique à Principis intricatis negotijs, Reipublicaeque, tumultibus, rem
facere, potentiam stabilire, auctoritatem parare, similiaque ma-
ligna prudentia secreta consilia cum sui similibus inire videbis:
bonis innixi artibus, hoc solum ob oculos habent, Principis ut di-
gnitas existimatioque, publica vero quies ac bonum, rebus omni-
bus praefertatur. Hi sine inuidia, factione, ac auaritia res Princi-
pis populique tractant, opes honoresque sibi nec suis defuturos,
saluo Principis Reipublicaeque statu, prudenter iudicantes. Regnum
Dei, eiusque iustitiam, Princeps querit, cum probitatem ac in-
nocentiam sectatur, pietatem Religionemque non simulate colit,
nullaque de causa horum è gradu diuelli se, nec semitis educi si-
mens. Leonem vulpemque imitatur, quum iustitiam probitatem-
que omnibus in actionibus palam praetendens, vim in abdito
parat, ac, ut omnia deprauata voluntatis sua cecis affectibus pa-
reant, omni arte molitur. Quos vero è tribus maiores tui ac
aui sint secuti, si de matris queris, Rerum Burgundicarum li-
bros à nobis anno 1584. in publicum emissos euoluit: si de pa-
ternis, Rerum Belgicarum nunc primum è praeulo prodeuntium vo-
lumina perlegito, & luce meridiana clarius apparebit, nil auis
maioribusque

maioribusque tuis in Religione fuisse constantius, pietatis cultu
sincerius, legum conseruatione diligentius, disciplina efficacius, er-
ga iustitiam sanctius, fide continentius, in communi vita tem-
perantius, nec ad parandam augendamque auctoritatem pruden-
tius. Proinde nil mirum, si capitaliores nunquam habuerint nec
habeant hostes, quam veterum Religionis legumque contempto-
res, disciplina perturbatores, impios, similesque impura vita ac
agrote mentis homines. Quam vero amarint continentiam tem-
perantiamque, Aula eorum frugales & modesta, matrimoniisque
leta sobole fecundissima, loquuntur. Hinc in bellis (si summam
finemque spectes) praesenti auxilio Dei semper adiutos reperies,
multaque alia caelitus accepisse dona, quibus non solum Austria-
corum Regna, sed corpora ac mentes diuino nutu agi regique iu-
dicare possumus. Quid igitur mirum, si undecim Caesares ex hac
familia Germani quaesierint? si isti (diuersa quanquam fortuna)
cum laude ac auctoritate praefuerint? hereditarias Ditiones, Im-
perij maiestatem: limitesque, maximis rebus gestis defenderint?
Ita ut verissime Austriacos à summo Numine suscitatos pro-
tectosque dicere possimus, Dei ut essent dextera, qua Catholica
Religionis antiquus status, ac à Iesu Christo per maiorum manus
ad nos manans veritas, defenderetur, contraque innumerabiles
coniuratos hostes protegeretur; falsitas vero, mendacium, ac im-
pietas, hydrae nunquam quiesca, compefcerentur: boni ac probi ha-
berent ubi tuto delitescerent; mali ac improbi, quod horrerent
ac reformidarent. Horum non postremum Celsitudinem vestram
futurum plane confidimus: Achillem te, clypeumque Belgici Re-
gni, verè mellis lactisque copia abundantissime fluentis, expectamus:
Iosuen è caelo. Duce[m] nobis. missum amplectimur, ac non solum
sanguine & fortunis iuuare, sed continuis ad Deum sacrificijs,
votis, pijs purisque precibus fuis defendere, protegere, ac ad fa-
talem usque horam summo desiderio conseruare cupimus. Si libe-
riori stylo Epistola decurrit, Celsitudinis vestra studiofissimo sa-
era conditionis viro, sexagesimum annum egresso, neque alijs quam
Austriacis Principibus parere consueto, condonabis; dedicatque
Operis

EPISTOLA DEDIC.

Operis exiguum (pro tua amplitudine) munusculum sereno vultu recipere, & ab obloquentium sannis protegi defendique nominis tui splendore dignaberis. Interea acceptam è caelo Spartam, maiorum vestigijs, tuo innixus fato, exornare pergito, ac corpore mentisque semper valet. Bruxella Brabantia.

Εἰς Πόντον Εὐθερον, τὸν τῆς Σεκεανικῶν
δυναστῶν ἰστορίας συγγραφεύα.

Χρήματα πολλά θέρος, καὶ χρήματα πόντος ὀπάσει·

Πόντος εὐπλοία, τὸ θέρος εὐφορία·

Εὐθερος ἄλλ' ἡμῶν Πόντος περιφέρτερος ἀμοιβῶν·

Ἀφνεὶς ζαθέη νοῖο πολυφροσύνη·

Καίρε Σεκεανικῶν τ' ἀρχόντων λαμπρὸν ἐνιγλύφαις

Πρήγματα Μνημοσύνης σάνισιν ἀθανάτοις·

Εὐγεῦθεν σοὶ δόξα πελεῖ Πόντ' Εὐθερ' ἕως ἀν

Εὐπλοος ἢ πόντος, τὸ θέρος ἡϋφόρον.

Πάντ' ἐν ἀγάπῃ.

AVTHOR AD LECTOREM.



ANNI sunt tredecim, amice Lector, quòd in hominum manibus emiserim rerum Burgundicarum libros sex, Philippo secundo, Hispaniarum Monarcha, dedicatos, quibus Burgundionum origine demonstrata, Regni Regumque fortuna commemorata, tandem qua ratione in Ducatum Comitatumque abierit doceo, Ducum Comitatumque successione, Belgici Regni adeptionem enarro, finioque Opus morte Caroli Pugnacis, postremi Burgundionum Belgarumque stirpis Francicae Principis, ad Nancæum, Lotharingæ Caput, à Germanis Helvetijsque anno 1477. cæsi. Qua autem ratione Burgundiæ Principes Belgarum Imperium sint adepti, dicto Opere abude describo, in Vita Philippi Audacis, Ioannis Intrepidi, Philippi Boni, ac Caroli Pugnacis. Exinde Burgundi Belgæque, nuptijs Mariæ filia hæredisque vnicæ dicti Caroli Pugnacis cum Maxamiliano primo Cæsare initis, in potestatem Principum Archiducumque Austria peruenere; quorū res gestas diffuse præsentis Opere describo, incipiens dicto anno 1477. à morte nimirum Caroli Pugnacis: quarum rerum cognitione, nescio, Lector, maioremne voluptatem an vtilitatem sis consequuturus. Sonuere enim ac sonant indies Austriacæ tubæ tympanaque per Græciam, Hungariam, Bohemiam, Dalmatiam, Illyricum, Rhetos, Germaniam, Italiam, Hispaniam, Franciam, Belgium, Numidiam, Mauritaniamque. Audiunt etiamnum hodie vastissimi Oceani innumera-biles Insulæ, ac inexplorati Continentis immensus ambitus, ipsique olim non ab omnibus crediti, nunc verò reperti, vestigijs vestigia prementres Antipodes, horumque in gyrum vicini. Cui harum rerum sola lectione acquisita cognitio voluptatem vtilitatemque non afferat? Voluptatem quidem ob ingentem admirabilemque rerum, quæ narratur, in actionibus consiliisque varietatem mutationemque; vtilitatē, hinc consideratione inanitatum vanitatumque humanarum rationū actionumque, nimium per sæpe procellosis affectuum astibus indulgētium, feruentium, fidentiumque; inde admiratione diuinæ potentia, quæ stabili semper perpetuaque sanctissimæ voluntatis suæ providentiâ per secunda aduersaque, læta ac tristia, ad destinatam metam consilia rationesque suas stupendo modo perducere nouit. Quarum rerum (omnis bellici furoris periculique expertes) iucundissima imbuti, librorum historicorum auxilio, doctrina, non video quo modo melius rectiusque in huius vitæ densissimis tenebris ad Dei cognitionē, admira-

** rationem,

rationem, amorem, ac denique naturalem supernaturalemque cultum perducere (post diuinæ institutionis in Catholica Ecclesia gratiam) ac peruenire quis possit. Certè multo tranquillius patientiusque æstates nostras ac hiemes, certo modo definitas, veris quoque ac autumnii declinationes transigere, nemini que nocendo, compluribus bene facièdo, caducæ vitæ tristes dies, latiores pacatioreſque reddere possumus. Sed de his factis, pauca enim alia mihi, Lector, es admonendus: nimirum, me non per omnia veteres nostrique temporis secutum scriptores, qui illustrium virorum vitas publicarunt; sed ita clariora queque describere, vt minutiora ab aliis pro parte neglecta non præteream. Non enim annorum solum ordinem, vt illi, studiosè obseruo, (à Calendis Ianuarij semper annum numerans) sed menses etiam ac dies, quod illi contempserè, subinde annoto. Deinde minutissima quæque prælia, ac pugnas velitarias describo, tres, duos, aut vnum captum cæsumque narro. Accipe causam. Quo modo ciuiliſ vitæ per terrarum Orbem modus, quem Græci πολιτεία vocant, sepiſsime sit mutatus, notissimum est his, qui cultiores euoluerunt Authores. At non minorem in gerendis bellis accidisse conuersionem, iisdem optimè constat. Exempla afferre, ingentis esset laboris & operis. Patet enim ex omnium temporum scriptoribus, maximèque historicis, indies priuata, singulis sæculis publica, admirabiles in politia, ac bello, mutationes sensisse. Immutata sunt arma quibus pugnamus ac tegimur. Muniendarum Urbium, Oppidorum, ac Arcium, earundemque oppugnandarum defendendarumque, ingens facta est metamorphosis. Quid veterum tormenta cum nostris cõmune habent? Munita olim loca operosissimè, nunc violentissimè oppugnantur. Propugnationes tunc artificiosæ, ac pro parte incruentæ, nunc operosæ ac sanguinaræ. Ingentibus olim exercitiſ in aciem eductis, vera virtute, multoque effuso sanguine, victoria quærebatur, belloque finem tempore exiguo faciebant: nunc exiguis eductis copijs, struendis insidijs, varijsque excogitatis stratagematibus alter alterum opprimere conantur; non de rerum summa vnus diei conspectu decernentes, nec vno prælio sanguinis torrentes produxisse contenti, sed bella in multos annos protrahentes ducentesque, ac minutis tantum prælijs Martem cientes, plus vno interdum anno sanguinis profundunt, maiorèque virorum numerum è medio tollunt, quàm Catalaunicis in campis, (hodie Chaallons) concurrentibus inter se innumeris cum copijs Hunnis, Romanis, Gallis, ac Gothis, cæsisque ceterum sexaginta virorum millibus, fuere desiderata. Causa, quoniã rarissimè à duobus & amplius sæculis inter Europeos Christianos magnis concursus est copijs, iusta verò manu non semel, minoribus verò prælijs toties, vt numerus iniri non posset. Vt igitur scires, amice Lector, non minus

minus humani sanguinis ducendis bellis, quàm cruentis pugnis, ingentibus concurrentibus copijs, effundi solere, iisdemque artibus, dolis, consilijs, ac stratagematibus defensas captasque Ciuitates, Vrbes, & Arces, delera excisaque Oppida, minutissimas etiam narrantes nostri sæculi pugnas, ingentes posteritati calamitates ob oculos ponere concupiui. Annis verò cum menses diesque adiungimus, certus esto, vos tum nos Authorum proprijs scriptis, quæ Græci *ἱστορία* vocant, quique, cum res gererentur, vixere, aut pro parte interfuere. Cum Lector è ad Paulum Iouium aut Franciscum Guicciardinum remitto, eos consuli cupio: disertè enim, quæ obiter tango, describunt; ea verò quæ non habet, vel leui manu transeunt, quàm possum exactissimè narro. Huiusmodi ferè omnia sunt Belgica. Guicciardino enim, vt res Italicas illustraret, maximè cordi fuit: Iouius generalem sui tēporis Historiam pollicitus, Belgica celeri pluma transijt, patriæ quoque suæ Italiæ enixè studens; vt Sebastianus Munsterus Heluetiam, patriam suam, eiusque vicinos celebraturus, Operi speciosum Cosmographiæ dedit titulū. Scio quoque futuros, qui plerisque de rebus secus, quàm scribo, sunt iudicaturi, præcipuè in negotijs bellisque Frisicis; quorum rationibus, Lector, ne mouearis peto. Quæ enim scribo, è manuscriptis schedis eorū habeo, qui, cum res gererentur vixere, ac pro parte interfuere. Quam obrem si quorundam Archiua non per omnia mecum conueniant, nescio quare plus ijs, quàm priuatis liberisque scriptoribus, fidei sit tribuendum, cum liber scriptor nullius nutum respiciat. At qui Principibus aut Rebus publicis inseruiant, eorumque iussu scribunt, gratiam venantur. Hinc è veterum Romanorum Fastis ac Archiuis tam diuerſe varij scriptores res gestas eorum narrant, liberrimè quidem Græci, coactius Latini. Habes paucis consilij ac instituti mei rationem. Restat de Operis editione aliquid addā, eiusque adiutores debita laude non fraudè. Octauus agitur annus quod Antwerpia excudèdum Typographo hunc obtulerim Tomum; quumque pro labore libros aliquot amicis distribuendos peterem, non solum Plantinum Rerum Burgundicarum Tomū edentem imitari noluit, sed dimidiam sumptuum partem, acceptis voluminibus, à me fieri petijt. Id verò cum è re mea non censerem, Operi laborique indignatus, premere, melioraque post obitum tempora expectare iussi. Exinde in scrinio chartæ annis sex latuere, amicis non semel editionem efflagitantibus: quibus conditionum iniquitatem cum narrarem, aut scriberem, sæculi barbaram rabiem, Marte ac Erinny omnia perturbantibus, deplorabant; consilia autem ea dabant, quæ nimis operosa aut infructuosa iudicabam. Tandem D. Petrus Pantinus, vir in liberalibus disciplinis versatissimus, Græca Latinæque lingua oratione soluta ac ligata doctissimus, ob morum probitatem vitæque

AVTHOR AD LECTOREM.

suauitatem à Philippo secundo, Hispaniarum Monarcha, Decani dignitate in Canonicorum Diuę Gudilę Bruxellę Collegio honestatus, cum de editione pro nostra amicitia mecum ageret, rogat quid primi Tomi dedicatio muneris tulisset. Miratus est cum dicerem, nihil. Desijt, cum me nil petijisse adderem. Puidas, inquit, nimiumque meticolos coluisti Musas: concipe libellum supplicem, munus honorariũ pro labore pete, experieris Regem Catholicum ac Archiducem Albertum Principes non ~~quis~~ sed ~~quis~~ bonis ingenijs fauentes, ac erga hęc liberales. Parui cõsilio, sc̄cutũsq; rationem quã suadebar, mox euentus docuit quã ex animo studiis meis fauerit, benęq; voluerit. Eundę expertus sum D. Christophorũ Affonlevillium, Hautevillę ac Bochoutij Dominum, inter primos intimosque rerũ Belgicarum antiquissimum Regis Catholici Consiliarium; D. Ioannẽ Richardotium, Arcani Belgici Consilij Pręsidem; D. Ioannem Dreincwaertium, Ormalę Procomitem, Regij apud Belgas Ærarij Thesaurarium: à quibus Serenissimus Archidux Albertus de conditione mea edoctus, vt cum Typographo commodiũs faciliũsq; transigerem, liberali me munere est profequutus. Studiorum certę meorum in Aula Urbęque Bruxellanę tales repperi fautores, vt præclara maturę ætatis ingenia ad ardua quęque, posteritatisque memoriã digna, scriptis consignanda, non possum non vehementer adhortari ac concitare. Sæcula enim ac ætates omnes, vel rumpente inuidia, frendente armęque concutiente Marte, suos, volẽte sic Deo, habent amatores, ac mæcenates. A te autem, amice Lector, aliam laboris mercedem non desidero, quã vt operam meam boni consulas; quodque dante Creatore licuit præstare, grato animo suscipias. Ea enim humani animi gratitudo ac beneuolentia, quę honestos conatus in bonam partem interpretatur & trahit, calumnia vacat, ac inuidia caret, & proinde non solum viuos læta recordatione temporis sobrię impensę delectat, sed, veterum etiam prudentum sententiã, defuncti manes subsequitur, exornat, ac beat. Bene vale, ac in sempiternum fruire.

Carmen

Carmen Guilihelmi Cripij, Geldr. Cancellarij,
ad Lectorem.

*Vis nosse Historias, & prisca temporis acta,
Quęq; à Principibus gesta fuere tuis?
Et qui progressus quęque incrementa fuere
Burgunda pariter Austriacęq; Domus?
Perlege Romano conscripta styloque fidęque
Henterus qua dat scripta legenda tibi.
Non hic inuenies vani deliria vulgi,
Nec qua pensa trabens sedula narrat anus,
Materiam Proceres Regisque Archiua dederunt,
Est ordo Authoris, dictio culta, labor.
Si laus historia verõque, fidęque probatur,
Hanc lege, non læta est verior ulla tibi.*

Aliud Reineri Vanderdunij, Assessoris Imperialis Concilij,
quod est Spirę Nemetum.

*Arma, viros, ortus, Burgunda stemmata gentis,
Gestęque Marte foris, consilioque domi,
Austriacęq; thalamos, his Imperiale profectum
Culmen utroque procul partęque Regna polo,
Mansuris celebrat chartis & diuite Pontus
Eloquio, dubites an prior arte fides:
Hactenus aspergens a nullis edita, pressa
Expoliens, turpi qua iacuere sita.
Hæroes Diuum sic cœtibus asserit, & se
Subtrahit arbitrio, Parca maligna, tuo.*

Aliud Bernardi Heringij, Canonici Dauentriensis,
collegę Authoris.

*Dum vocat emeritos ad congrua tempora Fastos
Pontus, & Historia nobile condit Opus;
Tam prope se positum mirata est Sequana Rhenum,
Mirata est Dominos Belgica terra suos:
Aurea dum veterum fulgens diademata Regum,
Et monstrant titulos nomina prisca suos,
Sub quibus annexos socians Burgundia fines
Floruit, & mixta sub Ditione stetit.
Interea agnatis permittitur Austria sceptris.
O quantum subita tempo, a lucis habeni!*

** 3

Ab!

Ab! utinam patrias seruasses, Belgia, leges,
Austriaco poteras Principe digna regi:
Imperium cuius non decolor abnuat Indus,
Et cuius scepro seruit uterque Polus.
Ergo age, tantarum compendia discere rerum
Si iuuat, Henteri cuncta ministrat Opas.
Aspicias in geminas diuisa volumina partes,
Indicio, Lector, grata futura tuo.

Aliud Petri Saulgeti, Iureconsulti Sequanae.
Qua litui, qua rauca tuba vox personat aures?
Aut quisnam armorum concutit astra fragor?
Quos ego hic Heroës tam forti pectore? quosnam
Aesonio cinctos vellere cerno Duces?
Quid sese tantis attollit Celtica rebus
Gloria? quæve patrum stemmata nobilium?
Hoc, Hentere, tuum est, quem circum tempora Clis
Dignatur Clary cingere fronde Dei.
Hos tua iam ferme tenebris somnoque sepultos
Lethæo eripuit flumine docta manus.
Perge, age, dum Heroas tenebroso subtrahis Orco,
Te simul æterno nomine fama beet.

Aliud Philippi Numannij, Secretarij Bruxellensis.
Huc, huc Austriades huc terque quaterque beata
Progenies, magno Superûm qua numine sola
Imperium sine fine tenes: cui carula Tethys
Oceanusque pater vasti moderamina Regni
Concedunt, totòque vehunt tua nomina Ponto:
Pontus quo rutilo Titan induit amictu
Ducit equos, spatiosa perens fastigia cæli:
Pontus ubi rursus transacto tramite currus
Sistit, & occiduis fessum se perluit undis:
Dant populos, dant scepra nouas quasita per oras,
Regnaque præteritis huc usque in cognita sæclis:
Dant meras rerum species, dant rara benigne
Munera natura, dant (quod tibi Numina soli
Seruarant) auri montes, collèsq; superba
Mole relucens, nitidisque micantia gemmis
Ærua, vel Elysios qua vincant ubere campos.
Ast alius tibi Pontus adest, qui surgidus undis

Castalijs,

Castalijs, fuluo quouis potiora metallo
Dona uehit, docta calami quasita carina:
Queis nec tempus edax, nec vel Iouis ira, nec ignes,
Nec cunctis qua ferre solet mors inuida rebus
Interitum, obstiterit, quin laus æterna remotos
Austriadum Antipodes, extremæque littora terra
Permeet, & superas sanctum deducat in arces
Fama genus, Diuùmque faciat inscriber albo.
Qua Mare, qua Tellus, qua dat fortuna, perennes
Non habitura dies, fluxa atque incerta recurrunt.
Imperia, aurum, & opes, Regni que potentia, certè
Aut sortis passura vices, subiecta ruinis,
Aut (quod in humanis fas est contingere rebus)
Corpora si pereant, pereunt ceu corporis umbra.
Verùm ea que Austriacis hoc nostro gloria Ponto
Nascitur, æternas immortalèsq; coronas
Constituens, stat firma sacris immixa Camænis.
Ergo age Romulidis quod docto Liuius ore,
Quod Tacitusque fuit, gentem Heroësque togatos
Magniloquis toto celebrant qui vocibus Orbe,
Austriacis hoc, Ponto, sis: tu disere laudes,
Tu inuictos animos, tu fortia facta recense:
Te duce clara volet viuatque immarçida virtus
Austriaca, & seros videat tua Musa nepotes.

Aliud D. Petri Degroote, Sacerdotis Bruxellensis.

Burgunda Audaci quondam virtute Philippus
Sceptra ut Luligero traxit ab Imperio;
Ipsæ, ut honos à Rege datus patre fluxerit in tres
Natorum serie, Martia corda, Duces;
Regna his pace bona, vel iusto Marte, paternis
Belgica Burgundis iungere cura fuit;
Et Maria ut caso patri successerit Orbi,
Sunt dudum studio cognita, Ponto, tuo.
Nunc, ut in Habsburgos traduxerit orba Monarchas,
Maximiliane, tuum virgo sequuta thorum,
Ponte, nouum moliris opus, quo conscia prisca
Belgica posteritas nobilitatis erit.
Quin & Iberiacis thalamos iunxisse Philippum
Regibus, & Belgis flumina oborta Tagi;

Et

*Et Carolum trabea insignem, Imperiique corona,
Et tot victrici proelia gesta manu:
Unde inbar, Belgique o culus, dum nebula texit
Hereticus vaser obscura, Philippus adest.
Dum narras, Heutere, tui pars magna superstes
Aeternum, & patrie gloria certa manet.*

AVTHORVM NOMINA.

quorum laboribus in rebus Burgundicis ac Belgicis adiuti sumus: & primùm Scriptores Latini, editi & non editi.

*Wolfgangus Lazius, in Commentarijs Genealogia Austriaca.
Onuphrij Panuini Vita Imperatorum.
Petri Bembi Historia Veneta.
Lamberti Hortensij Secessiones Ultraiectina.
Eiusdem de bello Germanico contra Carolū quintum Casarē gesto libri septem.
Pauli Iouij Historia sui temporis.
Pauli Aemilij Historia Francica.
Iacobi Meieri Annales Flandriae.
Thoma Cornerij Alensonij, rerum gestarum Heinrichi secundi Francorum Regis, libri quinque.
Natalis Comitum Historia sui temporis.
Georgij Sabini Brandenburgij, de electione ac coronatione Caroli quinti Casaris, libellus; à quo hac mutuatus Ioannes Sleidanus, Authoris nomen suppressit.
Hartmannus Maurus eadem de re, sed stylo rudiori.
Nicolai Camerani Catalogus ordinum ducatorum exercitus Casaris Caroli quinti, bello Germanico.
Defensio iuris Guilhelmi Cluise Ducis in Geldria Ducatum, non excusa.
Responsio ad eadem, pro Casare Carolo quinto, typis excusa.
Francisci Guicciardini Historia Italica sui temporis.
Naucleri
Beati Rhenani } Historia rerum Germanicarum.
Ioannis Cuspiniani }
Vita Ducum Lotharingi.
Catalogus Abbatū Monasterij Dinae Virginis Mariae iuxta muros Lutzenburgenses, Authore Ioanne Bertels Louaniensi, ibi Abbate.*

Suffridus

*Suffridus Petrus de Frisiorum antiquitate & origine.
Complures alij nostri ac superioris saeculi Scriptores.*

Authores qui vtraque lingua Belgica scripsere.

Annales { *Hollandiae,
Brabantiae,
Flandriae,
Coloniae A-
grippinae,* } *lingua vernacula singula edita.*

Historia Groningana, non edita.

Vita Maximiliani primi Casaris.

Historia Frisiae, non edita.

Varij Annales ab anonymis conscripti, non editi.

Quatuor Tomi manuscripti, partim Belgogermanicè, Francogallicè, partim Latine exarati, varia diplomata, statuta, ac foedera continent, non editi.

Francogallici Scriptores.

Frossardi } *Historia.*
Monstreleti }

Ioannis Molnati Historia, non edita.

Scripta Philippi Hannotonij, Secretarij Maximiliani primi Casaris, non edita.

Franciscus Rabotinus, de bello Picardico.

Olineri Marcani Historia.

Philippi Cominae Historia.

Georgij Castellani Historia, non edita.

Titres d'Hollande, Zelande, Vtrecht, ac Lingen, non editi.

Traicté entre les Pais-bas, France, & autres leurs voisins, commençans des l'an 1435. finissans l'an 1559. non editi.

Le voyage de Thunes de l'Empereur Charles 5. escrit au mesme lieu & temps, non editus.

Le deuxiesme voyage dudit Empereur des Pais-bas vers Espagne, fait l'an 1522. escrit par un gentilhomme de sa maison fort doctement, non editus.

Continuation de l'Histoire de nostre temps de Paradm depuis l'an 1550. iusques à l'an 1556.

Les Vies des Euesques de Verdun.

Le premier voyage des Pais-bas vers Espagne par France, fait par Philippe Archiduc d'Autriche, fils de l'Empereur Maximilian premier, avecq sa femme Jeanne, en l'an 1502. & 1503. & son retour, escrit par Antoine de Lalain,

de Lalain,

de Lalain, Seigneur de Montigny, par apres premier Conte de Hoochstrate, en deux livres, non editi.

Le droit de Dame Marie de Bourgoigne, fille heritiere de Charles le Guerroyeur, Duc de Bourgoigne, &c. es Duchez, Contez, & aultres Pais luy ostez apres la mort de son pere par le Roy de France Louys vnziesme, deduit en possession & petitoire par un Conseillier du grand Conseil de Malines, natif de Bethune, & escrit en l'an 1477. non editus.

Scriptores Hispani, Itali, ac Germani.

Francisci Guicciardini Historia sui temporis, Italicè edita.

Anthony Guenara Epistola aurea, Hispanicè edita.

Vita Maximiliani primi Caesaris, Germanicè & Italicè edita.

Vita omnium Caesarum, edita Hispanicè.

Ioannes Christouallus Caluatenus Estrellanus, descripsit Hispanicè quatuor libris exactissimè inaugurationem Philippi secundi Hispaniarum Monarchæ apud Belgas, factam anno 1549. è quibus multa est mutatus Lodoicus Guicciardinus in suo Belgio, suppresso Authoris nomine.

Aliorum virorum nomina, quorum auxilio Author in hoc opere est adiutus.

Guilhelmus Pamelius, Arcani Concilij Regij apud Belgas Praeses. obiit.

Christophorus Assonlevillius, Hautevilla ac Bochoutij Dominus, Arcani Concilij, ac Statuum Belgicorum Senator, Ordinis Aurei Velleris Thesaurarius.

Guilhelmus Cripinus, Geldria Zutfanisq; Cancellarius.

Reimerus Vanderdunius, Senatus Imperij Assessor. obiit.

Nicolaus Andardus, V. I. Doctor, Canonicus ac Officialis Ecclesie Archicathedralis Mechliniensis.

Otto Hartius, V. I. Doctor, Neomagensis, Iureconsultus Bruxellensis.

Henricus Vwenus, V. I. L. Neomagensis, Iureconsultus Antwerpianus.

Lucas Opmerius, V. I. Doctor, in re maritima Antwerpia Regius Consiliarius.

Ioannes Boot, Arcano Regio Concilio apud Belgas à Secretis, maxime in rebus Burgundicis.

Philippus Numannius, Vrbi Bruxellensi à Secretis.

Joannes Genartus Turnholtius, Historiographus rerum Brabanticarum.

De laire, rerum civilium Atrabati Subpraefectus.

Flaminus Garmier, Arcano Regis apud Belgas Concilio à Secretis. obiit.

Adrianus de Laire, Aette Dominus, Subpraefectus Vrbi Atrabatiensis.

Magister

Magister Anthonius Rosens Cortracensis, vir doctus, rerumque antiquarum studiosissimus, ac in Historia & inquisitione illustrium familiarum exercitatusissimus, quæ causa fuit ut ab isdem summo haberetur loco; quod in primis testari potest Dominus Bernardinus Mendocius, Catholici Regis Philippi secundi Legatus apud Francos, Anglos, ac Casarem Rodolphum secundum, à quo Mendocio honesto munere decoratus ac ornatus erat in negotiis dicti Regis Philippi, iam inde ab anno 1583. obiit.



DE HABSPURGICO- RVM AC AVSTRIACORVM PRIN- CIPVM ORIGINE, AC SVCCES- SIONE, DE- ducta ab anno Christi CCCC. XVII. ad-vsque eiusdem annum M.D.XCIX.

PRAEFATIO.



On ignoro, amice Lector, inanem eum operam sumpturam, quae
vetustissima gentis Habspurgicae primum ortum veramque
originem è probatis scriptoribus, aut certis Archiuis, demon-
strare se posse existimet. Scio etiam temerarij hominem fore
iudicij, qui ea, quae vulgus scriptorum hac de re tradit, obsti-
nate defendendum putet. Nil tamen in hac rerum vniuersi-
tate (præter unum rerum omnium Creatorem) initio carere,
inter probatissimos doctissimosq; iam olim conuenit Philosophos, etsi Aristoteles,
aliquotque ante & post eum rerum naturalium perscrutatores, vniuersitatem sine
initio ab aeterno existisse senserint: in hoc tamen conueniunt, res omnes compositæ
nature in ea existentes ortum sumpsisse, quum eas necessario semel interire con-
spiciant. Quæ igitur Habspurgicorum fuerit initium, quisve gentis primus au-
thor, à quo Comitum titulo sit ornatus, ut de re ob nimiam antiquitatem planè incer-
ta, cum nomine cupio litigare. Hoc tamen è receptis constat Historiæ scriptoribus,
ac vetustissimis Archiuis, diu ante tempora Rodolphi Comitum Habspurgij, Cesarisq;
huius stirpis & nominis primi, fuisse non solum Habspurgij Comites inter Ger-
manos illustres, sed præpotentes Principes; quod magno numero edificata duratâ-
que ab is virorum foeminarumque testantur Monasteria, Arces, ac Oppida,
quorum nomina apud Nasclerum, Onuphrum, Lazium, aliisque complures ve-
teres recentisque Authores constanter enumerata Lector reperiet, & nos hoc li-
bello recitabimus. Quam verò amplos apud Heluetios horumque vicinos Hab-
spurgij possederint agros, & quomodo potentiam extenderint à Rheno ad interio-
rem vsque Alsatiam ac Sueviam, non solum idem Authores narrant, sed con-
tinuata in hunc vsque nra descriptionis annua millesimum, quingentesimum, nona-
gesimum-nonum possessio apertissime loquitur. Quæ res non sine causa occasio-
nem plerisque dedit, Habspurgicos non à Francis, sed è veteribus Alemannorum
(sic se posterioribus temporibus Sueui, ex interiori Germania ad Rhenum migran-
tes, eoque traiccto Galliam inuadere conantes, appellari voluere, ut primi Gallia
Belgica traiccto Rheno inuadores se Germanos, postremi Francis nominare)
Proceribus, qui longè latèque apud Heluetios eorumque vicinos olim rerum sum-
potiti, esse prognatos. Postremo enim eoque ingenti prælio Alemanni ac Franci ad
Arcem

PRAEFATIO.

Arcem Tolbiacâ, haud procul Colonia Agrippina sitam, hodièq; Zulpich dictam,
inter se concurrentes, ac de Galliarum Imperio post plurima cruenta certamina iam
postremum extremo conatu decertantes, cum, super antibus procul dubio Francis, Suci-
ni seu Alemanni obstinatissime locis suis pugnantes immorerentur, ad internecio-
nem ferè deleri, tranquillam post hanc pugna Francis Gallia possessione reliquere.
Superstes è clade Alemanni, Rhenum denno transeundum non rati, partim apud
Heluetios, partim ijs Regionibus (conuenientibus Francis) conedere, quæ etiamnum
hodie Suevia nomen obtinet, linguaque multo asperiore, uti & Heluetij, veterumq;
duritie retinente, vtuntur, quam Germani Rhenum accolentes, aut ad Danubium Al-
bimq; habitantes. Ex horum superstitione Sueuorum Regio stemmate, aut alia inter eos
illustri familia, gentem nomenq; Habspurgicam suaxisse, aut ex antiqua secus Sue-
uia atulisse, vel certè apud Heluetios primò natum esse, quare minus ut mihi
persuadea licebit, quam è Francico Fraimondi (Gallofranci corruptè Pharamon-
dum & Varamondum appellant) Regis stemmate ortos credere? Quicquid sit, anti-
quissima ac nobilissima stirpe ortos esse Habspurgicos, è maiorum claritate ac opi-
bus, qui nullus ante hac tæpora saculis inter Germania Principes fuisse magni &
illustres, perspicue liquet. Quare nil mirum, si viri nostri ac superioris sæculi do-
ctissimi in querenda Habspurgicorum origine, ob summam antiquitatè tenebris in-
uoluta, operam ponendâ censuerint, ac cum ingenti labore Ditiones, in quibus olim
regnauerunt, peragrarint, Oppidorum, Cinitatum, ac Arcium Archiua perscrutati
sunt, Principum Diplomata, Cœnobiorum scriinia, sepulchrorum picturamq; Epi-
taphia ac Eligia examinarint, denique publicas priuatâque Tabulas perlegerint,
diligentissimeque contulerint: quorum primus serio in hanc rem animum intendit
Cæsar Maximilianus primus, nullus (ut erat natura auri contemptor) parcens
sumptibus, vsus operâ Joannis Stablij, Jacobi Manlij, ac Ladislii Sundheimij,
doctissimorum eo tempore virorum, qui (quod Cæsaris iussu eis omnia patere)
industriam non vulgare huic negotio impendere, sed extremam manum non im-
posuere, id relinquentes successoribus, inter quos primus sibi aliquid conandum cen-
suit Wolfgangus Lazijs, Medicus ac Historicus Cesarum Ferdinandi ac
Maximiliani secundis, qui, prædecessorum considerato plerisque locis ac rebus errore,
eundem suscepit laborem, adhibito studio, ac diligentia non exigua, sed iudicio non
satis semper exacto: quem, quia postremus hac in re desudauit, mihi sequendum
proposui, donec certiorè nactus fuero Ducem. Hoc tamen Lectorem admonitum
velum, ne temere Lazio in Cœmentarijs Austriacis ubique credat, nisi in errorem
trahi velit. Nam (excepta Habspurgica, è qua, paucis sublati (nevis uti feci)
testimonia adferenti planè est credendum) in genealogijs Belgicis, Francicis, ac
plerisque Germanicis adeo est inconstans, ac non semel rem eandem diuersis locis
confundens, ut seipsum intricans, postea extricare non valeat, sed subinde falsa
pro veris, confusa pro distinctis, incerta pro certis adferat, ita ut seipsum aliquan-
do non intellexisse perspicuum sit. His addè, quòd in annorum annotatione, variis
locis sibi ipsi ac alijs contradicam: quòd an Lazij, an verò Typographi sit vitium,
equidem


PRÆFATIO.

equidem ignoro. In compluribus enim locis Typographi indiligentiam admodum supinam animaduerti. Non dubito, si diuturnior Lazio vita contigisset, Commentaria Austriaca sub limam fuisse reuocaturum. Equidem quid mirum, si, dum in querendis Habsburgicorum originibus, re admodum ob antiquitatem obscura ac varia, omnem animi vim ac mentis ardorem insumit, minus de aliis familiis ad Historie veritatē enodandis fuerit curiosus? Hac ego non adfero ut tantum virum calumnier, sine cuius ingenti labore, ac periculosis peregrinationibus, parum de vetustissimis Habsburgensium Principibus certi haberemus; sed admonēdi Lectoris causa, ne temere ac sine iudicio, Historiæq; diligenti exercitio, Commentariis eius Austriacis fidem ubique adhibeat: quum ego diffiteri nec velim, nec possim, me magnam huius Libelli partem (multis tamen locis restituta ac castigata) ab eo sumpsisse, non parum tamen quoque adiutus diligentia nobilis ac docti viri Reineri (corrupte quidam Renatos, non intellecto Germanico etymo, vocant) Vanderdunij, Batavi, Equitis, ac Assessoris cōsultissimi in Senatu Germanici Imperij, qui est Spira Nemetum; tum etiam Joannis Geuarty Turnholtij, docti Historici, ac Caroli Clusij Atrebatij, amicorum nostrorum, in omni genere litterarum versatissimorum. Verumenimvero cum Lazio eos, qui paulo ante illū hac eadem tractauere, toties tamque liberè reprehendat ac flagellet, non inuitè (ut existimo) si uideret, de errore admonitus, idem admitteret. Tantum autem abest, ut aliquem in mea uerba iurare uelim, quòd contra summas illi sim acturus gratias, qui me ac Lectorem de errore humaniter admonuerit, rei que ueritatem (quod ad primam attinet Habsburgicorum originem) certius aperuerit. Quis autem tam arroganti est ingenio, qui a se nil nisi numeris omnibus absolutum perfectumque proficisci asserere audebit? Id enim solius est Dei. Nos uerò fateamur oportet, nil esse nobis magis proprium, quàm errare, idque uis in primis in rebus, quæ natura sunt obscuræ, aut longissimorum temporum lapsu tenebris inuolutæ. In his igitur ubi mihi Lazio fidem fecit, aut certè persuasit, adductus tum peregrinationum eius auctoritate, tum testimoniorum dignitate, lubenter me tam diu duci sinam, donec magister certior, ut antea sum obestatus, contigerit. Quæ autem ratione à Francis liberis Germaniæ inferioris populis, Galliarumque (pulsis Romanis) domitoribus, ortos uelit Lazio, ac plerique alij, Comites Habsburgicos, paulo altius dictorum Francorum Regum originem repetentes, quam poterimus breuissimè narrabimus. Ea enim quæ a varijs Scriptoribus dudum diserte sunt pertractata, ac a nobis Historia nostra Tomo libroque primo tradita, hic non diximus repetenda, sed ueteris prouerbij memores, *Crambe bis cocta mors*, fastidium omni ratione uitandum censuimus.

DE HABSPVRGICORVM AC AVSTRIACORVM PRINCIPVM ORIGINE, LIBER SINGVLARIS.

De primis Francorum in Germania ac Gallia Regibus.

CAPVT I.



RAIMONDVS, ab oris dignitate, decore, ac venustate dictus, corruptè Pharamondus, primus (vt volunt) in Germania Francorum Rex, successorem habuit filium Luitwicum, corruptè Clodouem, à comæ dignitate ac elegantia dictum Crinitum. Is filium Merwicum, corruptè Merouem; hic Scilreichum, cui successit Luitwicus secundus, corruptè Clodius ac Clodoueus, dictus magnus, quod primus, pulsus omni Gallia Romanis ac Alemannis, Francogallorum fuerit Rex, tanta clade ad vicum Tolbiacum (hodie Zulphidictum) affectis Alemannis, vt in posterum perditio imperio ac libertate, non omne quidem gentis in Germaniam nec Galliam restiterit. Multis enim annis Alemanni ac Franci contra Romanos ac inter se de Galliarum imperio decertarunt. Sed hac postrema ad Tolbiacum pugna Franci rem obtinere, Marte tamè tam dubio, vt Luitwicus, de humana ope desperans, ad diuinam confugerit, pollicitus, si vicisset, Christianum se futurum. Suscepto voto, mox Alemannorum acies inclinare vidisset, Francosq; recenti accepto vigore hostes premere, ac in præcipitem fugam agere: quo prælio ad internecionem Alemanni ferè sunt deleti, manente tantùm nomine in hodiernum vsq; diem in Francogallorum, Hispanorum, ac Itælorum ore. & libris, nulla extante vel minima terræ portiuncula, quæ Alemania aut Germania dicatur, sed Teutonia, ac incolæ, Teutones, ipsi, Teuts, seu Deuts; Teutslant, seu Deutslant. Duxit Luitwicus magnus Grothildim, corruptè Clotildim, filiam Scilpereichi Burgundionum Regis, fœminam Christianam, è qua sex reliquit liberos. Maior natu Clodamirus Rex Aurelianorum, in pugna contra Burgundos occisus, reliquit è Callinda, alijs Gundeca, filios tres, quos frater eius Grothartus, corruptè Clotarius, interfici iussit. Scildebertus Rex Parisiorum obiit duabus genitis filiabus ex vxore Ostgotha, de quibus nil reperitur: ipse sepultus est Parisijs in fano D. Vincentij à se constructo, nunc D. Germanico sacro. Theodoricus Rex primus Austreichij (hoc est, Orientalis Regni) quod in Austrasiam corrupere, conatus non intellectis Germanicis nominibus Latina facere vocabula. Hic sedem

A

Metis

Metis posuit, susceptiq; ex Elura, filia Alarici Gothorum Regis, filium Theobertū Austrasiæ Regem, qui è Guifegarde, filia Facaonis Regis Ostgothiæ, seu Lombardiæ, suscepit filium Theobaldum, Regem Austrasiæ ac Burgundiæ inferioris, qui è VValrada, filia Regis Lombardiæ, aut rectius Langbardiæ, nullis genitis liberis è viuis decessit, relicta testamento Austrasia, patruo magno Clotario primo Sueslonum Regi, qui è Radegunde filia Bertharij Regis Thoringiæ quatuor reliquit filios, ac filias duas, de quibus mox. Clotildis filia magni Luitwichi nupsit Almarico VVestgothiæ Regi, sepultaq; est Parisijs apud D. Genoueuam: altera Tilchildis Deo Sensij, apud D. Petrū, virginitatem consecrauit. Ad hæc reliquit magnus Luitwichus filium nothum nomine Thietreicū, corruptè Theodoricum, qui filiam duxit Zeigēsmondi, corruptè Sigismondi, Burgundiæ Regis, de quo nil reperitur, quàm quòd cum fratre legitimo eiusdem nominis saepe à scriptoribus confundatur. Nunc ad Clotarij primi liberos reuertamur. Scerebertus natus maior, Rex Parisiorum, nullis relictis liberis Blauia in Aquitania anno Christi quingentesimo septuagesimo secundo obiit, sepultus ibidem apud D. Romanum. Guntranus, aut Gutradus, Aurelianorum Rex, Tutor Clotarij secundi nepotis ex fratre Scilpericus sine liberis anno Christi quingentesimo nonagesimo septimo obiit. Sigibertus, aut Zeigenprehtus, Rex Austrasiæ, insequens Fredegundim, fratris sui Scilperichi vxorem ac interfectricem, prope Tornacum interficitur, sepeliturque apud Sueslones in sano D. Medardi, relinquens è Brunescilde, alijs Brunehuta, filia Aramachildis Regis VVestgothiæ, filium, ac filias duas. Scilpericus filius quartus Clotarij primi Rex fuit Sueslonum, ac morte fratris Scereberti etiam Parisiorum, perijtq; insidijs alteræ vxoris Fredegundis (è qua liberos reliquit tres) interfectus à Lantreicho Curia magistro, Fredegundis adultero, sepultusque est Parisijs apud D. Vincentium. Prima eius vxor fuit Lantwera, quæ filiam vnicam Chindelindim peperit. Tertia fuit Gelsinda, soror dictæ Brunescildis, quæ non peperit. Prima Clotarij primi filia Radegundis nupsit Amberto, seu Amprehto, claræ stirpis Franco, maiores D. Arnulfi, ac Caroli Magni Cæsaris. Altera fuit Blythildis nupta Ansberto Tungrorū Ducis. Scilperici (filij Clotarij primi) hi sunt è Fredegunde liberi. Theodoricus, suscepto sui nominis filio, à fratre fuit interfectus. Clotarius secundus, Galliarum monarcha, è duabus vxoribus duos reliquit filios, ac vnicam filiam; Dagobertum Francorum Regem, Haribertum Aquitaniæ Regem; Dodam D. Arnulfi vxorem, vnde est ortus Carolus Magnus. Dagobertus è Naichilde altera vxore reliquit Clodoueam secundum Francorum Regem: è Rangetrude tertia vxore Sigibertum Austrasiæ Regem, cuius vnicus filius hæresque Dagobertus,

tus, mortuo patre, à Grimoaldo Curia Magistro adhuc puer captus, in Scotiam missus, tonsus in Monasteriū est detrusus, vbi innuptus obiit. Grimoaldus verò filium suum Regem Austrasiæ facere conatus, captus à Clodoueo secundo, in vinculis cum filio perijt. Clodoueus verò ex vxore Balthilde tres reliquit filios; Clotarium tertium Francorū Regem, qui innuptus quarto Regni sui anno obiit; Scildericum Austrasiæ Regē, ac mortuo fratre etiā Fraciæ, qui occisus quinto Regni sui anno Christi 679. perijt sine liberis; Theodoricum Franciæ ac Austrasiæ Regem, qui varia aliquandiu iactatus fortuna obiit anno 699. relinquens ex vxore Grothilde filios duos, Clodoueam tertium Francorum Regem, qui sine liberis obiit; ac Scildebertum Franciæ ac Austrasiæ Regem, qui ex vxore filios reliquit duos; Scilpericum, alijs Clotarium, quem Onuphrius etiam dictum memorat Danielem Clericum, Franciæ Regem, qui sine liberis obiit, sepultusque est Nouioduni, relinquens Franciæ ac Austrasiæ Regna fratri Dagoberto, qui duos genuit filios; Clotarium quartum (Onuphrius vocat Scilpericum) Francorum Regem, sine liberis defunctum; ac Thietreicum, seu Theodoricum, Fracorum Regem, è quo est natus Scilpericus, cognomine Stupidus, vltimus Fracorum Rex stirpis Fraimondicæ, cui successit Pippinus dictus Breuis, Caroli Magni pater, stirps noua, nil cum veris Francis commune habens præter nudum nomen. Qua autem id ratione factum sit, docent Historiæ.

Enumeratis quàm potuimus breuissimè stirpis Franciæ primis Francorum in Gallia Regibus, non nihil vestigia repetentes, seriem Austrasiæ Regum, vnde orti dicuntur Habspurgij, resumamus.

Sigibertus igitur primus Austrasiæ Rex, filius Clotarij primi Sueslonum Regis, nepos magni Clodouei, tres (vt diximus) è Brunescilde reliquit liberos. Ingonda vxor fuit Hermfgildi Regis VVestgothiæ: Grotosindis, corruptè Clotosindis, nupsit Albonio, alijs Richardo, Regi Ostgothiæ. Hi in Hispania apud Vascones, illi in Italia apud Insubres imperantes. Tertius fuit Scilpericus, qui à patruo Guntrano adoptatus, ei in Regno Aureliæ, ac patri in Austrasia successit, perijtque cum vxore Falenberda epoto in balneis veneno, duobus relictis filijs. Theobertus Rex Austrasiæ Metis sedem regiam habuit: Theodoricus Rex Aureliæ ea in Vrbe habitabat, summoque animorum consensu fratres aliquandiu regnauere, ac amicitiam coluere, donec tandem ab auia Brunescilde (quæ Theobertum capitali prosequatur odio, ac cum vxore liberisque extinctum cupiebat) irritatis animis ad arma concurrerent, quibus Theobertus inferior, secundo prælio ad Vicum Tolbiacum victus ac captus, cū duobus filijs, Guntrano ac Clotario, Colonia Agrippinæ, instigante Brunescilde, à fratre Theodorico, contra naturæ

ac humanitatis iura, est interfectus. Minimum natu Meroueam adhuc puerum Bruneschildis, capite in murum adacto, cerebroque per viam sparso, crudeliter propria manu interemit. At natu maximus Sigibertus, aut Zeigoprethus, fuga elapsus, (vt quidam volunt, sed parum efficaciter probant) ad Franconia Duces in Germaniam peruenit, ac ad Bruneschildis vsque mortem delituit, vt sequenti dicemus capite. Theodoricus sublato cum filijs fratre, (natu maximo excepto) cum paulo post inuita auia Bruneschilde nuptias cum formosissima fratris à se interfecti filia pararet, verens Bruneschildis, ne noua nupta patris fratrumque mortem vindicandam iudicaret, Theodoricum clam dato veneno è medio sustulit, vix anno, ex quo fratre cum duobus filijs necarat, elapso. Quod cum Clotarius secundus, Francorū monarcha, intellexisset, difficillimis aliquot proelijs Theodorici nothis quatuor filijs superatis, ac in potestatem redactis, Regnum cum vita eripuit. Deinde Bruneschildim astu captam, posteaquam eis scelera omnia exprobrasset, ad equi indomiti caudam alligatam, per plateas trahi iussit, donec ruptis membris infelicem efflasset animam. Sepulta est in Abbatia Authunensi à se edificata. Sunt authores qui mitius modestiusque de Bruneschilde scripsere, neque tam crudelem fuisse vt quidam volunt, neque etiam violenta, sed naturali morte decessisse prodiderunt. Nos in re antiqua cōmunem secuti opinionem, in medio veritatem relinquitur. Omnium autem posthac Libelli huius capitum schemata genealogica suis locis subiiciemus, primo hoc omisso capite, quod sub finē Tomi ac Libri primi Historiæ nostræ, genealogiam Regum Burgūdiæ tradentes, illi hanc Fratricam coniunximus, vnde eam lector petere potest, quemadmodum & infra sub initium capituli duo decimi.

Habsburgicorum Comitum origo.

CAP. II.

Theoberto, aut rectius Thietberto, scuitia ac immanitate auia Bruneschildis, ac inhumanitate fratris Theodorici, aut potius Thiet seu Theut (quod Gothis Deum significat) reich, cum duobus filijs è medio sublato, dictus Sigibertus natu maximus, veteribus copijs è fuga superstitibus in vnum collectis, nouisq̄ conscriptis, bellum contra patrum reparat, ac tertium cum eo filioque Scilperico in Campagna, haud procul Catalauno, ad ripā fluuij Coxona directae acie vires confert. Sed post diurnum cruentumque proelium victus, Coloniam Agrippinam cum paucis aufugit, vnde (persequente Bruneschilde) fune è mœnibus nocte dimissus, in Ostfranciam habitu adolescentis literis operam dantis consusq̄ exulatum est profectus, la-

tuitque

tuitque apud Gundobaldum, ac Gotofredum, Francia Orientalis Duces, donec Bruneschilde patruique liberis à Rege Clotario victis interemptisque, vbi, ac quisnam esset, palam fieri pateretur, eo confidentius, quod Regem Clotarium à scuitia alienum æquitati ac moderationi studere, optimeque sua, tum patris, patruique Regna liberali animo ab omnibus Ordinibus oblata gubernare intellexisset, sperans se ab eo Regnum paternum, aut eius partem, Procerum vtriusq̄; Francia interpellatione, facile obtenturum, quippe qui non paucos secum non conferendos, ad honores dignitatesque naturæ bonitate promouisset. Rex Clotarius (vt scripsimus) Galliarum monarcha effectus, quum cognouisset cognatum Sigisbertum fuga è manibus patrum ac Bruneschildis elapsum, in Ostfrancia latuisse, ac etiamnum hæere, infortunati adolescentis ac familiæ eius fortuna motus, cum rogaretur à compluribus vtriusque Francia Proceribus, ne regio Francorū stemmate ortum adolescentem, cum insigni familiæ dedecore, priuatam viuere vitam, aut alienis diutius Aulis molestum esse pateretur, ad se sub fide publica priuataque euocatum, ac cum exiguo comitatu venientem, nec in tanta fortunæ iniquitate sordidum se nec abiectè gerentem, lato animo ac sereno vultu recipit, interque secretos intimosque amicos admittit, admirtaus animi generositatem ac indolem, paternos spiritus præ se ferentem. Quumque nihil eo dignū, quo cohonestaretur, pro tempore se offerret, (maioribus enim minoribusque Prouincijs Duces Praefectosque perpetuos dederat, addito iureiurando, se ne minem, dum vixisset, loco moturum, qui in fide perstitisset, idque quo rebus ciuilibus à continuis bellis quies daretur, subditorumque fortunis, bellorum ciuiliū calamitate miserè afflictis concessa tranquillitate consuleretur) fortè fortuna Herro, Trans-Iurana Ditioni praefectus, à feroci hominum genere (Aethæo Burgundo, ac Leumondo Sedunensium Antistite, Ducibus) interficitur. Qua de re Rex Clotarius certior factus, punitis rebellibus, Ditionem omnem Trans-Iuranam cognato Sigisberto Austrasio donat, ac in perpetuum cum successoribus cedit. Sciebat enim eandem dignitatem, veteris Burgundia, tunc Austrasia, partem olim eius patri Theoberto, ab auo Scilderico, antequam Regnum Austrasia accepisset, concessam fuisse. Proinde in ea rerum variatione sese satis cognato facere arbitrabatur, si tradita illi nobilissima maximaque Regni Austrasia Prouincia, olim patris eius adhuc priuati Praefectura, reliquas Regni Austrasia Ditiones, pro belli sumptibus, ac Vestfrancia tranquillitati consulturus, Regno suo iungeret. Verum nec Regium Sigibertus diadema capiti imponere, nec Regio titulo vti est permissus, sed dicto Regi Clotario pro Ducatu Trans-Iurano clientiali sacramento, successores omnes vt idem facerent obligauit.

A 3

Hæc

Hæc si tam efficaciter, quàm narrantur, doceri possent, nil esset certius, quàm Habsburgios à Fraimondo Franco ortos.

Succeſſio Comitum Habsburgi, ac nominis Etymora.

CAP. III.



ZEigoprehtus, corruptè Sigibertus, Thietberti Fráciici Auſtraſiæ Regis, ac Teuchildis Toringiæ Regis filia nati maximus filius, è regno paterno in exilium actus, primus omiſſo Regio titulo Dux Trans-Iuranus est appellatus, cuius Prouinciæ tranquillam possessionem adeptus, apud Heluetios in editis Iuræ ac Vogesi montis scopulis (vbi per eorundem anfractus hodie angusta & nemorosa in Lotharingiam ducit via, haud procul famosissimis Heluetiorum thermis, quæ Plumers ac Blumers hodie dicuntur) duarum Arcium admirandi operis sui, suorumque apud posteros memoriæ ergò fundamenta iecit, moriensque duos ex vxore reliquit filios; Thietprehtum, corruptè Theobertum, Prouinciæ Lugdunensis Comitem, vnde Saluarum ac Prouinciæ Comites deriuant; Ottobertum, seu Otprehtum, qui dictas Arces absoluit, Diuoque Trutperto martyri Sacellum ædificare cœpit, ac causa vxoris suæ Luitbergæ filia Gûrzonis Sueuorum Ducis, primus huius stirpis Rurimondæ Comes, ac Neomagensis Lantgrauius (sic enim eo tempore Brisgouienſis Ditio appellabatur.) Perfectis Arcibus nomina à patre concepta imposuit. Vni Alzburgum (quod veterem Germanis sonat Arcem: steterat enim eo loci olim Arx mediocris) à memoria Diui Romanici, Desiderij, ac Columbani, eo locorum Christi Oratorum, qui à Theodorico Aureliæ Rege in exilium (quòd eius tyrannidem liberius reprehendissent) acti, in dictis montium iugis humili extructo cœnobio, memoriæ Diui Deodati dedicato, habitationem elegerant, ac incolas in religione Christiana instruxerant, monte in hodiernum vsque diem nomen retinente, Romersberh. Alteri Arci nomen dedit, Habsburg: hac voce, montis eius legitimam possessionem, suam esse significare volens: Germanis enim Habsburg est compositum ab Habs, quod est habeo, ac Purg, quod inter alia significat etiam montem. Quamquam Iacobus Manlius à Latina Germanicæque voce compositam existimet, dictamque olim Habensburg, à Habeo ac Purgo seu Burgo. Ego à puris putis Germanicis vocibus compositum credere malo, quarum prior habere, altera Arcem ac montem significet, nisi eam Oprehtus à filio Babone denominari voluerit. Nam in non paucis antiquis diplomatibus scriptum legitur, Abensburg: cui si loco aspirationis consonantem B dederis, habebis Babensburg: quasi dicas, Arx Babonis, cui eam pater Otprehtus construxit. Quum enim

enim coniecturis hac in re sit agendū, non video cur huic minus, quàm cæteris, locus sit dandus, præferrim quum nil olim familiarius fuerit Germanis, quàm Procerum aut locorum nomina Arcibus Oppidisque dare. Otprehtus aucta in proximam Herciniæ syluæ partem dote vxoris, bello, ac alijs rationibus ditone, intelligens Diuū Trutpertum in ipsis Herciniæ syluæ saltibus tertio à Friburgo Brisgouia milliari, ab incredulis, quibus Christum commendabat, trucidatum, captis punitisque latronibus, eodem loco martyri, quo fuerat sepultus, Sacellum ædificare cœpit: quod morte præuentus absolueri non potuit, relicto eius rei pio sanctoque honore filio Baboni, aut Beboni, qui Regiam in vico Bebenwiler à se denominato habuit; vti fuit & Bebenheim, vbi & sepultus existimatur. Hæc initia vt obscura ac vetustissima, ita reuera sunt incerta, nec satis (vt diximus) efficaciter probantur. Nam, vt in præfatione diximus, sunt quidam non exiguæ authoritatis scriptores, qui asserunt dictum Sigibertum nequaquam fuga elapsum Ducatum Trás-Iuranum à Rege Clotario accepisse, sed cum patre ac fratribus in pugna periſſe, aliamque fuisse stirpem claram ac illustrem è veteribus Alemánis, Sueuis, aut Heluetijs ortam, quæ Ducatum Trans-Iuranum possideret. Non enim, inquit, primorum Habsburgicorum Comitum nomina cum veterum Francorum nominibus conuenire; quæ omnino eos seruaturus fuisse volunt, si exijs originem duxissent. Adde quòd nusquam doceatur, quare tam citò reliquerint Ducis Trás-Iuranum nomen ac titulum, vt Comitibus Habsburgij sumeret. Postremò (quod valde virget) quare nullus reperitur è primis Habsburgi Comitibus, qui clientale sacramentum Francorum Regi dixerit, aut aliqua eos ratione patronos agnouerit, quum tamen velint Sigibertum id Regi Clotario dixisse, ac ea conditione, vt idem successores facerent, dictum Ducatum accepisse. Ad hæc respondere possent, id iuris cessisse Regem aliquem Francorum Romanorum Imperatori. Sed non sufficit, docere deberent. Penes lectorem harum rerum sit fides ac iudicium. Etenim qui exinde sequentur Habsburgi Comites, è publicis tabulis, diplomatis, ac sepulchris eruti in lucem prodibunt, nullo eorum patronum Franciæ aliquem Regem agnoscente. Duxit Babo, aut Bebo, in vxorem vicini Comitibus filiam, cuius nomen non reperio, quæ ei duos peperit filios, Ratherum, ac Ambertum, quos tabulæ, quæ in archiuis Abbatia D. Trutperti seruantur, appellant Rathprehtum, ac Amprinctum, qui innuptus ciuili bello periit, quòd Pippinus Breuis, Caroli Magni pater, aduersus Lantfredum Sueuiæ Ducem, ac Comitem Bertarium gessit. Ratherus verò in vxorem duxit Hermentrudim, Gempſij Comitibus filiam, quæ ei filios peperit duos, Hettoprehtum, ac Gelbonem, obiitque 26. Iunij, anno Christi 766. conditusque est iuxta auum ad D. Trutpertum.



pertum. Hettoprehtus aut Etto, seu Ottoprehtus, Comes Habsburgi, Altburgi, Brisgouia, ac partis Alsatia, genuit è quadam Burgundie Comitiss filia Gelbonem, de quo nil reperimus. Sed addit nonnulli Rampertum, Amprinctum, Hiltrudim, ac Dorotheam ex eadem matre genitos: hanc Luitfrido Comiti Sundgouienfi, illam Carolo Salinenfi Comiti nuptam, quod alijs minus probatur ob annorum discrepantiam, quæ tamen tanta non est, quin facile conciliari possit, si hæc probati alicuius scriptoris, veteris Diplomatis, aut publicarum tabularum autoritate fulta inniterentur. Sunt enim qui existimant Ramprehtum filium fuisse, non Hettoprehti Habsburgij, sed Luitfridi Comitis Sundgouienfis, è stemmate Ducis Atticonis, ac Diuæ Ottiliæ eius filia, in Alsatia regnantium orti, adoptatumque fuisse ab Hettoprehto in ius, familiam, gentem, ac Ditiones Regni Habsburgici omnes. Sed cum iisdem destituantur testimonijs, quibus superiores, non video quare maiorem fidem mereri debeant. Illud certum est, Ramprehtum possedisse, quicquid eo tempore iuris ac Ditionis Habsburgici erat per Hercyniam syluam, in Brisgoia, in monte Vosago, Iura, in Alsatia, Suenia, Heluetia, ac alibi, & quicquid olim Dux Attico, eiusque filia Diua Ottilia, posterique eorum in Alsatia possedere. Quare ego facile eò inclinor, vt Ramprehtum filium Hettoprehti credam. Tanta enim fuit hominum eo tempore simplicitas, aut barbaritas, vt in re parui momenti essent nimis; cum verò diligentia opus erat, dormire aut aliud agere dicerent. Accedit quòd tot faculorum decursu, ac varijs rerum vicissitudinibus, multorum diligentium scriptorum labores interierint. Non enim existimo Hettoprehtum, si liberis destitutus fuisset, vni omnem, eamque amplissimam, hæreditatem dare voluisse, sed multos potius sanguine iunctos, quam vnum sibi fuisse deuincturum. De rebus gestis Ramprehti, ac eius vxore, nil repperi, titulus tantum maiorum sepulchro ascriptus in fano D. Trutperti cernitur, sine anni ac diei annotatione. Reliquit autem liberos complures. Maximus natus fuit Guntradius, corruptè Guntranus, qui veteribus limitibus Ergouiam, Laufenburgum, vicinaque alia quedam loca adiecit, fratribus hac ratione paternam hæreditatem diuidens: Gerbiloni concessit Huringiam, Ortembergam, ac Franckenbergam, qui Arcem è suo nomine Gerbelstein condidit: Eginoni agrum omnem sui iuris ad Rheni ripam situm, qui etiam Arcem è suo nomine Egenesheim ibi ædificauit, vnde postea eius nominis Comites defuxere: Hugoni Obretzdallum, VVilerdallum, Grapennum, ac Kestenholtium, à quo Hugone Reges Burgundia postremæ stirpis nonnulli deducunt. Alij verò ab Hugone Luitfredi filio, ac Humfredi Comitum Habsburgensium fratre, vt Lazius, qui tamen hic sibi ipsi non factis constat. Factum est hac liberali Guntradi Comitiss diuisione, vt subsequentes

sequentes Habsburgi Comites, ad tempora vsque Rodolphi primi Cæsaris, pauperiores multo ac imbecilliores sint effecti. Reliquit Guntradius è Com. Burgundia filia (non quòd eo tempore ibi Comes erat, sed intellige Comitem in Burgundia) successorem filium Luithardum, qui multis donatis agris ditauit Cœnobium Gangenbaccense, quòd id peccatis Argentorato Hercyniam syluam occurrat, ac peregrinantibus hospitia liberaliter præbeat. Duxit in vxorem Erenrudim, filiam Comitis Franconia, quæ quatuor liberos reliquit; Octonem Antistitem Argentoratensem; Hugonem Comitem Nimagensem in Brisgoia; Hedwigim vxorem Com. Egenesheimensis cognati sui; Luitfredum natu maximum Habsburgi Comitem, qui Cœnobium D. Trutperti in Abbatiam conuertit, ingentibusque bonis ditauit, vt ab eodem datum Diploma anno 903. teste Munsteri Cosmographia lib. 3. testatur, imperante apud Germanos Cæsare Arnulfo, cuius Diplomatis exemplum extat apud Lazium Comment. geneal. Austriacæ cap. 7. qui autographum exscripsit, in quo fit mentio Luitfredi ac filiorum eius, Hunfredi, Luitfredi, ac Hugonis. Duxerat Bibradam, quæ obiit anno 929. tribus dictis relictis filijs, è quibus Hunfredus Com. fuit Habsburgi; Luitfredus Com. Sundgouia; Hugo, causa vxoris Hedwigis, Com. Egenesheimensis, ac Dagensbergenfis, vnde altera (eadem tamen è familia) horum Comitum origo. Hunfredus duxit Anastasiam Marchionem Ranspergij in Suenia, peperitque filios tres; Guntradium secundum Habsburgi Com. Eberhardum Com. Brisgouia, à quo Duces Zeringenses, de quibus infra cap. 7. venere; Rothardum, qui genuit Albertum Præfulem Argentoratensem, scindi que hoc iterum tempore Habsburgicum stemma, ob fecunditatem, in multas cœpit stirpes. Fuere huius Guntrani limites ab Ergouia, quæ Arula Amne irrigatur, ad vsque lacum Brigantinum, ac hinc vltra in Hercyniam syluam, indeque in Heluetiorum interiores agros, quos hodie confœderatæ Ciuitates (Cantones appellant) possident, desinentes. Prior eius vxor fuit Brigantina, è Comitibus Montfortijs orta: altera Ida, Adalberonis Com. à Calu filia, è quibus quatuor suscepit filios; Beczonem Comitem Habsburgi, qui sepultus cernitur in Cœnobio Sulczpergenfi finium Brisgouia in Choro, cum tali epitaphio: Graff Beczo von Habsburg: sancta Maria bitt God fur mich. Fratri Guiczelino sine liberis morienti in Ergouia successit. Bertilo Comes Streichburgi, ac Scarffensteinij, condidit Cœnobium V Valkirchese in nigra sylua. Gebiczio Præful Basiliensis, alijs Constantiensis, fundauit monasterium V Vessenau, iuxta Rauenspergam. Beczo è varijs vxoribus quatuor suscepit filios, ac vnicam filiam. Geberhardus è monacho Hirschaugiensi fit Antistes Constantiensis. Rapoto Comes Habsburgi conditor Cœnobij Murcha propè Lucernam,

S C H E M A . A .



S C H E M A . A .



nam, vbi anno 1034. est sepultus, posteaquã ædificasset nouam ad Am-
nem Arulam Habspurgicã Arcem, haud procul monte Vocetio. Rodol-
fus Sundgouix Comes ædificauit monasterium D. Mariæ in Otmar-
sem, vbi cum vxore Adelheide filio Comitis ~~V...~~

Cæsar est factus) vxorem impetrans, Habspurgijs iunxit Comitatum
Hohen-

Hohenbergi, ac quod is ius in Alfaticam habebat. Comes verò Ottingen-
sis ius suum Alfaticum Ecclesiæ Argentoratensi, plus Habspurgijs
offerenti, vendidit, quæ in hunc vsque diem, vt & Austriæ Principes,
titulo Lantgrauij Alfatiæ vitur, amice terminis inter se constitutis.
Duxit Albertus Sapiens primùm Heduigim, alijs Heluidiam, Com.
Kiburgi filiam, quæ Albertum ac Carolum Canonicos Constantienses
peperit. Hac mortua, Idam filiam Rodolphi Com. Pfulendorfij, quæ cæ-
teros peperit. Adeò ob morum probitatem, consilij promptitudinem,
ac iudicij acrimoniam, à subditis fuit dilectus, vt non pauci nobiles ac
ignobiles, liberis carentes, hæredem eum in solidum scriberent. Dedit
ei Cæsar Fredericus primus Comitatum Thuricensem, ac Aduocatiam
Seckingenfem ad Imperium deuoluta: quem exinde bello Asiatico se-
quutus, ibi obiit sepultus Accaroni. Vxor Ida Murchæ Monasterio, sub
Arce Habspurgica, condita iacet. Alberti frater Rodolfus, cognomine
Taciturnus, possedit Comitatum Laufenburgi, Rynfeldi, VValfhutæ,
Kiburgi, Lantgrauiatum Schisgouij, ac alia pleraque, durauitque eius
stirps in annum ferme Christi 1350. vt cap. 9. & 10. narrabimus. Re-
liquit Albertus Sapiens filios sex, ac filias duas, è quibus Albertus, Ca-
rolus, Henricus, ac Hartmannus Canonici stirpem non auxere. Al-
bertus alter, profectus cum cognato Conrardino Sueuiæ Duce pro re-
cuperatione Regni Neapolitani, quod Carolus Angium Dux illi eri-
puerat, obsidensque in Italia Parmam, leui in proelio capitur, ac in car-
cere Parmensi inuuptus moritur. Berga vxor fuit Com. Kissenbergij,
deinde Baronis ab Oxenstein Alfati. Elizabeth nupsit Etelfrederico à
Zolern Burhgrauio Norimbergensi, stirpis Habspurgicæ. De Rodolfo
natu maximo Alberti filio sequenti capite agemus, nunc huius genea-
logicum *schema accipe.

*Qua ratione Comites Habspurgi, Austria Duces Archiducéque sunt
facti.*

*Hic in-
seratur
schema
notatum
litera A.

CAP. IIII.

Alberti Comitis Habspurgij, cognomine Sapiētis, filius natu ma-
ximus ex altera vxore fuit Rodolfus, natus in oppido Habspur-
go Cal. Maij anno Christi 1218. factusque est post patris mortem Hab-
spurgi ac Ergouix Comes: è qua exigua hæreditate fratri Alberto se-
cundo annuam patris testamento soluit pensionem, ad vitæ eius vsque
finem duraturam. Quare fortunarum tenuitate coactus, (ad quam
Habspurgij matrimoniorum fecunditate è summis opibus deuen-
rant) animum ad militiam, ad quam natura factus erat, adiecit,
profectus cum multis viris nobilibus in Syriam contra Mahume-
tistas. Vnde incolumis cum laude reuersus, nec vsquam in Ger-
mania bellum se dignum reperiens, consulurus liberis, (quos ei
B 2 multos

multos iam vxor Anna Hohenbergica pepererat) apud Ottocarum Bohemix Regem, Austriaxque occupatorem, Curix Præfectum summa cum laude aliquandiu egit. Sed cum ineprum Ottocari ingenium rebus suis inutile esset expertus, eo relicto, mercenaria militia operam industriamque varijs Germanix Principibus exhibuit, vndeciesque suscepto tam suo quam aliorum nomine bello, feliciter ac cum honore confecit, decies ac quater cum hoste semper victor acie congressus. Sextum eius bellum fuit contra Henricum V Valisfchenburgi Comitem, Antistitem Basiliensem, qui Niburgum, ac Briecum ad Rhenum occuparat, Otmarsen, Blodelsheim, Klingam, ac Rynefeldam, Habspurgicæ ditionis oppida, igne ac ferro vexarat. Cumque auxilio Antistitis Argentoratensis, Præsulem Henricum, proelijs victum, Basileæ obsideret, præter suam multorumque expectationem, anno 1271. quarto Idus Octobres, Romanorum Imperator, omnium Germanix Principum sententijs, renunciatur, reiectis qui id vehementer ambierat, Richardo Angliæ, Alfonso Castellæ, ac Ottocaro Bohemix, Regibus, annitente eo incio inprimis Archipræsule Mogûtino, quem olim Romam proficiscentem, ac domum redeuntem, summa cum humanitate, ac iusto cum præsidio erat comitatus; iuuante etiam Alberto Magno Philosopho Theologo, Antistite Ratisponensi, cui olim Rodolfus animi vitiosas inclinationes, ac corporis intemperantiam profiteri fuerat solitus, qui que optimè & exactè eius indole perspecta, eum vehementer summo Pontifici commèdarat, is verò Germanix Proceribus. Electionis suæ nuntium accepit in castris ad Basileam agēs ab Henrico Marscalco Pappenheimensi, ac Octauo Idus Ianuarij anni sequentis Aquigrani à Sigifredo Coloniensi Archipræsule, accepto à Principibus sacramento, corona est redimitus. Exinde perdomitis graui bello Sueuorum Regulis, Burgundix Duce, sublatiisque Basileæ, alijsque Germanix locis, ciuilibus factionibus, quibus miserè interregni tempore à morte Cæsaris Frederici secundi, ad hæc eius tempora, spatio circiter viginti duorum annorum æstuarat Germania, primùm Norimbergam, deinde Herbipolim, postremò Augustam VVindelicorum Principum Germanix Conuentum celebrat, petitque viribus in vnum collatis, Imperio asserant vendicentque Austriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, quæ interregni tempore Ottocarus Bohemix Rex magno Imperij cum dedecore occuparat, hætenusque possederat. Is enim quum Leopoldi octauo, postremi Austriæ Ducis, filiam natu grandem in vxorem duxisset, mox alia superinducta repudiarat, neglectaque Imperij Maiestate, repudiatæ dotem Austriam, Imperij clientale beneficiū, contempto sacramento, vi suam fecerat, citatusque ad dicendam causam, Cæsarem Imperijque Principes irriserat. Cumque ingentē exercitum

Cæsar

Cæsar Rodolfus coëgisset, imparatus Ottocarus timere, ac mox quicquid Cæsar iuberet admittere cœpit, modò paucis præsentibus ad clientale sacramentū clam dicendum admitteretur. Annuit Cæsar, ac vt in tentorio suo id fiat consentit. Proficiscitur ad Cæsarem iustus cum copijs Rex Ottocarus, intratque eius tentorium quasi communicaturus. Sed ea erat medio in campo tentorij Cæsarei structura, vt vnico maiori clauo loco moto, hinc inde in quatuor partes scissum, in totidem mundi regiones decideret: conspicienteque vtroque exercitu, hinc Cæsar sublimè regaliter indutus sedebat, inde Rex Ottocarus in genua ante Cæsarem. prouolutus vexillum de manu eius accipiebat, ac clietale sacramentū de Imperij beneficijs dicebat, Bohemis triste spectaculum abominantibus, Cæsarianis læto gratoque murmure applaudentibus. Reuerfus exinde in Regnum Ottocarus, vt contumeliam vindicaret, ingentem cogit exercitum. Contrà prodit Cæsar Rodolfus, viginti millibus equitum à Rege Hungariæ adiutus, collatisque signis, tadem Ottocarus, desideratis quatuordecim virorum millibus, superatur, ac occiditur: cumque Bohemiam Cæsar deuastaret, necessitate compulsi pacem petunt. Datur VVenceslao Ottocari filio hac lege, vt posthac Austria, cæterisque eius Prouincijs abstineat, ac Gutam Cæsaris filiam in vxorem ducat: Agnes verò VVenceslai soror, ea conditione Rodolfo, Sueuiæ Duci, Cæsaris filio nubat, vt si VVenceslaus sine masculis liberis è viujs decepsisset, Agnes illi succederet. Exinde Bohemix ac Austriæ pax restituitur. Albertus verò, Cæsaris filius natu maximus, Austriæ præficitur, ducta in vxorem Elizabetha filia Meinardi Com. Tyrolis, cui antiquū in Austria ius erat, vt infra patet capite 15. Post hæc iterum Cæsar Augustæ Imperij Comitiam anno 1282. indicit, vbi Austriæ Procerum Ordinumque continuis expugnatus precibus, consensu omnium Germanix Principum, Cæsarea innixus potestate, ac autoritate, filium Albertum Austriæ Archiducem, Stirix ac Carniolæ Ducem, VVindorumque Marchionem renunciat, ac anno 1284. Norimbergæ, præsentibus Imperij Principibus, traditis filio de manu insignijs, inaugurat, accepto, nomine Imperij, clientali sacramento. Deinde Meinhardum, filij Alberti focerum, Tyrolis Comitem, Carinthiæ Ducem, Teruisiani que Marchionem, Imperij Vicarium, accepto sacramento nominat. Tadem plenus laborum, magis quam annorum, quam aliquot Imperij Ciuitates aut in libertatem restituisset, aut Proceribus, præsertim in Italia addixisset, tabe confectus, cum ex Erfordia Spiram contenderet, in Oppido Germerfchein pridie Cal. Octob. anno 1291. expirauit, natus annos 73. ac mensis quinque, conditusque est Spiræ iuxta Heinricos in Choro, cum tali epitaphio: Anno Domini M. CC. LXXXI. pridie Cal. Octobres,

B 3

obiit

obiit Rodolfus Rex, fuitque eo mortuo interregnum trium mensium, & septem dierum. De eius rebus gestis consule, è huius sæculi scriptoribus, Ioannem Cuspinianum, ac VVolfgangum Lazium, quoniam non semper in annorum numeris satis conueniant. Prima Cæsaris Rodolphi vxor fuit Anna Hohenbergica Sueua, quæ ei septem filios peperit, totidemque filias, è quoque Rodolfus duodecimo ætatis anno obiit. Albertus Archidux Austriae huius familiae primus, ac mortuo patre Com. Habsburgi, & in Imperio successor, Princeps pugnacissimus ac felicissimus. Hertmannus perfecto Tulmæ Cœnobio, ibidem cum fratre Frederico sine liberis est sepultus. Rodolfus alter Dux Sueuiæ, Lantgravius Alfatia, Com. Ergouia, Aduocatus Turgouia, duxit Agnetem, Onuphrio Elizabethâ, filiam Ottocari Bohemæ Regis, cui mortuo filius VVenceslao in Regno successit. Sed primo anno à Bohemis veneno sublati, filium tantum reliquit Ioannem, interfectorem patris sui Cæsaris Alberti: qua de causa in Italia captus, ac Cæsari Heinrico septimo traditus, in monasterium conclusus, innuptus obiit. Hertmannus alter decimo octavo ætatis anno in Rheno prope oppidum Rhinau innuptus periit. Carolus puer Basileæ sepultus. Euphemia Deo Tulmæ vitam sacrauit. Guta vxor VVenceslai Bohemæ Regis; Mahtildis Lodowici Palatini; Agnes Alberti Ducis Saxonie; Catharina, alijs Heduigis, vxor Hertmanni Marchionis Brandeburgij; Anna Ottonis Bavarie Ducis; Clementia Caroli Regis Neapolitani stirpis Andegauensis. Altera Cæsaris Rodolphi vxor fuit Agnes, Onuphrio Elizabeth, filia Ottonis Burgundie Ducis, quam prouectæ ætatis vir adolescentulam duxit, sed nullos ex ea liberos genuit. Albertus Habsburgi Comes, filius Cæsaris Rodolphi natu maximus, patris industria sua familiae Archidux Austriae, creatur anno 1298. vt Lazius vult, vt verò Cuspinianus, 1299. mense Iulio Rom. Imperator, cuius coronationi tanta Aquisgranii hominum multitudo interfuit, vt Albertus Saxonie Dux, noui Cæsaris sororem in vxorem habens, pressura hominum suffocaretur. Vno etiamnum patre ingens illi in Austria oritur bellum, contra aliquos Proceres ac Ciuitates rebelles, qui à Bohemæ Rege, Bavarie Duce, ac Antistite Salsburgensi inuabantur. Omnibus superatis, felicissime coniurationem (quam vitream appellare solebat) dissoluit, ac sopiuit. Dehinc bella, turbasque varias, cum vicinis Hungaris ac Bohemis ortas, composuit, Germanorum dissensiones sedauit, factiones sustulit, duodeciesque collata acie victor pugnauit. Quumque nec armis, nec veneno superari posset, à Ioanne Sueuiæ Duce, fratris sui Rodolphi vnico filio, ac tribus viris nobilibus, Russium Annem traiciens est confosus, nulla de causa quamquod Dux Ioannes se ab eo diutius, quam par esset, Regno Bohemæ excludi, ac in tutela detineri, conquereretur.

Perijt

Perijt Cal. Maij anno 1308. succedente illi in Imperio Heinrico septimo Comite Lutzenburgensi, sepultus Spiræ iuxta patrem. Periere percussores omnes (vindicante mortem Deo) miserabili obitu, de cuius quoque rebus gestis Cuspinianum ac Lazium consule. Nullam duxit vxorem præter Elizabetham filiam Meinardi Com. Tyrolis, quam vigesies & semel peperisse ait Cuspinianus, Lazius verò vigesies & sexies, è quibus hi vndecim ad pubertatem peruenere. Fredericus pulcher Com. Habsburgi, Archidux Austriae, primò duxit Elizabetham Aragonie Regis filiam, quæ filias peperit duas; Elizabetham desponsatam Cæsari Carolo quarto, obiitque anno 1334. quoniam Cuspinianus desponsatam dicat Ioanni Lutzenburgio, Cæsaris Caroli quarti filio; Annam, quæ duobus ante nuptias orbara sponis, constructo Vienna Austriae è propria dote in honorè D. Claræ Cœnobio, id prima omnium cum sexaginta duabus nobilibus virginibus anno 1334. est ingressa, diuque austeram perpessa vitam, tandem cum magna integritatis fama è mundo migravit. Altera Frederici vxor fuit Cunigundis Lodowici Bauari Cæsaris, hostis sui acerbissimi, filia, quam carcere liberatus duxit, procreatiq; ex ea liberi omnes infantes obiire. Hac quoque mortua, tertio fidem dedit Elizabethæ Geldræ, sed morte præuentus non duxit. Electus fuit Rom. Imperator, ac mox contra eum Lodowicus Bavarus, à quo in pugna victus captusque, tandem liberatus obiit anno 1330. Rodolfus alter, Cæsaris Alberti etiam filius, duxit Blancam, Philippi Francorum Regis sororem, quæ obiit anno 1305. Deinde viduam VVenceslai iunioris Bohemæ Regis, post cuius mortem, ac Heinrici Carinthie Ducis, qui Annam sororem dicti Regis VVenceslai (alijs Agnetem) in vxorem duxerat, Rex est factus Bohemæ secundum conditiones Iglauie in Morauia factas: quumque anno vno Bohemis imperasset, hausto veneno obiit anno 1307. sepultusque est Praga, succedente illi in Bohemia Ioanne Lutzenburgi Comite, Cæsaris Heinrici septimi filio, quòd in vxorem duxisset Elizabetham sororem natu maiorem dicti VVenceslai iunioris Bohemæ Regis, ac Agnetis iam nominatæ. Leopoldus, horum frater, fuit Lantgravius Alfatie, ductaque Catharina Heinrici septimi Cæsaris filia, duas tantum genuit filias. Catharina, vxor prior fuit Ducis Schuymichie; Agnes, Principis Grossæ in Silesia; eoque mortuo, Baronis Couchiaci in Francia. Otto filius quartus Dux Stirie ac Carinthie, duxit Elizabetham filiam Stephani Ducis Bavarie, vnde procreati liberi, ante pubertatem è viuis discessere. Ea mortua, duxit Annam Cæsaris Caroli quarti sororem, è qua editus filius infans obiit. Ipse moritur sine liberis anno 1345. primusque Carinthiam, non tamen Tyrolim, familiae Habsburgicæ ac Austriacæ acquisiuit, vt infra cap. 17. latius docetur.

Heinri-

Heinricus filius quintus, Canonicus ac futurus Antistes Moguntinus, sed mortuo fratre Rodolfo, relictis sacerdotijs fit Rex Bohemiæ, donatusque est à Cæsare Heinrico septimo hereditate Ioannis Sueuiæ Ducis, qui Cæsarem Albertum interfecerat, obiitque nullis è duabus vxoribus relictis liberis anno 1327. Albertus cognomine Pius, filius sextus, è Canonico Patavienti, post fratrum sine liberis mortem fit Com. Habsburgi, ac Archidux Austria, dictus etiam Contractus, quòd haustum venenum medici necessitate coacti in nervos diuertissent. Hic omnia diuino cultui posthabuit, ad eò ei deditus, vt reliqua ferè omnia negligeret. Duxit Ioannam Vrici Com. Ferrætæ filiam ac hæredem, è qua liberis sex, stirpis valde diminutæ propagatores fœcundos, piosque Principes, genuit, de quibus statim obiitque anno 1368. decimo tertio Cal. Augusti. Prima Cæsaris Alberti filia Agnes nupsit Andree Hungariæ Regi: quo interfecto, cum vnica filiola in Cœnobio Koninxfeldensi, in Ergouia, vitam cum laude seruata pudicitia finiuit. Catharina nupsit Carolo Calabria Duci, Elizabeth Theodorico Lotharingæ Duci, Anna Hertmanno Marchioni Brædeburgensi, Guta Lodowico Com. Ottingensi in Sueuia. Alberti Pij seu Contracti liberi hi sunt: Rodolfus Com. Habsburgi, ac Archidux Austria, iuuantibus fratribus Viennæ Academiam instituit, ac Cathedrale D. Stephani Templum, cuius fundamenta pater iecerat, absoluit. Primò duxit Catharinam filiam Cæsaris Caroli quarti, eaque mortua Margaritam Heinrici Carnorum Ducis, Bohemiæque pro tempore Regis filiam ac hæredem. Comitatus Cæsarem Carolū quartum in Italiam, Mediolani flore ætatis sine liberis veneno (vt quidã volunt) periit anno 1363. sepultusque est Viennæ apud D. Stephanum, indeque Melacum translatus, in Archiducum sepulchro est positus. Infrã cap. 17. dicimus quã ratione Comitatum Tyrolis familiæ acquisierit. Albertus alter filius fratri succedit, condiditque Arcem Laxenburgam, suscepitque è Beatrice, filia Burhgrauij Norimbergensis, filiam Annam, vxorem Heinrici Ducis Bauariæ, ac filium sui nominis Albertum Austria Archiducem, Com. Habsburgi, qui duxit Ioannam Alberti Bauari Hollandiæ ac Hannoniæ Com. filiam, eaque defuncta Machteldim, Lodowici Bauariæ Ducis filiam, quæ non peperit. Cognominatus fuit Astronomus, ob summum eius Disciplinæ studium, ac non vulgare peritiam. Periit veneno anno 1404. sepultus Viennæ apud D. Stephanum, vnico quoque relicto sui nominis filio Alberto Austria Archiduce, ac Com. Habsburgi, quinque annorum puero, ciuilibus inter Austriacos Præceres belli causa ob tutelam Prouinciarumque gubernationem. Vir factus duxit Elizabetham filiam ac hæredem Cæsaris Sigismodi, quibus nuptijs, post soceri mortem, Rex est factus Bohemiæ, ac paulo post Ordinum

dinum electione etiam Hungariæ, tandemque anno 1438. loco soceri Sigismundi Romanorum Imperator. Contra Turcas defendendis Hungaris profectus, alui solutione, è nimio melopeponum in summo calore esu, in itinere periit anno 1439. succedente illi, tam in vtraque Austria quam in Imperio, Frederico Cæsare nominis tertio aut, vt alijs placet, quarto, Maxemiliani primi Cæsaris patre. Reliquit Cæsar Albertus ex Elisabeta Lutzenburgica, aut potius Bohema, liberos tres; Elisabetam vxorè Casamiri Poloniæ Regis, quæ post fratris mortem Hungariæ ac Bohemiæ Regem fecit; Annam vxorem Guilielmi Saxonie Ducis; Ladislaum posthumum, Hungariæ Bohemiæque Regem, ac Austriæ Archiducem, qui in vxorem ducturus Magdalenam, Caroli septimi Francorum Regis filiam, veneno extinguitur anno ætatis suæ 19. Christi 1457. sepultusque est Prage, succedente sorore Elisabeta, cuius genealogiam in sequenti schemate sumus profecturi, vt videret Lector qua ratione Bohemia ac Hungaria, quasi postliminio, iterum ad Austriacos Habsburgicæ familiæ Principes peruenierint. Leopoldus Archiducis Alberti filius tertius, dictus Probus, feliciter contra Venetos gesto bello, dum ingentes vir bellicosus & acer è tota Germania copias, auxilijs etiam Cæsaris Caroli quarti adiutus, contra defectores ac rebelles Heluetios ducit, inexploratos montium anfractus, angustasque fauces ingressus, vndique ab Heluetijs cõclusus, cum omnibus ferè copijs, multisque viris nobilibus nomen suum secutis, haud procul Sempacho 10. Iunij anno 1386. interficitur, relinquens ex vxore Viride, filia Barnabæ Vicecomitis Mediolanensis, filios quatuor, ac filias tres. Margarita eius soror, vxor fuit Meinardi Marchionis Brandeburgij, filij Cæsaris Lodowici Bauari nominis quarti. Catharina Deo Viennæ ad D. Claram vitam dedicauit. Leopoldi Probi filius natus maximus Guilielmus Archidux Austria, Com. Habsburgi, cognomine Ambitiosus, Tripolitanos Turcarum obsidione liberauit. Desponsata sibi Poloniæ hæres eripitur à Lithuanie Principe. Tandem è tribus vxoribus nullis relictis liberis obiit anno 1407. sepeliturque Viennæ apud D. Stephanum, succedente fratre Leopoldo Crasso, qui duxit Catharinam filiam Philippi Audacis Burgundiæ Ducis, è qua vnica tantum reliquit filiam. Patris mortem suscepto contra Heluetios bello vindicare volens, prælio superatur, pauloque post cruoris fistuloso apostemate extinguitur, anno 1412. nullis relictis liberis, succedente fratre Frederico Tyrolis Comite, qui cum clam è Concilio Constantiensi Papam Ioannem abduxisset, à Cæsare Sigismundo proscribitur, ac ab Heluetijs, quòd Abbati D. Galli auxilium tulisset, caeso exercitu in fugam conijcitur, Ditionesque eius inuadentes, tum belli, tum proscriptionis iure, quicquid ad Annem Arulam ac in circuitu posside-

bat, ei eripiūt: Tigurini Comitatum Kiburgicum, VVaudelbergicum, Rapperswilicum, Aduocatiā Turocensem, Breingartum ac Mellin- gam: Bernates Vhtlandiam cum Metropoli Friburgo, Burgdorfium, ac Ergouiam. Reliqui occupant, Sundgouiensem Lantgrauiatum, Co- mitatum Tierstainij, Badensem, ac Dornecensem. Genuit ex Anna Bruinswicana vnicum filium hæredemque Sigismundum, qui Sim- plex fuit cognominatus, Tyrolis, Laufenburgi, ac Ferretta Comitem, Aduocatum Seckingensem, Sueuiæque Lantgrauium, qui Carolo Pu- gnaci, Belgarum ac Burgundionum Principi, Ditiones suas ad Rhe- num sitas oppignorauit, vt in vita eius scripsimus, & de bello ea de causa orto. Cumque è Saxonis ac Scotia Regis filiabus liberos non procreasset, prouectæ ætatis cognatum Maxæmilianum, Cæsaris Fre- derici tertij filium, adoptat, ei que ante mortem omnes hæreditarias Ditiones libera voluntate cedit, certis ad vitam annuis seruatis pro- uentibus, moriens anno 1497. cum pater eius Fredericus obiit anno 1440. Margarita filia natu maxima Leopoldi Probi, nupsit Meinhardo Bauaria Duci; eoque mortuo, Ioanni Morauia Marchioni, filio Cæsa- ris Caroli quarti: Elizabeth vxor fuit Henrici Com. Gorcensis: ter- tia filia iuncta est Conrado Burhgrauio Magdeburgensi, qui & Co- mes erat Hardicensis in Austria. Ernestus filiorum Leopoldi Probi na- tu minimus, ac stirpis Habsburgicæ Austriacæque nostri temporis au- thor, ab animi constantia ac corporis robore dictus Ferreus, Com. erat Stiria, viuentis è sacerdotiorum suorum redditibus, Bononia literis operam dabat. Sed fratribus sine liberis extinctis, dimissis sa- terdotijs, vxorem accipit Margaritam Stetini Ducis filiam, Cæsaris Sigismondi amitam, quietem in Stiria agens, dum fratres de tutela pue- ri Alberti Austriaci inter se digladiantur. Vxore Margarita sine liberis mortua, ducit Cimburgim, Vitoldi Lithuania Principis filiam, quæ ei nouies peperit, è quibus Ernestus innuptus anno 1425. obiit: Rodol- fus, Leopoldus, Alexandra, & Anna, pueri obiere. Albertus natu quar- tus, cum per quinquennium fratri Frederico natu maiori ingens per Austriam ciuile excitasset bellum, ac academiam Friburgensem in Bris- gouia condidisset, sine liberis anno 1462. obiit. Margarita vxor Erne- sti Saxonia Electoris, mater Alberti, qui Cæsari Maxæmiliano primo apud Belgas summa cum laude militauit, ab eoque hæreditaria Frisia gubernatione est remuneratus. Catharina nupsit Carolo Marchioni Badensi; Elizabeth Com. VVardenburgio. De Frederico natu maxi- mo, proximo agemus capite. Nunc huius genealogicum *proponamus

*Hic in-
seratur
schemata
notatum
Hiera B.

Præceden-


Præcedentis quarti Capitis continuatio.

CAPVT V

ii, Archidux
truorum,
cis, natus
Cæsar Cal.
cedens in
ui mories
ia ei Pro-
xa, ture-
Austriacas
risset La-
bertatem
nducta
Frederico
ensium ac
edericum
filio Ma-
s, quinto
reliquit,
raxissent,
ndijs suis
Rege, Au-
æ habitas
m errans
rtuo Rege
arte Hū-
cætia bel-
n ei Deus
ierosoly-
& sepul-
mouens,
no 1450.
orona est
orū suo-
s secūdis
iam natu
Neustarti
(quod Neapolim sonat) in Austria, in tanta sumptibus Cœnobio, suo
iussu ac sumptu ædificato, est sepulta, iuxta tres liberos qui infantes
obierant.


C 2

SCHEMA. B.



Rodolfus Comes Habsburgi, Romanorum Imperator nominis primus, ducta in uxorem Anna Hohenbergica, hos ex ea suscepit liberos.

SCHEMA. B.



bat, ei eripiunt: Tigurini Comitatum Kiburgicum, VVaudelbergicum, Rapperswilicum, Aduocatiam Turocensem, Breingartum ac Mellin- gam: Bernates Vhtlandiam cum Metropoli Friburgo, Burgdorfium, ac Ergouiam.

mitatum T
Bruinsw
plex fuit
Aduocat
gnaci, B
num sita
causa ort
procreast
derici ter
Ditiones
uentibus,
1440. Ma
Bauaria I
ris Carol
tia filia iu
mes erat I
tu minim
thor, ab a
erat Stiria
literis ope
terdotijs,
Sigismond
ri Alberti A
mortua, d
ei nouies pe
fus, Leopold
rus, cum p
Austriam ci
gouia cond
sti Saxonia
apud Belgas
gubernatio
Badensi; El
mo, proxim
schema.

*Hic in-
seratur
schema
notatum
litera B.

Præcedens.

Præcedentis quarti Capitis continuatio.

CAPVT V.

FREDERICVS filius Ernesti Ferrei, Comes Habspurgi, Archidux Austria, Dux Carinthia, Stiria, &c. hares omnium patruorum, fratrum, ac tandem etiam Ladislai posthumi Austria Archiducis, natus est authore Cuspiniano in Austria, anno 1415. lectusque Cæsar Cal. Ianuarij anno 1440. nominis tertius, aut rectius quartus, succedens in Imperio cognato Alberto Habspurgico, Austria Archiduci, qui moriens cum vxorem grauidam relinqueret, hac lege Ordines Austria ei Pro- uincia gubernationem commiseret, vt si filium vidua esset enixa, tute- lam infantis, donec adoleuisset, susciperet; si verò filiam, in Austriacas Prouincias solus Fredericus succederet. Sed cum filium peperisset La- dislaum, sanctissimè eius curam ac tutelam agens, quò ad pubertatem peruenisset, Austria ei restituit. Sed paulo post Ladislao, nondum ducta vxore, veneno à Bohemis sublato, Albertus Austriacus fratri Frederico tãtam inuidens successionem, conatus est rebellium Viennensium ac Austriacorum auxilio, ingenti excitato ciuili bello, fratrem Fredericum pellere, diu ac acriter eum in Arce Viennensi cum vxore ac filio Ma- xamiliano obsidens. Sed tandem Albertus innuptus moriens, quinto belli anno vniuersam Austriam fratri Frederico vel inuitus reliquit, nisi quòd veterani milites in contumacia persistentes bellum traxissent, si non eos 70000. aureorum nummum, maioriq; parte stipendijs suis addicta pacasset. Postremò à Matthia Hunniade, Hungaria Rege, Au- stria exactus, continuo quinquennio (quo is Austriam Viennæ habitas possedit) cum octingentis tantum equitibus per vniuersam errans Germaniam, Principum controuersias composuit, donec mortuo Rege Matthia, ac recepta filij sui Maxamiliani operâ Austria cum parte Hù- garia, hereditarias Ditiones reuifit. Fuit Fredericus in adolefcètia bel- lo planè infelix, ac ad pacem à natura formatus, quam tandem ei Deus prouectiore atate concessit. Anno atatis vigesimoprimo Hierosoly- mam pietatis causa profectus, Christi Liberatoris vestigia & sepul- crum inuisens est exosculatus. Reuersus bellum in Heluetios mouens, destitutus ab ijs qui auxilia promiserant, incepto destitit. Anno 1450. Romam profectus, à Papa Nicolao quinto aurea Cæsarum corona est redimitus, pauloque post operâ Aenæ Siluij, scribij ac secretorù suo- rum præfecti, (qui postea summum adeptus Pontificatum Pius secundus nominari voluit) Romæ in vxorem ducit Leonoram, filiam natu maximam Eduardi Lusitania Regis, quæ moriens anno 1467. Neustarti (quod Neapolim sonat) in Austria, in sanctæ Trinitatis Cœnobio, suo iussu ac sumptu ædificato, est sepulta, iuxta tres liberos qui infantes obierant.

obierant. Qui Cæsaris Frederici tertij res exactè noscere cupit, legat Aenæ Siluij Europam, Ioannis Cuspiniani Cæsares, ac VVolfgangi Lazij Commentaria Austriaca. Obijt Lintzij Austriæ oppido, e maligno vlcere in pede nato, quem cum tibia secandum, spe longioris vitæ, medicis præbens, ac res peracta fati feliciter se haberet, mense Augusto, in profesto Assumptionis in cælum D. Virginis Mariæ, imprudèter ab omni cibo pietatis causa abstinens, (obseruâtissimus enim erat Princeps religionis maiorum) octo melopepones, sedandæ sitis causa, comedit, aquamque bibens (adeò enim vini parcus per omnem fuit vitam, vt à multis abstemius haberetur; hinc tantopere temulentos habebat exosos) debilitato naturali calore, in stomachi incidit dolorem, qui sensim auctus, tandem aluum soluit; prostrataq; virtute retentiuâ, (vt medici loquuntur) viribusque exhaustis, 19. die Augusti, anno 1493. Deo animam reddidit, anno ætatis 78. pacata vniuersa Germania, vt eo tempore eleganter cecinit Petrus Amalthæus, Viennæ bonarum literarum Professor, hoc disticho:

*Astra Pius Cæsar pacato descendit ab orbe:
Talis vita fuit, qualis & interitus.*

Imperauit annis 53. mensibus 4. ac diebus 4. Cæsarem Augustum ætate tribus annis superans, ab eo in Imperio tribus annis superatus. Intestina Lintzij sunt sepulta, corpus magna cum pompa Danubio Viennam est deuectum, tota vrbe obuiam effusa, magno cum honore exceptum, ac in Aede D. Stephano sacra perlatum, vbi tam diu in Archiducum crypta fuit asseruatum, donec mausoleum, quod ante viginti annos pulcherrimo opere, ingenti sumptu inchoarat, à filio Maxæmiliano absolueretur, ibidemque corpus trãfferretur. Duos tantum reliquit liberos; Cunigundim vxorem Alberti Bauariæ Ducis; Maxæmilianum Habsburgi Com. Austriæ Archiducem, &c. de cuius vita, filijque eius Philippi, ac nepotis Caroli quinti Cæsaris, rebusque eorum gestis, quoniam singulis à nobis libris est perscriptum, hîc nihil adferemus, eò lectorem remittentes. Nunc huius capitis schema * genealogicum accipe.

* Hic inseratur
schema
notatum
litera C.

Præcedentis Genealogiæ amplior explicatio.

CAPVT VI.

PHILIPPI secundi Hispaniarum Monarchæ quatuor vxores fuisse hæc. Prima Maria filia Ioannis tertij Lusitaniæ Regis; altera Maria filia Heinrici 8. Angliæ Regis natu maxima; tertia Elizabeth filia Heinrici secundi Francorum Regis; quarta Anna liberorû natu maxima Cæsaris Maxæmiliani secundi. Soror Philippi Maria nupsit dicto Cæsari

Cæsari Maxæmiliano secundo, ei que liberos quindecim peperit. Ioanna altera eius soror vxor fuit Ioannis Lusitaniæ Principis, filij Regis

Francisco Mediceo Florentiæ Duci, Cosmi filio, obijtque e partus dolore mense Iunio 1578.

Natales liberorum Cæsaris Maxæmiliani secundi hi fuisse. Anna primogenita nata est Zigalla in Hispania Cal. Nouemb. 1549. fuitque quarta

Maximilianus
Frederici tertij
Cesaris filius,
Comes Habsburgi,
Archidux
Austrie, Belgarum
Burgundionumque
Princeps, Romanorum
Imperator nominis
primus, reliquit
e Maria Burgunda,
Caroli Pugnacis filia ac
herede, filium ac
filiam.

Philippus
Co. Habsburgi,
Archidux Austriae,
Belgarum Burgundionumque
Princeps, Rex
Castella, obiit anno
1506. relinquens e
Ioanna Aragona hos
liberos.

Margarita
Austriaca, repudiata a
Carolo 8. Franco-
rum Rege, nupsit Ioanni
Hispanie Princepi, coquo
mortuo, Philiberto
Sabaudie Duci, sed
neutri peperit. Vidua
Belgas nomine
fratris gubernavit,
Aulamq; Aethiopia
semper habuit, ubi
morta est anno 1533.

Leonora, nupta Emanueli Lusitania Regi, ei filiam peperit. Eo mortuo, Francisco primo Francorum Regi, cui non peperit. Obijt in Hispania anno 1558.

Carolus natus anno 1500. Comes Habsburgi, Archidux Austriae, Rex Hispaniarum ac Indiarum, Princeps Belgarum ac Burgund. Romanorum Imperator, hos reliquit liberos.

Elizabet uxor Christierni secundi Danie Regis, Regno pulsi.

Ferdinandus natus anno 1503. Co. Habsburgi, Archidux Austriae, Rex Bohemia ac Hungaria, Romanorum Imperator, cui ex uxore binati sunt liberi.

Maria uxor Lodouici Regis Bohemiae ac Hungariae, a Turcis capti, Belgarum nomine fratris Caroli Gubernatrix, obiit in Hispania anno 1558.

Catharina posthuma, nupsit Ioanni tertio, Lusitania Regi, peperitque Ioannem & Mariam.

Philippus Comes Habsburgi, Archidux Austriae, Monarcha Hispaniarum, omniumque pateternarum Ditionum heres in aeternum. Quatuor habuit uxores, unde

Maria.

Joanna.

Nothi

Margarita.

Ioannes.

Elizabet nata anno Christi 1526.

Maximilianus secundus, Comes Habsburgi, Archidux Austriae, Rex Bohemia ac Hungariae, Romanorum Imperator nominis secundus, natus anno 1527. unde

Anna nata anno 1528.

Ferdinandus secundus natus 1529. genuit e priore uxore Andrea Cardinalem, Carolum, ac tres filias, obiitque mense Februario anni 1595.

Maria nata anno 1531.

Magdalena nata anno 1532.

Catharina nata anno 1533.

Leonora nata anno 1534.

Margarita nata anno 1536.

Ioannes infans obiit.

Barbara nata anno 1539.

Carolus natus anno 1540. reliquit ex uxore hos liberos.

Vrsula bimula obiit.

Helena nata anno 1543.

Ioanna nata anno 1547.

E prima uxore.
Carolus Hispaniarum Princeps, obiit innuptus mense Iulio anno Christi 1568.

E tertia.

Elizabet.
Catharina uxor Caroli Emanuelis Sabaudie Ducis, peperit.

E quarta.

Ferdinandus infans obiit.
Carolus Laurentius puer obiit.
Iacobus puer obiit.
Philippus Princeps Hispaniarum.

Anna nata anno Christi 1549.

Ferdinandus infans obiit.
Rodolfus Co. Habsburgi, Archidux Austriae, Rex Bohemia ac Hung. Rom. Imp. nominis secundus, natus 1552.
Ernestus natus anno 1553. obiit innuptus Belgarum Gubernator Bruxella anno 1595. 20 Febr.
Elizabet nata anno 1554.

Maria infans obiit.

Matthias natus anno 1557.

Maximilianus tertius natus anno 1558.

Albertus Austriae Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus, Belgarum loco fratris Ernesti Gubernator 12. mensis Ianuario anni 1596. natus est anno 1560. 13. Nouembris.

Venceslaus natus anno 1561.

Fredericus infans obiit.

Maria altera obiit infans.

Carolus infans obiit.

Margarita nata anno 1567.

Leonora nata anno 1568.

Ferdinandus puer obiit.

Anna.

Maria.

Christina.

Catharina.

Reimera.

Elizabet infans obiit.

Ferdinandus alter.

Carolus infans obiit.

Gregoria.

Maximiliana.

Leonora.

Maximilianus.

Margareta.

Leopoldus.

obierant. Qui Cæsaris Frederici tertij res exactè noscere cupit, legat
Aenæ Siluij Europam, Ioannis Cuspiniani Cæsares, ac VVolfgangi

Cæsari Maxæmiliano secundo, ei que liberos quindecim peperit. Ioanna altera eius soror vxor fuit Ioannis Lusitaniæ Principis, filij Regis Ioannis tertij, peperit que Regem Sebastianum in Africa casum, ipsa verò obiit anno 1578. Margarita notha primùm nupsit Alexandro Mediceo, primo Florètiæ Duci; eoque sine liberis mortuo, Octauiio Farnesio Parmæ ac Placetiæ Duci, cui peperit Alexandrû Farnesiu. Ioanes nothus natus 25. Febr. a. 1547. inuuptus obiit Belgarû Gubernator a. 1578. Cæsar Ferdinandus, frater Cæsaris Caroli quinti, natus est anno 1503. obiit que 1564. die Iulij 25. duxerat que Annam Bohemiæ ac Hungariæ Reginam, sororem ac hæredem Regis Lodowici fratris sui; ipsa obiit Pragæ 27. Ianuarij anno 1547. his relictis liberis. Elizabeth nata Lintzij nona. Iulij anno 1526. nupsit Sigismundo Augusto Poloniæ Regi; obiit Vilnæ in Lithuania 15. Iunij anno 1545. Maxæmilianus secundus natus est Viennæ Cal. Augusti anno 1527. duxit que Mariam patruj sui Cæsaris Caroli quinti filiam, obiit que Rarisbonæ Imperij Comitibus celebrans 12. Octob. 1576. ipso ferè momento, quo filius Rodolfus Cæsar fuit designatus. Anna nata est Pragæ 17. Iulij 1528. nupsit que 4. Iulij 1546. Alberto Bauariæ Duci. Ferdinandus secundus Lintzij natus 14. Iunij anno 1529. primò duxit Philippam è patritia VVelferorum Augustana familia ortam, è qua supersunt, Andreas Cardinalis Austriæ, ac Carolus Marchio in Burgau. Hac mortua duxit mense Aprili anno 1580. Guilielmi Mantuæ Ducis filiam, suam è sorore Leonora neptem, è qua vnica è tribus superest filia. Maria Pragæ nata 15. Maij 1531. nupsit 18. Iulij 1546. Guilielmo Cliuiæ ac Iulix Duci. Magdalena nata Oeniponti 14. Augusti 1532. viuit cælebs in Cœnobio Halæ ad flumen Oenum. Catharina Viennæ nata 25. Septemb. 1533. primùm nupsit Frederico Mantuæ Duci, deinde Sigismundo secundo Poloniæ Regi; quo etiam mortuo, Lintziuni concedens, ibi anno 1572. obiit. Leonora Viennæ nata secundo Nouemb. 1534. nupsit anno 1561. Guilielmo Mantuæ Duci. Margarita Oeniponti nata 16. Febr. 1536. obiit que; inuupta Halæ 12. Martij 1567. Barbara Viennæ nata 30. Aprilis 1539. nupsit Alfonso secundo Ferrariæ Duci, obiit que 1572. Carolus Viennæ natus tertio Iunij 1540. duxit Mariam filiam Alberti Bauariæ Ducis, è sorore Anna neptem, quæ ei 15. peperit. Helena Viennæ nata 7. Ianuar. 1543. obiit inuupta mense Martio Halæ ad Oenum flumen anno 1574. Ioanna Pragæ nata 24. Ianuarij 1547. nupsit Francisco Mediceo Florentiæ Duci, Cosmi filio; obiit que è partus dolore mense Iunio 1578.

Natales liberorum Cæsaris Maxæmiliani secundi hi fuere. Anna primogenita nata est Zigallæ in Hispania Cal. Nouemb. 1549. fuit que;

Hic
seratu
schem
notatu
libera

hæ. Prima Maria filia Ioannis tertij Lusitaniæ Regis; altera Maria filia Heinrici 8. Angliæ Regis natu maxima; tertia Elizabeth filia Heinrici secundi Francorum Regis; quarta Anna liberorû natu maxima Cæsaris Maxæmiliani secundi. Soror Philippi Maria nupsit dicto Cæsari

quarta vxor Philippi secundi Hispaniarum Monarchę. Rodolfus secundus Romanorum Imperator natus est Viennę 18. Iulij anno 1552. Ernestus Viennę natus 15. Iunij 1553. Elizabeth Viennę nata 4. Iunij 1554. nupsit Carolo 9. Franc. Regi; eoque mortuo, vidua Viennę egit, Christo viduitatem apud D. Claram dedicans. Matthias natus Viennę 23. Febr. 1557. Maxemilianus Nieustatti natus 12. Octob. 1558. electusque est Administrator Ordinis Prusie & Teutonię per Germaniam & Italiam anno 1585. Albertus Nieustatti natus 13. Nouembr. 1560. Cardinalis Austriae, Archipræful Toletanus, Pro-Rex Lusitanię, ac Belgarum Gubernator. Vencefflaus Nieustatti natus nona Martij 1561. obiit Madrili in Hispania innuptus mense Septembri 1578. Margarita nata Viennę 25. Ianuar. 1567. matrem in Hispaniã euntem anno 1581. sequuta, adhuc ibi inuupta viuit. Leonora Viennę nata 4. Nouemb. 1568. obiit Pragę inuupta, paulo ante matris in Hispaniam profectioem.

*De aliquot Familijs, è secundo, tertio, aut quarto natu Comitum Habsburgi filijs ortis, ac propagatis:
Et primum de Regibus Burgundię postrema stirpis, è Comitibus Habsburgi descendentibus.*

CAPVT VII.

Luitfredus Comes Habsburgi, nominis primus, qui que Cœnobium D. Trutperti in Abbatiam ingentibus dotatam bonis commutauit, tres reliquit filios; Hunfredum Habsburgi Com.; Luitfredum secundum, qui contra Sueuos pugnans perijt; Hugonem vxoris causa Comitem Egenesheimensem, authorem Abbatie Villeruallie, quam ex suo nomine Hugenshouen appellauit, reliquitque; filiam nomine Thietbergam, vxorem Lotharij secundi Regis Austrasie, à quo id Regnum Lotreichia, ac corruptius Lotharingia, tandemque Loreina est dictum, & filium Hugoprehtum (que vox ab imperitis erymi Germanici, primum est deprauata in Hugobertum, tandemque in Hubertum, quasi à rerum vbertate dictum, quum longè aliud significet) Hugenshouij Abbatem, cui sororius dictus Rex Lotharius donauit Ducatum Trans-Iuranũ, maiorũ olim suorũ Regnũ: contra quem quum ambitione ductus rebellasset, operã Comitum Conrardi necatur, relicto filio Hugone Abbate Duce Trã-Iurano, qui apud Heluetios in Sungouia, Brigouia, ac Ergouia cõtinebatur, morientque; inter alios reliquit filium Conrardũ, ab Arce, in qua habitabat, dictũ Stratlingesem, Ducẽ Trans-Iuranũ, qui aucta Ditione, se Ducẽ Burgundię est appellare ausus, pulsus

hæredi-

hæredibus Gerardi Rossillonensis, maiori eius Ditionis parte occupata. Successit huic Rodolfus, quem maior scriptorum pars eius filium facit, pauci generum, ducta in vxorem eius filia Heduige. Quidquid sit, successisse Conrardo, eiusque hæredem fuisse, certum est, primumque huius stirpis, qui conciliata populorum voluntate, se Burgundię Regem salutare, ac apud D. Mauritium corona redimiri anno 890. est passus, de quo plura libro primo nostrę historię cap. tertio. Libera enim voluntate sub eius se Imperium submisit, quicquid est Ditionis inter montem Iuram, & Alpes Pœninas, sacramentum illi dicentibus Allobrogibus, ac Prouincię Narbonensis Lugdunensisque maiori parte, frustra Cæsare Arnulfo Francisque eum pellere conantibus. Reliquit Rodolfus filios tres. Natu minimus Burhgardus, Antistes fuit Niuernensis; Richardus Dux in Burgundiã, duxitque Mahteldim filiã Lotharij Regis Italię, cuius pater fuit Hugo Arelatensis, Rex Italię. Maior natu Cõrardus fuit Rex Burgundię, vt patet in Cœnobio Paterniaco, haud procul à lacu Eburodunensi in Sabaudia sito, qui sine liberis obiit, successitque ei Rodolfus secundus, fratris sui Richardi filius, qui in vxorem duxit Brẽhtam filiam Burhgardi Sueuię Ducis, imperauitque etiam aliquandiu Procerum voluntate Exancis, Rege Carolo Simplice, à Veromanduorum Comite, Peronę in carcerem coniecto, fuitque etiam exiguo tempore Rex Italię ab ijs vocatus, sed eorum inconstantiam, quum quinquennio imperasset, exosus, relicta Italia in Burgundiam redijt, Hugoni que Arelatensi Italiam regendam concessit, sepultusque est Senonis, in meditullio Gallię, in Templo D. Columbanij, anno 912. Regni sui 25. relinquens ex Adelheide quadam liberos tres: è quibus Agnes primum nupsit Burhgardo Sueuię Ducis; eoque mortuo, Bertoldo Comiti Brisgouie stemmatis Habsburgici, Arcis Zeringensis conditori: Conrardus Dux in Burgundiã: Rodolfus tertius Burgundię Rex, qui ob vitę probitatem ac sanctimoniam inter Ditos est relatus, cum suscepisset è Berta Comitissę Vropurgensis propè Basileam filia liberos septem, moriens anno 936. è quibus primus fuit Cõrardus Rex Burgundię, qui ex vxore Mahtilde vnicam tantum genuit filiam Gerburgim, vxorem Hertmanni secundi Sueuię Ducis, quę obiit sine liberis anno 990. Rodolfus quartus Rex Burgundię, dictus Ignauus, obiit anno 1032. sine liberis, deficiente in eo Regni Burgundici ex Habsburgicafamilia stirpe. Scripsit enim testamento hæredem Heinricum filium Cæsaris Conrardi Salici. Soror eius Berta nupsit Odoni Campangę in Francia Comiti; Gilla Conrardo secundo Cæsari; Adelheidis Lothario Regi Italię, filio Hugonis Arelatensis; eoque mortuo, Ottoni magno Cæsari. Henna vxor fuit Lotharij postremi Francorũ Regis, stirpis Caroli Magni; Thietberga Hugobaldi Dillingensis ac Veringensis Comitissę,

mitis, mater Diui Vlrici Præfulis Augustani. Confer quæ hoc scribimus capite cum ijs quæ narrauimus libro primo Historiæ nostræ. Hæc enim è Lazij cap. 8. Comment. Genealog. Austriacæ sumpsimus, quæ tamen confundit præcedenti cap 7. deducēs horum Regum seriem ab Hugone filio è quatuor natu minimo Ramprehti, seu Ramperti Com. Habsburgi. Lector, quod ei magis placebit, sequi poterit, vt etiam de ijs eum facere cupimus, quæ dicto libro primo afferimus de Burgundiæ Regibus, quatuor tantum adferentes. Regno igitur Burgundiæ hac ratione extincto, varij in eo Principes diuersis titulis imperauere, è quibus etiamnum hodie Ducum, Comitum Palatinorum, Sabaudia, Lotharingia, Vaudemontij, Monsbelgardi, Ferrettæ, VVirtembergæ, Cantonum Helueticorum, Viennenses, Delfini, Aurantij, Arelatenses, Comites Lugdunenses, multiq̃ue alij nomen retinent, Cæsaribus ac Francorum Regibus nil aliud fatagentibus, quàm vt Regni Burgundici nomen extinguerent, ac è rerum natura hominumq̃ue memoria rollerent. Nunc huius capituli schema *proponamus.

*Hic inferatur
schema
notatum
hiera D.

De Ducibus Charingia, aut Zeringia, Decensium, ac Lantgrauijs Burgonia.

CAP. VIII.

HUnfredus Comes Habsburgi, ex Anastasia Marchione Ranspergi tres genuit filios; Gutradum, aut Guntranum, Habsburgi Comitem; Rothartum natu minimum; Eberhardum secundum natu filium, Brisgouia Lantgrauium, qui (vt testatur Vitikindus in historia Saxonica, ac Abbas Vrspergensis in Chronicis de Cæsare Ottone primo scribens) cum aliquot Germaniæ Principibus rebellauit contra Cæsarem Ottonem primum, diuturno ac ingenti excitato bello, in quo tandem pugnans periit, duobus relictis filijs; Eberhardo secundo Brisgouia Lantgrauio; ac Bertoldo Barbato, testamento Cæsaris Henrici tertij Duce Sueuia. Sed exclusus à Rodolfo Rynfeldij Comite, dicti Cæsaris genero, donatus est Charentanorum Ducatu; qui tamen paulo post ei iterum ereptus à Cæsare Henrico quarto, Marquardo cuidam est donatus, relicta Bertoldo tantum Valle Cheringana, vnde Dux est appellatus, eo magis, quod eodẽ loco Arcem Cheringensem condidisset, à qua ipse, posterique eius, Ducis titulum acceperunt, successuq̃ue temporis, ad leniendũ eius animum, vitandiq̃; belli ciuilibus causa, ab Imperio accepit Aduocatiã Tigurensem, Nilandiam, seu Vhtladiam, in qua eius successores Bernam ac Friburgum condidere. Duxit Bertoldus Barbatus vxores tres. Prima fuit Agnes soror Rodolfi tertij Burgundiæ Regis, vidua Burchardi Sueuia Ducis.

Altera

Altera fuit Mahteldis, filia Rodolfi Com. Rynfeldij, stirpis Habsburgicæ. Tertia Rychardis postremi Carnorũ Ducis filia vel vidua fuit, è stirpe Sponhaimensi, quæ duosei peperit filios; Berhtoldum secundum, Tigurinensem Aduocatum, ac Vhtlandiæ Principem, donoq̃ue Impe-

ui
illi
em
D.
h-
m,
la-
iã,
ua
n-
de
n:


ia
r-
c,
es
i-
r-
r-
a
ic
i-
b
s
r-
is
s
-

1452. dictus verò Fredericus, nomiãe consanguinei sui Cæsaris Frederici tertij Austria Archiducis, Alsatiam gubernauit, relicta ex hærede Ducis Vrsplingensis vnica tantum filia ac hærede, VVirtembergæ Comiti nupta, qui ea de causa maximam Ducatus Decensis partem obtinuit,

D

nuit,

S C H E M A . D .



mitis, mater Diui Vlrici Præsulis Augustani. Confer quæ hoc scribimus capite. cum ijs quæ narrauimus libro primo Historiæ nostræ. Hæc enim è Lazij cap. 8. Comment. Genealog. Austriacæ sumpsimus, quæ tamen confundit præcedenti cap. 7. deducēs horum Regum seriem ab Hugone filio è quatuor natu minimo Ramprehti, seu Ramperti Com. Habspurgi.

I
cer
qua
ext
etia
rin
ton
Co
Fra
dic
tol

*Hic in-
feratur
schemata
notatum
diuersa D.

I
mi
liu
Saj
mo
Ca
que
tur
Ca
fel
Dr
ric
Va
Ar
tul

diq; beneficiis causa, ab imperio accepit Aduocatum Tigurinum, Vhtlandiam, seu Vhtladiam, in qua eius successores Bernam ac Friburgum condidere. Duxit Bertoldus Barbatas uxores tres. Prima fuit Agnes soror Rodolfi tertij Burgundia Regis, vidua Burchardi Sueuia Ducis. Altera

Altera fuit Mahteldis, filia Rodolfi Com. Rynefeldij, stirpis Habspurgica. Tertia Rychardis postremi Carnorū Ducis filia vel vidua fuit, è stirpe Sponheimensi, quæ duosei peperit filios; Berhtoldum secundum, Tigurinensem Aduocatum, ac Vhtlandia Principem, donoque Imperij Burgundia Palatinum; Hertmannum Carinthia Marchionem, qui senex in Cluniacensi Cœnobio vitâ Deo consecrauit. Addunt nonnulli ex alia vxore tertium filium Geberhardum Constantiensem Præsulem inter Diuos relatum. Sepultus est Berhtoldus secundus in Abbatia D. Petri, supra Friburgum à se anno 1093. constructa, relicto filio Berhtoldo tertio, qui Diues est cognominatus. Possedit enim Brisgouiam, Zeringiam, Vhtlandiam, Aduocatum Tigurensem, Burgundia Palatinum, quibus Imperij beneficio addidit Burgdorfum, Mortinouiâ, ac Deccensem in Nigra sylua Ditionem, condiditque in eadem filua Villingam, Monasterium omnium Sanctorum, ac Fidei, ita vt non immeritò Diues sit dictus. Rebellantes Burgundos armis domuit, vnde hoc in Porta Burgdorfensi inscriptum adhuc hodie legitur Elogium:

Hanc Dux Berchtoldus Portam struxisse notatur,

A quo, pro fraude, Burgundica gens populatur.

Duxerat in vxorem Sophiam V Velfonis Altorfensis Com. filiam, quæ peperit Conrardum, qui à Cæsare Frederico primùm proscriptus, deinde iterum in gratiam receptus, Ducatus Deccensis author fuit, ac, Cœnobij, Au. apud V Virtsbergios, vbi plerique Deccensium Duces sunt sepulti: ductaque Clementia nobili Franca Occidentali, genuit filios sex, moriens anno 1152. Hugonè Mortinouiæ ac Brisgouia Principem, qui sine liberis anno 1154. obiit; Rodolfum Antistitem Leodiensem; Berchtoldum quartum Zeringia Ducem, qui à Cæsare Frederico primo in Aduocatum Tigurinum, Vhtladiam, ac Zeringiam est confirmatus, donatusque insuper Palatinatu Burgundia, ac Præfectura Arelatensi. Condidit Berchtoldus quartus vtrumque Friburgum, ac Arcem Brisachianam, iecitque fundamenta Oppidi Bernensis, quod filius Berchtoldus quintus absoluit. Tandem in suspicionem veniens, ob summam potentiam, affectati Regni Burgundici, dat Cæsari obsides filia suæ duos filios. Auxiliatus Hugoni Habspurgico cognato suo, rusticorum rebellione in Alsatia presso, interficitur anno 1185. Frater eius Albertus Caluij Comes, primus se Ducem Deccensem scripsit, cuius stirps durauit ad Fredericum vsque vltimum Deccensium Ducem, Conrardi septimi filium, nepotem ex fratre Vlrichi tertij, qui obiit anno 1452. dictus verò Fredericus, nomine consanguinei sui Cæsaris Frederici tertij Austria Archiducis, Alsatiam gubernauit, relicta ex hærede Ducis Vrsplingensis vnica tantum filia ac hærede, V Virtsbergæ Comitum nupta, qui ea de causâ maximam Ducatus Deccensis partem obtinuit,

D
nuit,

nuit, titulumque ac insignia vsurpat. Villinga verò, cum aliquot Oppidis ac Arcibus, ad Danubij ac Neccari fontes sitis, ad dictum Cæsarem Fredericum tertium, eiusque successores, peruenit. Obijt autem hic Albertus Dux Deccensis sine liberis, successitque illi fratris sui Hertmanni filius Albertus secundus, qui è Benigna Marchione Vogburgica, prima vxore, filias duas, ac filium sui nominis reliquit. Iuditha vxor Eginonis Com. Furstenbergij, quæ Friburgum pro dote habuit, quod posteri ciuibus vendentes, ex Oppido migrauerunt, Regiamque deseruere. Frater Berchtoldi quarti natu minimus Hertmannus duxit in vxorem Elizabetham Comitissæ Vogburgensis filiam, quæ peperit Albertum secundum Deccensium Ducem, cuius posteros Lazius cap. 9. Comment. genealog. Austr. perdurasse scribit in annum ferè 1500. Berchtoldus quintus, quarti filius, quum Ciuitatem Bernensem absoluisset, veriti Burgundi (hoc enim tum nomine etiam Heluetij & Sabaudi censebantur) ne ea initiatio perpetuæ seruitutis initium foret, duos eius filios impuberes veneno necarunt. Vni Berchtoldo, alteri Adriano nomen erat. Matri verò ne amplius pareret, (erat autè ea filia Com. Kiburgi) clam præbita potione, sterilitatem procurauerunt. Hæc Lazius. At Sebastianus Munsterus in sua Cosmographia refert, constanti fama à maioribus per manus tradita, etiam hodie pro certo teneri, pueris à matre datum venenum, eamque capite ea de causa pœnas dedisse: commonstrari enim hodie Soloduri puerorum sepulchrum ac ossa, cum cranio foemino, quod matris esse asserunt; vnde & hoc distichon Ioannis Carpentarij:

Hic recubant pueri, Zeringæ Dux Berchtoldus

Quos genuit: mater teneris venena propinat.

Tandem & Dux Berchtoldus quintus senio animique & mœrore cōfectus obiit anno 1218. vnde tale eo tempore rude distichon, quod Friburgi Brisgouia in summo templo, vbi est sepultus, legitur:

Cum bis sexcentis, ter senis, iungitur annus,

In Friburg moritur Berchtoldus Dux Alemannus.

Est Lazius in hac breui genealogia Zeringana adeò obscurus, vt non facile quis se extricet, nisi in his rebus probè exercitatus. Quare cum me Lector ab eo dissentire reperiet, certus sit non sine magna id fieri causa. Excreveret enim nimium hic Libellus (cuius breuitati ac luci in primis studui) si scriptores inter se committere, omniumque rationes excutere vellem, meaque; multis ac varijs rationibus asserere ac stabilire conarer. Nunc huius capituli accipe * schema.

*Hic inscribitur
schema
notatum
litera E.

De prio-

De prioribus Rynfeldij Comitibus.

CAPVT IX.

Rapodus Habsburgi ac Ergouia Comes, ex vxore Ida Lotharingica reliquit filios tres, ac filiam Idam. Maior natu V Varnherus Habsburgi ac Ergou. Comes. Theodoricus Lotharingia ab Arduenna ac

Heinfridus
Heinfridus
(quod
rum pacem
quietem
nicè sonat
mes Ha
gi, genuit
vxore hos
liberos.

Onyngæ
opes cu-
adamentis
; Chuno-
mitem; ac
burgij ad
Aduoca-
tore Adel-
Berchtol-
inrici ter-
Heinrici 3.
catu Sue-
Berchtol-
gnete sine
mi Com.
sti Mar-
oniugem;
tem. Hic
septimo,
tra Cas-
o bis ma-
nera dex-
ait Prin-
bera vo-
um con-
am rectè
Ineribus
cuti, per
um Ry-

ca (vidimus)

etiam breui in


Berchtoldo quinto anno 1218. aerecunctis, comanguntis eorum Habsburgi ac Laufenburgi Comitibus Rynfeldij celsit Comitatus, vt proximo capite narrabimus. Nunc huius capituli accipe * schema.

*Hic inscribitur
schema
notatum
litera E.


D 2

Rapodus

SCHEMA. E.



S C H E M A. F.



nuit, titulumque ac insignia vsurpat. Villinga verò, cum aliquot Oppidis ac Arcibus, ad Danubij ac Neccari fontes sitis, ad dictum Casarem Fredericum tertium, eiusque successores, peruenit. Obijt autem hic Albertus Dux Deccensis sine liberis, successitque illi fratris sui Hermannii filius Albertus secundus, qui è Benigna Marchione Vogburgica, prima vxore, filias duas, ac filium sui nominis reliquit. Iuditha vxor Eginonis Com. Furstenbergii, quæ Eriburgum pro dote habuit

quod post
seruere. F

in vxorem
berum se

Comment
Berchtold

uisset, veri
baudi cent

duos eius t
no nomen

Kiburgi)
zius. At Se

fama à ma
ris à matre

commonst
cum cranio

Ioannis C
A

C
Tandem 8

obijt anno
Brisgouia

C
It

Est Lazius
facile quis

me Lector
causa. Exc

in primis st
nes excutei

bilire conarer. T

* Hic in-
seratur
schema
notatum
litera E.

De prio-

De prioribus Rynefeldij Comitibus.

CAPVT IX.

Rapodus Habsburgi ac Ergouia Comes, ex vxore Ida Lotharingica reliquit filios tres, ac filiam Idam. Maior natu VVarnherus Habsp. ac Ergou. Comes. Theodoricus Lotharingia ab Arduenna ac Bullonij Comite pulsus, duxit Rycwaram heredem Com. Onyngæ ad Lacum Bodmanicum, aut Brigantium, è cuius dote cum opes cumulasset, oppidum Rynefeldam haud procul Basilea è fundamentis primus mortalium extruxit. Peperit ei Rycwara filios duos; Chuno-nem, qui ex vxore Itha suscepit Rodolfum Rynefeldij Comitem; ac Vlricum, qui in vxorem duxit heredem Comitum Leinczenburgij ad Annem Arolam siti. Dicitur Rodolfus à Casare Henrico 3. Aduocatus Imperij apud Turegum designatur, posteaquã prima vxore Adelheida, filia Marchionis in Italia, quæ filios duos Ottonem ac Berchtoldum peperit, mortua, duxisset post obitum dicti Casaris Henrici tertij, opera Imperatricis viduæ, Agnetem filiam dicti Casaris Henrici 3. Casaris Henrici 4. sororem, quæ ei in dotem adferebat Ducatû Sueniæ, qui cum eadem Agnete pollicitus fuerat ab Henrico 3. Berchtoldo secundo Zeringiæ Duci, vt superiori capite narrauimus. Agnete sine liberis mortua, duxit Rodolfus Adelheidim filiam Guilielmi Com. Burgund. quæ ei filias tres peperit; Agnetem vxorem Ernesti Marchionis Austria; Adelheidim Colomanni Hungariæ Regis coniugem; Mahteldim Berchtoldi Barbat, Brisgouia Lantgrauij, consortem. Hic Rodolfus vel inuitus, procurante summo Pontifice Gregorio septimo, ab aliquot Germaniæ Principibus Casar est renunciatus, contra Casarem Henricum quartum, sorore eius Agnete mortua; cum quo bis inuicem pugnans, tertio proelio occubuit. Quumque inter alia vulnera dexteram amisisset, truncum brachium aspiciens, astantibus lecto ait Principibus: O iusta à Deo dextræ huic inflicta pœna, quæ cum libera voluntate Casari Henrico sacramentum dixisset, perfida gladium contra eum stringere suo malo est ausa. Vos videritis, quid ac quàm rectè mihi consulueritis vt illi hostis fierem. pauloque post è vulneribus obiit, quem duo filij Otto ac Berchtoldus inuicti mox sunt secuti, per insidias ab aduersa parte trucidati, successitque in Comitatum Rynefeldij, filia dicti Rodolfi natu maxima Mahteldis, nupta (vt diximus) Berchtoldo Barbato, cognato suo, cuius stirps cum etiam breui in Berchtoldo quinto anno 1218. defecisset, consanguineis eorum Habsburgi ac Laufenburgi Comitibus Rynefeldij cessit Comitatus, vt proximo capite narrauimus. Nunc huius capitatis accipe * schema.

D 2

Rapodus

* Hic in-
seratur
schema
notatum
litera E.

*De Laufenburgi, Kiburgi, ac Rynefeldij posterio-
ribus Comitibus.*

CAPVT X.

Albertus cognomine Diues, Habsburgi ac Ergouix Comes, auus Rodolfi Cæsaris nominis primi, genuit è Berta, Comitissæ Pfulendorffij filia, duos filios, ac filiam Bertā, Comitissæ Leinyngensis vxorem. Filius natus maximus Albertus, dictus Sapiens, Comes fuit Habsburgi ac Ergouix, pater dicti Rodolfi Cæsaris. Alter filius dictus fuit Rodolfus Taciturnus, idque ob modestiam, qui floruit circa annum Christi 1140. nouaque propagine familiæ inducta, Comitum Laufenburgensium, Kiburgensium, ac Rynefeldensium posteriorum ab Habsburgo author ac fons fuit; diuisaque cum fratre Alberto Sapiente paterna hereditate, obtinuit Comitatus Laufenburgi, Kiburgi, Rynefeldij, VValfhuta, Lantsgrauiatum Schischouiensium, ac Aduocatiā Seckingensem, duxitque Agnerē filiam Godofridi Baronis à Staufen, è qua ei est natus filius sui nominis Rodolfus secundus, paternarum Ditionum hæres vnicus, cui è Berta, alijs Gertrude, Lintoltij Regenspurgensis Comitissæ filia, sunt nati liberi tres. Vrsula vxor fuit Comitissæ à Sulcx, sepultaque cernitur in Cœmiterio Seckingano. Godofridus Comes Kiburgi, ducta Arnoldi postremi Badensium apud Thermas Helueticas Comitissæ filia, obiit sine liberis. VVarnherus natus maximus, Comes Laufenburgi, Rynefeldij, &c. duxit Hedwigim hæredem Kiburgi Comitissæ, stirpis Dillyngij, è qua tres reliquit filios. Maior natus Rodolfus tertius Præsul fuit Constantiensis, consecratus à Gregorio decimo anno 1275. gessitque bellum cum cognato Rodolfo Cæsare, ob finium cõtrouersiam. Godofredus Laufenburgi ac Rynefeldij Comes duxit Elizabethā Baronem ab Oxenstein Alsatam, è qua ei duo sunt nati filij. VVarnheri filius tertius nomine Eberhardus, Comes fuit Badensis, apud Thermas Helueticas, posseditque insuper VVhrlandiam, Friburgum, Than, Burgdorfium, ac ratione matris Comitatum Kiburgi, obiitque anno 1280. tribus relictis filijs, è quibus natus maximus fuit nominis, de quibus scribemus, cum posteritatē fratris sui Godofredi secundū absoluerimus, quem duos reliquisset filios diximus, è quibus Godofredus tertius natus maior conatus occupare hereditatem cognati sui Alberti, fratris Cæsaris Rodolfi, qui Parmæ captus sine liberis periit, bello à dicto Cæsare superatus, in pugna sine liberis occubuit, fratre Ioanne in hereditatem eius succedente, qui è filia Comitissæ de Nidau, duos reliquit filios. Maior natus Rodolfus quartus Palatinus fuit Burgundiæ ac Romani Imperij Arelati Vicarius, quem liber os reliquisset non reperio: frater verò

eius

eius Ioannes secundus, Comes Laufenburgi, Rynefeldij, ac Kiburgi, posteritatem propagauit, cuius tempore primum Heluetij ab Habsburgicis defectionem moliri cœpere, primique; fuere Schuitzij, Vri, Zuggij, ac Vnderwaldij, quos tamen hi fratres auxilio Abbatis Heremitarum, Comitumque ab Rapperswyl ac Homburg, ad officium anno 1313. reducere. Duxit Ioannes secundus filiam Baronis Laudebergij, quæ peperit Ioannem tertium Laufenburgi ac Rynefeldij Comitem, qui ex Agnete filia Sigismundi Lantsgrauij Alsatia, consanguinei sui, suscepit Rodolfum quintum Laufenburgi ac Rynefeldij Comitem, cuius extant literæ eius sigillo signatæ ac propria manu subscriptæ in Arce Laufenbergica anno 1314. huius initio tenoris: *VVer Graff Rudolff von Habsburg, Frau Elspet, sein eliche vuintin, und Graff Henszlin von Habsburg ir sun, &c.* Duxit (vti hîc audis) Elizabetham Montanij Com. filiam, quæ duos peperit filios; Rodolfum sextum, qui non admodum senex sine liberis obiit; Ioannem quartum Laufenburgi ac Rynefeldij Comitem, qui duxit Elizabetham filiam Comitissæ à Rapperswyl, ob cuius Comitatus possessionem, mortuo focero cum Tigurinis bellans capitur anno 1349. ad quem liberandum Albertus Habsburgus, eius consanguineus, cum magnis copijs in Heluetios contendit; obsefoque Tiguro, cognatum anno 1354. in libertatem restituere cogit. Moriens Ioannes quartus reliquit ex vxore filium vnicum hæredem Rodolfum septimum, Comitem Laufenburgi, Rynefeldij, &c. qui cum cognato Leopoldo Probo Austriaco, multisque alijs viris nobilibus, interfuit equestri certamini, quod anno 1336. Basileæ fuit celebratum, obiitque; paulo post innuptus, omnibus Ditionibus, quas ad Rhenū ac Arulam possidebat, ad Austriacos consanguineos suos deuolutis, quarum maiorem partem, quæ Helueticorum Ciuitates, quæ se non ita dudum in libertatem vendicarent, vi occupassent, Leopoldus Probus, Austria Archidux, Maxemiliani primi Cæsaris proauus, cum ingentibus copijs auxilijsque Cæsaris Caroli quarti, omniumque fere Germaniæ Principum, sua asserturus, dum in exploratō se, exercitumque, motum anfractibus committit, oppressus cum omni ferè nobilitate, ac maxima exercitus parte, ad Sèpachū an. 1383. occubuit, sepeliturque; Coninxfeldæ, haud procul Arce Habsburgica. Nunc reuertamur ad Eberhardum, vt supra sumus polliciti. Is filios reliquit tres. Natus maximus Eberhardus secundus Kiburgi Comes, ac ditionum Helueticarum Dominus, cum fratre Hertmannū, leui ex causa orto iurgio, Thuni Burgundiæ oppido interfecisset, vniuersam patris hereditatē solus occupat. Cumque hac de causa iustā Imperij cēsura vereretur, Bernaribus Comitatum Thunensem vedit, eumque; ab ijs iterum in clientelā accipit (feudū Longobardica voce appellant) quapropter à Godofredo tertio fratre patruele, cui auxilium

D 3

ferebant

ferebant Comites VVissenburgi, Sibentali, Greirſij, ac Thurini, bello petitus, ingentes, quemadmodum & Bernates, calamitates accepit, donec multorum Principum interceſſione re compoſita, ab armis eſt diſceſſum, Eberhardo in iniqua rerum poſſeſſione manente. Reliquit ex vxore vnicum tantum filium ac heredem ſui nominis Eberhardum tertium, qui ante pubertatem obiit. Et quanquam iure ſanguinis ac ſucceſſionis omnes eius Ditiones Auſtriæ Archiducibus debebantur, conföderari tamen Heluetij, non contenti recuperatæ libertatis beneficio, Ditiones eius omnes, quas potuere, occuparunt, confidentiores ad eam rem facti victoria Sempachiana. Occupauere enim Bernates Vhtlandiam, cum Metropoli Friburgo, Burgdorfum, ac Than. Tigurini verò tempore Concilij Conſtantiensis, proſcripto à Cæſare Sigismundo Frederico Habſpurgico Tyrolis Comite, ob abductum contra Cæſaris edictum Antipapam Ioannem 23. meliori obtentu ſe in libertatem vendicantes, occupauere Comitatum Kiburgi, Rapperswili, VVandalburgi, ac VVinterhuri: Bernates iterum hoc tempore ac occasione Langrauiatum Sundgouieſen, Comitatum Tierſtainij, Badenſem ad Thermas Helueticas, ac Dornecceſem. Atqui hac ratione Habſpurgici iuris Ditiones apud montes Iuram ac Vocetium, nec non ad Amnem Arolam ſitæ, in Heluetiorum deuenere poteſtaté. Quæ verò ſunt eiufdem iuris in Alſatia, Sueuia, ac paucis ad Rhenum locis, in recta Sigoprehti, aut Sigoberti, linea, Francici aut Alemannici veteris ſtirpis nobiliſſimo Heroë, permansere, nunquam in hunc uſque annum CIO. IO. XCVIII. intermiſſa nec interciſa marium legitima ſucceſſione, nec ad filias alienamque ſtirpem tranſmiſſa, quæ nunc (ſeruato tamen tituli Habſpurgici gentilitio nomine) Auſtriæ Archiduces nominari gaudent. Habſpurgicum nomen mundo innoteſci ſeridè cœpit circa annum Chriſti 650. ac in hunc uſque annum 1598. inter claras illuſtreſque Germaniæ ac totius Europæ familias varia fortuna floruit, nunc potens, iterum mediocris gentis famam ſuſtinens, ſumma tamen ſemper cum exiſtimatione vigenſ, dignitatem authoritatemque annis IO CCCC. XLV. ſeruauit. Ac ſi à Fraimondo Franco primo (vt volunt, ſed docere ſolidè non poſſunt) in Germania gentis Rege, quem anno Chriſti 417. lectum volunt, in hunc annum 1598. tempus perducamus, reperiemus Habſpurgicam familiam non ſolum per omnem Europam nominis ſui claritatem extendiſſe, ſed limites etiam ſuos per vniuerſum ferè terrarum orbem ſpatio mille, centum, ac nonaginta & vnus annorum protuliſſe, omneſque ſuperiorum atarum Principes, ac præſentis temporis familias, rerum geſtarum gloria, liberorum immenſa fecunditate, Religionis conſtantia ac vniſormi cultu, pietate, iuſtitia,

iuſtitia, ac moderatione, belli paciſque temporibus ſuperaffe: qua in re, ſumma cum admiratione, conſiderandâ ſe offert diuinæ prouidentiæ infinita ſapientia, cuius iudicia (vt veriſſimè David cecinit) abyſſus eſt imperſcrutabilis. Ad ſummum enim Deus Habſpurgicos honoris ac

Albertus
mine Dux
purgi ac
Comes, reli
ta Pfulen
tres liberos

ibius ſc-
laber

Gr
Tildt

notatiua
litera B.

De

Albertus cognomine Sapiens, Comes Habsburgi ac Ergouie, inter complures alios liberos reliquit natu maximum

Berta, Berchta, aut Brechta, idem sonat Germanis quod Montana, uxor fuit Comitis Lemyngensis.

Rodolfus ob modestiam cognominatus Taciturnus, alter propagator Comitum Rynfeldij, Laufenburgi, ac Kiburgi, cui ex uxore est natus sui nominis hic filius

Rodolfus secundus, Comes Laufenburgi ac Rynfeldij, cui ex uxore sunt nati hi tres liberi.

Rodolfum Habsburgi ac Ergouie Comitem, Romanorum Imperatorem nominis primum, de quo supra cap. quinto egimus.

Varnberus Com. Laufenb. ac Rynfeldij, cui etiam sunt geniti hi tres liberi.

Gotofredus Comes Kiburgi obiit sine liberis.

Vrsula uxor Comitis Sulcxi.

Rodolfus tertius, Praesul Constantiensis.

Gotofredus secundus, Comes Laufenburgi ac Rynfeldij, cui sunt ex uxore nati hi duo filij.

Eberhardus Comes Badensis ad Thermas Helueticas, & Kiburgi, Friburgi, Thä, ac Burgdorfij, suscepit ex uxore hos tres liberos.

Gotofredus tertius, Comes Laufenburgi ac Rynfeldij, obiit sine liberis.

Ioannes Comes Laufenburgi ac Rynfeldij genuit ex uxore hosce duos filios.

Eberhardus secundus, Comes Badensis ad Thermas Helueticas, ac Kiburgi, cui ex uxore est natus filius heres unicus nomine

Otto obiit sine liberis.

Hertmannus, à fratre Eberhardo leui in uergio occisus, nullos reliquit liberos.

Rodolfus quartus, Burgundie Palatinus, obiit sine liberis.

Ioannes secundus, Comes Laufenburgi ac Rynfeldij, hos reliquit liberos.

Ioannes tertius, Comes Laufenburgi ac Rynfeldij, cui est natus filius heres unicus.

Filia nupta Alberoni Comiti à Sulcxi.

Rodolfus quintus, Comes Laufenburgi ac Rynfeldij, reliquit ex uxore hos liberos tres.


Rodolfus sextus, Comes Laufenburg. ac Rynfeldij, obiit sine liberis.

Ioannes quartus, Comes Laufenburgi ac Rynfeldij, reliquit ex uxore filium heredem unicum

Filia nupta Marchioni Badensi.

Rodolfum septimum, Laufenburgi, Rynfeldij, &c. Comitem, qui innuptus obiit, partim eius bonis Archiducibus Austriae, partim Badensibus, partim Helueticis; illis iure, Helueticis vi occupantibus.

SCHEMA. H.



us Co-
spurgi,
&c. un-
nator

Luitfredus Co-
mes Habsburgi,
conditorque nona
et Archiep. ac Ab-
batia Duci Trun-
penti, unde sunt
nati
Otto.
Hugo.
Hedwigis.

Hunfredus Co-
mes Habsburgi,
de quo sunt nati
hi liberi.

Guntradius se-
condus, Comes
Habsburgi, qua-
tuor ho sce re-
liquit filios.

Bezzo Comes
Habsburgi, unde
sunt nati
Guicelo.
Bertilo.
Gebiczo.

Geberhardus.
Raparus Com.
Habsburgi, unde
hi liberi sunt
nati.
Rodolfus.
Beccilo.
Rycheinca.

Warnberus
Co. Habspur-
gi, unde
Albertus.
Berogarius.
Ida.

Warnberus 2.
Co. Habspur-
gi, unde
Albertus.
Otto.

Otto Comes
Habsburgi, Alt-
burgi, unde
Warnberus 4.
Co. Habsburgi,
ac Altburgi, suc-
cessor Warn-
beris 3. unde
nati sunt
Albertus Diner,
Com. Habsburgi,
unde nati
Rycheinca.
Gertrudis.

Warnberus 3. Co.
Habsburgi obiit
sine liberis.
Adelheidis.

Albertus di-
ctus Sapiens,
Comes Habsp-
ac Ergouie,
cui ex uxore
sunt nati hi
liberi.
Berta uxor
Comitis Leiny
gensis.

Albertus
Carolus.
Rodolfus Comes Habsburgi ac Ergo-
uia, Rom. Imperator nominis primus,
cui ex uxore sunt nati
Albertus alter.
Heinricus.
Berta.
Hertmannus.
Elizabet.

Hertmannus.
Rodolfus. Agnes.
Fredericus.
Hertmannus alter.
Carolus. Hedwigis.
Guta.
Albertus omnium natu maximus, Comes Habsburgi, Ergouie,
&c. Archidux Austria, Rom. Imperator, hos ex uxore genuit
liberos.
Clementia. Catharina. Machteldis.
Eusemia.
Rodolfus alter, cui ex uxore
unicus est natus filius ac haeres.
Ioannes Dux Suenie, ac Rex
bohemia, interfectus patris sui
Cesaris Alberti, obiit inuup-
tus.

Rodolfus 2. Co-
mes Laufenbur-
gi, Rynefeldij,
Kiburgi, &c. cui
ex uxore sunt
nati hi tres li-
beri.
Rodolfus 2. Co-
mes Laufenbur-
gi, Rynefeldij, obiit
1273. unde
Gotofredus sine
liberis obiit.
Vrula uxor
Comitis a
Salcx.

Rodolfus dictus
Taciturnus,
Comes Rynefel-
dij, Laufenbur-
gi, Kiburgi, &c.
cui hic est natus
filius.
Berchtoldus
ac ante pubertatem
veneno sublati.
Adrianus.

Rodolfus 3. Praesul Constan-
tensis, obiit anno 1293.
Gotofredus 3. obiit sine libe-
ris.

Gotofredus 2. Comes Laufen-
burgi ac Rynefeldij, unde hi
liberi.
Varnberus 2. obiit sine li-
beris.

Ioannes Comes Laufenburgi ac
Rynefeldij, cui ex uxore sunt
nati hi liberi.

Rodolfus 4. sine li-
beris obiit 1314.
Ioannes 2. Comes
Laufenburgi ac
Rynefeldij, obiit
anno 1327. hic reli-
ctus liberis.

Ioannes 3
Co. Lau-
senburgi
ac Ryne-
feldij obiit
anno 1380.
tribus his ex
uxore relictis
liberis.

Rodolfus 5. Co.
Laufenburgi
ac Rynefeldij,
obiit ano 1380.
tribus his ex
uxore relictis
liberis.

Rodolfus 6 obiit sine li-
beris.
Ioannes 4. Com. Laufen-
burgi ac Rynefeldij obiit
anno 1390. unico relicto
filio ac haerede
Filia nupta Marchioni
Badensi.

Rodolfo 7. Comite Lau-
senburgi, Rynefeldij,
Kiburgi, &c. qui obiit in-
uuptus, etiam eius bona
aduentibus partim cog-
natis Austriacis, ac Ba-
densibus, partim Hel-
netis vi ac armis sibi
opportunitissima quaque
vendicantibus, ac in hunc
mea scriptiois annum
1598. etiamnum possi-
dentibus.

Rotbardus
Eberhardus
Lantgrauus
Brisgouia, cui
ex uxore sunt
nati hi duo fi-
lij.
Berchtoldus
cognomine Bar-
batus, Lantgra-
uus Brisgouia,
unde hi tres
filij.

Hertmannus mō-
nachus Clugnij.
Berchtoldus 2. Dux
Zeringe, unde filius
Eberhardus 3. An-
tistes Constanten-
sis.

Berchtoldus
tertius Dux
Zeringe, di-
ctus Dines,
conditor Fri-
burgi Brisgo-
nie, cui ex
uxore est na-
tus filius.
Conrardus Dux Ze-
ringe, a Cesare pro-
scriptus, obiit 1152.
his ex uxore reli-
ctis liberis.

Hugo obiit sine liberis.
Rodolfus Lothar
Antistes.
Berchtoldus 4. Dux Zeringe
obiit anno 1185. unde
Albertus obiit sine liberis.
Luczelmannus.
Hertmannus infans obiit.
Conrardus Dux in
Burgundia.

Conrardus dictus
Stratlingensis, Dux
Trans-Iuranus, ac
mularum aliarum
in Burgundia Ditiō-
num, cui etiam est
natus filius haeres u-
nicus, nomine
Rodolfus pri-
mus Burgū-
dia Rex hō-
ius stupis, id-
que bona ac
liberali popu-
lorum volū-
tate. Huic ex
uxore sunt
nati hi tres
liberi.
Conrardus 2.
Rex Burgū-
dia obiit sine
liberis.
Rycharius
Dux in Bur-
gundia, cui ex
uxore est na-
tus hic filius.
Burchardus
Burgundus.

Conrardus 2.
Rex Burgū-
dia obiit sine
liberis.
Rodolfus 2.
mortuo pa-
truo Conrado
sic Rex Bur-
gundia, obiit
912. tri-
bus hic re-
lictis liberis.
Agnes uxor Berchtol-
di Barbati, Lantgrauij
Brisgouia, unde sunt
orti Duces Zeringe su-
pra nominati.

Conrardus Rex Bur-
gundia unicam reli-
quit filiam ac here-
dem, nomine
Rodolfus quartus Rex Burgundia
obiit sine liberis anno 1032.
haerde (praeteritis sororibus)
instincto Heinrico, Cesaris
Conrardi filio.
Berta.
Gisla.
Adelheidis.
Henna.
Thietberga.

Gerburgim uxorem
Hertmanni Ducis
Suenie, quam pepe-
risset non reperit. Sut-
cessit illi patruus Ro-
dolfus quartus

Eberhardus Comes Badensis ad
Thermas Helueticas, ac Ki-
burgi, cui ex uxore sunt nati hi
tres filij.
Eberhardus 2. Comes Badensis
ad Thermas Helueticas, ac
Kiburgi, unde
Otto obiit sine liberis.
Hertmannus a fratre Eberhar-
do inuuptus interfectus.

Rodolfus 5. Co.
Laufenburgi
ac Rynefeldij,
obiit ano 1380.
tribus his ex
uxore relictis
liberis.

Rodolfus 6 obiit sine li-
beris.

Ioannes 4. Com. Laufen-
burgi ac Rynefeldij obiit
anno 1390. unico relicto
filio ac haerede
Filia nupta Marchioni
Badensi.

Rodolfo 7. Comite Lau-
senburgi, Rynefeldij,
Kiburgi, &c. qui obiit in-
uuptus, etiam eius bona
aduentibus partim cog-
natis Austriacis, ac Ba-
densibus, partim Hel-
netis vi ac armis sibi
opportunitissima quaque
vendicantibus, ac in hunc
mea scriptiois annum
1598. etiamnum possi-
dentibus.

Fredericus Comes
Habsburgi, Ar-
chidux Austria,
Rom. Imperator,
quod postea reli-
quit, unde
Rodolfus.
Agnes.
Catharina.
Anna.
Guta.
Leopoldus, cui ex
uxore sunt nata
hae dua filia.
Elizabet.
Otto.
Heinricus.
Albertus Comes Habsburgi,
Archidux Austria, cui ex
uxore sunt nati hi liberi.

Fredericus.
Margarita.
Catharina.

Fredericus Comes Ty-
rolis, proscriptus a Ca-
sare Sigismundo, obiit
1440. unico relicto filio
haerde.
Leopoldus (Trausus).
Margarina.
Elizabet.
Hedwigis.
Ernestus dictus Ferrent,
Comes Habsburgi, ac
Archidux Austria, obiit
anno 1435. hic ex uxore
relictis liberis.

Albertus Comes Habs-
burgi, Archidux Aus-
triae, e quo est natus si-
lius sui nominis.
Anna uxor Heinrici
Ducis Banatiae.

Gulibelmus.
Fredericus Comes Ty-
rolis, proscriptus a Ca-
sare Sigismundo, obiit
1440. unico relicto filio
haerde.
Leopoldus (Trausus).
Margarina.
Elizabet.
Hedwigis.
Ernestus dictus Ferrent,
Comes Habsburgi, ac
Archidux Austria, obiit
anno 1435. hic ex uxore
relictis liberis.

Fredericus.
Margarita.
Catharina.

Fredericus Comes Ty-
rolis, proscriptus a Ca-
sare Sigismundo, obiit
1440. unico relicto filio
haerde.
Leopoldus (Trausus).
Margarina.
Elizabet.
Hedwigis.
Ernestus dictus Ferrent,
Comes Habsburgi, ac
Archidux Austria, obiit
anno 1435. hic ex uxore
relictis liberis.

mannus.
fus. Agnes.
ricus.
mannus alter.
us. Hedwigis.

us omnium natu maximus, Comes Habsburgi, Ergonia,
Archidux Austria, Rom. Imperator, hos ex uxore genuit

nia. Catharina. Machteldis.

us alter, cui ex uxore
est natus filius ac haeres.

us 3. Praesul Constau-
obijt anno 1293.

redus 2. Comes Laufen-
ac Rynfeldij, unde hi

erberus 2. obiit sine li-

ardus Comes Badenst ad
mas Helueticas, ac Ki-
cui ex uxore sunt nati hi

Eberhardus 2. Comes Badenst
ad Thermas Helueticas, ac
Kiburgi, unde

Otto obiit sine liberis.

Hermannus à fratre Eberhar-
do inuuptus interfectus.

Fredericus Comes
Habsburgi, Archidux
Austria, Rom. Imperator,
quod postea reli-
quit, unde

Rodolfus.

Agnes.
Catharina.
Anna.
Guta.

Leopoldus, cui ex
uxore sunt nata
hae duae filiae.

Elizabet.

Otto.

Heimicus.

Albertus Comes Habsburgi,
Archidux Austria, cui ex
uxore sunt nati hi liberi.

Rodolfus 4. sine li-
beris obiit 1314.

Joannes 2. Comes
Laufenburgi ac
Rynfeldij, obiit
anno 1327. his reli-
ctis liberis.

Eberhardus tertius Comes Bā-
denst ad Thermas Helueticas,
ac Kiburgi, obiit ante puberta-
tem, partim eius bona adueni-
bus Austriae, partim Badēst-
bus, partim Helueticis ui occu-
pantibus.

Elizabet.
Anna.

Catharina.

Agnes.

Leopoldus cognomi-
natus Probus, Com. Habs-
burgi, ac Archidux
Austria, ab Helueticis ad
Sempachum anno 1383.
cum uniuerso exercitu
caesus, reliquit ex uxore
hosc septem liberos.

Joannes 3.
Co. Lau-
fenburgi
ac Ryn-
feldij obiit
1350. uni-
co relicto
filio haere-
de.

Rodolfus 5. Co.
Laufenburgi
ac Rynfeldij,
obiit ano 1380.
tribus his ex
uxore relictis
liberis.

Joannes 4. Com. Laufen-
burgi ac Rynfeldij obiit
anno 1390. unico relicto
filio ac haerede

Filia nupta Marchioni
Badensi.

Albertus Comes Habs-
burgi, Archidux Aus-
triae, è quo est natus si-
lius sui nominis.

Anna uxor Heimici
Ducis Bauariae.

Gulielmus.

Fredericus Comes Ty-
rolis, proscriptus à Cae-
sare Sigismondo, obiit
1440. unico relicto filio
haerede.

Leopoldus Crassus.
Margarita.
Elizabet.
Hedwigis.

Ernestus dictus Ferrus,
Comes Habsburgi, ac
Archidux Austria, obiit
anno 1435. his ex uxore
relictis liberis.

Rodolfo 7. Comite Lau-
fenburgi, Rynfeldij,
Kiburgi, etc. qui obiit in-
uuptus, etiam eius bona
aduenibus partim cog-
natis Austriae, ac Ba-
densibus, partim Hel-
ueticis ui ac armis sibi
opportunitissima quaque
vendicantibus, ac in hunc
mee scriptionis annum
1598. eorumnum possi-
dentibus.

Sigismondu dictus Sim-
plex, Comes Tyrolis, obiit
sine liberis anno Christi
1497. instituto in assem-
blye Caesare Maxima-
miliano primo, cognato
suo.

Ernestus.
Rodolfus.
Alexandra

Anna.

Fredericus Comes Habs-
burgi, Archidux Aus-
triae, Romanorum Imper-
ator nominis tertius, alius
quartus, obiit anno 1492.
his ex uxore Lusitana re-
lictis liberis.

Albertus ciuili in Au-
stria belli auctor, inuuptus
obiit anno 1463.

Margarita.

Catharina.

Elizabet.

Christophorus.

Ioannes.

Helena.

Maximilianus Comes Habs-
burgi, Archidux Austriae,
Rom. morum Imperator nominis
primus, ac nuptus Maria
Burgunda Belgarum Burgun-
dionemque Princeps. Obiit an-
no Christi Seruatoris 1519. cum
ei è dicta Maria essent nati hi
liberi.

Albertus ciuili in Au-
stria belli auctor, inuuptus
obiit anno 1463.

Margarita.

Catharina.

Elizabet.

Franciscus.

Georgius.

Philippus Comes Habs-
burgi, Archidux Austriae,
ac nuptus uxoris Ioanna
Rex Hispanie nominis
primus, obiit 1506. relin-
quens è dicta Ioanna bus
liberos.

Margarita ter nupta
liberos non reliquit, obiit
Belgarum Gubernatrix
Mecblina anno 1535.

Georgius Aduisus Leo-
dunensis.

Leopoldus Praesul Cor-
dubensis.

uxor Comitum Ro-
obfortij.

uxor Francisci
Melunij, primi Espinoij
Principis.

Dorabea nupta Ioanni
Etonis Oestrisie Con-
tis fratri.

Margarita nupta Co.
Illino de Thaurae.

uxor Comitum
Helsensij, qui à rebel-
libus rusticis anno 1525
in Germania est occisus.

Anna coniux Lodo-
uici Maeani, Domini
de Walpergues ac Mer-
lemont.

Leonora.

Carolus Comes Habs-
burgi, Archidux Aus-
triae, Rex Hispanie ac
Indiae, Princeps Belga-
rum ac Burgundiarum,
Caesar nominis quintus.
Obiit anno 1558. cui ei
essent ex uxore nati hi
liberi.

Elizabet.

Ferdinandus Comes
Habsburgi, Archidux
Austriae, Rex Bohemiae
ac Hungariae, Caesar
nominis primus. Obiit
anno 1564. his ex uxore
relictis liberis.

Maria.

Catharina.

Anna.

Ferdinandus, cui
è duabus uxori-
bus hi nati sunt
liberi. Obiit 1595.
mense Februario.

Maria.

Magdalena.

Catharina.

Leonora.

Margarita.

Joannes.

Barbara.

Carolus, cui ex
uxore sunt nati
hi 15. liberi.

Orsula.

Helena.

Ioanna.

De singulis uide
supra caput 4. & 5.

Elizabet.

Maximilianus secundus Comes
Habsburgi, Archidux Austriae,
Rex Bohemiae & Hungariae,
Romanorum Imperator nominis
secundus, cui ex uxore hi nati
sunt liberi.

Anna.

E priore, An-
dreas Cardina-
lis Austriae.

Carolus Mar-
chio Burgoniae.

Ex altera,
filiae aliquot.
Uide supra ca-
put 4. & 5.

Ferdinandus.

Anna.

Maria.

Christina.

Catharina.

Reinera.

Elizabet.

Ferdinandus
altior.

Carolus.

Gregoria.

Maximilianus
Leonora.

Maximilianus.

Margarita.

Leonora.

De singulis uide
supra caput 4. & 5.

Philippus 2. Comes Habsburgi, Archidux Aus-
triae, Monarcha Hispanie, Rex Neapolis
ac Sicilia, Dux Mediolan. Princeps Belga-
rum ac Burgundiarum, Rex Indiae Orientalis,
Occidentalis, ac Meridionalis. Uxoribus habuit
quatuor, è quibus hi nati sunt liberi.

Maria uxor Maximiliani 2. Caesaris.

Ioanna nupta Ioanni Portugalliae Principi.
Notbi.

Margarita bis nupta.

Ioannes Belgarum Gubernator obiit inuuptus.

Elizabet.

Anna quarta uxor Philippi secundi, Hispaniarum Monarcha.

Ferdinandus.

Rodolfus Comes Habsburgi, Archidux Austriae, Rex Bohemiae &
Hungariae, Caesar nominis secundus, obiit hoc anno 1597. inuup-
tus uivens.

Elizabet.

Maria.

Maximilianus.

Albertus Austriae Archidux.

Venceslaus.

Fredericus.

Maria altera.

Carolus.

Margarita.

Leonora.

Horum omnium natales, nuptiae, & obitus annotantur supra ca-
pite quinto & sexto.

E prima uxore,
Carolus in nuptis obiit anno 1568.

E tertia,
Elizabet.
Catharina uxor Caroli Emanuelis, Sabaudiae
Ducis.

E quarta,
Ferdinandus puer obiit.
Carolus Laurentius puer obiit.
Iacobus puer obiit.
Philippus tertius, Hispaniarum Princeps.

ferebant Comites V Vissenburgi, Sibentali, Greirij, ac Thurini, bello petitus, ingentes, quemadmodum & Bernates, calamitates accepit, donec multorum Principum intercessione re composita, ab armis est discessum, Eberhardo in iniqua rerum possessione manente. Reliquit ex

heobaldus.

tradius.

tis temporis familias, feruntur, quibus, ut dicitur, in
sa fecunditate, Religionis constantia ac vniformi cultu, pietate,
iustitia,

iustitia, ac moderatione, belli pacisque temporibus superasse: qua in re, summa cum admiratione, consideranda se offert diuinæ prouidentiae infinita sapientia, cuius iudicia (vt verissimè Dauid cecinit) abyssus est inperscrutabilis. Ad summum enim Deus Habsburgicos honoris ac gloriae fastigium promouens, incognitas antea ad Orientem, Meridiem, ac Occidentem, Nationes reperire, domare, ac ad Iesu Christi antiquissimum cultum cognitionemque perducere voluit, tradita Monarchia, cuius similem nulla adhuc vidit ætas. Nunc huius capituli genealogicum * schema ob oculos ponamus.

* Hic in-
seratur
schema
notatum
libera G.

*Habsburgicorum Principum gentilitia in scutis ac
clypeis signa.*

CAPVT XI.

NE autem auidus sciendi Lector in hoc libello aliquid à me merito desideret, Habsburgicorum Principum gentilitia, quæ in scutis ferunt, insignia hoc loco referam, vt ea vidi depicta, ac Lazius refert. Fuere autem tres purpurei coloris leones, coronis caruleis redimiti, ac prioribus vnguibus in scuto aurei coloris insurgentes. VVandalicæ stirpis Burgundiæ Reges in scuto aureo coronam tantum caruleam pingebant. Sed Clodamirus, magni Clodouei filius, Fræcorum in Gallijs Rex, eiectis Burgundia VVandalis, Regnoque eorum in Gallijs occupato, insurgentem purpureum in scuto aureo corona carulea redimitum subiecit leonem; significare volens, victorem leonem coronam caruleam rapuisse, capiti que suo imposuisse; quo signo primi Comites Habsburgij fuere vsi. Ego eorum insignia hoc modo vidi depicta Mechliniæ in Quæstorum Conclau, quod illi Theaurariam vocant. Aliquanto post duos clypeo eiusdem coloris addidere leones, ipsè seruatis coloribus, vt posteris relinquerent testatum nobilissimum vetustissimumque stemmatis stirpisque suæ fontem ac originem.

Nunc, amice Lector, omnium præcedentium genealogiarum (vti vnus omnes Habsburgici stemmatis) continuatâ hic tibi subijcimus seriem, deductam à Fraimondo Francorum (vt plerique volunt) in Germania Rege primo, perductamque vsque ad Rodolfum secundum Cæsarem, & Philippum secundum, Hispaniarum Monarcham, duobus nostri temporis Habsburgicæ ac Austriacæ familiæ luminibus ac columnis, idque ab anno natiuitatis Iesu Christi CCCCXVII. vsque ad eiusdem *
annum CIO. IO. XCVIII. quod est tempus mille, centum, ac octoginta & vnus annorum, nuda pro maiori parte eorum nomina continens, de quibus præcedentibus agitur decem capitibus. *

* Hic in-
seratur
schema
notatum
libera H.

De

De Austria origine, vocisque eius etyma.

CAP. XII.

Q Vando hæc Prouincia, veteris superiorisque Pannoniæ olim à Sarmatis habitata pars, à corpore diuisa, nouum nomen, nouoque Principes inuenerit, historici (quod sciam) non tradunt. Temporum ac rerum collatione rei veritatem elici posse confido. Constat hanc Prouinciam Germanica lingua, à tempore Caroli Magni Cæsaris, in hunc vsque diem continuò vocatam, *Ostereih*, quod Orientale Regnum sonat, minorem verò eius partem, Hungaris vicinam, *Marcam*, id est, limitem Orientalem. Significat enim *Marcæ* Germanis limitem, à lapidis aut alterius rei terminalis collocatione, finem Regionis demonstrantis, quem adhuc hodie Germani, *Merc* ac *Marc* vocant. Hinc primi Austriæ Principes Christiani, Marchionis titulum acceperunt, quòd nimirum ea in parte Romani Imperij limitis custodes essent positi. Marchio enim Austriæ declarabat, Præfectum limitis Germaniæ Orientalis. Quum enim Carolus Magnus Cæsar Hunnos deuicisset ac domuisset, (qui occupata maiori Pannoniæ parte, pulsus Romanis, nouum ibi de suo nomine condiderant Regnum) Pannonia eos superiori exiit, constituensque in ea diuersos limitum Præfectos, habitata (veteri Francorum more) situs mundi ratione, hanc, *Ostereih*, ac *Ostereimarc* denominauit; quo sensim extincta Hunnorum memoria, vniuersam Pannoniam ac Sarmatiam Orientalis Regni nomine insigniret. Sed nouis semper bellis impeditus, ac tandem morte præuentus, institutum tenere non potuit, multoque minus eius liberi ac nepotes. Quare Hunni in maxima parte Pannoniæ ac Sarmatiæ manentes, miserè in Germania subinde sæuebāt, donec tandem facta cum sequentibus Cæsaribus pace, nomen Regnumque quod etiamnum Hungaria dicitur, eis relinqueretur, illi verò Cæsaribus *Ostereichia* cederent. Sed non ea Hunni fide pacem coluere, quin data opportunitate *Ostereichiam* iterum occupare conarentur, Germanis inter se, aut cum Italis, de rerum summa decernentibus, donec ab Ottone primo Cæsare, eiusque successoribus, insigniter castigari, post ingentes aliquoties acceptas clades, mitius & fidelius agere discerent. Durauit hæc Hunnorum, nunc Hungarorum, in repetenda *Ostereichia* libido ad patrum vsque nostrorum memoriam. Anno enim Christi 1475. ac 1480. Matthias Coruinus Hungariæ Rex, Ioannis Hunniadis filius, occupata maiori Austriæ parte, per quinquennium (pulsò in Germaniam Cæsare Frederico tertio Austriæ Archiduce) Viennæ habitauit, recuperarique Austria nisi mortuo anno 1490. Matthia Coruino non potuit. Erat enim Maxæmilianus Romanorum Rex, contra Francos ac Belgas, maxi-

maximis implicatus bellis, quibus tandem feliciter confectis, non solum Austriam cum Metropoli Vienna recuperauit, sed Alba Regali expugnata, partem etiam Hungariæ in potestatem suam redegit. Taceo quantis copijs ac viribus anno 1526. instructus Solymannus Turcarum Rex Austriam Hungariæ coniungere, iterque sibi in interiorem Germaniam parare conatus sit. Eius enim Regni maiorem partem Turcæ Hunnis hoc sæculo eripuerunt, eosque in miserissimam seruitutem redegerunt, quòd peruerso iudicio Annæ (quæ soror hæresque erat vnica Ludouici postremi Hungariæ Regis, à dicto Solymanno in pugna anno 1525. caesi) eiusque liberis paterni Regni successionem inuidissent. Verum de nominis Austriæ etymo Lazius cap. 2. Commét. genealog. Austriacæ hæc sentit. Franci, eiectis Gallia Romanis, cum noui Regni fines contra vicinos censerent stabiliendos, in duas id diuisere partes; eamque quæ Rheno inter Amnes Mozellam, Mosam, ac Illû adiacet, gentilitia voce *Ostereih*, hoc est, Orientale Regnum, appellauerunt: quæ verò versus mediterranea Galliæ se flecebant, vt Burgundia, Prouincia Lugdunensis, & Narbonensis, cum parte Aquitaniæ, *Vuestereih*, id est, Occidentale Regnum, vocauerunt. Has voces eius temporis sacerdotes, iidemque Annalium ac Chronicorum scriptores, à Romanis profecti, eorumque sermone ac lingua assueti, corrupere. Ignari enim linguæ Germanicæ, nouorum Regnorum nomina in Latinam terminationem ac sonum derorquentes, fecerunt ex *Ostereih* Austria, ac Austrasia; è *Vuestereih*, Vuestria, ac Vuestrasia; è *Neurih* (quod Germanicè nouum sonat Regnum) Neustria, ac Neustrasia. Gallica verò Austria id temporis continebat, quicquid à Vogeso ac Iura, Heluetiæ montibus, ad Rhenum vsque extendebatur, tantum veteris Galliæ agri comprehendens, quantum hoc tempore obtinet Alsatia, Sundgouia, Lantuohtia, Hagenaua, Palatinatus ad flumen Saram, Lutzenburgum, Limburgum, Hinczruckum, Arenberga, Nassauia, Velda, Salma, Bieza, Leinyngum, Manderscheitum, Treuiri, Metis, Lotharingia, Vormatia, Mogütia, Spira Nemetum, Colonia Agrippina, Argentoratum, Sleistattum, Colmaria, Heluetij, Burgundiæ Comitatus, Sabaudia cum locis vicinis. Retinet certè adhuc hodie ager qui Sara ac Mosella Amnibus includitur, denso Arduenæ nemore cõstitus, veteris appellationis reliquias, *Das Pestereih*, quasi dicas Occidentale Regnum, ac alibi corruptius, Vastum Regnum: habebatque Austriæ Gallicæ Regnum duas Vrbes primarias, seu Sedes Regales, Metensem ac Vormatiensem, quibus olim Austriæ Gallicæ Reges, sacros dedereque Præsules. Tandem restaurata iuxta Coloniam Agrippinam arce Tolbiaca, occupatisque inferioris Belgij Prouincijs, ad oceanum vsque Batauicum limites promouere, sed non diu retinere. Extincto enim

enim in Gallijs Regio Francorum stemmate, successit noua Caroli Magni stirps, quæ Imperio Germaniam, Italiam, Belgicq; iunxit, donec moriente Lodowico Pio quatuor eius filij amplissimū Imperium diuidendo distraxere, quo facto (vt libro primo historię nostrę scripsimus) Regnum Austrię, aut Austrasię Gallicę, in varias distractum partes, nomen ac dignitatem amisit. Quum enim Lotharius, Lodowici Pij filius natiu maximus, moriens Monachus, tres ex vxore reliquisset filios, secundus natiu Lotharius etiam appellatus, accepta Austrasię parte, eam ex suo nomine *Lōrreich*, (vt in hodiernum vsque diem Brabantię Duces ex eo deriuati scribunt) obliterata planè Austrasię ac Austrię in Gallijs appellatione, vocauit. Sed hæc ditio multo etiãnum hodie arctioribus coacta limitibus, Lotharingia, ac corruptius Loreina, nunc dicitur. Eodem ferè tempore in Gallijs VVestrię ac Neustrię appellationes etiam desiere. Superioribus rationibus motus Carolus Magnus, cum Hungaros debellasset, superiorem eis auferens Pannoniam, *Osterric* vocari aut iussit, aut permisit, quæ etiam hac in Prouincia vox, ab ijs qui lingua Latina erant assueti, in Austrię nomē est corrupta, aut à Gallis Germanisque Sacerdotibus, qui cum Carolo Magno in eas partes venerant, ibi inducta, elegantissimè se loqui homines barbari existimantes, quum Germanicam vocem quàm maximè corruptam fictitia Latina expressissent, ac imitati essent: quæ cum semel ab ijs, qui cum potestate ac authoritate tum temporis erant, fuissent admilla, ab omnibus vt elegantissima, ac Latinissima, ob ijs vlnis sunt recepta, ac proinde nil mirum si longi temporis præscriptione possessionem ac ius, bona interueniente fide, apud posteros meruerint. Dictam verò esse Austriam à flatu venti Australis, qui huic Regioni est frequēs, (vt alio opinatur loco Lazijs) non magis mihi veritabile est, quàm Ostenreikiam, Zuirlandiam, Nortlandiam, Ostlandiam, Nortwegiam, Nortmanniam, ac VVestlandiam potiùs à ventorum flatu, quibus sunt obnoxia, quàm à mundi plagis, ad quas vergunt ac declinant, aut quibus subiacent, vel vnde venerunt, denominatas.

De Austria præstantia, ac primis eius Principibus, qui à finium custodia fuere Marchiones dicti.

CAPVT XIII.

Quum Carolus Magnus, vt diximus, Hungaros agrorū parte multasset, superiorem domiti agrum partem (quæ hodie Stiriam Carinthiamque continet, ac Danubio Drauoque fluminibus terminatur) vocauit Marcam Orientalem, ac *Osterrub*; inferiorè Marcam Occidentalem,

dentalem, ac *VVesterrub* quo nomine breui extincto, Marca Orientalis, in superiorem ac inferiorem diuisa, sola Austrię ac Osterrichæ nomen seruauit. Cumque ijs in partibus Hunnos incolas ac occupatores pro maiori parte aut interfecisset, aut expulisset, missis Germanorum colonijs Christianis, habitare Hunnorum Oppida, colere agros, erigere Arces, Ciuitates condere permisit. Habet vtraque Austrïa ad Orientè Hungariam; ad Occidentem Bauariam; ad Meridiè Stiriam, Carinthiam, ac Tyrolim, eiusque montes; ad Septentrionè Bohemiã, Misniam, ac Saxoniam. Latitudo eius expedito pediti tribus, longitudo sex diebus aut paulo ampliùs conficitur. Excepto Danubio, què mediam secat Austriam, superiorem ad Meridiem, inferiorem versus Septentrionem relinquens, multis alijs irrigatur nò contemnendis Amnibus, quorum hi ab vtraque parte in Danubium influentes sunt præcipui, Muchela, Rotla, Hafelpachum, Veldastum, Berga, Krempsa, Camus, Maissa, Marca, Theia, Murtza, Gaufintza, Feitstritza, Rabus, Rabamitza, Leitrum, Keltengargum, Suichata, Antspachum, Tullmus, Drafinus, Senfa, Arla, Ephis, Vrpachus, Oenus, Drauus, Steinpachum, multi que alij magni vsus Amnes, ac piscosæ Paludes. Crescit in Austrïa vinum generosum, frumenta, ac legumina omnis generis, abundat ligno, piscibus varij generis, quos flumina ac stagna nutriunt, magnoque numero incolis suppeditantur ad faturitatem. Maioris minorisque pecoris, lactis, casei, ac butyri, nec non & mellis infinita est copia: volatiliū ac quadrupedum, humanæ necessitati, exercitio, ac luxu feruentium tanta est abundantia ac varietas, vt hic alterum Adami Hortum meritò statuere possis. Non enim in Comitatu Tyrolis metallapræstantissima, Principi singulis annis trecenta aureorum nummum millia pendentia, desunt. Adde quòd tantarum rerū vltra quàm credi posset affluentia abundantes, ingentem rerum omnium copiam vicinis Morauis, Bohemis, Slesijs, Bauaris, ac alijs diuendunt, indeque ditissimi fiunt, magnaque opes cumulant, vnde nonnunquam animis elati, ac factionibus dediti, calamitates sibiipsis nò exiguas peperere, lafcuienti ac petulcæ felicitati subinde pœnas dantes. Sed tum primum insignem in rebus omnibus cultum accepit Austrïa, quum Habsburgici apud eos Principes rerum potiri cœpere, qui nullo cultus nec ornamenti omisso genere, admirabilem eam cæteris terrarum orbis Regionibus effecere. Ad Babenbergicorum Procerum vsque aduentum, varijs iactata fuit Austrïa casibus, insignesque aliquot perpeffa est calamitates, præcipuè ab incredulis Hungaris, qui mortuo Carolo Magno, liberisque eius bellis ciuilibus se conficientibus, insignes odio Christi vicinis omnibus intulere clades; idque regnante Cæsare Arnulfo, filio eius Lodowico, ac Cæsare Conrado. Sed tandem à Cæsare Ottone primo

primo magnis cladibus affecti, religionem Christianam sensim Hungari admittere, ac intra limites sese suos continuere: qui Otto, ob insignem sibi hoc bello nauatam operam, vtrique Ostenreichia praefecit Comites à Buchorn, Scala, ac Blois, è Gallia oriundos, tandemque hæ Praefectura hereditaria facta, in ijs à Cæsare Ottone tertio sunt confirmati, orientale ei sacramentum dicentes. Hæ tres familia longo tempore diuersis Austria locis praefuere, ac, si Munstero credere debemus, ad Babenbergicorum vsque aduentum trecentis triginta annis rexere, emeritque inter hos praecipue Blossia, Viennæ sedem habens, ac longè lateque in eius circuitu imperans, non quidem ea quæ in Gallijs sub Capeticorum Regno innotuit, sed alia longè verustior familia ab hac diuersa, donec & hæc ab Hungaris pulsa, trajecto Danubio, Oppida ibi aliquot & Arces condidisset, ac diu, imperantibus Babenbergicis, Comitibus cum titulo possedisset. Veteribus enim eiectione limitibus, Comitibus titulo contenti fuere, durauereque vsque in annum Christi 1241. tum enim omnino hæ familiae defecere, succedentibus in eorum bonis Burggrauis Magdeburgensibus. Eorum autem hæ nomina recenset Sebastianus Munsterus in sua Cosmographia: VValrichus, Albertus, Ottocarus, Giralduus, Theodoricus, Godfridus, Baldericus, Zeigenhartus, Lupoldus, Arnulfus, Gebelhartus, Rutgerus, Gyzo, Conrardus: qui cum, deserta Vienna, vltra Danubium se contulissent, ad Comites Babenbergenses cum Marchionis titulo Austria peruenit, vt narrat Otto Antistes Frisingensis, Historiographus, è Babenbergica familia ortus, lib. 6. cap. 15. fuit enim filius Ludolfi Pij Marchionis Austriae: quibus ferè perpetuum cum Hungaris fuit bellum, eosque tandem circa annum Christi 1012. omni Austria pepulere, eodem ferè tempore, quo Diuus Carolomannus eò peregrinatum religionis causa veniens, incognitus pro speculatore captus ac strangulatus fuit.

De postremis Austria Marchionibus, ac primis Ducibus, Archiducibusque, è familia Babenbergica ortis.

CAPVT XV.

AB Ottone secundo Cæsare (vt vult Lazius; vt verò Nauclerus, ab Heinrico Aucupe Cæsare) Babenbergenses Comites Albertus ac Leopoldus Pannonia superiore, tunc Ostenreichia ac Austria dicta, sunt donati, posteaquam infirmiores Reguli ab Hungaris vltra Danubium pulsati, resistere amplius nequiuere. Libera igitur voluntate iuri suo cedentes, dicto Cæsari Austriam Cisdanubianam reddidere, qui eam Alberto ac Leopoldo, Alberti (iussu Cæsaris capite iniusta de causa

causa casti ac proscripti) filijs cum Marchionis titulo donauit, anno circiter Christi 980. qui, praestito Cæsari clientali sacramento, ab Austriacis sunt recepti & inaugurati, ductis vterque è postremis veterum Principum familijs vxoribus. Leopoldo sine liberis mortuo, frater eius Albertus Babenbergicus filium reliquit Leopoldum cognomine Illustrè, à quo Ioannes Cuspinianus in sua Austria auspicatur Marchionum genealogiam, illi nominis primum, nobis secundum Austriae Marchionem, è familia Babenbergica è Sueuis orta, qui Arcem Melcanam, ille Melicum vocat, Hungaris eripuit, statuitque in ea duodecim Canonicos, ac cum vxore Richarde, sorore Cæsaris Heinrici Ancupis, in choro, Regni sui anno 55. Christi 988. sepelitur, superato ac interfecto Duce Gifone Hungaro. Hic Leopoldus cum patre Alberto, vt erant viri bellicosissimi, insignes Hungaris clades intulere, eosque vniuersa penè Austria expulere. Ferebant eo tempore Austriaci pro gentilitio in clypeis signo, qui caerulei erat coloris, tres aurei coloris alaudas, à Romana legione iam olim per maiorum manus, vt credebatur, acceptas. Quum enim Rheni ac Danubij ripæ quatuordecim legionibus à Romanis custodirentur, decima ab alaudis nomen habebat. Stationè autem diu habuerat decimatertia legio eo loci vbi nunc est Vienna, (quam à Fabiano Praefecto, prima ablata syllaba, dictam vult Lazius, Munsterus à flumine Vienna) decima autem alaudarum ad Rhenum multis ac periculosis feliciter contra Germanos confectis praelijs, praeteris virtutis sibi nomen pararat: quæ causa fuit, vt cum Decebalus Dacarum Rex Danubium transire conaretur, Cæsar Marcus Aurelius, missa ad Rhenum decimatertia legione, decimam alaudarum Viennæ ad Danubium contra Decebalum collocaret, vbi fortitudinis ac virtutis specimen non semel edens, tam diu in praesidio mansit, donec ruente Romano Imp. pulsus cum cæteris Alaudarij, noui eius Ditionis Reguli alaudas clypeis suis, memoria Romanæ virtutis, quam se superasse ereptis armis ac clypeis gloriabantur, appingere pulchrè duceret, mansereque hæc alaudarum insignia ad Leopoldum vsq; octauū Austriae Marchionè, qui, qua de causa ea omiserit, eo loco scribemus, vt etià infra cap. 18. Reliquit Leopoldus 2. ex vxore Richarde filios duos. Poppo Antistes fuit Treuerensis. Henricus Marchio Austriae, cognomine Rebellis, quòd nisi coactus ab Heinrico Cæsare Imperio obediret, è qua nescio vxore nomine Swenhilde tres reliquit liberos, regnauitque an. 35. subita morte decedens an. 1018. ac Melici iuxta parètes cū vxore sepultus. Filia eius, cuius nomè non reperio, nupsit Petro Hugaria Regi. Ernestus Dux Sueuia perijt bello Saxónico an. 1014. quaquã Cuspinianus ducat eum à Comite Alberone sagitta inter venandū interfectū an. 1017. Duxerat in vxorè Gifellā, alijs Mahtildim filiā Lotharij

Regis Francorum, viduam Brunonis Ducis Saxonix, quæ tertiò nupsit Cæsari Conrardo. Adelbertus secundus, Henrici primi filius natus maximus, ob ingentes ac crebras contra Hungaros victorias dictus Victoriosus, Marchio Austriæ, duxit Adelheidem sororem Petri Regis Hungariæ, obiitque anno 1056. sepultusque est cum vxore Melkij, vbi maior pars Marchionum est condita, habuitque filium Leopoldum tertium, Austriæ Marchionem, Principem strenuissimum, qui ante patrem anno 1047. subito obiit, comitatus Cæsarem Henricum tertium in Ingelhain ad nuptias, nullos ex vxore Frosuilla relinquens liberos, succedente sibi fratre Erneſte Austriæ Marchione, qui ex vxore Agnete, filia Rodolfi Habsburgij Comitis Rynfeldij, (Cuspinianus vocat Mahteldim, non addens cuius fuerit filia) liberos genuit tres; ipse obiit anno 1075. Iuditham, Albertum Leuem, ac Leopoldum quartum, cognomine Pulchrum, Austriæ Marchionem, qui duxit Idam filiam Henrici tertij Cæsaris, ex altera eius vxore natam, gessitque ingentia ac sæua ciuilia bella cum fratre Adelberto, Bohemis, ac Bauaris, obiitque anno 1096. duos relinquens filios. Poppo Antistes fuit Treuerensis. Leopoldus 5. cognomine Pius, Austriæ Marchio, duxit Agnetem filiam Cæsaris Henrici quarti, viduam Frederici Sueuorum Ducis, obiitque anno 1136. ac inter Diuos est relatus, sex relinquens filios, ac quinque filias, decies enim & octies ei Agnes pepererat, è quibus, cum moreretur, vndecim in viuis erant, nimirum: Berta vxor Henrici Burhgrauij Ratisponensis; Agnes Boselaj Poloniæ Regis; Gertrudis Ladislaj Bohemiæ Ducis postremi, ac primi Regis, facti à Cæsare Frederico primo, ob ingentia erga Imperium merita; Elizabeth vxor Hartmanni Lantgrauij Saxonix; Guta, alijs Iuditha, Reineri Marchionis Montferrati; Conrardus Antistes Salsburgensis; Otto Præsul Frisingensis, Historiographus eius temporis diligentissimus: Leopoldus sextus, quanquam natus minor, patri successit, dictusque est Largus. Cæsar Conrardus eum Bauariæ Ducem renunciauit, obiitque anno 1142. successitque illi frater natus maior, Henricus secundus, qui à Cæsare Frederico Barbarossa primus est factus Austriæ Dux, ac ob acceptum Pileum Ducalem, instar coronæ rostratum, cum veste principali, dictus est etiam (authore Cuspiniano) anno 1161. Austriæ Archidux; vt verò vult Munsterus, Rex; idque dum dictus Cæsar inter eum ac Henricum Bauariæ Ducem, filium Henrici Superbi, pacem facit. Cæsar enim Conrardus, Barbarossæ prædecessor, Henrico Superbo Bauariæ Duci infestus, eo mortuo, Bauariam ad Imperium deuolutam, huic Henrico Austriæ tum tantum Marchioni dono dederat, ob quam donationem dissidia ac bella non exigua inter Henrici Superbi filium, ac hunc Henricum Austriæ primum Ducem, sunt orta: quæ vt


tolle-

tolleret Cæsar Barbarossa, diminuto non nihil Bauariæ Ducatu, auctisque Austriæ limitibus, insuper Ducis titulum Austriacis, abolito Marchionis titulo, vt cederet donatione Bauarica, tribuit, restituto hac ratione in Bauaria Henrico, Henrici Superbi filio. Henricus igitur nominis secundus, primus Austriæ Dux, cognominatus est, Ita me Deus amet, quod id perpetuò, vernacula lingua in ore haberet: bis duxit vxorem; primò Gertrudim filiam Cæsaris Lotharij, quæ non peperit; deinde Theodorâ, Emanuelis Imper. Constantinop. propinquam, quæ tres reliquit liberos, obiitque Henricus è vulneribus bello Bohemico susceptis, anno 1177. sepultusque est Viennæ apud Scotos, iussu suo ædificatos. Agnes eius filia nupsit Stephano tertio Hungariæ Regi. Henricus vnicus reliquit filium, qui inuuptus obiit. Leopoldus 7. dictus Virtuosus, Austriæ Dux, desertis in scuto gentilitio alaudis, pinxit superiorem ac inferiorem eius partem rubram, mediam aqua proportionem relinquens albam, idque hanc, vt volunt, ob causam. Obsidebant Christiani in Syria Vrbem Accaronem, alijs Ptolemaidem, alijs Damascum fuisse volunt: Leopoldus suo cum milite propugnantes primus inuadens, tanta cum virtute ac constantia aliquandiu depugnauit, vt sericum insigne, quod sinistra cum clypeo tenebat, hostili suoque sanguine infectum, nil purum haberet, quam quod manus tegebat. Cuspinianus refert totum eius corpus in oppugnatione sanguine maduisse, ea parte excepta, qua latus supra arma cingulum in orbem circumdabat. Expugnata Vrbe, in huius rei memoriâ, Cæsare consentiente, gentilitia in scuto insignia, ratione qua diximus, relictis alaudis mutauit, exponens nouum hoc militare signum in vna captæ Urbis turri: quod Richardus Angliæ Rex huius expeditionis socius non ferens, deijci iussit, præcipuum captæ Urbis decus Leopoldo inuidens. Sed is postea Regem domum redeuntem, ac per Austriam dimisso comitatu, mutatoque habitu iter facientem, in hospitio prope Viennam, vbi cum paucis diuerterat, capi iussit, in ligneo veru carnes ad ignem propria manu assantem, proditum à Viennenli ciue, qui cum Leopoldo in Syria militarat, Regemque Richardum optimè norat, eodemque ibi tempore potatum exterofque visurus excurrerat. Non potuit Rex Richardus liberari, nec Cæsaris iussione, nec summi Pontificis in Leopoldum intentata proscriptione, nisi persoluta tam ingenti pecuniæ summa, vt ea Leopoldus Ducatum Stirix ac Niburgi emeret, cum Comitatu Lintzij ac VVelsij, Viennamque insuper muro nouo cingeret, eique nouam Ciuitatem cum nouis munitionibus adijceret. Munsterus refert mutationem armorum à Leopoldo factorum non euenisse causa belli Syriaci, sed Prutenici, contra quos profectum Leopoldum (erant enim eo tempore adhuc increduli) in reditu armorum insignia mutasse. Tandem

Tandem Leopoldus ex equo decidens femur rumpit, vir proeclatissimis; doloremque non ferens, ac proinde mortem instare sentiens, duobus filijs tradita Austria, in Monasterio reliquum vitæ peregit, moriens anno 1194. relinquens ex vxore Helena, alijs Geisa, filia Bela tertij Hungariæ Regis, liberos tres. Cunigundis vxor fuit Ottocari primi Stiria Ducis, qui postea factus leprosus, vxore sine liberis defuncta, Ducatum vendidit socero, Leopoldo 7. vt paulo antè diximus. Fredericus dictus Catholicus, quòd per omnem vitam continuò bellum contra incredulos tantum gessisset, secutus in Syriam Cæsarem Henricum, ad Urbem Damiatem innuptus obiit anno 1198. Leopoldus 8. natu maximus Austria ac Stiria Dux, cognomine Gloriosus, ex vxore Theodora, propinqua Alexij Imp. Constantinop. Imperio exacti, septem suscepit liberos. Fredericus natu maximus (Leopoldus enim nonus puer obiit) nominis secundus, referente Sebast. Munstero in sua Cosmographia, ob fortia in bello pro Cæsare Frederico 2. exhibita facinora Rex Austria anno 1225. est renunciatus; vt verò vult Ioannes Cuspinianus, primus Austria Dux; cui Regalia sunt tributa ac concessa, idque primùm à Cæsare Frederico 2. deinde ab eius filio Henrico Rom. Rege, vt in sua Austria idem narrat, in Vita huius Frederici, Diploma ibidem Cæsaris Frederici, ac filij eius Henrici, recitans. Henricus verò filius tertius natu, nominis tertius, Onuphrio quartus, Dux Melichij aut Medlickij, vir (authore Cuspiniano) erga parentes impius, in vxorem duxit Richardim sororem Lodowici Thuringia Lâtgrauij, quæ ei peperit filiam hæredem vnicam Gertrudim, primò nuptam Ladislao Marchioni Morauia, filio Regis Bohemia, qui liberis non genitis mox obiit. Deinde nupsit Hartmanno Marchioni Badensi, qui harum nuptiarum causa eo tempore partem Austria occupauit, quo Ottocarus Bohemia Rex vniuersam Austriam inuasit. Peperit Gertrudis Hertmanno filium ac filiam tantum. Filius nomine Fredericus Marchio fuit Badensis, ac causa matris Dux Austria, qui anno 1250. collectis copijs Regem Ottocarum reliquosque Austria inuasores pellere conatus, parum profecit; profectusque tandem cum affine Conrardino Sueuia Duce, Neapolis in Italia Rege, multisque alijs viris claris, ad recuperandum vtriusque Sicilia Regnum, quæ Carolus Andegauensum Dux occuparat, sperans, hoc confecto bello, se facile Córardini aliorumque amicorum auxilijs Austriam recuperaturum. Sed post aduersam pugna, à dicto Carolo per proditorem capti, in foro Neapolitano, eius iussu, carnificis manu capita perdidere, innuptique mundo excessere, succedente Frederico vnica sorore Agnete, quæ primò nupsit Vlricho Carinthia Duci, eoque sine liberis mortuo, Meinhardo Tyrolis Comiti, cui filium peperit Henricum Carinthia Ducem, ac Tyrolis

Tyrolis Comitem, & Elizabetam vxorem Alberti Habsburgij Comitis, filij natu maximi Cæsaris Rodolfi primi, cui liberos viginti & vnū, aut, vt alij volunt, viginti & sex peperit. Cuspinianus vult Agnetem secundò non nupsisse Meinhardo Tyrolis Comiti, sed Vlricho Heuburgi Comiti, infimæ ac imparis sibi conditionis nobili. Hic Fredericus postremus è Babenbergicis Austria Dux, vir fuit vitæ dissolutæ, sed tamen admodum bellicosus. Vienna habitans, in hoc tantum incumbebat, vt mulieres & virgines formosiores stupraret, ac ciues graui tyrannide premeret. Quare tandem ab ijs pullus, collecto milite Urbem obsidet, agrosque depopulatur. Cumque parum proficeret, Romam profectus, à Cæsare ac Papa (vitæ emendationem pollicitus) veniam impetrat; rediensque in Germaniam, quiescere non potuit, concitatis contra se, fratremque Henricum, (qui paulo antè obierat) Hungaris, Bohemis, ac Bauaris. Contra Bohemos feliciter pugnat, vt & contra Hungaros, nisi victoriam propria morte cruentam suisque luctuosam fecisset. Deiectus enim iuxta flumen Leitram ab Hungaris, quos cum paucis insequebatur equo, antequam succurri posset, interficitur, quanquam diuersas de eius morte adferri sciam causas. Primò duxit Gertrudim Brunswichi Ducis filiam, eamque post triennium ob sterilitatem repudiat, superinducens Agnetem Ottonis senioris, Ducis Merania, filiam. Sed è neutra liberos reliquit, moriens anno 1246. Iunij die 15. Soror eius Constantia nupsit Henrico Misnie Marchioni, qui, mortuo Frederico, Austria Dux fuit electus. Sed ab Ottocaro Bohemia Rege impeditus, in Austriam non venit. Huic filios duos Constantia peperit. Soror eius natu maxima Margarita primùm nupsit Henrico Sueuia Duci, Romanorū Imperatori, filio Cæsaris Frederici secundi, qui ante patrem obiit, cuique gemellos vno partu edidit, Fredericum ac Henricum, qui à Manfredo filio notho dicti Cæsaris Frederici ætatis anno 12. veneno sublatis sunt, ne ad Regnum vtriusque Sicilia (quod is mortuo patre Cæsare occuparat) viri facti iure aspirarent. Quumque breui mortuo Henrico Margarita diu vidua permansisset, tandem effæto sterilique corpore iterum nubit Ottocaro, filio Primsislai Bohemia Regis, qui hac de causa, mortuis Margarita fratribus, Austria maiorem partem cum Vrbe Vienna occupat, ac per annos viginti sex, ad Imperium vsque Cæsaris Rodolfi Habsburgici nominis primi, possidet, donec ab eodem (vt supra capite 5. narrauimus) victus ac occisus, Austria cum inde dependentibus Prouincijs Imperio assereretur, ac tandè Alberto, dicti Cæsaris Rodolfi filio, concederetur, apud cuius posteros in hunc meæ scriptionis annum 1598. permanere videmus. Ottocarus, nullam è Margarita prolem generans,

SCHEMA I.



septimo post nuptias anno eam repudiat, ac, superinducta alia, veneno
 nuptias anno eam repudiat, ac, superinducta alia, veneno

C

Hic in- r.
 feratur E
 schema P
 notatur
 litera I. I

atque vt ab Austriacis in Ducem inauguraretur, à maiori parte impe-
 trat, ducta in vxorem Duce eorum Margarita, foemina proeclatæ æta-
 tis, ac sterili. Henricus interea Misniæ Lantravius, moriente sine li-
 beris vxore Gertrude, sponte Austria cedit, domumque reuertit. Non
 consentijisset Margarita in nuptias adolescentis Ottocari, si tractata ab
 Hertmanno Badensi, vti decebat, fuisset. Is enim eam, quòd sterile sci-
 ret, contemnebat, nec eo loco, quo vxoris suæ amitam oportebat, habe-
 re didicerat; sed in ordinem redactam, sibi ac vxori parere volebat, non
 ferens vt publicis munijs & negotijs aliqua se ratione misceret: quòd
 agerrimè Margarita ferès, in nuptias Ottocari Bohemi, admodum ad-
 huc iuuenis, facillimè vetula consensit, illique occasionem suis nuptijs
 occupandæ maioris Austriae partis præbet. Quòd si Hertmannus vxor-
 is suæ amitam, vt res postulabat, reueritus, Austriae Ducem appellari,
 ac primo saltem anno Imperij gubernacula communicare potuisset;
 non est dubium, quin Imperio delectata mulier, ab imparibus absti-
 nuisset nuptijs, sensimque Hertmannus Austriae Ordinū & amitæ Mar-
 garitæ consensu obtinuisset, quòd postea nulla ratione adipisci po-
 tuit; sed competitorum nactus Regem Ottocarum, vicinum potentis-
 simum, iniquis cum eo conditionibus Austriae partiri mox est coactus.
 Reducta igitur Rex Ottocarus in potestatem maiori ac meliori Au-
 striae parte, cum primaria Vrbe Vienna, Arcem ac Aulam in ea Rega-
 lem, quæ adhuc hodie conspicitur, ædificari curauit, ac in eadem diu ha-
 bitauit, iacto etiam Franciscanorum in Vrbe Cœnobij fundamēto, sed
 quòd morte præuentus absolueri non potuit. Quumque rebus stabili-
 tis nil à quopiam periculi timeret, vxorem Margaritam, sterilitatē cau-
 satū, repudiat, superinducitque Cunigūdim, filiam Rossuslai Bulgariae
 Ducis, neptem Belæ Hungariae Regis, ijs persuasis, se à Pontifice Ro-
 mano (quòd verum non erat) huius rei faciendæ potestatem accepisse.
 Quumque postea, palam veritate facta, Ottocarus male audiret, quòd
 contra Christianæ religionis decreta duas vno eodemque tēpore ha-
 beret vxores, hac se etiam cura ac crimine liberaturus, clam Margari-
 tam, propinato ei veneno, è medio tolli curat. Atqui hac ratione in-
 felix mulier fratres sororesque sine liberis secuta, ac intempestiuū im-
 parisque matrimonij incommodum experta, Gertrudi, è fratre Hein-
 rico nepti, eiusque posteris, Austriam possidendam reliquit: quæ post
 mortem Frederici Badensis, Austriae materno iure Archiducis, Neapoli
 cum Conrardino capite plexi, sine vlla controuersia ad Agnetem, dicti
 Frederici sororem, eiusque legitimos deuoluta est liberis: quos cum
 Rodolfus Habsburgij Comes, Cæsar nominis primus, ab Ottocaro
 Bohemiae Rege summa cum iniuria Austria pulsos videret, eundemque
 eò etiam arrogantiæ proeclatū, vt, contempta Imperij Maiestate, de-

clientalibus Bohemiæ beneficijs Cafari sacramentum dicere nollet, ad Augustam VVindelicorum, Germaniæ Principum Conuentum indicit, citaturque grauiſſimis ſub pœnis Rex Ottocarus vti ſe ſiſtat, ac de iniuſtè occupatis Imperij Prouincijs, neglectaque eius Maieltate, rationem reddat. Ridet citationem Ottocarus, neminemque ad Comitiam, qui pro ſe respondeat, mittit. Interim Legati ab Auſtriæ Ordinibus miſſi, Augustam ad Cafarem, Principumque Conuentum, perueniunt, (Philippus nimirum Carnorum Ducis filius, Antistes Salsburgenſis; Fredericus Patouius, Stiria Marſcalcus; Bernhardus, VVolfgerdorſius, ac Vlricus Viechouius, Auſtrij Nobiles) & apud Cafarem Principesque grauiſſimè de iniuria, crudelitateque Ottocari conqueſti, docent, eum iniqui tituli iure Auſtriæ ſe inſinuafſe, Margaritam legitimam vxorem, Auſtriæ hæredem, ſuperinducta pellice, repudiaſſe, ac tandem veneno ſuſtulifſe: Agnetem Badenſem, filiamque eius Elizabetham Tyrollenſem, cum fratre Heinricho, legitima Auſtriæ hæreditate ſpoliaſſe, Optimatesque complures in Vrbe Vienna alijsque locis crudeliter trucidafſe, ac ſapifſime in innocenterum populum ſæuiſſe: Auſtriam, Stiriam, Carniolam, ac VVindorum Marcam, Imperij beneficia, cum Bela Hungariæ Rege clam eſſe partitum, ac vt exteræ nationis auxilio, Auſtriæ Archiducatum retinere, populumque duro iugo premere poſſet, ab Imperio ac Cafare defeciſſe. Rogatum ſe omnium Auſtriæ Ordinum nomine auxilium adueniſſe, ac vt à præſenti calamitate liberentur, enixè obſecrare: accepturos ſe eum Principem, quem Cafar Imperijque Principes dediſſent. Incumbere nobiliſſimæ ac pulcherrimæ Prouinciæ curam Imperij humeris, Clientes Patroni auxilium implorare. Decernitur communi Principum ſententia, Legatos ad Bohemum mittendos, experiendumque, poſſetne Ottocarus ſine armis ad officium reduci: ſin minùs, ſeuere illi præcipiendum, ab Auſtria cæteriſque beneficiarijs Imperij Prouincijs abſtineat, ſacramentum de Bohemia, illique ſubditis Ditionibus, Sileſia, Luſatia, Oppauia, Glagouia, ac Morauia, Cafari dicat. Quod ſi recuſet, armis cogendum. Mittuntur in Bohemiam viri Principes duo cum nobili comitatu, Heinrichus Comes VValiſchenburgenſis, Præſul Baſilienſis; ac Heinrichus Burchgrauus Norimbergenſis: qui non ſine Imperij dedecore ab Ottocaro excepti, indigna in Cafarem Imperijque Principes probra pro reſponſo retulere. Decernitur omnium conſenſu ſtatim bellum, ac Cafari Rodolfo ad id iuſta auxilia. Armant ſe ex aduerſo magno numero, pro Ottocaro Bohemi, nec Germaniæ aliquot ei deerant Principes. Nam Marchio Brandeburgi, ac Dux Bauariæ, ob certas Cafari Rodolfo inſeſti cauſas, Ottocaro

auxilia

auxilia miſere. Quod cum Cafari clam non eſſet, Ladiflaum Hungariæ Regem ſibi conciliat, Bohemo ob erepta aliquot loca inimicum, qui Cafari viginti equitum millia in auxilium mittit, quibus cum ſuas Imperijque coniunxiſſet vires, in Auſtriam contendit. Prodit contra Rex Ottocarus non minoribus è Bohemis, Brandeburgijs, Sileſijs, Bauaris, Morauis, Auſtriæ ac Saxoniæ aliquot Ciuitatibus adductis copijs. Sed de prælij euentu, Cafaris prudentiam ac vim veritus, dubitans, interceſſione duorum hinc inde Antiftitum, pacem cum eo facit; reſtituta Auſtria, dicto quoque de Bohemia cæteriſque eius Prouincijs Cafari ſacramento, ac in genua, dum hæc fiunt, ante Cafarem ſedens, inſpectante Bohemorum, Hungarorum, ac Germanorum (labente in quatuor mundi partes artiſicioſo Cafaris tabernaculo, vnus tantum clauis loco motionis) exercitu, vt ſuprà capite quarto latiùs expoſuimus. Qua de re, vt indigna, ab vxore hominibusque turbulentis Rex Ottocarus acerbè acriterque reprehendus, violata pace, cum ingenti exercitu Auſtriam inuadit. Exit contra Cafar Rodolfus, Germanorum copijs Hungarorumque auxilijs ſtipatus, ac haud procul Oppido Marchecco cum Ottocaro congreſſus, eum ſuperat, occiditque: deinde inſeſto exercitu Bohemiam inuadens, ferro ac igne adoleſcentem VVenceslaum, defuncti Ottocari filium, petere pacem cogit, legesque pro ſua Imperijque dignitate dat, filium verò ſuum Albertum natu maximum Auſtriæ præſicit, ac paulo poſt è communi Principum Imperij ſententia, Ordinumque totius Auſtriæ rogatu, Ducem Auſtriæ renunciat: vtque in ea illius acquireret, vxorem impetrat Elizabetham, filiam Meinhardi Comitum Tyrolis ac Agnetis Badenſis, legitimos ſolosque Auſtriæ hæredes, vt in præcedenti patuit genealogici ſchematis ſine: cuius Alberti Habsburgici exinde ſoboles ab anno Chriſti 1282. quo Auſtriæ Dux à patre fuit nominatus, ac anno 1284. inauguratus, vſque in hunc meæ commentationis annum 1598. continua mariù ſucceſſione Auſtriam felicifſimè, equifſimè, ſumma cum laude rexit, ac quàm diu Deo (qui ei hanc, quam videmus, tribuit potentiam ac dignitatem, contraque multorum ambicioſam conſeruauit malignitatem) viſum erit, reget ac gubernabit. Dicti Alberti Habsburgici, Auſtriæ ex hac familia Ducis ac Archiducis primi, poſteritatem reperies ſuprà cap. 4. & 12.

F 3

Qua

Qua ratione vicina Austria Prouincia, quibus hodie Archiduces imperant, in eorum potestatem deuenerint:

Et primùm de Stiria Ducatu.

CAPVT XVII.

STIRIA (cui Cilia Comitatus annumeratur) quam olim nonnulli Iapigiam, deinde Valeriam, dictam volunt, Austriam à Septentrione respicit, diuiditurque, ut ea, in superiorem, quæ Austriæ est contermina; ac inferiorem, quæ Mura fluuio ac Carnithia, nunc Carinthia, separatur. Ab Oriente Hungariam habet, ab Occidente Bauariam, ac Ditionem Salsburgensem, à Meridie Carinthiam. Est regio admodum montosa; sed ubi ad Orientem vergit, valles habet amplissimas, amoenissimas, ac fertilissimas, quæ Drauo ac Mura Annibus irrigantur. Mura in Drauum influit, is communes aquas in Danubiũ exonerat. Qui oppida inhabitant, Germanicè; qui cis Drauum agros colunt, Sclauonicè, hoc est, Illyricè, loquuntur. Multa per vniuersam regionem, ac in Ciuitate Cilia, Romanæ antiquitatis vestigia reperiuntur. Fuit olim Stiria Marchionatus, ut etiam hodierna demonstrat eius Germanica appellatio, *Steirmarc*: ab Imperatore Frederico Barbarossa in Ducatum mutata, tempore Ortocari Stiria postremi Marchionis, ac primi Ducis, qui in uxorem duxit Cunigundim filiam Leopoldi 7. Austriæ Ducis: è qua cum liberos non genuisset, quod lepra infectus ab eius concubitu abstineret, socero Stiriam Ordinum consensu circa annum Christi 1190. vendidit. Sed cum paulo post Babenbergicorum in Austria stirps defecisset, Stiri Hungariæ Regis filium Ducem legunt: qui cum se eorum moribus accommodare nollet, aut non posset, mox ab ijs pellitur, eiusque loco Ottocarum Bohemiæ Regem, Austriæ occupatorem, recipiunt, quo tandem (ut superiori scripsimus capite) à Cæsare Rodolfo victo ac occiso, Stiria cum vniuersa Austria ad filij eius Alberti Comitis Habsburgij, ac mortuo patre Cæsaris, venit imperium, cuius stirpi in presentem vsque annum 1598. fidelissimè ac felicissimè parat.

De Ducatu Carinthia.

CAPVT XVIII.

DVcatus Carnithia, nunc corruptè Carinthia, à Carnis populis dictus, cuius pars est Carniola, admodum quoque est montosus.
Ab Orien-

Ab Oriente habet Hungaros & Stiros, ab Occidente Bauaros ac Salsburgenses, à Meridie Alpes Italia, à Septentrione Austriam superiorem. Drauus Annis ferè medium secat, ac per Stiriam Austriamque fluens in Danubium labitur. Drauo Muraque; fluminibus superior eius pars montosa inclusa, peninsularis planè est. Non destituitur minoribus fluuijs, nec piscosis lacubus, qui amoenissimas eius valles fructiferas reddunt, ac res ad vitam necessarias abunde proferunt. Primaria Carinthia Ciuitas est, Fanum Diui Viri. Hunc Ducatum primus Austriæ iunxit Otto Habsburgicus, Cæsaris Alberti filius, Rodolphi Cæsaris nepos, Stiria post patris mortem è fratrum diuisione Dux, idque circa annum Christi 1330. Quam enim Henricus Carinthia Dux, ac Bohemia Rex, moriens vnicam tantum filiam hæredemque Margaritam facie insigniter deformem reliquisset, eaque nullis è primo marito relictis liberis, secundo vnicum peperisset filium hæredem (ut patet in præcedenti genealogico schemate) Meinardum Bauarum, Tyrolis Comitem, Carinthiam ad Imperium deuolutam (quod filium dictus Henricus nullum reliquisset) primus Lodowicus Bauarus Cæsar nominis quartus, deinde Carolus Lutzenburgius Cæsar etiam nominis quartus, ut vterque liberis suis vicinos Austriacos Principes conciliaret ac deuinceret, dicto Ottoni Habsburgico, Stiriæ Duci, Carinthia ac Carniolam concedunt, inprimis verò libenter Cæsar Carolus 4. quod Otto sororè suam Annam secundis nuptijs in vxorè duxisset, veritus, nisi Austriacos sibi conciliasset, ne aliquando è formula concordia Iglauensis Bohemiam repeterent, bellumque, se mortuo, filijs mouerent. Cæsar verò Lodowicus 4. Carinthiam Ottoni, excepto Palatinatu, concesserat, quod filij sui Lodowici Bauari, Marchionis Brandeburgij, nuptias cum deformi Margarita Tyrolis Comite moliretur, conatus hac munificè filio vicinos Austriacos amicos relinquere. Ex hoc tempore Carinthia, Carniola, quæque inde dependent, Austriæ iuncta fuere, atque in hunc meæ scriptionis annum 1598. amicissimi ac fidelissimi subditi mansere. Admirabilem rationem inaugurandi apud Carinthios Principis, ac cum nulla alia Orbis terræ Ditione communem, si quis scire desiderat, consulat Sebastiani Munsteri Cosmographiam, in descriptione Carinthia: quod tamen opus, amice Lector, lima viri docti indiget, tum ut contradictiones tollantur, falsaque emendentur, tum ut scopæ dissolutæ aptè colligantur.

De Comitatu Tyrolis.

CAP. XIX.

Comitatus Tyrolis ferme sedem habet in ipsis Italia Alpibus, quæ Bauariam ab Italia separant. Oenipons, vulgo *Inspurg*, Comitum est se-

est sedes, vbi & Curia est amplissima, ad quam incolæ à Prouincialium Iudicum sententia, cum liber, prouocant. Connumeratur huic Comitatu inter multas præclaras Ciuitates Tridentum ecumenico postremo Concilio celebre ac famosum, quod partem Austriacis Comitatus Tyrolis, partem Antistiti suo parat. Incolæ omnes propter situm Germanicè & Italicè loquuntur. Author est Ioannes Cuspinianus, Tyrolim quotannis Principi suo è re metallica pendere trecenta millia aureorum nummum. Habet Comitatus Tyrolis ab Oriente Austriam, ab Occidente Helueros, à Meridie Italiam, à Septentrione Bauariâ. Peruenit in Austriæ Principum potestatem anno Christi 1360. operâ Rodolfi Habsburgij, Austriæ Ducis, filij Alberti Pij, seu Contracti, qui è Canonico Pataviensi factus est (fratribus sine liberis masculis extinctis) Austriæ Dux. Rodolfus enim, priore vxore Catharina filia Cæsaris Caroli 4. defuncta, duxit de formem Margaritam, duorum maritorum viduam, filiam Heinrici postremi Carinthiæ Ducis, in cuius possessionem (quod patruus Otto sine liberis decessisset) à Cæsare Carolo 4. fuit confirmatus; morienteque paulo post Meinhardo Bauaro, Lodowici ac Margaritæ vxoris suæ filio, sine liberis, testamento ab eodem Tyrolis Comes dictus Rodolfus scribitur, idque odio patruorum Bauariæ Ducum, quibuscum conuenire numquã potuerat Meinhardus. Marchionatus verò Brandeburgicus, quietiam à Meinhardo ad Imperium erat deuolutus, Cæsar Carolus 4. filio suo Ioanni Gorlitzij Duci attribuit, à quo tandem, dono Cæsaris Sigismondi, peruenit ad Burchgrauium Norimburgensem, qui hunc Marchionatum adhuc hoc anno 1598. possidet. Atqui hac ratione Rodolfus Austriæ Dux à Cæsare Carolo quarto in Carinthiæ Ducatu, Tyrolis Comitatu, quæque hinc dependent, confirmatus, & inauguratus, familiâ Austriacam harum Ditionum accessione ampliauit, quæ auro, argento, ferro, plumbo, argento viuo abundant, salis quoque coctione fecundissimæ sunt. Hisce de rebus Dux Rodolfus Cæsari Carolo quarto grati animi beneficium repositurus, eum in Italiam proficiscentem cum quingentis suo sumptu comitatur equitibus. Sed Mediolani hausto veneno, (vt quidam volunt) extinguitur, anno Christi 1364. nullis relictis liberis, sed fratribus, quibuscum coniunctissimè semper vixerat, Alberto, ac Leopoldo Probo, relicta hæreditate amplissima. Alberto cecit vtraque Austria, Stiria, Carinthia, Carniola, VVindorum ac Teruissanorum Marca; Leopoldo, Tyrolis, Burgouia, Sueuia, Heluetia, Sundgouia, Ferretta, Brisgouia, ac Alfatia. Sepultus est Rodolfus quarto nonas Decembres dicti anni Viennæ, in Templo D. Stephani, quod à patre ceptum, iuuantibus fratribus absoluerat, primus omnium in crypta, quam sibi posterisque in choro ædificari iusserat, conditus. Eius annuæ

exequiæ,

exequiæ semper 24. Iulij, die quo Mediolani obiit, Viennæ Canonici summæ Ecclesiæ, ac Præfetti Academia, (quam etiam fratrum auxilio instituit) gratæ memoriæ ergo, magna piarum cæremoniarum cum solemnitate ac religiosi populi concursu celebrant.

De Istria seu Histria, Foro-Iulij, Portu Naonis, Goritia, ac Croatia.

CAPVT XX.

Quod attinet ad Istriam seu Histriam, Forum-Iulij, Portum Naonis, Goritiam, Croatiam, Marisque Adriatici, ac citra vltraque Alpes sitas Prouincias, partim ab Austriacis, partim à Venetis hoc anno 1598. possessas, quum neuter certa successione formulâ innitatur, iure belli occupatas retinent, factoque inter se fœdere, acquisitum hac ratione Ius, seruatis amicitie fœderumque legibus, defendunt. Maior Fori-Iulij ac Histriæ pars Venetis parat, vt eorum ditioni inter Septentrionem ac Occidentem contermina. Verum vbi à contraria plaga Carniolam ac Stiriam Austriacas Diriones attingunt, Iuris Austriaci iam dudum sunt facta, vt sunt Palatinatus Goritiæ, Monfalconium, Spilbergium, Scardona, Iadera, Aquilea, Tergestum, Maranum, Gradisca, ac complures aliæ eius tractus, Ciuitates olim Foro-Iulij attributæ, nunc Austriæ Archiducibus parentes. Amnis enim Tiliauentum Venetæ ac Austriacæ ditionis est terminus. Istria ab Oriente habet Croatiam, ab Occasu Carinthiam, à Septentrione Alpes, à Meridie mare Adriaticum. Croatia, olim Liburnia, (vt plerique opinantur) à Septentrione Sauum Amnè habet, à Meridie mare Adriaticum, ab Occasu Carinthiam, ab Oriente Austriam. Ditiones quæ à nobis iam breuiter sunt recensæ, omnes sunt veteris Illyrici ac Dalmatiæ partes, haud procul ora maris Adriatici, Italiæ oppositæ.

De Bohemia, ac Hungaria.

CAPVT XXI.

Bohemia verò ac Hungaria Austriacis accessere, nuptijs Ferdinandi Habsburgij, Archiducis Austriæ, Rom. Imperatoris, hac ratione. Ladillaus Rex Bohemiæ & Hungariæ, primò duxit viduam Matthiæ Coruini Regis Hungariæ: eaq; consensu summi Pontificis ob senium repudiata, secundò duxit Annam filiam Candalæ Ducis apud Vascones,

G

Francos

Francorum Regis Lodowici undecimi propinquam, è qua filium ac filiam moriens reliquit. Filius fuit Lodowicus Bohemiæ ac Hungariæ Rex, qui duxit Mariam Austriacam, sororem Cæsaris Caroli quinti, ac dicti Ferdinandi Austriæ Archiducis, sed è qua nullis relictis liberis periit anno 1525. infelicitèr pugnans contra Solymannum, Turcarum Regem. Soror eius Anna, filia vnica dicti Regis Ladislai, fratre Lodowico sine liberis mortuo, Hungariæ ac Bohemiæ Regina, fratre viuo nupsèrat dicto Ferdinando Habsburgico, Austriæ Archiduci, fratri germano Cæsaris Caroli quinti, cui numerosam peperit prolem, vt supra in genealogia Habsburgica patet. Parent verò dicta Regna eius successoribus Austriæ Archiducibus in hunc vsque annum 1598. pacatissimè & fidelissimè, ijs exceptis Ditionibus, quas vi & armis suo subiecit in Hungaria Imperio dictus Solymannus. Vniuersa autem Bohemia in hunc vsque diem Principes agnoscit Austriacos, eorumque natu tranquillissimè ac iustissime reguntur.

De titulo Archiducis, quando ac à quo Austriæ sit concessus.

CAPVT XXII.

INter omnes Christiani Orbis Prouincias nulla in hunc vsque diem extitit, quæ præter Austriam Archiducis titulo sit aut fuerit decorata, quum tamen nihil hætenus sit ommissum, quod ad acquirendam aut augendam dignitatem auctoritatemque facere aliqua ratione posset, tam varijs excogitatis maiorum minorumque Regulorum ac nobilium virorum titulis, alloquendi salutandique epithetis vtrique sexui accommodatis, vt numero obruti, vix qua ratione Cinis aut Senator sit salutandus, distinguere valeamus: taceo de ijs quos aut auita aut primùm acquisita dignitas splendorque, pro rei natura, aut officij merito, vult honorari ac salutari. Etenim inter mediocris conditionis Ciues hodie tantus est fastus, tantaque arrogantia, vt & ij qui famulum alere aut nequeunt, aut non debent, vnica contenti ancillula, ab ea se Dominus meus, & Domina mea, vocari iubeant: Herus aut Hera appellari, rusticum censent. Quam autem temperantes & modesti olim hac in re vetustissimorum amplissimorumque Regnorum ac Rerumpublicarum nobilissimi Gubernatores fuerint, patet ex Historijs. Nostrum autem sæculum, quod præterita etiam omnibus in rebus, sapientia, prudentia, iudicio, inuentione, ac pietate, se superasse sibi persuasit, soli huic inani succumbens adulationi, frænum impotenti libidini non potest imponere, præsertim cum sexus, ætas, aut conditio requirunt vt mode-

stia ac

stia ac pudoris ratio habeatur. Sed hæc de ijs tantum dicta velim, qui adulatione, ignorantia, aut ambitioso stultoque fastu inducti, quod non decet, appetunt, ac admittunt. Alia est ratio Principum Virosum, qui à Terrarum Orbis Monarchis dignitate augentur, aut eorum qui è mediocri loco ob magna in Principem aut Rempublicam merita ad maximos honores euehuntur, quibus concessus splendoris tituli que locus sine inuidia aut adulatione est tribuendus. Dubitant plerique quis primus Austriæ Principum Archiducis titulo sit vsus, ac quo authore. Nonnulli Cæsarem Fredericum secundum, alij tertium, primum fuisse existimauerunt tituli Archiducis vsurpatorem, eo à sacris dignitatibus ad profanas translato, ijsque communicato, quum aliquot eius prædecessores Duces se tantum Austriæ appellasse ac scripsisse conspicerent. Fuit fortè inter alios huius opinionis Onuphrius Panuinus diligentissimus nostri sæculi Viræ Cæsarium genealogicus scriptor, quem obseruauit primum omnium Austriæ Principum (inter eos qui Cæsares fuere) Archiducis titulum tribuere Maxemiliano primo Cæsari, eiusque è filio nepotibus Carolo quinto ac Ferdinando Cæsaribus, cæteris verò Austriæ Principibus Cæsaribus, Ducis Austriæ tantum dare titulum, ac si Cæsar Fredericus tertius, Maxemiliani primi pater, omnium primus hunc sibi posterisque sumpisset titulum. Fateor etiam, inter Ioannis Cuspintani Cæsares, Archiducis me appellationem non reperiisse, nisi semel, quo de loco statim scribemus. Nec Sebastianus Munsterus, in sua Cosmographia, hac de re quicquam sibi inquirendum existimauit, contentus sententia VVolfgangi Lazij, quam adfert in descriptione Viennæ Austriæ, asserentis Cæsarem Fredericum secundum primum nominasse Austriæ Archiducem, Fredericum Austriæ Ducem postremum, è familia Babenbergica; cui ego lubenter assentior, idem reperiens apud Ioannem Cuspinianum in vita Cæsaris Frederici secundi, his verbis: Addam vnum, quod penè excidisset. Hic enim Fredericus secundus Imperator, domum Austriæ mirum in modum ornauit, extulit, atque auxit: Austriam cor ac clypeum sacri Romani Imperij appellitans, quasi scilicet fatale esset Fredericis Imperatoribus, Austriæ Principes efferre, è cuius domo multi olim prodituri erant Imperatores, duoque post Frederici Cæsares. Fredericus enim primus Imperator Heinricum, Diui Leopoldi filium, è Marchione Ducem creauit, nouisque armis ac insignibus, quæ hodie cernuntur, condecorauit, cum prius Marchio Orientalis, è Romana legione alaudarum, quæ iuxta ripas Danubij incursiones Herulorum, Quadrorum, Marcomannorum, ac Dacorum arcebat, alaudis vteretur pro insignibus suis, quod in vetustissimis Annalibus sine authoris nomine legi ac deprehendi, licet quidam

« quidam contendant, Leopoldum Heinrici prædicti filium, cognomine
 « Virtuosum, arma ac noua Austriæ insignia adeptum, cum strenuè
 « apud Damascum pugnasset. Nam in Hierosolymitana expeditione
 « cum Imperatore fuerat, ac rediens magnam sanctæ Crucis particulam
 « secum attulerat, quam Monasterio sanctæ Crucis donauit, à patruo
 « suo fundato, cum paulo post ipse post patris obitum fundaret in Au-
 « stria insigne illud in campo Liliorum Monasterium. Sed eius genitor
 « Henricus cognomento, *Jagsmergott*, à verbo quod semper in ore ha-
 « bebat; significante, Ira me Deus bene amet, Cœnobium illud insigne
 « Scotorum Viennæ fundauit, donarijs auxit, ac locupletauit, ibique
 « sepultus hodie cernitur. Hic autè Fredericus secundus Imperator Fre-
 « dericum Austriæ Ducè, cognomine Bellicosum, magis extulit, eumque
 « Archiducem creauit, cum insignibus Regijs Nam pileo Ducali adiecit
 « sertum pinnitum, vt nostri loquuntur, ab antiquis corona rostrata
 « appellata, quam supernè diadema Regium semicirculis aureis cum
 « insigni Crucis cingit: solaque Austria Archiducatu clarescit, cuius
 « priuilegium, immunitates, ac libertates Petrus de Vineis, Impera-
 « toris Frederici secundi Epistolarum magister, libro sexto, Epistola vi-
 « gesimasexta, vbertim explicat. Hactenus Cuspinianus. Munsterus hac
 « de re in genealogia Austriaca stirpis Babenbergensis scribens dicit, po-
 « stemum hunc Fredericum Austriæ Ducem, è stirpe Babenbergica, à
 « Cæsare Frederico 2. anno 1225. ob fortem fidelemque belli tempore
 « nauatam sibi operam, Regem Austriæ fuisse creatum, seruato tamen
 « Imperio iure Patronali, eandemque mox dignitatem illi fuisse
 « ademptam ab eodem Cæsare anno 1236. quod promiscuè in omnes
 « grassaretur, tutumque latronibus, prædonibus, ac publicarum viarum
 « infestatoribus refugium in Austria daret. Quare proscriptus, ac op-
 « pugnat, tandem facta pace, traditoque Cæsaris filio Henrico in
 « vxorem sorore Margaritha, in gratiam recipitur, Regioque abolito,
 « Archiducis titulo cononestatur. De cuius tituli nouitate nullus
 « mirari debet, qui Cæsaris Frederici 2. solertiam ac astutiam bene con-
 « siderarit, ingentiumque in eo viro virtutum ac vitiorum concursum
 « cognitum habuerit. Latinam enim, Græcam, Saracenicam, (quod
 « hoc militum genere contra Italos præcipuè vteretur) Gallicam, Ita-
 « licam, ac Germanicam percalluit linguam. Quid igitur mirum, eum
 « virum, nouum hunc titulum, ab Ecclesiasticis Dignitatibus sumptum,
 « (quibus per vniuersam vitam satis semper fuerat iniquus) profano
 « ordini suo iure communicasse? Cum igitur è tribus clarissimis nostri
 « sæculi Germaniæ scriptoribus, Cuspiniano, Lazio, ac Munstero con-
 « stet, quis, quo tempore, ac qua de causa, primus Austriæ Archidux
 « sit creatus, nemo posthac amplius hanc rem in dubium trahens, eam
 « Cæsari

Cæsari Frederico tertio, alijs quarto, attribuat, præsertim quò quar-
 tus accedat, aliqua etiam ratione testis, è quo cæteri tres, vt antiquissi-
 mo scriptore, sua videntur mutuati, Petrus de Vineis. Equidem in-
 ficias ire nolim, nec possum; Habsburgicos Principes paucos ante
 tempora Cæsaris Frederici tertij, qui rerum in Austria sunt potiti,
 Archiducis titulo esse vsos, nolente fortassis Rodolfo primo Cæ-
 sare, vt filius Albertus alio quàm Ducis vteretur titulo, ne subito è
 Habsburgensi Comite in tam amplæ Ditionis possessione cæteris Ger-
 mania Principibus prælatus, insuper omnes tituli dignitate & noui-
 tate, cum non exigua multorum inuidia, vincere velle videretur, non
 defuturam iudicans successoribus iustam resumendi sine inuidia Ar-
 chiducis tituli, Austriæ semel concessi, occasionem, nec opportunita-
 tem; quod primùm Albertos, ab altero Cæsare Austriæ Duce ortos,
 fecisse apud quosdam legimus. At verò qui è secundo natu sunt orti
 filij, titulis vsi Ditionum, quæ sibi in partitione paternæ hæredi-
 tatis obuenerant, Ducis tantum Austriæ titulum semper præposuere,
 relinquentes Archiducis titulum natu maximo, eiusque successoribus:
 qui cum in Ladislao posthumo Habsburgico, Alberti filio, defec-
 sissent, tandem omnes Austriacorum Habsburgensium hæreditates ad
 vnum peruenerunt Fredericum Cæsarem nominis tertium, Maxæmi-
 liani primi Cæsaris patrem, è minimo natu fratre ortum: qui defun-
 cto sine liberis fratre Alberto, compositoque, quod is excitarat, per
 Austriam ciuili bello, Archiducis titulum ad se cum Ditionum hære-
 ditate deuolutum resumpsit, ad posteros transmisit, ac exinde omni-
 bus, quocumque etiam loco natis, manere voluit, Ducis titulo (quod ad
 Austriam attinet) in familia ac successoribus omnibus planè abolito ac
 extincto. In gratiam verò eorum qui linguam Germanicam ignorant,
 Austriæ coniunctarumque illi Prouinciarum vernaculas appellatio-
 nes Latinis appositas, vt hodie anno Christi millesimo, quingentesimo,
 nonagesimo octauo vsus obtinet, hic addere visum fuit.

Vernacula	Latina:	<i>Gorcz</i>	Goritia.
<i>Oosfeinreich</i>	Austria.	<i>Istereich</i>	Istria vel Histria.
<i>Krain</i>	Carnia.	<i>Steirmarc</i>	Stiria.
<i>Cilley</i>	Cilia.	<i>Tyrol</i>	Tyrolis.
<i>Crabatera</i>	Croatia.	<i>Tsvindischmarc</i>	Vindorū Marca
<i>Friaul</i>	Forum-Iulij	<i>Krain ac Kernter</i>	Carinthia, rectius Carnithia.

Marc, aut *Merc*, Germanis significat Regionis limitem: *Reich*, *Reich*,
 ac *Riic*, Regnum ipsdem exprimit.

*Austria Ditionumq; illi immunitatum Privilegia, confirmata à
Cæsare Carolo quinto, publicis Germania Comitibus Auspurgi
celebratis anno Christi millesimo, quingentesimo, trigesimo,
octavo die mensis Septembris, ac è lingua Germanica in Latī-
nam epitomen hac ratione contracta.*

CAPVT XXIII.

CAROLVS Dei gratia, &c. Confirmat Cæsar Carolus quintus,
Cac rata, firma, stabiliaque habet, omnia Austriacorum vetera pri-
uilegia, ac immunitates. Liberantur Iudicio Imperiali, (Cameram
Imperialem vocant) nisi libera voluntate, lecto è suis Iudice, ibi liti-
gare maluerint. Vocati ad Comitata Imperij, nisi voluerint, sistere se
non tenebuntur. Austriaci, quiq; in hanc migrarint Ditionem, Prin-
cipi nulli, præterquam suo, obedientiam debebunt. Licebit Austria
Archiducibus, aut è nobilitate, aut è plebeijs, honestis tamen viris, Iu-
dices ac rerum Administratores legere. Siquis Austriacus feudum Im-
perij obtineat, aut aliquid Imperio subditum oppignoratum teneat,
quod olim Austriaci iuris fuerit, non poterit contra huiusmodi homi-
nem agi in Iudicio Imperiali, sed in Austria erit conueniendus, eaq;e
(sublata omni extra Austriam prouocatione) standum erit sententia,
quæ in Austria feretur. Denique ab omni alterius Principis, etiam Cæ-
saris Imperio, Iudicio, Dominio, Euocatione, Tributi impositione,
Iurisdictione, Prouocationeque absolutè liberantur, Arrestumque (vt
loquuntur) in Austria constituitur. Non solum Austria, sed etiam om-
nes illi coniunctæ subditæque Regiones, cum Ducatu VVirttembergi-
co, ac Tecq, quæque in posterum emptione, hereditate, bello, aut a-
lia de causa ei adijciuntur, generali vnicoque Archiducatus titulo cen-
sebuntur ac appellabuntur, vtenturque (exceptis veteribus nouisque
immunitatibus) omnibus ijs Priuilegijs, quibus cæteri vtuntur Impe-
rij Principes. Liberat Cæsar Carolus quintus Austriacos ijs seruitu-
tibus, quibus eos Imperio subiecerat ac deuinxerant eorum eo tēpore
Principes Bela Hungariæ, Ottocarus Bohemiæ Rex, ac Fredericus Ba-
benbergicus Austriæ Dux proscriptus, & quicumque alij similia fecere
ac admiserunt. Denique Austriacos in integrum restituit de perditis pri-
uilegijs ob rebellionem anno Christi millesimo, quingentesimo, vi-
gesimo quinto à rusticis motam. Tollit quoque dictus Cæsar Caro-
lus quintus in sempiternum, quicquid dictis Austriacorum priuilegijs
ac immunitatibus vlla ratione contrarium esse possit, nullis obsta-
ntibus obligationibus, litteris, tabulis, aut alijs quibusuis iuris factique
vinculis,

vinculis, ea omnia auctoritate sua Imperiali rescindens, tollensque:
è contrà in statu suo confirmandis, quæcumque olim Austriacis fuere
collata, à piæ memoriæ Cæsare Henrico quarto, (quibus inferuntur
litteræ Iulij ac Neronis Cæsarium) Henrico quinto, Frederico se-
cundo, (quibus inferuntur litteræ Frederici primi Cæsaris patris eius)
Rodolfo primo, Alberto Cæsare, eius filio, Lodowico quarto, Carolo
quarto, VVenceslao ac Sigismundo Cæsaribus. Postremò etiam Cæsaris
Frederici tertij, aliorumque quorumcunque Principum maioris mino-
risq; dignitatis ac auctoritatis priuilegia, omnia hæc rata firmaq; in
æternū, sine vllius contradictione, esse iubens, volensq; magna ingenti-
que constituta pœna, si quis el semel de his disputare, quæstionem ac
controuersiam mouere ausus fuisset, eaque secundum tenorem pro-
priorum verborum simpliciter obseruari præcipiens. Actum Augustæ
VVindelicorum, (hodie *Auspurg* dicta) anno, die, ac mense, vt supra.
Subsignatum erat, Carolus : eiusque maximo munitum obseratum-
que, consueta ratione, Sigillo.

FINIS.

VITA MAXÆ MI-
LIANI PRIMI CAESA-
RIS, ET PHILIPPI FILII EIVS,
AVSTRIAE ARCHIDVCVM, BEL-
garum Burgundionumque Principum.

LIBER PRIMVS.



SCRIPTVRVS res gestas Principum gentis Au-
striacæ, qui Belgis imperant, operæ precium me fa-
cturū existimaui, si quo in statu res fuerint Belgij de-
functo Carolo Pugnace, postremo Belgarum Bur-
gundionumque è familia Burgundica Principe, bre-
uiter Lectori ob oculos posuerim. Casu igitur ad
Nancræum Carolo Pugnace, copijsque eius profliga-
tis, filia Maria, Ditionum omnium hæres vnica, annum agens vigesi-
mumprimum, Gandau cum nouerca Margarita Eboracensi habita-
bat. Nata enim est Bruxellæ Belgiarum Vrbe Regia, idibus Februarij
anno 1457. suscepereque è sacro fonte Lodowicus Francorum Rex
nominis vndecimus, tum temporis Delphinus, Gennapij Brabantia
ob patris iram exulans, Elizabeth auia paterna, ac amita Beatrix, A-
dolfi Cliuij Rauastinae Reguli vxor. Reliquerat Pugnax cum vxore
& filia viros ingenio ac nobilitate conspicuos, inter quos præcipuè
eminebant, Ioannes Cliuiæ Dux; eius frater Adolfus, Rauastinae
Regulus; Guido Brimæus, Imbercurtij Dominus; ac Guilihelmus Hu-
gonetus, Burgundiæ Cancellarius, (ita Franci supremum rerum Iudi-
cialium Præfectum nominant) hisque non paucos eruditione claros ac
in gubernanda Republica expertos adiunxerat viros, qui Principis cæ-
de, exercitus clade, Procerumque partim interitu, partim captiuitate
intellecta, clam fidos custodes ad Ducis Mariæ Palatium destinauerat,
ne quis se temere gerens, tristissimum ei imprudenter nuntium im-
portunè afferret. Deinde ad Concilium euntes, non mirum si pro tem-
poris ac rerum statu, in summa Reipublicæ perturbatione, diuersis
agitarentur sententijs. Turbulentorum enim hominum verebantur
coniurationes: Francorum Regis experiebantur perfidiã. Nec his ma-
lis alia ratione remedium videbant, quàm si Dux Maria primo quoque
tempore

tempore strenuo, nobili, ac potenti nuberet Principi. Procos ei non
desse varios nouerant. In hoc elaborandum, vt optimum Belgarum-
que rebus constituendis aptissimum eligeret. Sciebat Cæsaris Frede-
rici tertij filium vnicum Maxæmilianum, Austria Archiducem, Habspurgica antiquissima nobilissimaque familia ortum, annos natū sep-
tendecim, Ducem Mariam, viuo Pugnace, summo studio in vxorē am-
buisse. Eodem Lodowicum vndecimum Francorum Regem pro Caro-
lo octenni filio tendere non ignorabant, vt his nuptijs Francorū Re-
gnū Oceano Batauico terminaret. Nouerant etiam Ioannē Cliuium,
Ioannis primi filium, eiusque patrualem Philippum Rauastainū Adolfi
filium, pro se quemque procum agere, habereque quàm secretissimè
singulos, homines idoneos, qui partes suas promouerent, ratione ad-
modum diuersa. Cæsar enim Belgarum Nobilitatem, munia publica
obeuntes, ac quibus Prouinciæ salutem cordi esse sciebat, sibi concilia-
rat. Rex plebem deuincire conabatur, multis doctus testimonijs, quàm
ea rebus nouis gauderet, ac libenter Principes adolescentes, aut fœ-
minas, pro animi lubito gubernare soleret. Cliuij Proceres Ducē Ma-
riam coram adibant, in rem suam summa cum solertia ac obsequio sa-
gacissimè vigilabant, Matronarum sibi maiorem partem deuinxerant;
ipsamque Ducem sui iuris procul dubio fecissent, nisi Belgarum Proce-
res, Maxæmiliano enixè studentes conatui eorum obstitissent, Frâcis
facile plebi in odium præteritorum bellorum calamitosa memoria ad-
ductis, Cliuij verò moribus (qui ad Ducis Mariæ genitum non respon-
debant) penitus detectis. Quumque, data opportunitate, Maxæmilia-
num summis laudibus non semel extulissent, illata mentione nuptialis
stipulationis dudum cum eo initæ, admonebant memor esset, quæ, con-
sentiente patre Pugnace, Maxæmiliano non inuita promississet. Neque
enim posse ipsam sine graui Numinis diuini læsione datam fidem falle-
re. His ac similibus victarationibus, animum Maria planè ad Maxæ-
milianum inclinat. Interea Proceres varijs distracti curis, quampri-
mum Mariæ detegendam patris sui mortem, exercitus interneccionem,
patruorum captiuitatem, Procerum partim cædem, partim vincula,
decreuerant. Præstare enim ei nunciari à viris autoritate pollentibus,
quàm ab imprudenti muliercula, aut ab incondito vulgi clamore disce-
re: esse enim quod diu celari non posset. Detegitur igitur statim rei
veritas ijs Matronis, quæ Ducis Mariæ educationi præfuerant, ac plerif-
que alijs primæ nobilitatis fœminis, quas ipsa propter prudetiæ opinio-
nem reuereri ac suspicere erat solita, ea tamen conditione, taceret do-
nec Proceres ac Consiliarij viam apertè loquendi strauissent, tum in-
geniorum suorum vires exereret, ac adolescentulam Ducem seridè mo-
nerent, ne irreparabili succumberet calamitati, sed excelso animo

diuinæ voluntati obtemperaret. E Concilio ad Ducem Mariam per-
 gunt. Præcedunt Imbercurtius ac Hugonetus, honoreque exhibito,
 Hugonetus non se dubitare inquit, quin inexpectatus tantorum viro-
 rum aduentus, qui patri eius ac Belgis, tot iam labentibus annis, singu-
 lari fide ac diligentia operam probassent, admirationem esset excitat u-
 rus, qua in fide vt ad extremum vsque spiritum perdurare possint, con-
 tra omnem parati fortunæ vim, feruentibus iamdudum à Deo precibus
 sese exposulare. Non enim sine causa id asseuerare imbecilles audere
 homines. Scire enim se nil in hac vita esse difficilius, quàm id, quod de
 nobis diuinum statuit Numen, pernoscere, certumque sibi vitæ cursum
 promittere, præsertim ad honores, acopes, res caducas ac instabiles,
 summo studio ac ardore contententes. Proinde mirum non esse, si sæ-
 pius aduersis, rariùs secundis rebus perfruamur. Vtrisque enim vitam
 humanam abundare, & quod adolescentia vix capit, difficillimeq; cre-
 dit, exigente ita conditionis nostræ salute, res aduersas, secundas nu-
 mero longè superare, vestigijs nostris pertinacissimè hærrere, quiescē-
 tes ac proficiscentes incredibili frequentia circumstare. Hæc Deum
 voluisse, ne humanis viribus, potentia, ac ingenio fidere asuescamus,
 sed seruata omnibus in actionibus fide & iustitia, illius sola ope ac vo-
 luntate, ad veros honores conscendere discamus. Vitam humanam ha-
 rum rerum exemplis esse refertissimam, sed longè disita non petenda,
 quum domestica habeant. Intellexisse enim eam iamdudum fortissi-
 mo parenti suo ab Heluetijs, Germanis, ac Lotharingis illatâ cladem
 magno pro atate tulisse animo. Acceptis enim à patre literis cladem te-
 stantibus, prudētissimo rescripto, Procerū summo cū gaudio, eum esse
 consolatam, rationem animo Christiano dignam addens, recordaretur
 beneficiorum ac victoriarum, quibus patrem, auum, proauum, aba-
 uumque Deus condecorauerat. Petere ac rogare presentes Proceres,
 eandem nunc rationem ad animum reuocaret: accessisse enim alteram
 tertiamque cladem, patruos Anthonium ac Balduinū captiuos in Fran-
 ciam abductos, cæteros Proceres aut captos, aut cæsos, patris condi-
 tionem à matre cæterisque matronis mox intellecturam. Hoc vnum
 se iterum atque iterum omnium nomine rogare, erecto vt esse velit
 animo, ac matris cæterarumque matronarum acquiescere consilio.
 Quod ad se comitesque suos attineret, curaturos vt nulla in re operam
 alicuius sit desideratura. Hortari idem de vniuersa Nobilitate, Magi-
 stratu, Præfectis, ac populo sibi persuadeat, supremam verò fiduciam
 in diuini Numinis clementia ac ope collocet, ad quam indies magis
 magisque promerendam Diuorum omnium præstò ad supplicandum
 auxilia nunquam ei nec Belgis defutura. Secedit post hæc suo cum
 comitatu Hugonetus. Dux Maria cum nouerca Margarita in lacry-
 mas

mas soluitur. Id enim, quod res erat, suspicabantur. Iuuant pijs lacry-
 mis flentes matronæ, miscentque Christianas consolationes, tandem-
 que orationis Hugoneti mentione illata, Pugnacis Procerumque mor-
 tem, cæterorumque vincula, sine vlla simulatione aperiunt. Redeunt au-
 genturque Ducibus lacrymæ: repetunt Matronæ solatia, Dei que esse
 permissionem, ac abditam causam, docere conantur, hæc quidem ra-
 tione communi, illa sacrorum voluminum testimonijs, tertia exem-
 plis Cæsarum ac Regum, quorum eadem fuit fortuna. Omnia in hoc
 orbe esse caduca & instabilia, præliorum exitus incertos, vitam innu-
 meris casibus obnoxiam, carnem mortis spoliū ac nutrimentum. Ac-
 cedebat authoritas nobilissimarum fœminarum, quibus sese non sine
 suspirijs ac lacrymarum ingenti effusa prius vnda Dux tandem Maria
 pro temporis ratione submitit. Exinde Belgarum Vrbes ad iusta Pu-
 gnaci soluenda conuersæ, eleganti cæremoniarum pompa, sacra coho-
 nestauere, inter se certantes, quæ enixius erga defunctum Principem
 studium esset demonstratura. Inprimis Maria, eiusque nouerca, om-
 nium conatus superantes, tam superba armorum insigniorumque col-
 locatione, ac rerum gestarum ostentatione, omnium excessere pompas,
 vt multis ea aureorum millibus Vrbi Gandensî constiterint, plebe
 sumptus ægerrime ferente. Interfectum enim Pugnacem pertinacissi-
 mè negabant, alijs eum in Germaniam, alijs in Franciam captiuum ab-
 ductum asseuerantibus. Erant qui non captum, sed in Germaniâ clam
 fuga perlatum dicerent, breuique, magno hostium cum terrore, ingen-
 tibus cum copijs ad futurum. Hæc alij irridebant, dicētes eum in Bur-
 gundiam peruenisse, ibique certo abditoque loco, dimisso omni comi-
 tatu ac famulatu, indutisque vilibus vestimentis, septennalem Deo pro
 admisis vitijs pœnâ vouisse; quo tēpore elapso, ad Ditionū suarū gu-
 bernationem rediturum: tamque insana pertinacia falsis his plerique im-
 buti erant opinionibus, vt multa pretiosaque venderent, solutionem
 non accepturi, priusquam Pugnax viuus redijset; magna que alij pecu-
 niæ summa inter se certabant, vt nisi ad certum diem, aut tempus, quod
 concipiebant, Pugnax esset reuersus, tum eam aut perderent, aut reci-
 perent. Interea Dux Maria mense Februario Ordines omnium Bel-
 giæ Prouinciarum Gandauum conuocat: qui cum magno numero con-
 uenissent, more consueto in eius nomen iurauere: ac cōmuni omnium
 consensu ad Francorum Regem Legati mittuntur, Iacobus Toutte-
 uillius, & Tibaldus Baradottius, Præfeti arario, petiitum Rex initas
 cum Pugnace inducias seruare, pupillamque Mariam cognatam suam
 defendere ac iuuare veller. Quumque instituta Mechliniæ Curia, Pu-
 gnacis morte dilaberetibus Cōsiliarijs, euanesceret; Mechliniani disposit-
 is vbiq; custodijs, ne præcipui dilaberetur, summo studio aduigilabāt.

Sed euasisse Cancellarium Hugonetum intelligentes, de ceteris parum solliciti fuere. Is Gandauū (vt diximus) ad Mariā veniens, ibidē reperit Lodowicū Borboniū, Antistitē Leodiensē; Dauidē Burgūdum, Ultraiectensē Antistitem; Ioannem Cliuā Ducem; Adolsum Cliuū, Rauastainā Dominum; Guidonem Brimzum, Imbercurtij Dominum, Megeſque Comitē; compluresque alios primā nobilitatis viros, quorum consilio, vndecima Februarij, ea priuilegia Belgarum Ordinibus Maria concedere est coacta, traditisque Tabulis confirmare, quæ successores eius, pupillā adolescentulā extorta considerantes, nulla sibi ratione seruandā censuere. Non enim minū contra Principis dignitatem, quā Reipublicæ vtilitatem faciebant. Exinde Dux Maria ad Reinerum Lotharingiæ Ducem nobiles viros duos, ac totidem Cōsiliarios mittit, petiit patris sui cadauer ad sepulturam mittere, Nobilesque captiuos, iusto accepto pretio, liberare velit. Respondet, Pugnacem in summo quod est Nancxi Templo honorificē humatum, nec posse nec deberi hoc rerum statu transferri, occasionem aliā non futuram. Daturum se operam, vt Nobiles qui in Lotharingia ac Germania captiui detinebantur, primo quoque tempore in libertatem restituerentur. Dolere se plurimum fortunam Pugnacis fortissimi ac magnanimi Principis, qui si suis contentus alienis abstinere voluisset, nil eo gloriosius Europam fuisse visuram. Verū quoniam inuitabilis summi Dei ordo de rebus humanis pro arbitratu suo disponit, ferendam esse magno animo eam quam nobis imponit necessitatem, nisi bis miserī trahi potius quā duci malimus. Cupere se cum Maria veteres amicitia leges renouare, quas Pugnax, nulla lacesitus iniuria, nec ratione coactus, prior ruperat. Cum eo inimicitias ac bellum cecidisse, mansuramque sibi cum Maria pacem, si se in paterno Regno viuere, & regere, contrā quā Pugnax voluerat, pati posset, de cuius animi sinceritate cum nil dubitaret, eius honorandi causā offerre se victorē, quod moris est victos orare. Exinde Maria ad omnes Belgarū Vrbes mittit Guidonem Rochefortium, sibi à cubiculis ac consilijs, & Guidonem Perrotum à secretis, vt suo nomine à populis fidei sacramentum acciperent. Legatis è Lotharingia Gandauū reuersis, ciues animis cōsternatos in seditionē versos tumultuari reperiūt. Arreptis enim plebs armis in vincula coniecerat Magistratū à Pugnace lectū, ac viros quosdam nobiles, qui Pugnaci postrema Gandensiu rebellione dissuaserāt, ne ex Vrbe (quod iam animo decreuerat) Oppidulū faceret: maioriq; parti carnifex, plebis iussu, capita absciderat, nulla de causa, quā quod ante tres dies supplicio nocentē affecissent; id eis mortuo Pugnace non licuisse contēdetes, cuius auctoritate, nō populi, ad Vrbe gubernationē erant cōstituti: tantoque Pugnacis morte sumptera animos, vt odiū

declarare,

declarare, Duceq; Maria in potestate redacta, Flandriæ gubernationem inuadere nomine trium Ditionis Ordinum auderent, Mariam cogentes, vt priuilegia, ab auo Philippo patreque Pugnace Vrbi ob rebellionem erepta, statim restitueret. Per idem tempus Lodowicus vndecimus Francorum Rex, ante omnes Belgas de Pugnacis morte certior factus, omnibus rationibus ac modis insistendum sibi censebat, vt Belgarum Proceres Ducem Mariam, ad consentiendum in filij sui Caroli Delfini (qui octauum nondum excelsit annum) nuptias, inducerent. Quod si recusassent, ruptis quas cum Pugnace fecerat anno 1475. 13 Nouembris in annos nouem inducijs, Prouincias eius occupare, Ducemque in potestatem redactam ad nuptias compellere. Proceres verò donis, promissis, vi, ac minis ad se traducere decernit. Nec sibi hanc viam arduam fore existimabat, Pugnace cum multa nobilitate, præcipuis Ordinum ductoribus, veteranisque ferè omnibus militibus, tribus aduersis prælijs interfectis, Belgisque continuis bellis auro exhaustis. Litteras igitur in hanc formam exaratas ad Georgium Tramulium Ligny Comitem, Craoni Dominum, celerum equitum operā certis locis ac interuallis dispositā mittit; quod tum primum in Gallijs vſitatum receptumque fuisse scribit Cominæus. Amicissime Comes, literas tuas, quæ de rebus me magnis, audituque gratissimis, summo opere delectarūt, accepi. Tempus est omnes animi corporisq; neruos intendas, vt Ducatus Comitatusque Burgundiæ tuā prudentiā voluntariam mihi deditioem faciant. Id autem efficies (modo verè Pugnax sit mortuus) si tu, ac Carolus Ambosus, Campangiæ Gubernator, eò cum equitū vestrorum turmis profecti, incolas agrestesque ab omni iniuria militarique insolentia non aliter defenderitis, ac si ad ipsam Urbem Parisiensem proficisceremini, Burgundos admonendo, non minū incolumitatem immunitatum fortunarumque suarum curæ ac cordi mihi futuram, quā sunt Francorum. Deceuisse enim me vt nuptiæ inter cognatam Mariam ac filium Carolum primo quoque tempore effectum sortiantur. Sed caue, Comes, in Burgundiam cum armata manu proficisci, nisi certò tibi de Pugnacis morte constiterit. Vtere hac in re solita tua prudentia, cui in rebus magnis magna ac arcana animi mei consilia fidere sum solitus. Plesio, nona Ianuarij, anno 1477. Subsignatum, Lodowicus: ac Chaumont. His acceptis Tramulius literis, eas Ioanni Challonnio Auranxi Principi communicat. Is animi leuitate inductus, iam secundo à Pugnace ad Francos defecerat. Quum enim ei controuersia ac lis esset cum patruis Dominis de Chaumergnon, ob partem hæreditatis aui Lodowici, quam patri sibi que deberi asseuerabat, eaque res in iudicio perſepe præſente Pugnace multisque doctis agitata esset,

H 3

tandem

tandem causa cadens, ad Francos, iniuriam sibi fieri causatus, defecerat. Bello longè impar, facta pace, in gratiam recipitur. Mortuo Pugnace, videns Ducem Mariam sententiam viuo Pugnace latam rescindere nolle, iterum hoc tempore ad Francos deficit, promittente Rege, pulsus patruis, eorum se hæreditatem illi adiudicaturum. Profectus igitur Princeps Digionum, causa fuit vt non solum ea ciuitas Ducatus primaria, sed & vniuersa Prouincia, ac pars Comitatus, ad Regem hac ratione deficeret. Tramulius rei bellicæ ijs in partibus à Rege præfectus, iuncto sibi Duce Longrensi, qui quadringentos ducebat lancearios equites, in Burgundia fines præfectus, eodè Carolum Ambosium, Briennæ Comitem, trecentos equites adducentem expectabat, mittentes Digionum Legatos, qui se Regis nomine ad colloquium introromitti peterent. Consentit operâ Aurantij Magistratus, Senatusque, vt dicti Proceres cum ordinario tantum comitatu Ciuitatem ingrederentur. Datur eis extemplo Senatus, vbi & Magistratus Nobilesque complures presentes fuere. Tramulius verba faciens, eadem Pugnacis certam facit, Regem Lodovicum in Ducatus ac Comitatus possessionem admitti petit, quod ex Ditiones hac lege à corpore Regni Francici essent diuisæ, vt deficiente masculino hærede Regno iterum iungerentur. Ioannes Loartus, Præses Senatus, respondet, nec Senatui, nec Magistratui, certi quid de Pugnacis morte constare: quæ etiamsi vera esset, reliquisse eum filiam Mariam nuptijs maturam, vtriusque Burgundiæ hæredem legitimam: quod vel vnico Regis Ioannis Valesij exemplo probari posset, qui iure materno Ducatum Burgundiæ occupauit. Comitatum verò nunquam fuisse Francici iuris, ac sæpissime ad vtrumque sexum morte fuisse deuolutum. Neutram verò Ditionem Regni membrum Salicæ legi subiectum, neque masculinum clientale beneficium vnquam fuisse, ex Francorum Annalibus Historiisque. liquidò doceri posse, ac proinde non ita per nuptias cum Regno coniungi, quin per easdem auelli possint. Legi ego libellum in quo hæc solidissimis argumentis admodum prolixè probabantur, eodem tempore conscriptum à magistro Ioanne D'Auffay, Pugnacis ac Mariæ Consiliario doctissimo. Cum ratione Tramulius vinceretur, re subita ex tempore ficta, fit voti compos. Constare sibi ait vicinos Germanos Burgundiæ imminere, Regi verò iure sanguinis prouidendum, ne cognatæ Mariæ Ditiones, magno Franciæ cum incommodo, ab exteris occupentur. Erant hoc tempore Polignij Ioannes Cliuia Ducis filius, ac Ioannes Trazignius Tergousij Dominus, scripserantque per sæpe Digionensibus, vt ab Aurantij leuitate ac Francorum dolis sibi cauerneret: decreuisse enim Regem quoquo modo vtramque Burgundiam Franciæ Regno iungere. Idem scripserant

Comi-

Comitatus Burgundiæ Ordinibus Dolæ congregatis, ac Lauallo Præfecto Castelli Grisemontij, vbi qualiscunque Pugnacis custodiebatur thesaurus. Sed post varias hinc inde habitas disceptationes, victi ferociens auro Regio, ingentibusque promissis; imbecilliores metu præsentium militum, quanquam plebs enixissimè pro Maria staret, introducitur ciuium quorundam prodicione Francicum Digioni præsidium, quos paulo post maior pars Ducatus est imitata: indeque conuerrens Tramulius militem, statim in Regis potestatem redigit Comitatum Auxerræ, Masconnij, ac Charoloij, iuris Burgundici Ditiones, partim appendices Ducatus, partim Comitatus. Dum hæc apud Burgundos aguntur, Rex Belgarum Prouincijs inhians, nothum Ducis Borbonij filium, ac Philippum Cominæ, Argentoniorum Regulum, in Picardos ac Atrebatos mittit, cum absoluta potestate transigendi, ac recipiendi omnes, qui deserta Maria sacramentum sibi essent dicturi. Hi operâ Torcij Domini Abbeuillæ, ac perfidia Philippi Creueceurij Esquardes Domini, Dorlani admittuntur. Cumque idem Creueceurius ad Fanum D. Pauli, Hesiini, ac Airæ frustra tentasset, Atrebatum se conuertit; minori enim Oppido à Pugnace fuerat præfectus; vbi Borbonius ac Cominæus ijsdem vti artibus, propter præsentiam Adolphi Cliuij, ciuiumque constantiam, nil effecere, aliam occasionem à Creueceurio expectare iussi. Is enim oblitus sacramenti, quod ante paucos dies Mariæ dixerat, ac ingentium beneficiorum, quæ in eum Pugnax contulerat, deserta turpiter eius filia, ad Regem Lodovicum defecerat. Interea Rex iusto exercitu collecto contra Atrebatos proficiscitur, spe potiundæ, operâ Creueceurij, Hannoniæ ac Artesiæ. In itinere ei portas aperiunt Hannum, Chasteletum, Fanum Quintini, ac pleraque alia munita loca Oppidaque. Quo autem facilius Belgij parte potiretur, ad perturbandum eius vniuersum statum animum intendit. Mittit Gandauum barbæ-tonforem suum Oliuerium cum honesto comitatu, vt authoritatem legatio maiorem haberet: erat enim Oliuerius vili pago ac loco iuxta Gandauum natus, dederatque ei Rex titulum Comitris Meullanchi. Promiserat is Regi, se populum Gandensem, vniuersamque adeò Flandriam, dicto illi audientem redditurum, Duce mque Mariam in manus traditurum. Ad Fanum Odomari mittit Rex Robinerum Dodensem, non melioris farinæ hominem, vt concitata ad seditionem plebe, eam quoque Ciuitatem Francici iuris faceret. Oliuerius Gandauum præfectus, ac in præsentiam Mariæ Procerumque admissus, literas exhibet, quibus ei Rex fidem adhiberi volebat. Quare quæ in secretioribus habebat mandatis exponere iussus, negat id sibi licere, præterquam Duci Mariæ soli. Irrisus à Proceribus, ac ferme ad expositionem secretæ legationis coactus, parum absuit ne à plebe

à plebe Gandensi, rei indignitate cōmota, homo vilis omnibusq̄. notissimus violaretur. Cōcepto timore, clam Vrbe egressus, Tornacum venit, quæ Ciuitas eo tempore libera, Burgundici nec Francici iuris erat, animis tamen ciues ad Francos magis inclinabant. Considerans Oliuerius Tornacum, in finibus Hannoniæ ac Flandriæ positum, vtrisque detrimentum non exiguum, si Regium præsidium admitteret, inferre posse, clam perfidum hominem hac de re apud Mouy Dominum, qui ad Fanum Quintini iusto cum præsidio restiterat, agit. Constituitur dies ac hora, qua cum mediocri peditum ac equitum manu ad constitutam portam Mouyus veniat; hanc enim cum ciuibus suæ factionis dissimulanter se occupaturum Oliuerius promiserat. Mouyo horam seruante, effringit Oliuerius ligneam, quæ ante portam extracta erat, munitionem, ac peditem equitemque Francum introducit, populo nil se mouente, quanquam Magistratum ægerime ferre conspiceret; qua de causa ab Oliuerio in vincula coniectus, ac Parisios missus, ad mortem vsque Regis Lodowici fuit detentus. Per idem tempus Rex apud Picardos rem gerebat: Tronquoyos deditionem facere recusantes bis frustra oppugnans, tertio expugnat, desideratis 120. viris, in quorum vindictam captos præsidarios partim gladio, partim laqueo necari iubet. Mondiderij in præsidio erat Ioannes Lanouus, Mingoualli Dominus, qui loco ob militum paucitatem diffidens cum Rege transigit, singulis rebus omnibus saluis, quod vellent abeuntibus: munitiones Rex dirui iubet. Eadem fuit Royæ ac Morelij conditio. Exinde Rex Corbæam occupat, exceptaque Abbazia, demoliri iubet, Abbate cum monachis Ambianum in carcerem missis. Tum sese Regi dedunt Veruina, Fanum Gobaini, Marla, Baureuorium, Bria. Bapamû Franci exussere. Auenna præerat Aimeriæ Reguli filius: iubet Rex portas aperiri, Sed accepto à Valechinensibus ac Bergonis milite cū tormentis, minas promissaque Regis contempsit. Præsidarij Landresiani, successu Fræcorum territi, Oppidum deserunt. Intran statim 1200. Francorum equites; multoq̄. reperto comœatu, neglectis vigilijs, corpora curant. Mense Maio ciuis Landresianus, Comitum Chimao militans, dolensq̄. ædes suas à Francis direptas insuper dirui, congregatis circiter 150. ciuibus, hisq̄; militibus aliquot iunctis, intempesta nocte per neglectas custodias irrumpit, Francos obuios cædit, sexaginta interficit, plures faciat, maiorem partem fugat, nemineq̄. desiderato, cum multis equis, ac magna præda, antequam lucefceret, reuertit. Franci postero die discedetes, igne Oppido ac Castello iniecere. Exinde Rex Ruam, Fanû Riquerij, Monstreulâ. Crotoniû, excepta Arce, occupat. Recipit & Peronam, operâ Guilielmi Bichei, Clerij Domini, Oppido à Pugnace præfecti, inuantibus eij 21. nobilibus Picardis, quam

quâ Clerij vxor, liberi, ac supellex Valenchenis essent: quò cum sæpius Rex legatû Castrêsem, vt redderetur, misisset, fremētibus Valéchinensibus, iussu Ducis Mariæ vxor ei cum liberis remittitur: at supellex Comiti Remontio à Duce Maria donatur. Iamdudum enim cū Rege Clerius de traditione transegerat, homo vilis ac ignobilis, Molini apud Niuernios natus, & ex infimo loco ad summos à Pugnace honores promotus. In Vita Philippi Boni pauca de hoc proditore narrauimus, quæ ratione inter Bonum ac Pugnacem dissidij causa extiterit. Præerat hoc tēpore Atrebatensibus Adolfus Cliuius, qui certior de Pugnacis morte factus, ad Ducem Mariam (vt diximus) Gandauî inuitè habitantē contēdit, relicto Atrebatî proditore Creueceurio, de cuius animi mutatione nil metuebat, quòd ante paucos dies cum cæteris Proceribus Mariæ sacramentû dixisset. Erant in maiori Oppido quadringenti equites, qui eò è clade Nancæana cum Vergij ac Viesuilli Dominis peruenerant. Rex in propinquo castra habens, intromitti petebat. Emittunt Creueceurium Atrebatenses, ac à Rege perere iubent, quare cum præsidio intromitti cupiat, quum Ducis Mariæ Legati cum eo de pace agerent. Respondet Rex verum esse, sed de ea rectè agi non posse, nisi in sua potestate constituant Oppidum minus, vt ibi tutò cum Proceribus commœare, communicare, ac pernoctare possit. Dum hisce de rebus proditor Creueceurius cum Magistratu ac ciuibus, studio tempus terens, agit, Rex summa diligentia laborabat, vt Legatos à Maria ad se missos, aut ex ijs potiores, multa donans, immensaque promittens, ad suas partes traheret. Maximè autem laborabat, vt Imbercurtium & Hugonetum ad dicendum sibi sacramentû induceret. Sed illi nil amplius promittere voluere, quàm se ei sacramentû dicturos, quum Dux Maria filio eius Carolo nupsisset. Non contentus responso Rex, iniquissimis propositis pacis conditionibus, bellum se, non pacem, velle, apertè demonstrabat. Vnde facile liquet, hoc loco vera non scripsisse Philippum Cominaum, persuasum dicens à Rege Imbercurtium ac Hugonetum, in procurandis dictis nuptijs operam pollicitos esse, dedisseque Creueceurio nomine Ducis Mariæ literas, quibus illi potestatem faciebât tradendi in manus Regis oppidum Atrebatense minus. Quod si verum fuisset, non tam iniquas, ne dicam cõtumeliosas, pacis conditiones Rex eis paulo post proposuisset. Sed Imbercurtio ac Hugoneto Gandauî interfectis, Creueceurij hac ratione honori aliquo modo consultum voluit, qui simili secum in luto volutabatur. Idem animi affectus multis alijs Historiæ eius locis apparet, quod ij apertissimè vident, qui alios eiusdem temporis scriptores diligenter euoluere. Sed quid faceret aliud, qui è Francica Aula inclaretcere ac dicescere cupiebat? Creueceurius declarandum tandem animum ratus, eductis minori ex Oppido

præfidiarijs, Regios admittit, potestate suis, cui uellent militare, facta. Atqui hoc pacto Rex dimidiæ partis Urbis Atrebatensis Dominus factus, eam contra Oppidū maius, nouis erectis munitionibus, cōmunit. Id enim tum natura Urbis ferebat, ut maius ac minus Oppidum muris portisque inuicem segregarentur. Munitione perfecta, petit Rex in maius admitti Oppidum. Recusantibus ciuibus agros vastat, ac aperte bellum infert. Destituti Præfecto ac præsidio ciues, amissoque minori Oppido, cum Rege trāsunt, tam diu sese eum pro Principe agnituros, quam Maria clientale sacramentum de Artesia ei dixisset, liberi interea ab omni militari præsidio futuri. Rex iusto minori in Oppido relicto præsidio, cui nothus Borboniæ præerat, ad occupandum Comitatum Boloniensem proficiscitur. Iter facienti deditioem Atrebatensium conditionibus faciunt Lensij, ac Bethunij, promittens se eorum agros à maleficio defensurum. Hos Terowanenses ac Hesdinij sequuntur. Dux Maria Regem contra omnem æquitatem ruptis inducijs Belgarum Prouincias occupare considerans, ad eum pro pace miserat Cancellarium Hugonetum, Imbercurtium, Ferrium Clugnicacum, Præsullem Tornacensem, Gruthuzæ Dominū, Philippū Cāpueræ Dominū, ac Cryptæ Dominū, quos, ut supra scripsimus, Rex mille artibus aggressus erat, ut, deserta Maria, sibi sacramentum dicerent. At illi nil facere nec promittere uolebant, nisi matrimonium Maria cum filio eius Carolo contraxisset: de quibus cum Rex meritò desperaret, tū quòd ætas non conueniret, tum quòd multo gratiores Maria haberet procos, has pacis proponit iniquissimas cōditiones: Nubat cognata Maria filio meo Carolo, omnia ei facta tecta manebunt. Si propter filij mei pueritiā huius non est animi, cedat mihi, meisque successoribus in perpetuum, Ducatum Comitatumque Burgundiæ, Boloniensem, ac Atrebatensem. Reddat Oppida omnia ad utramque Somonæ ripam sita. Persoluat mihi in numerata pecunia sexcenta millia aureorum lidiorū. Datis uadibus promittat, se sine meo consilio nec permissione viro nupturam. Proceres quos nominabo, à dicto sibi sacramento liberatos, mihi nomina dare permittat. Quanquam hæc leges iniquissimæ & superbissimæ essent, quæque deuictò ac debellato Principi præscribi ac imponi debuissent, erant tamen nonnulli è præcipuis Belgarum familijs, qui in nuptias Mariæ ac Delfini inclinabant, vnum totius Galliæ constitui Regnum cupientes. Sed Belgarum populus, qui hoc tēpore multum poterat, ac Nobiles non pauci Francis infesti, à Regijs abhorrebant nuptijs, neminemque præter Maxæmilianum Austriz Archiducem animis oculisque requirebant. Cum his sentiebat Dux Maria, viro gignendisque liberis matura, ac proinde contemptis Francis cōditionibus, animum ad bellum ac nuptias parabat. Anthonius Burgundus,

us, intellectis Regijs conditionibus pro pace ac sua fratrisque, Balduini liberatione præscriptis, duobus uiris nobilibus, qui Regis consensu ad se venerant, ita respondet: Intellego uaserrimi ac callidissimi Regis mentem. Si enim persuasa Maria voti compos factus fuerit, facilis ac cita erit liberatio nostra: sin minus, difficilis ac tarda. Sed peto ne nostra causa indigni aliquid Dux Maria faciat, aut, quod maxime in rem Regni Belgici esse discer, omittat. Facilis est enim iactura duorum virorum, quando agitur de Republica, multisque hominum millibus bene ac rectè consulendis. Nunquam Mariæ, donatè Deo, fortes ingenioque præstantes deerunt uiri, qui id, quod maxime vniuersis cōducatur Belgis, facile perspicient ac dijudicabunt. Salute eam nostro nomine quam officiosissime, tum etiam Proceres ac Consiliarios omnes; utque fortiter atque vnanimes de summis rebus decernere uelint, nos enixè rogare nuntiatè, ac valete. Gandenses, qui Mariam in potestate habebant, Francorum successu è ueterno seditionum excitati, ac amisso Atrebato Flandriæ timentes, ad Regem Legatos destinant, petentes à bello desistat, quòd Maria Belgarum negotia in Ordinum potestate constituisset. Negat id Rex, literisque partim à Duce Maria, partim uiduæ Pugnacis manu, partim Adolphi Cliuij digitis ad se exaratis docet, Mariam Belgarum negotia constituisse arbitrio ac nutu noueræ Margaritæ, Imbercurtij, Hugoneti, ac Adolphi Cliuij, horumque liberè ac absolutæ dispositioni commisisse. Turbati literarum exhibitione Gandensium Legati, cum eas à Rege impetrassent, domum reuersi, rem omnem Senatui ostensis literis exponunt. Fremere omnes, vindicandumque facinus dicentes, odium erga Imbercurtium ac Hugonetum animis immensum concipiunt. Iamdudum enim, propter summam apud Pugnacem Ducemque Mariam auctoritatem, inuidia laborabant. Mittuntur postero die è Senatu ad Mariam legati, exponunt in frequenti Concilio Regis responsum. Negat rem ita actam Dux Maria. Magistratui à consilijs, quem Græca uoce Syndicū (vulgo Pensionariū) vocant, vir improbus ac impudens, nullo Principis adolescentulæ respectu habito, è sinu literas promit, Ducique Mariæ in manus tradit. Modico rubore lacteus per genas diffunditur color, receptoque statim animo ait: Non minus ego Dux uestra iuris habere debeo in electione virorum, qui negotia Reipublicæ tractent, quam Flandriæ Ordines, Ciuitasque Gandensis, subditi mei. Redeunt ad Senatum cum Mariæ responso legati. Murmuratur tota Vrbe contra Imbercurtium ac Hugonetum. Inuidia conceptum animo odij uenenum euomere conatur: clamitant eos clam astu Ducem Mariam in Franciam perducere, ac per speciem uenationis Vrbe eductam, in Francorum insidias præcipitare, ut inuitis Ordinibus Delfino puero nuberet: Adolphum

enim Cleuiū Rauastainæ Dominū, cui hæc Maria erat cōquesta, re omnem sibi aperuisse. Eosdem proditores ad Nancæum cum Campobachio Pugnacem deseruisse, pecuniam ac militem in supplementum negantes: coniurasse eos cum Creuecurio, Cominæo, Clerio, ac similibus, vt Francorum Regi Artesiam, Flandriam, Hannoniam, Namurcum, ac Lutzenburgum cum Duce Maria in potestatem traderent, quo ipsi in Francia Duces Comitesque saluarentur. Capiendos extemplo puniendosque proditores, ne aliquando alij simile moliantur. Habebant Imbercurtius ac Hugonetus hostes non parui nominis, per quos populus clam insigniter irritabatur. Sciebant id illi, ac omnibus horis per amicos de periculo admonebantur. Imbercurtius enim apud Cartusianos, Hugonetus apud Franciscanos frustra latebat. Cōpita enim omnia insidentes, locaque secreta peruestigantes, vtrumque Gandēses repertum capiunt, ac cum ijs Protonotarium quendam Ecclesiæ Romanæ. Eodem tempore Bergis Hannoniæ Ioannes Grossus, Senator Curie Mechliniæ ditissimus, in vincula conijcitur; Bruxellæ Anthonius Hannelonius, Aerarij præfectus; Brugis Decanus Diui Donatiani: perductique Viluordam, post aliquot menses operâ Archiducis Maxamilianii liberantur. Imbercurtius verò ac Hugonetus, à Gandensibus tormentis grauissimis subiecti, ea quæ nunquam cogitarant, nec fecerant, profiteri coguntur. Fit forma quædam, nullo tamen ordine, Iudicij. Sexto à captiuitate die insaniens cum plebe Magistratus, capitalem contra reos sententiam pronunciat. Prouocant, more tum Flandris visitato, ad Franciæ Regis supremum, qui est Parisijs, Senatū, ac coram ipso Rege. Magis in sui perniciem populū hoc factō irritant. Etenim maximo statim in foro scena vndique patens è tignis ac asseribus extruitur, in quam Imbercurtius ac Hugonetus miseranda specie perducti, ac in sede collocati, quod laceratis à carnifice omnibus membris, ac miserabilem in modū debilitati, sedere in genua non possent, carnificis gladio capita perdere, iusta, vt plerique volebant, ac matura Dei vindicta, quod horū inprimis consilio ac operâ Lodouicus Lutzenburgius, Fani Diui Pauli Comes, Franciæ Conestabilis, Francorum Regi à Pugnace ad mortem hinc inuidia, illinc auaritia instigante, sit traditus. Miserat Dux Maria viros, qui eorū causam agerent, sed ad Iudicium seditiosæ plebis non sunt admissi. Insinuant se eius iussu alij apud plebem gratiosi: impetrare nil potuerunt. Literis Maria propria manu exaratis, vt sese secundum patrias leges defendere possent orauit: irritæ sunt. Tandem ipso supplicij die, pro statu rerum suarum quàm simplicissimè vestita, pendentibus à tergo capillis, ad furibundum exit populū, decoram adolescentiæ faciem lacrymarum guttis madefactam præ se ferens, adeo vt vel sauisissimi tyranni animum placare

placare potuisset: & cum lacrymis voceque exili nil efficeret, ore viri sacrati atate prouecti, ac magnæ apud populum existimationis, quàm humillimè ac submissè orat, vt in sui gratiam Imbercurtio ac Hugoneto vitam relinquunt. Pars concedit, alij negant: hi volunt, illi nolunt. Tumultus oritur, obuertunt ora, secedunt, intendunt mutuò hastas. Sed qui Mariæ morem gerere volebant, numero pauciores cedere coguntur. Rogat illa iterum, id sibi honoris tribuant, vt si proditores erga patrem ac se reperti fuissent, de ijs sibi supplicij sumendi potestas fieret. Nullius enim pluri quàm sua rem tantâ interesse, neminem se iustiorē nec æquiorē vindictâ expetere posse, nec debere. Surdis verba facit. Extollunt vocē, Perge licetor, sume de proditoribus supplicium. Tum ingenti excitato tumultu, Mariā abire cogunt, eius miseriam supra præteritas calamitates, indignè trucidatis viris, quorū experta pace belloque operâ tum vel maximè tam ipsa quàm Respublica indigebat, augentes. Suspiciabatur non paruis de causis nonnulli, hanc populi insaniæ summa arte ac diligentia in Vrbe excitatâ per eos qui Imbercurtiū ac Hugonetū aduersari censēbant nuptijs, quas summa vi ac inani spe cū Mariâ perficere satagebāt, existimantes hos semper aut pro Frâco, aut pro Austriaco laborasse. Quicquid fuerit, indigna tantorū virorū mors insigniter Mariâ, eius nouercam, Nobiles, probosque, omnes perculit, qui rebus suis posthac nil salutaris, quàm festinatas Mariæ nuptias, considerantes, toto animo ad Maxamilianū conuertebantur. Apparebat enim in eo, quanquàm adolefcēte, vera indoles viri Principis, magnanimi, fortis, liberalis, & ad humanitatem nati. Accedebat oris ac frontis Regia planè dignitas, paternæ Maiestatis splendor, nataliū decus, nobilitas peruetusta, patrimonij amplitudo, cognatorū affiniumque claritas, multitudo, ac potētia. Proinde non mirū, cū Francorū Rex Mariâ pro filio Carolo puero octenni vxorem peteret, Halewinâ Dominâ, quæ Mariæ educationi præfuerat, non sine astantiū risu respondisse: Quū Mariâ secundum naturę legē parere & mater fieri posset, non illi puero, sed viro est opus. Quæ verba Frâcici Legati altiùs, quàm plerique astantiū existimabāt, ad animū admisere, iudicantes Halewinâ Belgarū omnium nomine fuisse locutâ. Redeuntes igitur ad Regem, quæ audierāt, exponūt. Ille recusari Mariâ filio suo vxorē interpretatus, acerrimū extemplo cognatæ Mariæ facit bellum, quū id Lotharingi, Germani, ac Heluetij iustius potuissent. At ij contenti vim vi repulisse, turpe existimabant, adolescentulæ, in tantis angustijs ac miserijs constitutæ, bellum iniquissimo tempore facere. Sed ad res Burgundicas redeamus, deinde ad Belgicas, vt discat Lector quo in statu res Ditionesque Mariæ, cū eam Archidux Maxamilianus in vxorem duceret, fuerint. Ordines Comitatus Burgundiæ Dolæ congregati, intellecta Ducatus defectione, in summis

versabantur angustijs, dubij quid consilij essent capturi: iisdem enim artibus tentabantur, quibus Ducatus fuerat victus: aderat instigator defectionis, leuis Aurantius; arma Fracica in propinquo resonabant. Tramulius enim ac Ambofius ad Fanum Aubini militem conscribebant, conuocarantque è Ducatu quatuor balistariorum peditum millia, ac praesidiarios qui erant in Prouincia Lugdunensi, Baufoleusi, Niuernensi, ac Delfinenfi. Mittunt ad eos Dolæ congregati Comitatus Ordines viros è prima nobilitate conspicuos, rogatum quare in Comitatu Burgundiae armata manu stantibus inducijs descendissent, amnemque Dubium traiecissent, petentes militem in Franciam reduceret, donec Dux Maria, certior de rebus omnibus facta, Regi satisfecisset. Respondent, Regem in Comitatum admitti cupere, vt eum contra Germanorum arma parantium inuasionem pro cognata Maria defendat. Fines verò Comitatus se nondum attigisse, sed consistere militem in Vicecomitatu, quod membrum est beneficiarium Ducatus Burgundiae qui Regi pareat. Si milites aliquot iniussu Dubium transmisissent, sese curaturos vt vestigia repetant. Perstunt in proposito Ordines; ac vt Rex à Comitatu abstineat, donec Maria certior facta, è consilij sui sententia, quid fieri vellet, rescripsisset, petunt. Simulant Franci idem sibi placere, nec in animo Regis esse, vt vel minimam Ditionis cognatae suae portiunculam occupet, sed Tutoris tantum nomine curam Comitatus habere Regem cupere, quod in nuptias Mariae ac Delfini ab vtraque parte consensus esset. Mansura omnibus munia ac officia: nil nisi nomine Mariae transactum iri. His technis suadente Aurantio capti Ordines, cum Rege his legibus transigunt: Rex gubernationem Comitatus Burgundiae propter nuptias inter Mariam Burgundam ac filium Delfinum transactas recipit. Comitatum contra hostes omnes defendit, militem dimittit, nec sine Ordinum consensu remittit. Immunitates factas rectas conseruato. Munera ac officia publica, solito cum stipendio, Administratoribus manento. Donationes à praedecessoribus Burgundiae Comitibus factae, siue ex sint perpetuae, siue ad vitam concessae, singulis annis statuto tempore persoluunt. Salinarum antiqua iura non mutant. Noua tributa sine Ordinum consensu non indicit. Agrisque domibusque pulsi praeteritorum bellorum tempore, rescissa bonorum publicatione, restituantur. Mariae Burgundae ius ac Ditiones enixe defendit. Haec ab vtraque parte consignata decima-octaua Februarij, subsignauit nomine Ordinum P. Varnier. Post haec Tramulius cum ordinario comitatu Dolam ingreditur. Sed conditionibus non diu est statum, tum quod Regius miles non discederet, tum quod vicini Heluetij armata manu aduentare pellendis Francis, haud falso timore, dicerentur. Nullum enim Fracis in Comitatu ius esse verissime dicebant,

dicebant, proinde Regem se vicinum nolle, semper alienis inhiantem, sed magis cupere proprium, vt Burgundi habeant Comitem. Rex, distributis triginta aureorum liliorum millibus, facile Germanos Heluetiosque pro tempore sedauit. Plebs Comitatus Burgundiae plane a uerso à Rege erat animo; Rectores aliquot, ac pars nobilitatis, sacramentum ei dixerat; pars maior recusarat. Promiserat Rex Aurantio praeter patruorum hereditatem Praefecturam Comitatus Burgundiae. Sed voti compos effectus, eo praeterito Tramulium praeficit. Aurantius id ægerime ferens, mutato animo, solitaque usus animi leuitate, clam cum Duce Maria, operam Procerum Vaudreorum, in gratiam redit, communicisque consilij, rationem quaerunt pellendis vtraque Burgundia Francis. Interea Aurantius Comitatus annuos redditus, ac si à Mariae Gubernator esset constitutus, sui iuris facit. Vaudrei Proceres, quorum nullus Regi sacramentum dixerat, subitario milite coacto, Rochefortium ac Montmirum occupant; Auffonnam, eiectis Francis, valido praesidio muniunt. Guilielmus Vaudreus, conscriptis sua pecunia trecentis Germanis, Vesouium, contempto Ioannis Neufcastellij minis, sui iuris facit. Mese Martio Tramulius Vesouium obsidione cingit, non paucas in exercitu Scotorum ducens cohortes. Guilielmus Vaudreus proximis in Pagis aliquot rubicines clam mittit, qui in mandatis habebant, certa noctis hora classicum magno cum clamore subito canere. Cum ea venisset, exit Vesouio cum triginta equitibus ac ducentis peditibus Germanis. Canunt classicum quatuor in Pagis diuersi tubicines: timore Franci corripuntur, existimantes Burgundos omnes sui opprimendi causa in armis esse. Arripiunt fugam, inuadit ac caedit eos Vaudreus, obuios quosque sternens: quumque ad Pagum Graterij peruenisset, Scotos reperiens, vim in eos omnem conuertit. Eadem formidine capti, in pedes se conijciunt, caeduntur ferme omnes, ultra centum equi capti: praeda triginta aureorum liliorum millia excedere est iudicata. Rustici sine vlla commiseratione fugientes trucidantes, Francorum cladem auxere. Erat hoc tempore Besansonij Ioannes Cliuius, qui missis literis Vaudreos prolixè laudat, ac ad defendendam vnicam Pugnacis heredem inflammat. Ad Ducem verò Mariam manu Trasignij in hanc formam scribit: Hoc tempore, Illustrissima Dux, nulli in Comitatu tuo Burgundiae sunt Franci, praeterquam in Oppido Graio, vbi Tramulius cum firmo se contulit praesidio, ceteri omnes Ararim transiire, castrametati haud procul Graio, nec ausi timore militum Germanorum, quibus sese agrestes magno numero iunxere, Comitatum denuo intrare. Aurantius dicit se Gubernatorem Comitatus à te constitutum, eoque annuos redditus tuos omnes quaestori suo numerari iubet, nouasque pecuniarum collationes imperat. Claudius Vaudreus, Auffon-

" Aufsonnam tenet, recepit Rochefortiū ac Montmirum : Guilihelmus
 " Vaudreus Vesouium muniit. Quòd si pecuniam habuissent, ac à te po-
 " testatem conscribendorum aliquot Germanorum cohortium, Franci
 " ad interiora Comitatus nunquam penetraissent. Besanfonij, secundo
 Cal. Martij. Erat pro maiori parte Tramulius, vt erat conuentum, sine
 præsidio Dolæ, omnibus adnitens rationibus vt id admitterent, ac reli-
 quas Ciuitates Munitionesque suo exemplo Regi lucrifacerent. Sed
 (vt diximus) Vaudrei Proceres, cæteri que Nobiles, Duci Mariæ fide-
 les, conatibus eius obstiterè, iamque ob Francorum militum insolentiam
 Dolanos, cæterosque Burgundos, initi cum Rege fœderis pœnitē-
 tebat. Augebantur enim indies Burgundionum copiæ ab incolis, Ger-
 manis, ac Heluetijs, qui Francos vicinos non cupiebant. Tramulius
 perdita Aufsonna, cæterisque aliquot locis, rebus Francicis in Comitatu
 diffidens, ac murmura susurraque Dolanorum formidans, ea relicta,
 Graiam se cum firmo receperat præsidio, militè que omnē Ararim tra-
 duxerat. Dolani statim Helueticum præsidium, trium millium pedicū,
 nomine Ducis Mariæ admittunt: qua de re Rex certior factus, recētem
 in supplementum peditem equitemque Tramulio mittit, qui diuerso
 euentu cum Heluetijs pugnantes, Dolanos excursionibus quotidie ve-
 xabant. Obscura quadam nocte, quinque locis secretò insidias haud
 procul Dola Franci collocant. Orta luce ad portas vsque solito more
 excurrunt. Exeunt contrà octingenti Heluetij. Simulant fugam Fraci,
 donec nota insidiarum transiissent loca. Tum subito quinque locis e-
 quites peditesque erumpunt: resistunt qui fugam simularant, repugnāt
 acriter Heluetij. Sed cum à fronte, tergo, ac lateribus oppugnarentur,
 amissis quingentis, paucisque captis, cæteri fuga Dolam peruenere.
 Cæsa præsidiij Dolani parte, Tramulius cū viginti circiter pugnatorum
 millibus Urbem obsidet. Tuebatur eam cum duobus Heluetiorum
 millibus ciuis Bernensis. Præerat Mariæ nomine Mombaillonij Do-
 minus. Quatiuntur maioribus tormentis octo continuis diebus muri,
 aguntur cuniculi, pars murorum in fossam cadit: aduolant magno ani-
 mo Franci, semel atque iterum reiecti, vim redintegrant. Sed cum fru-
 stra omnia tentassent, ac circiter mille viros in oppugnationibus ami-
 sissent, desperata expugnatione, adeò festinanter Urbem relinquunt, vt
 maiorum tormentorum partem deserere, ignemque tentorijs iniice-
 re cogentur. Aduentabant enim in subsidium Dolanorum nouæ
 Heluetiorum ac Germanorum copiæ. Insistunt cum præsidio Dolano
 abeuntium vestigijs Claudius ac Guilihelmus Vendrei, Fracosque, non
 parua in receptu illata clade, Comitatum relinquere, ac in Ducatū re-
 uerti cogunt. Sola restabat Vaudreis expugnanda Graia, Oppidum
 situ ac arte munitum, ad Araris ripam conditum. Ad hoc recuperandum
 operam

operam suam offert ciuis Graianus. Declarata ac probata ratione,
 Claudius Vaudreus equites, Guilihelmus pedites ducit. Adiuti obscu-
 ra nocte, ac vento valido, cum recentibus ac veteribus copijs clam ad
 molam perueniunt, quæ magno murmure ab Araris aqua circummagitur,
 Oppidi ferè muro contiguam, vbi facillimus ob vada erat ad mœnia
 accessus. Sexaginta agiliores pedites, cum scalis Ararim (hodie Sao-
 nam vocant) transeuntes, in murum euadunt, sed non tanto cum silen-
 tio, quin mox vigiles sentirent, qui, inuocato auxilio, eos statim repu-
 lere. Erant enim Graiæ in præsidio mille sexcenti Franci, Duce Sale-
 zaro maiore, Carloo, ac Gamasio. Sed antequam hi armatis suis ad
 molam venire possent, Heluetij, ac balistarij Burgundi, suis auxilio
 aduolantes, occupato iterum muro, deiectisque paucis propugnatori-
 bus, in Oppidum transiliunt, ac proximam effringentes portā, suos om-
 nes intromittunt. Appensis per fenestras laternis, acriter omnibus Op-
 pidi vijs pugnabatur, multis vtriusque cadentibus ac sauciatis. Tādē
 victi Franci ignem ædibus iniiciunt, qui non paucos miserè ambusit.
 Qui Oppido fugere conabatur, à Claudij Vaudrei equitibus in acie rei
 euentum expectantibus cædebantur. Salezarus ambustis pedibus in
 Arcem, non sine difficultate, cum centum circiter equitibus euasit, de-
 sideratis ferè octingentis viris; proxima nocte (Heluetijs in diripien-
 do Graiam occupatis) effugit. Oppidū, sauiēte flamma, exportataque
 præda, vacuum relinquitur. Francis vniuerso Comitatu eiectis, Pro-
 ceribus Burgundis animi creuere. Itaque Aurantius ac Vaudrei, co-
 actis in vnum octo virorum millibus, quorum maior pars Heluetij erāt,
 bellum in Ducatum transferunt, rectaque Digionum proficiscuntur.
 Promiserant enim ciues aliquot, portam sese vnam referaturos. Ve-
 nerat è clade Graiana Digionum Salezarus maior, qui non minoribus
 instructus copijs, non solum prodendi Oppidi occasionem ac rationē ci-
 uibus eripuit, sed, emissis copijs, Auratio obuiam mittit. Non enim ob
 ambustos pedes comes ire poterat. Concurrunt instructis aciebus ab
 vtraque parte acriter, fortiterque aliquandiu pugnant. Sed cū se vrgeri
 sentirent Franci, seruatis ordinibus Digionum versus pedem referunt.
 Instant acriter Burgundi ac Heluetij, adeò vt tres milites recipienti-
 bus se Francis immixti Digionum intrarent. Saluti fuit, quòd Helue-
 tij equitum celeritatem æquare non poterāt, qui maioribus tormētis à
 muro reiecti, circa Urbem castra posuere, tribus diebus frustra expe-
 ctantes, vt ciues promissa exoluerent. Exinde Aufsonnam cum ingenti
 præda reuertuntur. Erumpunt in abeuntes Digionenses. Claudius
 Vaudreus ac Vergius postremū cogebant agmen, summaque cum vir-
 tute Francos repulere: sed Vergius cum viginti tantum equitibus re-
 mēre in Francos inuectus, captus Digionum perducitur. Dum Rex

Lodowicus hac ratione Burgundiam, Artesiam, ac Picardiam inuadit, Flandri eius classico excitati ad arma, Ducibus Gandensibus ac Brugenſibus concurrunt; armatisque circiter viginti virorum millibus, eis Adolſum Egmondium, Geldriæ Ducem, Contraceni carcere eductū, præficiunt. Pugnacis enim ſententia condemnatus, (yt in eius Vita ſcripſimus) in hunc uſque diem detentus fuerat. Ducit Gelder Flandros Tornacum, yt, electis Francis, Flandriæ agros ab eorum populatione liberaret. Locat caltra ad pontem Despierres. Reſerant Tornacenſes à Rege ducentos Lancearios equites, ac pedites octingentos, Ducem Franciæ Ammirali, qui ſæpe erumpentes, leuibus cum Flandris certabāt prælijs, Geldro ſummopere pro decore annitēte, quod ſibi uideo Flandri Mariæ nuptias, inuitis etiam omnibus, promiſſent. Noctē quadam Gelder ſuburbia incendit; quumque circiter auroram fruſtra hoſtem expectans diſcederet, Franci magna manu erumpentes, poſtremo ſcædunt. Gelder Flandris euadendi ſpatium daturus, cum paucis vim Francorum ſuſtinet: ſed tandem à maiori parte deſertus, à Franciſco Sauuagero inſeſta lancea equo deiicitur. Deſendit ſe pedes aliquandiu ignotus, donec eum pluribus inuadentibus, eodem loco interficitur. Sauuagerus eum in iugulo ſauciarat, duo alij vulnera capiti inſiſſerant, quartus lethale vulnus punctim imo uentri intulerat: quo accepto, cum bis alta uoce Geldriam inelamaſſet, animam reddidit. Impoſitum equo cadaver Tornacum deuehitur, iacuitque aliquandiu apud D. Iacobum capite nudus, omnium aſpectui expoſitus. Inde trāſlatus ad Templum D. Virginis, honorificè in Sacello D. Lodowici ſepelitur. Flandri eius morte in ſeditionem verſi, alter alteri deſerti Ducis ignominiam imponit ac exprobrat. Diſcedunt ſubito, ſine ordine, relictis impedimentis ac commeatu, Gandenſes. Brugenſes pudore coacti, cum Franconatibus manent. Exeunt contra Tornacenſes cū Francis. Pugnatur aliquandiu pertinaciter, funditur Brugenſes, cadūt mille ducenti, capiuntur octingenti, ac inter hos Franconatium Præfectus (Balliuum uocant) qui, per ſolutis ſex millibus aureorum liliorū, libertatem redemit. Dux Maria, quiſque eius tenebant partes, morte Geldri lætabantur. Conſtans enim erat Gandau rumor, authoribus Gandenſibus, Mariam uel inuitam Geldro nupturam. Exinde Catharina, interfecti Adolſi ſoror, conſilio auxilioque Geldriæ Ordinum, per uniuerſam Geldriam Ducis Mariæ Rectores pellicurat. Et quanquam Carolus & Philippa, dicti Ducis Adolſi liberi, in poteſtate adhuc eſſent Ducis Mariæ, amita tamen eorum Catharina, conuocatis Geldriæ Ordinibus, in uerba eos pueri Caroli adigit, maiori parte id non grauiſſimam faciente, plerisque tergiuerſantibus, ſed tandem facientibus, adducti non ſolum authoritate dictæ Cathariæ, ſed imprimis Lodowici

Borbonij,

Borbonij, Antiftitis Leodiensis, qui Caroli ac Philippæ auunculus erat: faciebat & aliquid præſentia Guilielmi Marcani, Aréberge Domini, qui hæc re ſummopere promouebat. Manſit exinde dicta Catharina in gubernatione Geldriæ, donec Carolus, yt poſtea narrabimus, è Francico carcere liberatus, amitam onere liberaret. Exinde Franci & Tornacenſes inſeſta populatione Flandriam peruaſtant, delati ad quartum uſque ab Vrbe Gandenſi milliare. Oppidis uerò nil erat periculi; tum quod à Francis populus eſſet alieniſſimus, tum quod ubique fortes & fideles eſſent Præfecti. Præerat enim Fano Odomari Philippus Burgundus, Beueræ Dominus; Airæ Coheni Regulus; Inſulis Despierres; Duaci Fiennæ Dominus, ac Salezarus minor; Valenchenis Philippus Rauaſtanius, ac Iacobus Galiottus. Circiter Cal. Iulias Philippus Rauaſtanius, expugnato Maino, præſidiarios Fracos obruncat. Bellemontius, Fani D. Amandi Præfectus, Mortangam iugulatis Francis caput. Interea Rex Lodowicus Boloniam obſidens, breui Oppidum cum Arce, empta ciuium aliquot uoluntate, in poteſtatem redigit; præſidium enim nullum inerat. Eſt Comitatus Boloniensis uetusta Fladriæ pars, beneficiarium tamen membrum Comitatus Atrebatensis, qui etiam olim Flandriæ pars fuit. Rex Lodowicus hac ſe ſeruitute liberare uolens, præſentibus ſacri ac profani Ordinis Proceribus obliterato ueteri iure, Diuæ Virgini Matri Mariæ beneficiarium dicit ſacramentum, profeſſusque ſe eius clientem, Imagini eius, yt Patronæ, cor è puro auro ualoris duorum millium aureorum liliorum offert, idemque omnes ſucceſſores ſuos facere uoluit. Interea Atrebatenſes, non contenti conditionibus cum Rege initis, ad Ducem Mariam uiginti ciues honeſtiſſimos mittunt, inter quos eminebat Bauldrinus Caulerius, eo tempore (yt loquuntur) Scabinus, petitum an paulo antè in ita cum Rege conditiones placerent, petentes ueteris Urbis immunitates confirmaret. Annales Atrebatenſium affirmant, eos accepta à Rege fide publica inuiſſe, Franci negant. Quicquid ſit, poſitis inſidijs Lenſij à Francis capiuntur, traditiſque Heſdini rerum capitalium Præfecto, ceruices omnibus eodem in Oppido abſcinduntur. Atrebatenſes, rei indignitate moti, non minus contra Creueceurium (qui Legatis inſidias ſtruxerat) quam Regem irritati, ſtatuunt reiectis conditionibus Urbem contra Regem pro Maria defendere, Francosque minori oppido pellere, in hanc rem ſibi Ducem eligentes Arſij Dominum, Mariæ addictiſſimum. Erat is tum temporis Duaci, coactiſque circiter mille ſexcentis peditibus, cupiebat cum Vergio ac Salezaro noctu iter facere. Sed inſolentia Duacenſium coacti, meridie iter ingredi coguntur. Deſertur res ſtatim per exploratores Atrebatum. Venientibus Burgundis Franci idoneo loco inſidias ponunt, in quas præcipitati, in fugam

K 2

conij-

conijciuntur. Cadunt centum sexaginta, capiuntur quingenti, ditiores se pecunia redimunt, vulgus militum capite luit: Vergius nobilis Burgundus in Franciam abducitur: Arsius cum sexcentis veteranis, per medios erumpens Francos, Atrebatum peruenit: Salezarus in proximam fugit syluam, è qua eum mox misso equite Arsius liberat: cum quo aliquandiu strenuè contra Francos pugnans, tandem Duacū est reuersus. Rex consilio Atrebatensium intellecto, cum exercitu Heddino profectus, Atrebatum obsidione cingit, tormentis portam ac muri partem disijcit. Non terrentur viri militares: sed imbelles vulgus, quod ante periculum se insolenter iactarat, de deditioe primū incipit musitare, deinde aperte loqui. Arsius, videns se sine populi auxilio non posse resistere, ad Regem de compositione mittit. Paciscuntur vt externus miles cum omnibus impedimentis, quò veller, abiret: Ciues, dicto Regi sacramento, rebus omnibus incolumibus, suis legibus viuerent. Rex è minori Oppido in Urbem eques peruectus, in minori foro populum alloquitur. Multum, inquit, mihi negotij exhibuistis: sed condono praterita, curate vt posthac obsequentes ac fideles subditi sitis, clemens vobis futurus sum Princeps. Confirmati Regis sermone ciues, deditioisq̄e confisi legibus, omni vacabant timore, quū mox prater expectationem duobus ciuibus medio in foro capita amputantur, nulla de causa, quàm quòd acerrimè semper restitissent ne Franci in Urbem admitterentur. Mansit in mensē vsque Aprilē Rex, dum discedens Atrebatum præficit Arsiū Dominū, in suas nō ita dudū partes transgressum; nouasq̄e necessarijs locis erigi munitiones, ac Castellam duo ædificari iussit: primum in Vrbe, egressum Duacum versus habens; alterum in Oppido. Considerans verò incolas extremè nomini Burgundico addictos, animorum affectus mutare se nō posse, contēpta deditiois formula, certum omnibus tempus constituit, cum suppellectili, quò vellent, migrarent; eo enim elapso, omnia præda futura: euocatq̄e Parisijs ac Nortmannia novos colonos, Atrebatumq̄e Francorum coloniam facit, abolitoq̄e veteri nomine, Urbem Fransiam appellari iussit. Sed tanta fuit apud novos etiā colonos antiquitatis amor ac reuerentia, vt, contempta Fransia, Atrebatum vox etiā vsq; in hodiernum diem permaneret. Consideret Lector quæ confusio, qui gemitus, ploratus, quæ suspiria abeuntium fuerint ciuium, patriæ, lares, ædes, ac leges Regis perfidia deserentium; quid illi ac suis imprecatae sint viduæ, pupilli, senes, viri, ac scemina. Subactis Atrebatibus ac Picardis, arma Rex in Hannones vertit. Partis exercitus sui Duces erāt Comes Dampmartinus, ac D' Albretus, habebantq̄e tria equitū millia, pedites circiter bis mille; maior enim pars cum Rege erat. Hi primū in Valenchinensium agros incursionem fecere: sed exeuntibus cum magna

magna manu ciuibus, vnde venerant, rediere. Valéchinenfes verò, quæ ad bellum spectabant, accuratius procurantes, habito delectu tria electorum virorum millia recensent, quorum maiorem partem suis alebant stipendijs. Præerat omnibus Aimerij Regulus, Hannoniæ Præfectus, sequebanturq̄e eum Bossuus, Lignæus, Barbanfonijs, Houarderijs, Salezarus minor, proficiscunturq̄e Solemnesium, vbi cum copijs erat Dampmartinus, qui moris castris eos non expectados censuit. Erat Bochaini in præsidio Christophorus Lanoius, cum octoginta viris. Venit cum exercitu Rex, iungit se illi Dampmartinus, apeririq̄e portas iubet. Recusant ciues ac prædiciarij. Proferuntur tormenta, quatitur murus sexdecim continuis horis; factūq; hiatu, provolant Franci, ac post breuem pugnam repelluntur. Spectabat pugnam certo loco Rex, innixus humero Tanneguij Chasteletij, viri nobilis. Agnosces Regem scloperarius Bochainensis, in eum collimat, ac Tanneguium interficit. Rex cruore madidus, ira terroreque correptus, summo studio necessaria expugnationi apparare iubet. Sed Bochainijs auxilium nusquam expectantibus, animi cadunt, ac cum Rege solutis quinque aureorum liliorum millibus de salute transigunt, extraneis militibus Regis se arbitrio ac voluntati committere coactis. In carcerem detrusi, paulo post ruptis vinculis omnes effugere. Condæm ad Scaldim Mouyus frustra tentat, desertam Mortagam occupans. Quenoum custodiebant pauci Nobiles præsidio centum peditum. Præcursores Regij suburbia occupare conati, vi depelluntur. Adueniens cum exercitu Rex, tormentis muros verberat, ac ab hora decima antemeridiana, ad nonam vsque vespertinam, irritò conatu oppugnat, quingentis desideratis viris fortibus. Postero die fit deditio vita ac rebus omnibus incolumibus, numeratisq̄e Regi tantum nongentis aureis lilijs. Valéchinenfes territi vicinorum Oppidorum amissione, muniunt Urbem, suoque ære adhuc conscribunt ducentos quinquaginta scloperarios Germanos; factumq̄e est hac ratione, vt Rex nil contra eos auderet. Insulenses quoque ita se munierant, vt eos Rex intactos relinqueret. Habebant enim Præfectum Chanterainæ Dominū, virū nobilem militaremque. Fanum Audomari nil etiam omittebat, quòd ad Oppidi conseruationem spectare poterat, Præfectum habentes Philippum Burgundum, Beuera Dominum. Statuerat eos obsidere Rex, sed bi-duo ante profectioem trecentos quinquaginta scloperarios, ac Chanterainum cum quadringentis equitibus receperant. Venit tamen Rex, viginti millia bellatorum adducens, exercitusque Legatum Creuecurium habens: sed cum maturas segetes exussisset aut descasset, abijt, idemque per vniuersam fieri iusserat Hannoniam. Emerat Rex Anthonium Burgundum, Naccano prælio captum, Philippi patrem. Mi-

natur Beuero, ni Oppidum dedat, se patri eius in Oppidi conspectu caput abscissurū. Respondet Philippus, id sine summo animi sui dolore Regem non facturum, quum naturalem erga patrem affectum exuere non posset; ab eo tamen sic se instructum, ne vlla ratione honori maculam suam culpa aspergi sineret, ad mortem vsque se parentis consilio obsequi statuisse: interim se clementiam ac humanitatem à Regia prudentia, non sauitiam nec crudelitatem, expectare. Rex, relicto Audomari Fano, Terowanam reuertit. Chanterainus vestigijs insistens, non parum damni postremis infert. Post tres septimanas Rex, exercitus dimissa parte, Oppidum Arcquestum exurit. Trecenti sclopetarij Germani, Fano Audomari exeuntes, Faucenbergum vsque excurrunt, Arcemque Thiombromam spoliant exuruntque. Nongenti Franci eis insidias ponunt, ac ad Pagum Mecquenæum inuadunt. Germani ad proximum nemus declinantes, acriter se defendunt: sed obruti balistariorum iaculis, ac sclopetariorum globis, desideratis vltra centum viris, soluto ordine ad nemus fugam arripiunt. Frâci, prædæ parte recepta, ouantes Terowanam redeunt. Alanus Albretus, Perigortij Comes, Auennæ ac Rouij Dominus, cum duobus Francorum millibus in pago sedebat Gattignies, omni ratione laborans Auennenses deditioem facerent, legitimum se eorum Dominum esse admonens: quod quidem verum erat, sed beneficiarius Comitis Hannoniæ, non Regis Franciæ cliens. Cupere se, iubereque, à Regij exercitus vi caueant, neque agros magno damno vastari sinant. Mittunt Oppidi Rectores ad Perigortium ciues honoratiores, qui honestis cum eo conditionibus transigunt. Plebs instigante Mingouallio, Oppidi Mariæ nomine Præfecto, indignè rem ferre, actum multuari. Dum incerti dubitant quid sint acturi, ab Aimerio missi equites triginta duo, ante portam alta voce inclamant: Adsumt suppetiæ, viuat Burgundia. Acclamat isdem verbis populus, reijcitque Perigortij inuito Magistratu conditiones. Is, re intellecta, promouet exercitum, in conspectu ciuium erigit patibulum, seque animaduersurum in eos affirmat, qui cõceptas deditiois leges reiecissent. Non mouentur ciues. Discedit cum copijs Perigortius, Regemque, ad obsidendam Auennam initio Iunij se parantem, acriter incitat. Maria eodè Brabantia mittit Parwesij, Culenburgij, ac Iauchæ Dominos, cū octingentis tyronibus. Rex ad Oppidum Caduceatorem cum literis destinat, petens accepta fide publicas Proceres ad se exeant. Repopulo communicata, clamitant se nolle ad perfidum eant Regem; Caduceatori defendentes, ne amplius hac de causa ad Oppidum veniat; se Regem nec eius copias formidare. Promoto exercitu, Rex muros tormentis disijcit; factaque ingenti ruina, irrumpere Frâci conantur, dualq; muri turre, studio à ciuibus desertas, occupant. Eas enim ciues subitus exca-

uarant,

uarant, materia arida impleant, puluerem tormentarium ac sulphur miscerant, quæ concepto igne, turre, cum ijs qui intrarant, in diuersas partes dissecere, periereque tam in oppugnatione, quam turribus, circiter mille Franci. Rex receptui iubet cani. Quod si pars tyronum oppugnationis tempore metu capta non fuisset, cladem nõ exiguam in receptu Regij accepissent. Ducenti enim tantum veterani vim omnem cum ciuibus sustinerant, ceteri secretis abditis locis latitabant. Parwesius magno cum labore eos è latibulis in murum educit, militarique oratione, quatum potest, animat, sæpius manum ad surdos timorè ferme exanimatos tollens: qua de re Rex certior factus, ad eum Ioannem Marissalium, turmæ equitum Præfectum, de compositione tractaturum mittit. Sed cum ciuis Comitem Marissalij balistæ iaculo transiisset, loqui est desitum. Rex, necessarijs rebus constitutis, dat iterum inuassiois signum. Prouolant acriter Nortmanni, fortis beneficio primum locum nacti. Defendunt se strennuè ciues ac milites. Parwesius, adductis suis vbi plus imminebat periculi, cum maiorem partem arma abijcere conspiceret, ab altera Oppidi parte cum Culenburgio ac Ianchæo ad Regem transit. Perturbati horum defectione ciues ac veterani, segenius se defendunt: Franci è contrâ, propugnantiû paucitate conspecta, redintegrato recentium militum aduentu impetu, mense Iulio vi in Oppidum irrumpunt, ætati nec sexui parcunt, sed ferro ac libidine in omnes sauiunt, nil intactum relinquunt, ditioribus tantum ad redimendam vitam in vincula coniectis: ignis ædibus iniectus reliqua consumpsit. Mansere tantum ædes octo, cum Franciscanorû ac pauperum miserorumque publico hospitio. Tum muri diruti, fossæ repleta, excisæ Auennæ testimonium dedere, quæ tamen paulo post multo elegantius restaurata, vt etiamnum nostro apparet tempore, communita fuit. His Lodowici Regis coacti iniurijs tandem Belgarum Ordines, serio de Mariæ nuptijs cogitare incipiunt. Necessariû enim planè videbant, pro iustissima defendenda causa Principem quærere, cuius ductu consilioque non solum resistere, sed repellere Regem perfidum possent. Grauius igitur perpensis omnium Mariæ procorum conditionibus, tandem, inagnis inducti rationibus, ceteris omnibus Maxamilianum Austriæ Archiducem præferendum cõsent. Miserat non semel Cæsar Fredericus tertius, Maxamilianus pater, ad Belgarum Ordines cum publicè tum priuatim viros nobiles, omniumque ferè animos filio conciliat. Sed hoc mense honestissimam ad ipsam Ducem Mariam, ac congregatos cum ea Ordines, destinat legationem, Archipræsules Moguntinum ac Treuerensem, ex Imperij Septemviris primarios. His iunxerat Antistitem Metensem Gallica loquentem lingua, oratoris munere functurû, Lodowicum Bauarum, Georgium Cæsaris Cancell-

Cancellarium, cum multis viris nobilibus. Quum Bruxellam Brabantia venissent, Dux Maria Gandavi erat, aderatque illi Ioannes Cliuius Dux, qui pro filio Ioanne satagebat, quum tamen eius conditiones à Maria moribus essent alienissimæ. Scribitur Cliuij consilio Cæsareis Legatis, Bruxellæ certis de causis maneat, missuram ad eos Mariam viros nobiles, qui cum eis communicent. Sed reuera hoc vnum Cliuius moliebatur, vt Legati diuturna expectatione ad indignationem prouocati, sperni contemniq̃ Cæsarem iudicantes, indignabûdi sine responso in Germaniam reuertentur. At ij à Cæsaris admoniti amicis, præcipue verò à Margarita Eboracensi, Pugnacis vidua, quæ cum præcipuis Matronis pro Maxamiliano faciebat, contemptis literis Gandauum veniunt, admodum ægre Cliuio ferente. Sed cum impedire nō posset, è totius Concilij sententia decernitur, ne alijs Maria vteretur verbis, quàm aduentum felicem Legatis gratulata, adderet, sese ea, quæ proposuissent, ad Concilium relaturam, deinde responsuram; nec verbum aliud adderet. Hæc palam in Concilio, sed aliter priuatim à nouerca instructa, ac proprio instinctu mota, respondit quæ narrabimus. Legati in conspectum Mariæ totiusque Concilij admissi, cum legationi, exhibitis Cæsaris tabulis, fidem fecissent, omnium nomine Antistes Metensis verba faciens, ait: Carolum Pugnacem, ac Fredericum Cæsarem, facta ad Nucium pace, de Mariæ ac Maxamiliani nuptijs inter se conuenisse, despondisseque eodem tempore Pugnacem filiam Mariam Maxamiliano, in cuius rei testimonium, eo iubente, ipsam manu propria Maxamiliano literas quàm honestissimè ac suauissimè exaratas, fidemque de futuris nuptijs dantes, misisse, addita arrha adamante ingenti, aureo incluso circulo, ad digiti virilis circumferentiam adaptato. Rogare se quàm officiosissimè nomine Archiducis Maxamiliani, dignaretur Dux Maria datæ fidei satisfacere, ac cum Maxamiliano nuptias absoluere: prolatisque eodem momento literis ac adamante, omnibus inspicientibus audientibusque, anne vtrumque agnosceret, ac, vti narrasset, res acta esset, Mariam rogat. Placido serenoque vultu illa annuit, addens: Literas patris iussu à me ad Maxamilianum scriptas, quas cum adamante, Reuerendissime Præsul, manu tenes, agnosco, exemplum apud me custoditum adhuc habeo. Quod de adamante, aureo circulo contento, ac à me patris quoque iussu Maxamiliano transmissio narraffi, verum esse fateor. Legati responso Mariæ summopere delectati, grauissimo honore exhibitio gratias agunt, salutatisque Proceribus, è Concilio discedentes, ad hospitium genio indulturi reuertuntur. Aegerrimè Cliuius Mariæ tulit responsum. Locuta es, ait, non vti te decuit, sed vt voluisti: consiliarijs ista tuis erant respondenda, à te verecundiora expectabamus verba. At à nobis instructa vt res per-

sonaque

sonaque exigebat tua, non quod decebat, sed quod iubebat, respondisti. Reddit illa: Non poteram, salua fide nec honore, alia ratione vrgentibus me rei veritate Legatis respondere. Quæ enim inter me & Maxamilianum ante aliquot annos vtriusque parentis iussu sunt acta; vt datæ fidei satisfaciã, vrgent conscientia. Quo Cliuius audito, consideransq; non parua autoritatis vtriusq; sexus homines cum Maria sentire, filio suo aliã iudicã quarendã vxorẽ, post paucos dies valedicẽs cognata Mariæ in Cliuiã est reuersus. Rauastainus, Mariæ animo dudum perspecto, ante tres menses proci agere desierat. Rex Lodowicus iam antea de filij sui cum ea nuptijs desperarat. Conueniant paulo ante iussu Mariæ Louanij Belgarum Ordines, vt, audita Cæsaris legatione, aliqui de nuptijs statuerent. Admissi in Ordinum confessu, eadẽ, quæ superius sunt narrata, proponunt. Ordines de voluntate Mariæ, ac qui cū ea erãt Procerum, instructi, cõmuni assensu in nuptias descēdūt, mittuntq; cum Cæsaris in Germaniã Legatis Balduinum Lanoium, Mariæ primū Aulæ Præfectū, vt Cæsare, eiusq; filiū, de Mariæ Ordinumq; sententia ac voluntate certiores faceret. Remaserant Gandavi è Cæsaris Legatis Bauarus ac Cancellarius. Bauarus post paucos dies semiarmatus nomine Maxamiliani cū Maria Principū more cõcubuit. Exinde Maxamilianus, liberato è Nancæana cladis captiuitate Comite Chimao, in Belgas honestissimo cū comitatu proficiscitur. Sequebantur Archipræsul Treuerësis, Moguntinus, Marchio Badensis, Brãdeburgius, Albertus Saxo, Dux Iulix, Antistes Metësis, Langravius Hafsia, cū multis alijs sacri profaniq; ordinis Proceribus, ex vniuersa Germania honorandi Cæsaris filij causa cõfluentibus. Numerus nobiliū equitū, exceptis famulis, erat mille ducetorum, qui omnes Maxamilianum nudis capitibus præcedentes, sarta circū tēpora, è margaritis ingentibus confecta, quibus pretiosi intermiscēbatur lapides, ferebant. Ipse Maxamilianus argenteis armis auro variëgatis in equo cõspiciuus, hinc inde ab vtriusque ordinis Proceribus sepebatur, supra arma gerēs militare signum, quodè rubro nigroq; holoserico in morè Crucis Burgūdici stuebat, quẽ admodū omnes armati inermesq; eū præcedentes sequetesque ferebãt Nobiles. Singulæ Belgarū Ciuitates Colonia Agrippinã Legatos cum donis obuiã misere. Nec indonatus per Germanorū Vrbes iuit. Tandem 17. Mensis Augusti Gandauū perueniens, salutata sponsa, omnibusque Aulicis, eã, præeunte Ferrio Clugniaco, Antistite Tornacësi, 18. Augusti in vxorẽ ducit. Missa sacrificiū à Legato summi Pontificis fuit peractū. Aliquot exinde diebus Veneri ac Baccho datis, ad cõstituentū Reipublicæ Belgicæ statū, resistendumq; Fracis, ex Ordinum sententia animū adicit. Itaq; initio mēsis Septēbris Fgmōdẽ Dominū Valēchenas cum 100. equitibus Germanis mittit. Iungunt his Antwerpiani suo

L

are

are cōductos viginti equites ac trecētos pedites sclopetarios, cum quatuor tormētis capestribus. His cum copijs Egmōdius ad Fanū Amandī (quod Frāci iterū occuparāt ac munerāt) contendit, primoq; impetu interfectis 150. præsidiarijs capit. Qui in Abbacia erant, tantillis copijs expugnari non poterant. Discedēs Egmondus Oppido ignē iniicit, qui ad Abbatiā vsque peruagatus, eum Frācis iniecit terrorē, vt, ablatis rebus omnibus, Tornacū aufugerēt, asportatis Diui Amadi reliquorumq; Diuorū ossibus: arsit enim cū Oppido Abbacia. Mensē Decemb. decem Germani Valēchinēsis merentes, supra fide, occupāt Castrum Harchies, iuuatibus præsidiarijs, quos Castrum Dominus in eo habebat. Quenoijs Frācorū Praefectus re intellecta (clā enim Germanos corruerat) auxilio eis mittit Mōtfauconnijs Dominū cum quingētis equitibus. Is traiecto flumine cū viginti equitibus ad eos tendit, reliquos Crispini manere, ac reditū suū praestolari iubens. Valenchenas re per exploratores perlata, Philippus Cliuius praesidiū cōtra ducit. In prima acie erat Iacobus Galliotus cū Italis equitibus, Thomas Auricanus cum cētum Anglis balistarijs peditibus: hos sequebātur hastati Germani, cum centū sclopetarijs, quos ducebant Anthonius Sommius, ac Claudius Succraeus. Alterā aciem ducebat ipse Cliuius, habens ordinariā equitū suorum alam, comitabanturque suis cum equitibus Duisantij, Famarisij, VVargnij, ac Rondeletij Domini. Frāci in Abbacia expectabāt reditū viginti equitū, qui Harciā erant profecti, cōstituerantq; certis viarum spatijs exploratores, qui, propter densissimā niuem eodē momento ex aère cadentē, adueniētes Belgas videre nequibant, adeo vt pars eorum Crispinum intraret, antequā eos Franci adesse sentirent. Veritate patefacta, Franci in vnū conglobātur, balistarij Belgæ in pedes desiliunt, acerrimē ab vtraq; parte res geritur. Sed tandē in fugā Franci, desideratis vltra cētum viris, aguntur. E Belgis pauci cecidere, fauciati sex, eodemq; die intēpsta nocte Valēchenas summa cū festinatione ac multis captiuis reuertuntur. Hæc felicibus Archiducis Maxamilianus auspicijs mensē Ianuario anni 1478. primū gesta fuere. Paulo post Maxamilianus, data acceptaq; fide, in Principē à Brabātis, Flandris, ac Hānonijs recipitur, inauguraturq;, solitis cæremonijs primarijs in Ciuitatibus celebratis. Franci, qui Chimai in praesidio erant, eductis sexcentis equitibus, ac trecentis peditibus, in Beaumontios ac Thuinos, Duce Aureolo ac Nauuazo, praedatum proficiscuntur. Ex aduerso suos educunt Barbanfonius, Fredericus V Viternius, & quē vocabāt Busentonijs Vitulum, coactisq; trecentis quinquaginta equitibus, ac trecentis peditibus, Francos aperto campo praeda onustos aggrediuntur. V Viternius ac Vitulus primi hostem inuadunt. Pars Belgis equitibus resistit; pars in eorum pedes incurrens, ab iisdem in fugam ruptis ordinibus

dinibus agitur, Barbanfonio à latere Francos inuadente. Belgarum equites per duo milliaria hostem insequuti, non paucos capiunt ac interficiunt. Cecidere circiter nonaginta Franci equites, peditum verò pars maior, ac inter hos viri nobiles triginta: torques aurei sex mortuis detracti. Capti sunt ducenti sexaginta, cumque his Aureoli Signifer cum signo, ac duobus alijs vexillis, in quorum altero lupus verueces Ianians depictus cōspiciebatur, quæ statim Maxamiliano sunt transmissa. Chimai Comes, considerans praesidiū Francicū, quod erat Chimai, aduersa hac pugna admodum debilitatum, accepta à Maxamiliano potestate, octingentos circiter equites in vnū cogit, obscuraq; nocte Chimaū cū multis scalis proficiscitur. Sequebatur eum Boffuus, Mingouallius, Barbanfonius, Beuerus, Gauræus, Vitulus, Auxius, Succraeus. Ducebantur à Ioanne Goffeto, ac Ioanne Roberto, Oppidiciuibus, per densum arboribus nemus. Vitulus primus scalam muro apponens, cum paucis ascendit: hunc Chimaus subsequitur: reperiunt ciuem dormientem, ac militem Francum deambulantem, qui auro corruptus, mutata voluntate, eis manum praebens, ascensum iuuabat. Adfunt statim vigiliarum inspectores, perceptoque hoste arma conclamant. Aduolant reliqui suis subsidio, ac in Oppidum transcendunt. Pugnatur aliquandiu strenuē, sed tandem pulsi Franci, ad Arcem, qui potuere, fugiunt. Praefectus Nauius cum tribus fratribus eodem contendit. Aureolus non erat in Oppido. Cecidere triginta duo Franci, tres Belgæ, in potestatem venere multi, equi Francorum omnes capti. Arcem Chimaus obsidere cupiens, cum frustra à Maxamiliano auxilium petijisset, Aureolus verò cum iustis copijs Castellanis auxilio properaret, ad Maxamilianum cum praeda reuertitur. Circa festum Paschatis Maxamilianus Middelburgi Zelandiæ inauguratur, aderantque & Hollandiæ Ordines. Vt verò Houckios ac Cabbelliauos conciliaret, sex septimanis manens frustra dat operam. Interea Brugis parata erant necessaria ad Equitum Aurei Velleris suppletionem, quem Ordinem Maxamilianus in Templo Saluatoris iam primū accepturus ac daturus erat. Accepit Ordinem ab Adolfo Cliuio, Raustainæ Regulo, Torque cum Aureo Vellere collo eius appendente Lanioj Domino, Equitum huius Ordinis natu maximo. Tum ipse varios eodem ornatu honore, ac è Zelandis VVolfardum Borfelium, Terweræ ac Bochainæ Dominum, Grantprai Comitē, quæ eodem tempore Hollandiæ Zelandiæque praesicit. Tertio Cal. Maij, dum hæc Brugis aguntur, Francorū Rex Condæum Hānoniæ obsidione cingit. Maxamilianus Brugis cū exiguis copijs Ekelonium, indeque Bergas Hānoniæ peruenit, Francorum comitibus obliturus. Rex in itinere occupat Harciam, Villam, Barinartum, Monstreolū ad amnē Hainā sitū, vnde

Regio primū dicta Hainonia, nunc corruptè Hannonia appellatur. Præerant Cōdæo Mingouallius ac Fresnæ Dominus præsidio viginti quinque lanceariorū equitum, ac octoginta sclopetariorum peditū, quibus iuncti fidelissimī ciues, vix simul trecentorū virorū numerum implere poterāt. Habebat in exercitu Rex circiter viginti millia pugnatorum, fixeratq; tétoria à Xenodochio elephantiacorū vsq; ad nemus. Mouyus ab altera Oppidi parte Fresnā versus sedebat, ne Valenchinēses Cōdeanis auxilio venirēt. Quatuordecim maiorebus tormentis cōtinuis viginti octo horis. Ruinæ ingentes inuitāt Francos ad irruptionē: sed Mingouallius auxiliū nusquā expectans, ne suos temere certæ morti obijceret, Calendis Maij ea lege deditiōne facit, vt, qui exire vellent, saluis rebus omnibus possent; qui manere cuperent, tutè idē liceret. Simultas orta inter Mingoualliū ac Galliorū Valēchinensīū Præfectū, causā fuit ne Cōdæani auxiliū acciperēt. Oppidi Domina, cum filio Mingouallio, ac præsidarijs, Bergas Hannoniæ ad Maxæmilianum proficiscuntur. Quam diu Rex Condæi fuit, seruatae sunt conditiones. Eo profecto, Francici præsidij Rectores sono tubæ proclamari iubent, ad certum diem ciues vtriusq; sexus omnes simplici eaq; singulari tantum cum veste oppido exirent, addita capitis pœna si quis mansisset. Magnam pecuniæ summā à ditioribus hoc edicto, vt manere possent, extoriete: pauperibus enim omne solū patria. Post hæc se Franci dedunt Biesiū, Brisoliū, Estābruga, Haurechiū, Tressōga, Bostuum, ac circūiacentia Condæo Castella. Eodem tempore Tornaco, ac è vicinis præsidijs, cōueniunt circiter octingenti equites Franci, vsq; itinere Duce Iacobo V Velfio, defextore Hānone, in Flādriam prædatū proficiscuntur, Audenardam vsq; nil intactū relinquētes. Congregat in vnū Ioannes Dudsellius octingentos pedites, partim balistarios, partim hastatos: iungit se eis Thomas Auricanus, Audenarda cū Anglis egressus: assequunturq;. Francos ad Pagū Egeniū. Cōcurrūt hastati pedites cum equitibus, balistarij verò ac sclopetarij pedites retro dumera clam collocati, ex destinato Francorū equos virosq; traiciebant. Quare mox in fugam acti prædam amittūt, quadringentis partim captis, partim caesis; reliqui effugere. Cecidere ex Anglis quinque, è Belgis tantum triginta. Interea Maxæmilianus quatuordecim virorū millibus è Belgis in vnū coactis, hisq; duobus Germanorū peditū millibus iunctis, in hoc totus erat, Regem Francosq; Hannonia pelleret. Miserant auxiliares copias Brabanti, Namurcæi, Lutzenburgij, Flandri, ac Hollandi, quæ & naues non paucas armarant. Aderat adolescenti Maxæmiliano vniuersa ferè dictarum Prouinciarum nobilitas. Ab alia parte Iacobus Romontij Comes, ac Philippus Cluius, conscriptis quatuor virorum millibus, recipiunt Bostuum, Tresslongam, Haurechum,

ac Vil-

ac Villam. Maxæmilianus, cum exercitu Crispinum processit. Erat Condæi à Rege in præsidio relictus Mouyus. Is copias Maxæmiliani formidans, filium ad Regem, auxilia petitem, Atrebatum mittit. Rex exercitum in proxima Oppida disperferat. Rescribit, Condæum deserat, incendatq; Vt id commodiùs exequeretur Mouyus, omnibus Oppidi campanis sonum edentibus, ciuibus per præconem nuntuari iubet, crastino die summo mane ad Templum maximum conueniant, Deo gratias acturi de victoria quam Regi dederat. Parent ciues. Sacris intentis occluduntur Templi valua, diripitur Oppidum: exeuntesq; cum præda Franci, ignem sex locis iniiciūt, ac Tornacum ouantes postredie Cal. Iunij veniunt. Quinto post hæc die sex millia peditum Belgarum in agrum Quesnoum excursionem faciunt. Erant in Oppido quingenti veterani Francorum equites, quibus Comes Dampmartinus præerat. Irrumpunt, varijsq; locis cum Belgis dubio euentu certant; hi virtuti, illi multitudini confisi. Cum diu æquo Marte certassent, Franci octo equitibus desideratis in Oppidum, Belgæ quatuordecim amissis viris ad castra reuertuntur. Scribit Rex Dampmartino, exusto Quesnoo ad se cum præsidio veniat. Sed is Belgas discedere videns, non parer. Post hæc Rex ac Maxæmilianus in dies tredecim inducias faciunt, quibus stantibus, Chimai Comes à Rege impetrat, Quesnoo Francicum euocaret præsidium, qui solutis creditoribus Regi paruere. Mingouallius ac Busentonus cum ducentis Germanis nomine Maxæmiliani Quesnoum intrauere. Similiter & Bochainum Franci deseruere, eò cum præsidio intrante Bostuij Domino. Castrum quoque Antoignij, admissò cum Belgico præsidio Ioanne Lutzéburgico, reliquere. Erat hoc tempore Rex Cameraci, statim & hinc præsidarios Francos egredi, Præfectumq; Charitei Dominum, reddere quæ ex publico abutulerat, priuatilq; extorferat, iubet. Rex Templo D. Virginis dat dono mille ducenta aurea lilia, quo in cultum impenderentur diuinum. Discessurus Cameraco Rex, ad populum habita in foro conciuncula, excusat Condæi direptionem conflagrationemq; dicens ob murorum vetustatem, qui per se singulis diebus aliqua ex parte in fossam subsidebant, muniri Oppidum non potuisse; ac proinde cum abeundam miles vidisset, auaritia captum, iniussu Oppidum diripuisse, incendisseq; Hæc esse belli ex omni antiquitate calamitates, in eo auaritiam, crudelitatem, insolentiam, rapacitatem, ferum, ignemq; imperium exercere fauissimum. Quum primum Rex Cameracum esset ingressus, arma Imperij vbique deponi ac eradi iusserat, Francicaq; eodem loco reponi. Discedens contrarium iubet, hoc cauillo ad populum in foro, vt erat natura mordaciter iocosus, vsus: Volumus vos neutrius partis sectatores manere liberos, quemadmo-

L 3

dum

dum hætenus fuistis, vt tamen Vicecomites (quemadmodum semper fuimus) saluo omni iure nostro maneamus. Quod ad armorum insignia attinet, auferetis circa vesperam nostra, ac Auem vestram Imperialem suo loco constituetis, existimabitisque eam more hirundinum ac ciconiarum aliquot mensibus abfuisse, aliasque Regiones inuississe, vere miserè. Atque ita Rex relicta Hannonia, quam aliquot mensibus miserè, sed non sine suorum sanguine, vexarat, in Franciam est reuersus, aut quòd subito animum eius Imperij reuerentia subiit, aut quòd è re sua non existimaret hoc tempore Germanos Imperiumque irritare. Maxamilianus interea exercitum augebat, profectusq. Duacum, indeque ad Salicum pontem, Flandros magno numero cum armis, commeatu, bellicoque apparatu congregatos repperit. Sub idem ferè tempus Geldri omnes à Burgundis ac Maxamiliano palàm deficientes, Prouinciæ Tutorem nominant Fredericum Meursij Comitem, donec Dux Carolus adoleuisset, bellumque Hollandis, Brabantis, ac Cliuijs, quod biennio durauit, inferunt. Non cessabatur interea à bello in Burgundiæ Comitatu. Nam posteaquam Aurantius, deserto Rege, cum Vaudreanis, cæterisque Comitatus Proceribus, Fracos auxilio Germanorum ac Heluetiorum è Comitatu eiecisset, bellum acerrimum Burgudi Francique in Comitatu ac Ducatu inter se repetebant. Coëgerat enim Lodowicus Challenguionij Dominus, ex vniuerso Comitatu circiter quatuor millia equitum, ac non paucos pedites; castrisque iuxta Graiam positis, maiores Germanorum copias, Burgundiæ Ducatum inuasurus, expectabat. Sed Tramulius, omnibus in vnum coactis Francorum copijs, Graiam properat; vires ante Germanorum aduentum cum Lodowico collaturus. Non detrectat pugnam Chastanguionius, sed collata acie aliquot horis, acriter certans, tandem superatur, desideratis mille ducentis viris, ac ducentis cum ipso Chastanguionio captis, fuga Aurantio elabente. Hac tamen victoria Tramulius dedecus ad Dolam acceptum Regis animo delere non potuit, sed quòd eodem tempore perditis tormentis ac impedimentis Germanos contra se ac Heluetios irritasset, extorsionibus prædationibusque magis rem propriam quam Regis procurasset, gubernatione Burgundiæ post hanc victoriam motus, ei Carolus Ambosius, Chaumontij Dominus, Campangæ Gubernator, substituitur: qui vt facilius Comitatum in potestatem redigeret, magnis donis annuisque promissis pensionibus efficit, Heluetij, qui cum Burgundis militabant, domum reuocarentur: à quibus deserti Burgundi, per se Regi resistere non poterant. Vt verò omnino Heluetiorum sibi amicitiam Rex Ambosius, demererentur, in eorum Rempublicam ac numerum ciuium vt ascriberentur, impetratis publicis Tabulis, obtinuerunt: illi verò

Regi,

Regi, cum esset petiturus, sex millia peditum, stipendio quatuor millium Germanicorum florenorum cum dimidio in singulos menses ac pedites promiserè. His rebus peractis, Heluetij, desertis Burgundis, ad Ambosij castra, Regi militaturi, transiere, qui iustus instructus copijs in Comitatum contendit: Arcem Rochefortiam, haud procul Dolam sitam, iuris Claudij Vaudrei, aliquandiu obsessam, tandem compositione recipit. Exinde Dolam præfidio destitutam copijs cingit. Ciues cum paucis militibus ad resistendum se parant: Ambosius productis tormentis (frustra eos ad deditiõnem hortatus) murum verberat; ingentique facta ruina, inuasionis signum proponit. Prouolant Franci ac defectores Heluetij ad hiatum, opponunt corpora ciues, pugnatur per tres horas acerrimè ac pertinacissimè, submittit aliquoties Ambosius fessis ac faucijs recentes. Idem faciunt Dolani, nec viris desunt fœminæ puerique arma vinumque suppeditâtes. Sed cum promptissimi aut cecidissent, aut vulneribus debilitati decumberent, redintegrarentque Heluetij Francis mixti ferocissimè impetum, non diutius Dolani sustinere valentes, opprimuntur, obuij trucidantur, sexui nec ætati parcitur: cumque Oppidum Ambosius militum arbitrio concessisset, nullum libidinis, avaritiæ, nec crudelitatis genus est ommissum, ciuitas direpta ac incensâ. Hinc Ambosius castra Aullonnam transfert, quæ post sextum diem Præfeti proditiõne deditiõnem facit. Restabant in Comitatu pauca Castella subigenda, cæteris Oppidis ad Francos metu deficientibus, quæ partim donis partim minis sunt expugnata. Tum Ambosius consensu Rectorum, Besansonium Imperij Urbem, in medio ferme Comitatus situm, intrat. Promittunt Regi omnia quæ sunt Comitatus in Vrbe iura. Exinde res per tres menses in Burgundia quieuerè. His elapsis, Guilhelmus Vaudreus, Simon Quintius, ac nonnulli alij Proceres rebellant, apudque Ferretanos sexcentos veteranos pedites Germanos conscribunt, eius animi, vt Oppidum Beaunam, natura ac situ munitum, occupent, indeque bellum redintegrent: ciues enim omnes cum eis sentiebant. Sed Ambosius de consilio eorum certior factus, summa cum celeritate coacto milite, Proceres cum Germanis Verduni repertos obsidet, expugnatque; maioreque Germanorum parte trucidata, Proceres captos in Franciam mittit. Eadem fuit Beaunensium sine milite resistere conantium fortuna: vi expugnati, direpti, sæuaque omnia perpessi, Oppidum incenditur diruiturque: nec posthac quispiam amplius in Burgundia contra Regem rebellare est ausus, sed (vt mox dicemus) factis inducijs Maxamiliano Burgundiæ Comitatus à Rege est redditus. Eodem ferè tempore Maxamilianus Leodijs restituit Crucem, quæ iuxta basim circularibus aliquot gradibus ambitur, ac in summitate breui transuerso ornatur bacillo. Ea

plerum-

plerumque Leodij è solido sit marmore, signumque est Dignitatis Episcopalis, huic tantum Diœcesi vsurpatum, linguaque patria, *Piron*, vocant. Carolus Pugnax cum Urbem dirueret, insigniorem Brugas transtulerat, ac in Iani medio (Bursam vocant) collocarat. Gratissimum istud Leodiensi fuit populo, deuinxitque re parua non parum infestos eorum animos. Sub idem ferme tempus operâ Maxæmiliani, patrisque eius Cæsaris Frederici, Sueuici in Germania fœderis initia, ad repentinas factiões reprimēdas, ac terrorem Heluetijs iniiciendum, sunt posita, de quo paulo post plura. Quumq; intelligeret Venetos patrueli Sigismondo, Tyrolis Comiti, bellum intulisse, ob limites Ditionis Athelinæ, & quod Comites, ab Arqu, & Lodronios, ad lacum Benacum imperantes, obsequio Austriaco detrahere conarentur, Sigismondo è Belgis in auxilium mittit Suanneburgij Comitem, ac Gaudentium ab Embs, cum iusta veteranorum peditum manu, qui non solum Tridentum, quod Veneti ferè interceperant, in fide retinuerunt, verum Roueritium ad Athesim Venetorum Oppidum expugnarunt, obuiosque hostes, Duce Cæsare Camerto, ac Roberto Seuerinate, insigni prælio ad Gallianum superauere, multis occisis, pluribus Athesis vorticibus absorptis, qua clade perijt Venetorum Imperator Robertus Seuerinas, cum multa nobilitate, filiusque eius captiuus est abductus. Hac pugna domiti Venetorum animi, paulo post cum Austriacis pacem, quæ ad tempus durauit, fecere. Nono Cal. Iulij, hora tertia pomeridiana, natus est Brugis Maxæmiliano filius, cui est nomen inditum Philippus, cuius natalem hoc rudi metro numeralibus quidam literis expresit:

Omnibus acceptus regnat nouus ecce Philippus.

Quarto Cal. Augusti è sacro eum lauacro susceperè Margarita Eboracensis, Pugnacis vidua: infanti que nomen dedit Adolfus Cliuius, Rauastainæ Regulus, nomine Cæsaris Frederici, ac Petrus Lutzenburgius, Fani D. Pauli Comes, nomine Heinrici 7. Anglorum Regis: magnificeque ab his, à Brugenfi Senatu, mercatorumque Collegijs, donis est honestatus. Exinde prolongantur inter Regem Lodowicum ac Maxæmilianum in annum induciæ, quæ initium essent habituræ decimoquinto Cal. Augusti, ea lege, Rex Maxæmiliano restitueret, ante finem primi mensis, quicquid in Comitatu Burgundiæ ac Hannoniæ occuparat: quod, quanquam ægre, tandem Rex consentit, Germanos ac Heluetios veritus, quibus parum placere sciebat, Burgundiæ Comitatum Francicis prouincijs iunctum. Cætera verò Ditiones eo manerent statu, quo erant, donec sex viri, ab vtraque parte Tornaco missi, de absoluta tractassent pace. Denique Rex Tornaco præsidium deduceret, Urbemque liberam relinqueret. De pace, Francis non comparentibus, nil actum

nil actum est. Tornacenses, Regio liberati præsidio, mense Nouembri cum Maxæmiliano transigunt, pollicenturque se Francicum amplius non admissuros militem; ac quicquid in hunc vsque diem confiscatione perdidissent, restitutionis in integrum beneficio nunquam se repetituros. Varia his duobus annis exigua prælia, atrocia tamē, inter Belgas, Francos, vicinasque nationes mari exittere. Sed sub finem huius anni Belgæ, pulsus piratis omnibus, repressisq; Francis, maris possessionem obtinuerunt. Bello inter Francos ac Belgas ad tempus sopito, dissidium aliò serpsit. Gandenses enim mense Februario anni 1479. contra Urbis Rectores arma sumunt, quod teruncio singulum cereuisiæ poculum onerassent. Arma vtraque pars rapit, pugnatur diuersis Urbis locis, cadunt è plebe triginta quinque, capiuntur multi, pars capite plectitur, alij exilio multantur, Præfecti fabrorum ferrariorum, textorum, ac eorum qui aula concipiunt, in vincula conijciuntur. Decem captiui iam iam morituri, consententur decreuisse plebem interficere vtrumque Urbis Præfectum, (Balliuos vocant) Præfectos maiorum minorumque operarum, (Decanos appellant) ac Magistratum omnem, denique quique è honoratioribus se suis opposuisset conatibus. Spoliatos fuisse Abbatiam ac Templum D. Petri, Bauonis, Publicanorum mensas, domosque, sumpturosque fuisse in vxores filias ac viduas Nobiliū, opulentiorumque ciuium, gubernationemque Urbis, totiusque Flandriæ, ad plebem fuisse translaturus. Inaudita coniuratio breui pugna, proborumque victoria, non sine præsentis numinis Diuini auxilio extincta fuit. Interea Franci, non obstantibus inducijs, præsidia ex aliquot Hannoniæ Castellis non deducebant. Atrepta Belgæ occasione rumpendarum induciarum, Bossuij ac Harciæ Domini Sellam inuadunt, Francosq; deditio-nem facere cogunt, in qua Iacobus Lutzenburgius Francos, Fiennæ Regulus Belgas, aequali numero in præsidio locat: vterque enim in eius prætendebat. Quinto Cal. Maij alij Belgarum milites, Sellam astu iptrantes, Francos in vincula conijciunt. Sed cum Bossuij ac Hautbordini Domini cum ducētis equitibus Cameraco Sellam venissent, Francos redditus impedimentis liberos dimittunt; vteriusque progressi, occupant Creueceurium, Osnum, Esmam, Lesdaigium, Honecurtum, adiuti que auxilijs Philippi Cliuij, ac Ioannis Lutzenburgij, Bochainum, Francis Arcem retinentibus, sed paulo post vi eiectis, recipiunt. Baureuorium desertum reperiētes, præsidio quinquaginta galeatorum equitum firmant, commendantq; Domino de Hautbordini, notho Fani D. Pauli Comitis filio. Franci ex aduerso instantes Iunij Cal. septingentos equites cogunt, pedites multo plures; Duceque Creueceurio recipiunt Osnum, Creueceurium, Lesdaignum, Esmam, ac Baureuorium; Bochainum frustra tentat. Hæc dum fiunt, induciæ tamen violatæ

1479. non censebatur. Erant Duaci in praesidio Romontij Comes, Fiennius, Chanterainus, Salezarus minor, ac plerique alij, cum non contemnenda militum manu. Hos ut opprimerent, decimoquinto Cal. Iulij in agro ac Vrbe Atrebatensi coeunt quatuor millia Francorum. Inter noctu faciunt, inusitatas machinas secum ferentes, quibus portae occlusionem prohibitu-ros, ferrea ligneaq. cataraeta deiectione inhibitorum se statuerant. Varijs autem circa Urbem locis insidias posuerant. Prima in agro consistebat, maturis messibus ad hoc apto. Secunda rusticorum induta vestibus, ac sub ijs armata, commeatum ad Urbem adferebat, ijs, qui essent portam occupaturi, praesto futurae. Ceterae duobus diuersis locis, dumetis, fencicetis, paucisque arboribus consitis sese occuluerant. Erant Atrebatii veteribus ciuibus animo plerique erga Francos adhuc hostili. Hi, dolore percepto, foemina Burgundico nomini addictissimam Duacum mittunt, ac, quid Franci moliantur, Magistratui detegunt, is statim ordinum ductoribus. Comuni consilio portam Atrebatensem non aperiunt, sed maxima eorum loci tormenta collocantes, tam in insidiatores, quam eos qui ad portam accesserant, exonerant, omnesque, multis interfectis, in fugam agunt, Vrbe exire, ob Francorum multitudinem, non ausi. Hi vero summopere admirabantur, quia insidiarum rationem detexisset. Duacenses vero, ac vicinae Ciuitates, exinde contra Francos diligentissimas excubias instituere, tantum eos facinus stantibus induciji ausos admirantes, quae ad nil aliud inire videbantur, quam ut incautos deciperent. Hac de causa Bossuus Cameracum defendendum suscipit, eum cum centum lancearijs, ducentis balistarijs equitibus, ac quadringentis peditibus, quibus Valenchinenses stipendia persoluebant, profectus. Rex considerans veteres Atrebatii incolas primo edicto non omnes Vrbe excessisse, eorumque operam insidias Duacensibus structas fuisse detectas, ingenti constituta iterum poena, Vrbe migrent, iubet; moxque idem in Oppido, vbi nondum fuerat promulgatum, edicit, nemine, cuiuscunque conditionis aut sexus foret, excepto, neq. hos alibi ire habiturum, quam Parisios, Rotomagum, aut apud Turones, permittit, iisdem e locis altera euocata ac Atrebarum deducta colonia, Urbemque graui altero edicto Franciam, aut Fracouillam, vocari iubet: qua de causa Iudex Episcopi Atrebatensis (Officiale vocant) hoc utebatur in tabulis titulo, Officialis Libertinensis, &c. Abbas Diui Vedasti cum omnibus quoque pellicitur monachis. In Ditione Lutzenburgensi milites aliquot defectores Franci, Burgundi, Hispani, Belgae, Lotharingi, ac Barrenses inter se coniuantes, Duce Georgio Striorto, ac Perico Lorado, veteranis ordinum ductoribus, Oppidum occupant Vertonium, ac munitas aliquot Arces, unde immanes praedas e Maxamilianii subditis, ac circum Urbem faciebant Metensem. Fauebat eis Vvarneburgij Comes studio absens. Comes Chi-

maus

1479. maus Lutzenburgijs praefectus decem millia bellatorum congregat, obsidet Vertonium, maioribusque tormentis adeo quatit, ut praesidarii de defensione desperarent. Fit igitur his legibus deditio. Pro conditionum obseruatione, praesidarii obsides dant. Captiuos omnes siue subditi Maxamilianii, siue Urbis sint Metensis, sine pretio, vbi nam locorum derineantur, dimittunt, obsidesque, alios ad hanc rem dant. Milites externi, pedites equitesque, rebus omnibus relictis, thorace laneo tantum vestiti, albamque manu virgulam ferentes, liberi abeuntote. Qui e subditis in Oppido fuerint reperti, nulla conditione se arbitrio Chimai committunt. Eadem sit conditio Lotharingorum, Barrensiu, ac quorum Principes postremis induciji comprehendere voluerunt. Praefectus Georgius manu albam tenens virgulam cum ceteris abito. Lorado inter obsides maneto, donec conditionibus fuerit satisfactum. Abeuntes Chimaus sine detrimento ultra amnem Otham deduci curato. Nomine militum subscripsit Perico Lorado, nomine ciuium Magistratus Vertoniensis. Post haec in potestatem redactis septem munitissimis Arcibus, Ducatui Lutzenburgensi pax & quies est restituta. Sub finem induciarum Maxamilianus considerans Regem a pace abhorrere, ad Fanum Audomari profectus, exercitum ex omnibus nationibus sibi subditis firmissimum colligit. Addit Germanos ac Anglos, auxiliaque ab Aurantio e Burgundia, & a Chimaus e Lutzenburgijs missa, ita ut, delectu habito, circiter viginti octo millia bellatorum recenseret. Mouet sexto Cal. Augusti e Fano Audomari Terowanam, vbi Fraci iustum habebant praesidium. Praerat Oppido Fani D. Andreae Regulus, praesidio 400. galeatorum equitum, ac 1500. balistariorum peditum. Non deerant eis tormenta maiora minoraque, nec ea omnia quae ad diurnam obsidionem perferendam erant necessaria. Multum damni tormentis quotidianisque eruptionibus Flandris magno numero ad hoc bellum profectis, castraque separatim habentibus, inferebant. Necessaria Maxamiliano ad expugnationem parante, nunciatur Francos ductu Creucecurij iusto cum exercitu ad soluendam obsidionem properare, trecentosque lancearios equites praecursores in Pago esse Teneu. Mittit Maxamilianus Salezarum cum centum sexaginta equitibus, qui inexpectato aduentu, Francorum exploratores timore percussos breui pugna in fugam vertunt, sexaginta cum equis & armis ad Maxamilianum, paucis desideratis, perducunt. Captiuum affirmabant Creucecurium cum exercitu ad Pagum Blangensem esse, statuisseque, proelio decertare. Quare Maxamilianus exercitum, diuersis locis ad obsidendum premendumque Oppidum dispersum, vnum in locum contrahit, maiora tormenta omnia, impedimentorumque partem, ad Oppidum Airam deuchi iubet, minora campestris; in pugna vsum seruat. Videbant ac cauebantur Terowanenses, quiritantes num

M 2

adue-

1479. adueniente Regio exercitu fugam circumspicerent. Mingouallius ponte reperto, per quem tormenta minora, pedites, cæteraque necessaria per amnem Lysam (cuius ibi haud procul fons est, ac proinde non admodum impeditus) veherentur, Maxæmiliano nunciari iubet. Is ad loci pontisque custodiam quatuor Flandrorum millia deputat, deinde exercitum omnem traducit. Habebat Creueceurius circiter tria millia equitum, quatuordecim millia peditum, ac sex millia rusticorum, comæatus viniq̄ vim magnam, campestria tormenta multa, ac duo maiora. Proficiscitur Blangefio ad collem Enguinensem: quo occupato, solaribus radijs in nitidis Francorum ferreis thoracibus resplendentibus, terribilem procul aspectum præbebant. Erat è regione huius collis alius eiusdem altitudinis ac latitudinis, quem Guinegatam vocant, in quo Brandecurtij Dominus Creueceurius iussu cum equitibus stabat lancearijs. In valle horum collium Francorum impedimenta plaustris imposita visabantur. Dat Maxæmilianus Salezaro negotium sustinendorum leuium præliorum. Ipse suis quadrata in acie constipatis, ad hostem loci æquitate sidentem pergit. Erat in fronte I homas Auricanus cum trecentis Anglis balistarijs peditibus, quibus aliarum nationum balistarij sclopetarijque numero ter mille iungebantur. Hos sequebantur tormeta, quæ subinde in Francos exonerabantur. Tū militare Archiducis Maxæmiliani visabatur signū, circumdatum à Proceribus Germanis ac Belgis. Romontij Comes Flandros pedites balistarios ducebat, cum Sorre Comite Germano. Eingelbertus Nassauij Comes hastatis Flâdris præerat. Equites Maxæmilianus vix mille habebat, quos in minutas acies ad peditū latera distribuit. Creueceurius Francos in tres distinxit, more gentis, acies, erantq̄. cum eo viri nobiles militares non pauci. Erat hoc die Maxæmiliani Legatus Fiennæ Regulus, Creueceurius Iacobus Aillonius. Vterq̄. Dux suos ad honorem ac decus quàm poterat ardentissimè inflammabat. Sed iustiori in causâ Maxæmilianus ad suos concionatus admonēbat, meminissent concurrere homines, victoriam à solo Deo expectandam. Eum semper causis adesse iustis. Scire omnes qualis esset sua. Pugnare enim se pro defendenda vxoris infantisque filij auita legitimaque hæreditate. Ea se repetere, quæ iniquissimè Frâcorum Rex orbæ viduæ, ac pupillæ adolescentulæ, eiusque infantis, contra ius diuinū ac humanum, cõtra naturæ legem, summa cū iniuria, calamitosissimotē posse eripuisset. Quibus cū se Deus Tutorē, vxor patrem fecisset, non posse aliud quàm cum viris fortissimis generosè magnoque eos animo defendere. Aliena se non petere, sua tantum repetere. Promitterēt igitur singuli, sese in honorem crudelissimæ mortis Iesu Christi 3. ferijs sextis pane ac aqua contentos fore, quos Deus incolumi vita victores domum

domum aut ad castra remisisset, terque extemplo flexis genibus à Deo victoriam peterent, vti se primum omnium in terra prostratū facturum essent conspecturi. Tum Maxæmilianus in terram proiectus precatur ac vouet. Idem statim omnes faciunt. Absoluta precatione in pedes erecti, manus in aëra extollunt, ac, quod petierat, magno cum clamore promittunt, non paucis lachrymis gaudio erumpentibus, utq̄. statim in hostem ducerentur precantibus. Tanta enim erat in Maxæmiliano, nondum viginti annos nato, oris dignitas, vultusque Imperatoriam grauitatem referentis Maieestas, vt omnium animi eo loquēte arderent, verbaque virili voce prolata ad eò singulos animarent, vt nullus eo Duce de victoria in iustissima dubitaret causa. Exinde equestri dignitate ornat Carolum Croüiacum, Queueraini Dominum, Chimai Comitis filium, Adrianum Blossum, Ioannem Crecquiacū, Georgium Rochæum, Lodowicum Pratum, Ioannem Gruithussum, Michaelem Condæi ad Scaldim Dominum, Anthonium Barlettæū, Thomam Auricanum Anglum, ac alios id petentes. Sublato clamore, Germani Anglique in fronte collocati in terram se pronos conijciunt, eamq̄. suo veterique more exosculantur, ac resurgunt. Flandri ac Burgundi ventrum ac solis radios in tergo habebant. Secūda erat post meridiem hora, calor intentissimus, ardor ab vtraque parte pugnandi maior. Et quoniam tormenta Maxæmiliani Francis multum detrimenti inferebant, mutauit Creueceurius tres suas acies in multas exiguas, quibus Maxæmilianum circumuenire, ac vt à fronte, à tergo, ac à lateribus pugnaret, cogere nitabatur. Quingenti lancearij equites Franci, ac multo plures balistarij, sublato clamore, tubisque resonantibus, Austriacos equites Belgas, qui ab vtroque aciei stabant latere, vehementi impetu inuadunt. Exciipiuntur fortiter, ac quo acrius Belgæ resisterent, è multis aciebus vnâ conficiunt. Pugnatur hac ratione impari numero aliquandiu acerrimè. Sed Frâcorum equitum multitudine oppressi, tandem fugam Airam versus arripiunt. Insequitur eos Creueceurius ac Torcius cum tribus equitum turmis longius quàm exercitus Ducem decebat. Inter fugientes erat Philippus Cliuius, Brimæus, Busentonijs, Despierres, Volquestainius Germanus, diuersas singuli ingressi vias. Hoc dedecus vindicat Nassauius, ac è ab altera parte in fugam balistarijs Francorum equitibus, qui in hastatos pedites Belgas incidentes rumpuntur, ac in fugam aguntur. Maxæmilianus, equitum suorum conspecta fuga, peditum phalangem, cui se iūxerat, promouet, ac primus fortiter lanceam pedestrem, in strennum equitem Britonem nomine Alexandrum rumpit, eumque equo deiectum propria manu capit. Philippus Cliuius, multis è fuga collectis equitibus, acri eos admonitione in pugnam reducit. Quadringenti lancearij Francorum

479. equites, Belgas cædendis balistarijs suis occupatos videntes, ab alia se eos parte inuadere velle simulantes, Viesuillam tendunt; reperientesque impudentorum Belgarum partem, ab ijs, quibus eorum cura erat demandata, destitutam, diripiunt, lixas, calones, mulieres, pueros, hominesque sacros interficiunt. Sed mox superuenientes aliquot Flandri balistarij ac lancearij pedites, cum equitibus à Cluio in pugnam reductis, Francos erepta præda in fugam conijciunt, non paucis, ut eos sine ordine reperiebant, interfectis. Francorum cæteri equites, sapius renouato imperu, Flandrorum phalangem rumpere conati, operam perdidere. Equi enim virique aciem ferro vndeque rigentē, ac non semel infeliciter tentatam, horrebant. Altera Francorum acies, à latere Flandros inuadere conata, repertis tormentis quæ vsui esse desierat, sui iuris facit. Sed Romontius eodem conuersus, per fortissimos suæ aciei pedites, Francorum equites in fugam agit, tormenta recuperat, fugientesque insequutus in mediam peditum Francorum aciem agit, vnaque operam dissipat, reductis in potestatem Francorum impedimentis ac comætu: quod cætera eorum acies conspicata, balistariosque pedites ac equites, ruptis ordinibus dispalatos, hinc inde vagari, desperata victoria, fugam omnes intento cursu arripiunt. Calore enim Solis resoluta corpora nec arma diutius ferre, nec pugnare poterant. Creueceurius ac Torcius, è prima equitum Belgarum insecutione reuerentes, sperabant eundem aliarum acierum successum se reperituros, rectaque ad impedimenta Francica, vbi comætus erat, rescindendis corporibus tendebant. Sed in hastatos incidentes Flandrorum pedites, pars maior capitur, aliquot cæduntur, pauci cum Ducibus effugiunt. Insequebantur Austriaci Belgæ ac Burgundi fugientes ad portas vsque Fani D. Pauli, Hedsini, Dorlani, Bethuniæ, ac vicinorum locorum. Sed cum omne periculum euasisse se putant, in maximum incidunt. Rustici enim, nomini Burgundico addictissimi, itinera, nemora, dumetaque insidebant, fugientes excipiebant, iugulabantque, hic Francici nominis odio, ille prædæ cupiditate incitatus. Ad hæc, Oppida quædam Regi subiecta, fugientibus portas aperire nolebant, nisi aduenientes Præfecti eos mendacio decepissent. Quod si Maxamilianus fugientium vestigijs insistere potuisset, non dubium est quin Oppida præsidijs destituta ei patuissent, in primis verò Terowana ac Atrebatum. Sed pauci equites, qui viginti octo horis ex equis non descenderant, insuperque & cladem acceperant, peditesque lassitudine & sudore fluentes, rescindendi necessario eodem erant loco. Requieuit igitur Maxamilianus ca nocte in castris & tentorijs Francorum. Durauerat enim pugna ab hora secunda pomeridiana, vsque ad octauam vespertinam. Postero die Airam peruenit. Creueceurius, dispersas in vnum colligens copias, Blan-

1479. Blangesij mansit, quatuor tantum peditum cohortes habens, ac paucos equites, summoque mane Hedsinum venit. Periere è Francis circiter nouem virorum millia, ac inter hos Peureusij Comes, Argentellius, Bauuosius, Torcij Legatus, Mauritius Dordanus, Breccius. Capti sunt perpauci. Pugna huic varia indita sunt nomina, Blangiaca, Viesuilla, propter horum Pagorum propinquitatem; Guinigataa, nomine collis in quo ac iuxta quem est pugnatum. Aparte Maxamilianum Romontij Comes in dextero crure fuit vulneratus, captus Lignæus ab insecutione fugientium Francorum reuersus, ac in rusticos incidens, qui pugna expertes, quum procul tantum arma increpuissent, seruato ordine Francis fugientibus abibant. Prima equitum Belgarum fuga capti fuisse, ac mox pro maiori parte iterum liberati, Oliuerius Croniacus, Michael Códatus, Fresnæ Dominus, Polhaius Germanorum Præfectus, Anthonius Berlettus, Grantinetus, Amandus Bruxellensis, Carolus Mercanus, Ioanes Gruthusius, Sebastianus Tiloius, Quænoius, Vvesemalius, Meruanus, ac plerique alij. Ioignij Comes in iugulo fuit vulneratus. Ioannes Cruningius duos sub se perdidit equos. Philippus Mannesius signum Maxamilianum militare è terra releuauit: qui enim id inter equites tenuerat, vulneribus confectus, diutius gestare nequiebat. Ipse Maxamilianus ter summo fuit in periculo. Captus fuisset, rediens ab insecutione equitum aliquot hostilium, ac ad peditum suorum phalangem contedere se putans, cum recta iret ad equitum Francorum turmam, nisi Carolus Croniacus, Comitis Chimai filius, eum de rei veritate admonuisset. Equites Belgæ, desideratis ducentis viris, victoriam fecere cruentam, periereque inter hos Iacobus ac Anthonius Halwini, Iodocus Rudlegerus, Petrus Ardenburgius, Henricus Parwesius, Ioannes Rotfelarius, ac aliquot alij viri nobiles. Pedites cecidere perpauci, quorum constantia (equitum tamen suorum visa fuga) Maxamiliano victoriam parauit, in primis verò Flandrorum, qui eodie non exiguam laudem militari obedientia, fortiterque pugnando, obtinere. Rustici arma omnis generis per agros camposque strata collegere, mortuosque spoliare, prædæ participes, pugna expertes. Atrebatensis Ditionis agrestes, victoria Maxamilianum animis elati, itinera omnia munire, ac insidere, nemora etiam, torrentes, ac amnes, adeo ut Franci præsidijs exire non auderent, nisi iusto stipati numero. Rex Lodovicus primò ægerrimè tulit, Creueceurium prælij tentasse fortunam. Sed is eos culpans qui relicto hoste impedimenta diripuerat, imbellemque turbam trucidarant, facile se excusat. Addebat se nunquam existimasse, inde Maxamiliano victoriam obuerturam, vnde certam illi cladem, Regi verò victoriam sperarat, nimirum à Flandris Pagis ac Oppidis excitis, quos nunquam existimarat tanta constantia ac virtute

1479. virtute contra veteranum Francorum equitatum fuisse dimicatu-
ros. Atqui hac ratione septimo Idus Augusti inter Francos & Belgas, ad
Guinegam, vario cruentoque prælio, ancipiti aliquandiu Marte fuit
pugnatum: quod prælium Cominæus adeò frigide describit, ac si vei-
taria tantum non iusta, fuisset pugna, quum ab utraq. parte ultra qua-
draginta virorum millia in aciem descenderint; additque, Maxæmi-
lianum nil præter obtenti campi decus retulisse, cæteris in rebus Fran-
cos superiores fuisse. Sed non mirum hic eum, quemadmodum cæteris
in rebus, Francis ad os ac gratiam loqui, apud quos quo loco tum erat,
facile proprijs eius è verbis apparet. Post hæc Maxæmilianus Flådros
prolixè laudatos domum dimittit; utque in proximum mensem Octo-
brem iterum sint parati, perit. Stipendiarios milites in præsidia locat.
Mense Septembri in vnum coactis mille equitibus, ac peditum sex
millibus, Romontij Comitum ad obsidendum Maubonium Castrum
munitissimum à prædonibus infessum mittit. Post varias oppugna-
tiones arbitrio Romontij se dedentes, pars seminuda dimittitur, pars
ad arbores strangulatur. Præfectus prædonum Cadetus iuxta Airam à
proprio famulo iussu Romontij confoditur. Timuerant tale quid præ-
dones; ac proinde cum diutius sustinere se non posse viderent, sub ma-
gno straminis aceruo tormentarij pulueris libras aliquot absconderat.
Belgæ direpto Castello ignem iniicientes, cum adhuc multi hinc inde
prædantes vagarentur, ignis reconditum in stramine puluerem corri-
piens, supra centum milites extinxit, aut miserabilem in modum am-
busit. Haud procul hinc Castellum erat Liertes, ædificatum à Simone
Lutzenburgio, Præfecto Ecclesiæ Canonicorum apud D. Audomarum.
Et hoc aliquot prædatores Franci occupant, qui, audita Maubonen-
sium fortuna, non expectato Romontio vasa colligentes, incensa arce
discessere. Hinc Lilerium Romontius peruenit: sed propugnatorum
non inueto, ignem tectis iniiciens, ad Maxæmilianum cum copijs re-
uertitur, qui cum altera exercitus parte (iam enim iterum Flandri con-
uenerant) ad Fanum D. Pauli castra habebat. Hoc enim Oppidum bis
mille ducenti Germani Francorum Regi militates custodiebant. Exit
pars alacriter, experiuntur cum Belgis vires, discedunt paucis vtrinque
desideratis æquo Marte. Hinc Belgæ ad Atrebatensium vsque portas
nemine contra exeunte excurrunt, mille artibus Regios ad pugna fru-
stra irritantes. Dimisso igitur Maxæmilianus exercitu, veteranos in
præsidia distribuit: quo Franci intellecto, ex arte bellica, congregatis
circiter septingentis lancearijs equitibus, cum aliquot peditibus, Han-
nones inuadunt, Solemnem exurant. Idem fit à præfidiarijs Francis qui
erant Bethuniæ, Terowanæ, ac ad Fanum D. Pauli: excurrunt in Flan-
driam, Borburgum incendunt, ac mox cum ingenti præda, multisque
capri-

captiuis, ad præsidia reuertuntur. Præsidium Chimaicum (Belgæ erant) 1480.
Ditionem Leodiensem Francis fauentem insigniter depopulatur, ac cum
ingenti præda Chimaum reuertitur, multaque similia quotidie hinc in-
de edebantur facinora. Mensis Ianuarij die decimo anni 1480. circa 1480.
horam diei vndecimam, parit Bruxe llæ Maria filiam Margaritam: ab-
luitur à Ferrio Clugniaco, Præsule Tornacensi, ad D. Gudulam, susce-
pereque è sacro fonte Margarita Eboracensis, Pugnacis vidua; Anna
Burgunda, Rauastainij vxor; ac Ioannes Chalonnus Aurantij Prin-
ceps. Huius quoque anni initio Ioannes Carodeletus, Schampuanus;
Dominus, Burgundiæ fit Cancellarius, in locum Guilielmi Hugoneti,
à Gandensibus interfecti, Aurantij Principe ægerrime eius promotio-
nem ferente. Petierat enim sapius eandem dignitatem pro Guilihel-
mo Rochefortio, qui postea Franciæ Cancellarius est factus. Vere hu-
ius anni Gandenses Ordinū Flandriæ consensu, maximeque Dudzellæ
Domini instinctu, Maxæmiliano leges sumptuarias, quibus familiam
instituat, Ditionesque regat, scribit; complures in exilium agentes, qui
ab eo dignitatibus ornati, diu probe recteque munis functi fuerat: qua
insolentia cum vxore Maria Vrbe discedens, Mechliniam contendit;
eaque ibi relicta, Bredam est profectus, inde Gerrubergam; conscen-
saque naui, Roterodamum venit, vbi in morbum incidens, adeò graui-
ter aliquandiu laborauit, vt medici de vita desperaret. Sed tandem na-
tura morbum superante conualuit. Sub idem tempus Salezarus Dua-
censium Præfectus Oppidum occupat Establifum, ciuibus in Arcem
confugientibus, magnamque pecuniæ summam, ne ædes exurerentur,
persoluentibus. Centum viginti Francorum equites agrum depræda-
bantur Insulensem. Rustici varijs è Pagis congregati, insidias eis
struunt. Exeunt Vrbe rusticis auxilio triginta equites, ac totidem pe-
dites; repertisque cum ingenti præda Francis ad Pagum Fretiuum, quin-
decim occidunt, reliquos cum præda Insulas captiuos perducunt. Exin-
de Francorum Rex circiter viginti virorum millia in Ditionem mittit
Lutzéburgensem, Duce Carolo Ambosio; qui primo impetu Vertoniū
expugnat, præfidiarijsque partim caesis, partim captis, paulo post Iuo-
siam per deditioem accipit, ac in Franciam cum copijs reuertitur.
Chimaus enim, Bossuus, Faius, ac Bisse Comes, congregatis circiter
duobus peditum millibus, ac octingentis equitibus, recipiunt exurunt-
que arcem Haspræam: mittitque Maxæmilianus Chanterainæ Dominū,
cum alijs quatuor virorum millibus, vt prædatorum aliquot Castella
apud Lutzenburgios, Namurçeos, ac Leodios expugnet. Is primū ad
deditioem cogit Arcem Drencinam, solutibus pro vitæ redemptione
prædatoribus decem florenorum millibus, Francisque sine impedimen-
tis abeuntibus, ac Præfecto Pullone promittente se nunquam arma

1480. contra Maxemilianum portaturum. Inde ad Castrum Longuesium ducit. Sed loci Dominus cum Chanteraino transigit, persolutis, ne castrum dirueretur, decem florenorum millibus, dimissoq; presidio. Abbatia Staulonia direptionem etiam redimere est coacta. Hinc ad Arcem proficiscitur Sauxam admodum minutam, qua libertatem sex florenorum millibus redemit. Tandem Baumontium peruenit, cuius Oppidi Domina, e familia Croüiaca, Comiti nupsit VVarneburgio, animabatque suos (marito in Germaniam profecto) ad fortiter resistendum. Quatiuntur muri, fit ruina, irrumpunt Belgæ, fugiunt milites, ciues, ac Domina ad Arcem, Oppidum diripitur ac incenditur: quique victor miles Arci minitaretur, missi à VVarneburgio Legati, pacem impetrant. Cedit Domina Arce, tantum efferens, quantum tribus plaustris nouem equi trahere poterant. Præficitur Oppido Arcique Roulerij Dominus, illa ad maritum in Germaniam proficiscitur. Exinde Maxemilianus dimisso exercitu Lutzenburgum venit, inauguraturque. Inuisit hic eum Archipræful Treuerensis, comitatus quadringentis equitibus, adductoque VVarneburgij Comite, quem Maxemiliano conciliat. Ut verò Rodemarcum acceptis decem florenorum millibus Maxemiliano restitueret, induci non potuit, donec astutia aliquot Procerum, ad obsidendum Rodemarcum sese missos simulantium, eò perduceretur, factisque trium mensium inducijs, interea pacem absolutam concludunt. His rebus peractis, Maxemilianus in Belgium, Chimæus Lutzenburgum dimisso exercitu reuertuntur. Sub huius anni finem VVolfardus Borselius Houckicæ factioni fauere repertus, præsertim ob non salutam nec repressam seditionem, quam ij præsentia Adolphi Rauastainij ac Ioannis Egmondij, in Oppido Gorinchemio, gubernationi Hollandiæ Zelandiæque renuntiare iubetur, succeditque ei Iodocus Lalanus. Borselius subito Terveram (Campveram vocant) profectus, cum rebellaturus crederetur, coacto Maxemilianus in naues milite eò contendit, ac sine vlla recusatione admittitur, quæstionem de Borselij consilijs ac statu instituit. Profugerat is cum liberis ac suppellectili Gandauum, Oppidoque præfecerat Paulum Borselium, fratrem spurium. Sed quum nil contra se molitum Maxemilianus reperisset, in veterem gratiam receptum, oppidanos solito illi more parere iubet; ac statim cõscensã naui, Brugas reuertit

1481. vere anni 1481. Maxemilianus iterum in Hollandiam profectus, bellum Houckijs infert. It cum eo Salezartus, Fani D. Martini Dominus, Habartus, ac plerique alij nobiles Præfecti. Capiuntur capita aliquot Houckiorum, ac securi percutiuntur. Urbem Leidanam in quinquaginta millia florenorum condemnat, quod sine causâ Houckios admittet.

1481. sisset. Guilihelmum Mercanum Arenbergium, de duobus homicidijs reum, multis pro eo interpellantibus, in gratiam recipit, interque domesticos admittit, non paucis tamen distortum ingenium moreque tetricos cauendos admonentibus. Exinde è Hollandia contra Francos proficiscitur. Expugnat, diripit, ac exurit Baumontium Hannoniæ: Arx, quum aliquandiu tenuisset, tandem quoque deditioem facit. Sed vix inde cum exercitu discesserat, quin statim Belgæ à Francis pellerentur, quod iterum Maxemilianus in Hollandiam contra Houckios omnia perturbantes proficisci esset coactus. Roterodami ac Gaudæ honorificè admittitur, tum Audewateræ ac Leidæ, capite hic puniès Theodoricum Potterum, authorè vt Heinricus Brouchusius Gledrico cum presidio in ciuitatem Houckijs auxiliaturus admitteretur. In profecto Paschatis Hagam Comitibus venit, indeque post octo dies Dordracum, quod Egmondus non ita pridem, eiectione astu Houckijs, sexto Aprilis hac ratione occupat. Proficiscitur Egmondus tribus cum nauibus, in quibus Duce Thoma Auricano delitescerant centum viginti Angli balistarij pedites, ac aliquot Belgæ Duce Anthonio Brabantio, ac Michaele Bergio, Dordracum versus: naues verò in superficie salignis viminibus erant tectæ. Ciues nil aliud eos vehere existimantes, in portum admittunt. Illi militem media ciuitate subito surgere iubentes, eam occupant, Auricano leuiter vulnerato. Consul ac Scoltetus auxilia factiosorum ciuium aduocantes, obruncantur, deinde Houckicæ factionis capita gladio percutiuntur. Maxemilianus Nonis Maij, posteaquam res Hollandicas ex animi sententia concessisset, Boscoduci numerum Equitum Aurei Velleris supplet; filiumque Philippum trimulum, equitem creatum, aureo torque condecorat. Venerat & Maria vterum gerens Boscoducum, vt cum marito inauguraretur: scenamque ligneam medio foro erectam ascenderat. Ea repente, caremonijs nondum finitis, rumpitur. Maria, cum omnibus qui in scena stabant, præceps fertur, nemine è casu se sauciante, nec conquerente. Norantur hic ignominia, qui ad Francum deficientes, fidem Principi Belgarum violarant, inter quos fuere Philippus Creueceurius, Esquardes Dominus; Ioanes Neufcastellus, Môtagnij Dominus; Philippus Pottus, Rochæ ac Nolaij Dominus; Ioanes Damascius, Cleisij Dominus; Iacobus Lutzenburgus, Richeburgi Dominus; eoque loci, vbi eorum gentilitia in clypeis steterant arma, tabula reponitur, nil continens præter causam, quare, erasis armorum insignibus, equitum numero essent moti. Sed in nemine grauius maioriq; cum ignominia est animaduersum, quam in Philippum Creueceurium. Signa enim eius gentilitia inuersa, ante summi Templi valuas, vt proditoris, sunt collocata. Pridie Cal. Iulij annue inter Francos ac Belgas induciæ publicantur: que ita sunt seruata,

1481. vt interea ab vtraque parte miles à prædationibus agrorumque populationibus non abstineret. Sub idem tempus Geldrij, præcipueque Neomagenses, Brabantorum Hollandorumque agros continuè incurfionibus vastabant, Meurfio eorum nomine cum Cluio bellum gerente. Quare Maxæmilianus cum mediocribus contra eos copijs profectus, varijs locis minutis prælijs Geldros fundit, sed nullibi maiore incommodo quam iuxta VVageningam, qua pugna quingenti ciues Neomagenses, exceptis exteris, periere; capti sunt multo plures. Domiti Neomagenses, cæteriç; Geldri, cum Maxæmiliano transigunt, omnesque se eius potestati, exceptis Vennelonijs, committunt. Proficitur Maxæmilianus cum vxore Neomagum, ac in Geldria Duces inaugurantur. Idem fit Zutania, præficitque Geldria ac Zutaniae Adolsum Nassouium à VVisba, qui (vt postea narrabimus) non rectè nec probè hoc munere est functus. Vxore Maria Bruxellam remissa, Rurmondæ militem cogit, ac Venneloum obsidet. Quumque muri tormentis dissecti militem ad irrumpendum inuitarent, emisis Vennelonij Legatis, honestis legibus deditioem faciunt. Inde dimisso milite Maxæmilianus Antwerpiam venit, vbi ab ignotis aliquot sicarijs circa vesperam occiditur Dudzellæ Dominus, summus Gandensium Balliuus, vir turbulentus, seditiosus, Maxæmiliano hostis, ac postremæ Gandensis seditionis caput, circumscribendique Principis author acerrimus, eaque de causa plebi gratus; quæ eius morte intellecta, alium seditionis Ducem animis circumspicit, causamque quærens, mox Vrbe ac Flandria exulare iubet Gasbechi Dominum, multosque alios claros nobilesque viros. Postridie Cal. Septembres nascitur Bruxellæ Maxæmiliano filius Franciscus, qui vigesima tertia Decembris sequentis obiit. Exinde Franci occupant Oppidum Cambresiacum, haud procul Cameraco situm, inde Condæum vsque ad Scaldim excurrètes. Erat hoc tempore Maxæmilianus cum vxore Brugis. Exit illa cum nobilium virorum ac virginum comitatu ad venationem, inspectura hierosalconum ac accipitrum, quibus plurimum delectabatur, artem ac solertiam. Insidebat noto Asturconi, admodum animoso ac feroci. Cingula quæ sellam selloriam stringebant, dum incitatus Asturco ardèntius fertur, inter currendum soluuntur. Labitur supina equo Maria in tergum, læditque costas adeò grauiter, vt post tertiã septimanã decubere cogeretur. Hactenus enim vim mali dissimulãdo, nemini aperire, mariti causa, fuerat ausa. Tandem accedente continua febre, Deo in Vrbe

1482. Brugenſi quinto Cal. Apriles anno 1482. animam reddit, quintum grauida, etatis anno vigesimo quinto, incredibili cum dolore Maxæmiliani. In ipso enim adolescentiæ flore ac vigore constituti, inuicem tenerrimè adamabant: quod vel ex eo constat, quia per omnem exinde vitam,

vitam, cum de ea Maxæmilianus mentionem inferret, aut fieri audiret, à lachrymis aut suspirio abstinere non poterat. Fit viduus anno ætatis vigesimo tertio. Conditur Maria (vt petierat) summa cum celebritate Brugis, in Templo Diuæ Virginis Mariæ, tertio Nonas Apriles. Cor Antwerpiæ in matris sepulcro clauditur.

VITAE MAXÆMILIANI PRIMI CAESARIS, AC PHILIPPI Austriaci filij eius, pars altera, HISTORIAE LIBER SECVNDVS.



Maxæmiliano vxori Mariæ iusta persoluente, Fræcorum aliquot Præfecti, quarto Calendas Apriles, vigilum negligentia, Bohainum occupant, ciuibus ac prædicatorijs ad Arcem confugientibus; vnde mox in Oppidum irrumpentes, varijs locis incidunt: quare Franci discedere coacti, ædibus, quæ nondum ardebant, ignem iniiciunt. Belgæ alia parte occupant Castrum Elicurtum, ac Bauuorium. Sed Mouys Fani D. Quintini Præfectus, coactis trecetis equitibus, ac quadringentis peditibus, dicta Castella, eiectione Belgis, recuperat. 12. Cal. Augusti Maxæmilianus, conuocatis Brabantis, ab ijs liberorum suorum Tutor constituitur. Idem Iperis coactis Flandriae Ordinibus, sed Gandensium intercessione recusat. Hæc enim Vrbs eodem aspirabat, odiumque sine causa ac ratione contra Maxæmilianum, eius consiliarios ac familiares, animis Gandenses conceperant. Sub idem tempus Cohemi Dominus, Airæ Præfectus, ope aliquot Nobilium avaritia infamium, à Francorum Rege corruptus, ei Oppidum tradit. Promiserat Rex Cohemo decem millia aureorum liliorum in singulos, donec viueret, annos, ac Præfecturam ordinariam centum lanceariorum equitum: in communi verò ei caterisque numerat Nobilibus triginta millia. Sed, ne hæc publicaretur turpitudine, Rex iustum exercitum, ad obsidendum oppidum, Duce Creueceurio mittit, qui partem murorum ac munitionum tormentis conuellit. Simulant Franci inuasionem, Cohemus metum. Colloquuntur: fit inuitis ciuibus deditio. Caderus Baratus proditioem inscius, cum suis exiens, ad Fanum Audomari suppellectilem Beueræ Reguli in tutum asportat. Cohemus cum in Franciam migrasset, Rege promissis non stante, tandem cum summa infamia pauper exsulque obiit. Principes enim proditioem amant, proditores detestantur. Quæ enim ratione illis fident, qui, avaritia inducti, fidem legitimo Principi violant? Obtulerant Flandri Cohemo auxilia, comænatum, tormenta, globos, puluerem tormentarium, sed egere se ne-

1482. gauerat. Eodem tempore Leodij Lodowicus Borbonius Antistes, in-
 sidij Guilihelmi Mercani Arenbergij, viri illustris, sed turbulenti in-
 genij, ac peruerſa naturæ, quemque non ita dudum Maxæmilianus de
 homicidijs aliquot reum in gratiam receperat, interficitur, ipſo Mer-
 cano primùm Præſuli vulnus in iugulum inferente, deinde conducti-
 tijs è Francia ſicarijs multis eum vulneribus conficientibus, inq; Mo-
 ſam cadauer conijcientibus, vnde paulo poſt à monachis aliquot ex-
 tractum, honorificè apud D. Lambertum ſepelitur. Cauſam turpiſſi-
 mæ cædis adferebat, quòd ſe Antistes ob interfectum Richardum Si-
 gilliferum Vrbe Ditioneque Leodiensì exulare iuſſiſſet. Tum conuo-
 cato Leodiensì populo, confitetur ſuà operà interfectum Antiftitem,
 cõmunis patriæ proditorem, ac præteritarum ærumnarum authorem;
 petitque, filium ſuum Ioannem Mercanum, Colonia Agrippinæ literis
 operam dantem, in Antiftitem eligant. Populus facinoris magnitudi-
 nè attonitus, non ſe mouet. Sicarij varijs locis capti tortiq; capite pœ-
 nas luere, quemadmodum & ipſe tandem Mercanus, vt ſuo loco nar-
 rabimus. Peruenerat interea Maxæmilianus in Hollandiam ac Ze-
 landiam; tutelaque liberorum conſenſu eorum ſuſcepta, in Brabãtiam
 reuertit: intellectaque Præſulis Leodiensì indigna cæde, conſilio cum
 Brabantis habito, vindicare ſcelus, nec pati vt Leodiensès erga com-
 munem Præſulem, Burgundicæ familiæ fautorem, impunè tantum faci-
 nus ſint auſi, ſtatuit. Pedites enim equitesque Fraaci, à Mercano ad fa-
 cinus perpetrandum conducti, magno numero palàm ac impunè in
 Vrbe vagabantur. Attribuuntur ſtatim Philippo Cliuio, belli huius
 Imperatori, quingenti equites, & mille quingenti pedites: cui ſe mox
 alijs cum copijs iunxere varij Proceres, ac voluntariorum militum
 numerus ingens, petuntque primùm Centrones (nunc Fanum Trudo-
 nis) Ditionis Leodiensìs Oppidum, quod Calendis Septemb. deditio-
 nem facit. Hic ad Cliuij caſtra adducit Marcgravius Antwerpiëſis cen-
 tum equites, Maierus Louaniensìs octingentos haſtatos pedites, Balli-
 uus Brabanticæ alam equitum, ac mille ducentos pedites. Sequitur
 mox Ioannes Challonius, Aurantij Princeps, cum equite ac pedite
 Burgundo. Oppidum Burchlonium occupant ac diripiunt. Expugnant
 ſpoliantque Haſſeltum, dein muros portaſque deiiciunt, ciues occi-
 dunt, aut captiuos abducunt. Hic ad exercitum cum nobili iuſtòque co-
 mitatu venit Romontij Comes Sabaudus, multaque Oppida Ditionis
 Leodiensìs, deditione facta, in gratiam, magna priùs numerata pecu-
 niæ ſumma, recipiuntur. Nono Cal. Octob. vniuerſus exercitus, vnico
 Vrbe Leodiensì milliari, qua parte Tungros respicit, caſtra locat, cer-
 tantq; leuib; in dies proelijs. Pars exercitus Tungros obſidet, qui poſt
 paucos dies inopia commeatus deditioem faciunt. Poſtridie Idus Sep-
 tembres

1482. tembres Brugis moritur Philippus Croüiacus, Chimai Comes, intimus
 Maxæmiliani Conſiliarius, Aurei Velleris Eques, vir bello pacèque in-
 ſignis, ſequutus Pugnacem ac Maxæmilianum varijs expeditionibus,
 quique legationes magnas ſumma cum laude obierat. Sepultus eſt Ber-
 gis Hãnoniæ, apud Franciſcanos, vbi ei filius Carolus, primus Chimai
 Princeps, honorificum extrui iuſſit maſoleum. Poſt paucos dies in-
 terfecti Antiftitis Leodiensìs, Ordo ſacratus in duas ſententias diui-
 ſus, pars Ioãnem Hornenſem, Comitìs fratrem, pars Iacobum Croüia-
 cum, fratrem deſuncti Comitìs Chimai, vtroſque Canonicos Leo-
 diensès, Præſulem eligit. Facta eſt hæc electio Louanij, vbi maior Ca-
 nonicorum pars propter Leodiensium ſeditiones fugerat. Iraque ſpe-
 fruſtratus Mercanus, filium Ioannem Præſulem non vidit. Oppofue-
 rat ſe diu electioni Hornenſis Croüiacus. Sed paulo poſt controuerſia
 operà Maxæmiliani ſopitur, aſſignatis Croüiaco certis ad vitam an-
 nuis ex Antiftitis cenſibus redditibus. Dehinc pacem Maxæmilianus
 cum Lodowico vndecimo, Francorum Rege, coactus à Flandris, his
 facit cõditionibus: Carolus Delfinus, Regis vnicus filius, Margaritam
 » Auſtriacam, Maxæmiliani filiam vnica, in vxorem ducito. Publicata »
 pace, dicta Margarita Atrebatì in manus Domini Bauuij, aut alte-
 » rius Regijſanguinis Proceris, traditor; in Frãcia enutritor. Quum pri-
 » mùm Delfinus ac Margarita adoleuerint, ſeſe eos ſecundùm leges »
 coniuñcturos Frãciæ Proceres nomine Regis ac Delfini iuranto. »
 Margarita Delfino in dotem Comitatum Arteſiæ, Burgundiæ, Maſ-
 » conum, Auxerræ, Charoloij, Salniarum, Barræ ad Sequanam, Bolo-
 » niæ, ac Noierij adferro, eaque eorum legitimi vtriuſque ſexus liberi »
 hæreditaria ſucceſſione adeunto. Si ſterili matrimonio morte ſeparen-
 » tur, dictæ tum Ditiones Philippo Auſtriacò, Margaritæ fratri, cedunto. »
 Contentus eſt Maxæmilianus ac Belgarum Ordines nomine Philippi »
 Auſtriaci, Rex ſibi ſeruet dictarum Regionum Oppida ac Arces, quæ »
 hoc tempore in eius ſunt poteſtate, in fauorem futuri matrimonij. »
 Quod ad Fanum Audomari attinet, abſolutis nuptijs Comitatu Arte-
 » ſiæ, cuius eſt membrum, cedito; interea eius cura gubernatiõque ſacro »
 Ciuitatis Ordini, Nobilitati, ac plebi, vt Delfino perfectis nuptijs re-
 » ſtituant, committuntor. Ordines dicti Oppidi Regi iuranto id ſe gu-
 » bernaturos in rem Delfini ac Margaritæ; nec permiſſuros, Maxæmilia-
 » nus, aut filius eius Philippus, vel minimum ibi iuris exercean. Idem »
 Ordines Maxæmiliano iurantote, ſeſe Oppidum nec in manus Regis »
 nec Delfini tradituros ante abſolutas nuptias. Interea Oppidi redi-
 » tus Reſtoribus in reum neceſſariarum vſum cedunto. Munitorum in »
 Oppido vacantium repræſentatio Delfini, donatio Maxæmiliani, aut »
 filij eius Philippi, eſto, literaq; hac de cauſa gratis vtrinque expediun-
 tor.

1482. tor. Si Margarita Austriaca ante nuptiarum absolutionem obierit, Fanum Audonari ad verus Imperium Archiducis Austriae pleno iure redito. Oppidanis hoc rerum statu legendi consueto tempore Magistratus ius esto. Si necessitas postulauerit, è suis Oppidi Legatū legitote, exterofque milites conscribitote. Si bellum inter Francos Austriaeosque aut alios interea exortum fuerit, neutram sequentes partem, à bello intacti manento. Annuas vsuras, quibus Atrebatum Comitatus à Carolo Pugnace est oneratus, Rex creditoribus persoluito. Idem facito pensionibus in Burgundia aut apud Atrebatos à prædecessoribus Burgundiæ Comitibus assignatis. Renuntiat Rex, Delfinus, ac Sponsa omnibus maternis, hac dote contenti, bonis. Si Delfinus relictis aut non relictis liberis morte Margaritam præcesserit, ea Comes Burgundiæ, Artesia, cæterarumque Ditionum Domina maneto, singulis annis è Campanga, Bria, ac Turonibus quinquaginta millia librarum Turonensium ei persoluant. At si illa eum morte antecesserit, relictis cuiuscunque sexus liberi dictas Regiones hæreditate adeunto. Si nulli superstitis fuerint liberi, dictæ Regiones ad proximos Margaritæ hæredes redeunto, excepto Duaco, Insulis, ac Orchiaco, in quibus Rex actionem seruabit, donec constiterit, iusta sit ea, nec ne. Nec Rex, nec Delfinus, nec Maxæmilianus, tutelam Philippi Austriaci prætentito, neq. gerito, sed Belgarum Ordinibus, in eo quo nunc sunt statu, relinquito. Si Philippus Austriacus ante pubertatē obierit, succedete illi sorore Margarita, aut eius liberis, Rex ac Delfinus Belgarū Prouincias, in eo quo inuenient statu, donec ipsa adoleuerit, relinquito; Ordines autem, Delfini, vt veri Domini, ius sartum tectum conseruantote. Si adulta Margarita, aut eius liberis, Philippus Austriacus sine liberis obierit, aut quacunque alia ratione Belgarum Ditiones ad Margaritam eiusq. legitimis hæredes deuolutæ fuerint, datis in eā ré literis, Rex ac Delfinus pollicebuntur singulas se tum Prouincias gubernaturos secundum mores ac consuetudines maiorū, nec eas, quæ ad hoc non obligantur, cōpulsuros, vt ad Senatū Parisiensem aut alibi extra propriam Ditionē prouocare cogantur. Maxæmilianus ac Philippus vt Flādriz Comitibus, eiusq. Ditionis Ordines, Parisiensem Senatū pro suprema prouocationis Curia agnoscito, eaque de re literas Regi dato. Rex immunitates omnium Prouinciarum, à quibus ea sint concessæ, approbato, conseruaturumq. se promittito. Insulæ, Duacum, ac Orchiacum, primum ad Curiam Flādriz, deinde Parisios, quamdiu Comitū Flādriz subditi erūt, prouocanto. Margarita Eboracensis, Pugnacis vidua, his conditionibus comprehenditor, immunitatibus iuribusque consuetis ubiq. fruitor. Ab vtraque parte generalis ijs sit gratia, qui, deserto legitimo Principe, alteri seruerit. Hac pace in possessionem dignitatum mune-

munerūque omnes ab vtraq. parte, qui belli tempore pulsi fuere, siue sacri, siue profani ordinis fuerint, redeunto, contenti bonorum statu, muniorumque conditione quam reperient: eademque ratione omnes ab vtraque parte in agrorum possessiones, ac bona quæ vocant immobilia, restituuntur. Tornacum, Mortanga, Fanum Amandi, cæteri que Regis subditi hac pace fruuntur. Quæcunque in Ditione Lutzenburgensi Rex occuparit, reddito, præsidia deducito, agrorum iniquas donationes reuocato. Si Regi aut Maxæmiliano illatum bellum sit propulsandum, aut facta iniuria vindicanda, auxilio alter alteri esto. Eadem pacis leges mari ac flumine, quæ terra, sunt. Si aliqua ratione dictæ nuptiæ effectum non fortiantur, renuntiat Rex emptioni Urbis Duacensis, Insularum, ac Orchiaci à prædecessoribus suis factæ, contentus ea in perpetuum Flādriz annexæ maneat, nulla Francorum in ijs actione manente. Propria has conditiones manu Rex ac Maxæmilianus subscribant, maximisque appensis sigillis confirmanto, quemadmodum & omnes Regij sanguinis Principes, Vrbes, ac Curiarum Præsides. Idem ab altera parte Vrbes, Ordines, Oppida, ac Curia Belgicarum Prouinciarum Maxæmiliano eiusque filio subditarum faciuto. Multæ aliæ conditiones ad priuatas personas spectantes, hinc relatu non necessariæ, erant adiectæ. Ad iniquissimas has pacis leges, magno Philippi Austriaci cum detrimento factas, inuitus cōpellitur Maxæmilianus, arrogantia ac violentia Flādrorum, præcipuè Gandensium, qui mortua Duce Maria Maxæmilianum contentinantes, filium eius Philippum ac filiam Margaritam Gandau detinebant, pro arbitrio enutriebant, nomineq. Ordinū Belgicarū tutelam vsurpabant, deque subditorum bonis vitaque pro lubito disponebant, mille quærentes occasiones, vt, Maxæmiliano in Germaniam retruso, ipsi pueros Principes, eorumque Ditiones, pro animi libidine gubernarent. Inter præcipuos qui has nuptias pacisque formulam cum Rege conceperant, erat Guilihelmus Rimius, Syndicus Gandensis, vir astutus, prauæque indolis, ac Ioannes Coppenollius caligarius, Magistratus Scriba, homo turbulentus, eaque de causa plebi gratus. Cum his in Franciam iuerant Abbas D. Bauonis; Iacobus Ghistellius, Motta Dominus; Iodocus Blondelus, Pamela Dominus; Daniel Onredenus; Ioannes Breidelus; Aegidius Giselinus, Ronsbeck Dominus. Nonnulli è Erabantinorum nobilitate ciuitatibus suis persuadere conati, se Flādris iungerent, nec Maxæmiliano tutelam liberorum permetterent, capri, Viluordæ capite sunt puniti, interq. hos Nicolaus Heercveldius Consul Antwerpianus, ac aliquot alij. Septimo Calendas Nouembres moritur Petrus Lutzenburgius, Fani D. Pauli Comes, in Oppido Anghiano, duabus tantum relictis filiabus, Maria ac Francisca, de quibus in genealogia

1482. hac egimus. Facta pro tempore cum Franco pace, Maxamilianus ad bellum Leodiense se accingit. Tribus Leodio milliariibus Arx stabat Houloinga, in qua octingenti erant pradones Marcani, Brabantis infestissimi, quibus centum sexaginta equites eiusdem farinae auxilio venerant. Cliuius, ceterique Proceres, cum octo virorum millibus postredie nonas Ianuarij anni 1483. eos obsidet, tormentisque facto ingressu, praesidiarios ad deditonem cogit, qui nudi, albam manu virgulam in gratia signum ferentes, exeunt. Interea Guilihelmus Marcanus Leodij edictum proponit, quo omnes virilis sexus, ab anno aetatis decimo septimo ad sexagesimum, se euntem in hostem armati iubeantur sequi. Exeunt eius ductu circiter viginti virorum millia, quibus mille iungit equites. Hac de re vir nobilis Leodiensis, per puerum amanuensem, Cliuium facit certiore. Praeficit is Petrum Caueranum Arci Houloingæ, ac è Procerum consilio eodem loco hostem opperiri, fortunamque tentare statuit. Imbellem turbam cum impedimentis Arci includit, plaustris terga munit. Instructis aciebus, Cliuius ab Aurantio equestrem accipit dignitatem, à Cliuio Cornelius ac Michaël Bergij ad Scaldim, nothus Rauastainius, Henricus Suaurius, Hutinus Habartus, Oliuerius Femmelertus. Sorra Comes eodem tempore triginta Nobiles Germanos eodè afficit honore, qui hac pugna omnes sauciati fuere. Austriaca acies propter paucitatem vna quadrataque fuit, tormenta à lateribus stabant. Constabat autem è quatuor millibus Namurcensium peditum, mille quingentis Germanis, mille partim Louaniensibus, partim Mechliniensibus. Reliqui pedites partim Picardi, partim Hannones, sclopetarij ac balistarij erant, qui cum mille ducentis equitibus ad aciei latera erant distributi, intermixtis aliquot hastatis. Pedites omnes genu ter in terram flexo, ac precatione facta, promittunt, superstites proximo die Veneris pane ac aqua victuros. Leodienses vnam etiam aciem instruunt, fronte arctiore, qua equitum vim inuasionemque rumperent. Tormenta in Belgas explosa, parùm propter magistrorum imperitiam nocuere. Belgarum tormenta magna Leodij cladem intulere: quod sclopetarij ac balistarij considerantes, procella globorum ac iaculorum hominum equorumque stragem auxere. Marcanus hanc procellam vitaturus, acriter cum suis Austriacos inuadit: vulneratur Aurantius, Cliuio equus suffoditur, Cornelius Bergius, ruptis crurium ferreis ocreis, vulneratur, necdum in aliquam partem victoria inclinabat. Equites vir viro congressi, statariam inierrant pugnam. Tandem ingenti facto imperu, virtute peditum Austriacorum, acies Leodiensum perrumpitur, ac in precipitem fugam agitur. Marcanus munitonem plaustrorum à tergo inuadens, disjicere conabatur: sed praesidiarijs fortiter resistentibus, repellitur, ac cum ceteris

ceteris omnibus fugere cogitur, persequentibus per duo milliaria Belgis. Gaillardus, Francorum praefectus, cum maxima suorum parte perijt, quemadmodum & Gelder quidam, trecentos ducens suae nationis equites. Heluetij ac Germani à Marcano conducti, ab Austriacis Germanis pro maxima parte sunt interfecti. Adolfus Marcanus, Guilielmi frater, cum Petro Roca Leodiensi Meiero capitur. Periere è Leodiensibus circiter tria virorum millia, capti multo plures, tormenta omnia cum signis militaribus in potestatem redacta. Ex Austriacis circiter quinquaginta cecidere. Bissenfes, clade intellecta, ad Cliuium pro pace mittunt: sed mox, inromissis ducentis Heluetijs, mutata voluntate Oppidum muniunt. Adest interea Cliuius, profert tormenta, quatit muros, oppidum expugnat, diripit, ac incendit, Heluetijs ac ciuibus partim caelis, partim captis. Post hæc domiti Leodiensum animi, posita ferocia, pacè petunt, eaque lege impetrant, vt singulis annis Maxamiliano triginta dieo millia aureorùm florenorùm solueret, Ducemque Brabantiae Protectorem Ditionis Urbisque Leodiensis agnoscerent. Quod ad solutionem annuae pensionis, precedentibus Principibus praedecefforibus suis promissae, nec persolutae, attinet, starent arbitrio ac sententiae Caesaris Frederici, Antistitis Moguntini, ac Leodiensis: quique prior, violata pace, bellum alteri fecisset, huic debitor quingentorum millium aureorum florenorum fieret. Per id tempus Maxamilianus cum filio Philippo Gandau erat. Veniunt huc Legati Regis Franciae, petentes in postremae pacis leges, quemadmodum Rex fecerat, iuraret: filiam Margaritam, Delfino promissam, in Franciam enutriendam mitteret. Iurandum Gandau in Templo D. Ioannis, finito sacro, publicè praestatur. Margarita paulo post Hesdinum à Gandensibus perducta, traditur Creueceurio, Beaujuio, D'Albretho, VValerio, Dominæ à Dunois ac Thouars: qui cum sponsa infante postredie Cal. Iunij Parisios peruenere, summo vbiq; cū honore excepti. Inde Ambosium, vbi praecipui totius Regni Proceres conuenerant, appellit, menseque Iulio summo cum gaudio Carolo Delfino desponatur. Miserat Maxamilianus honorificam ad Delfinum legationem, cui praerant Abbas D. Bertini apud D. Audomarum; Abbas D. Petri Gandau; Ioannes Bergius, VValhaini Dominus; Balduinus Lanoius, Molenbalsij Dominus. His praecipuae Flandrorum Ciuitates suos iunxerant. Abbas D. Bertini oratione in consessu Procerum luculentam in laudè pacis habuit, quae harum nuptiarum causa Francis Belgisque perpetua reddi videbatur: comparatque sponsum ac sponsam Regi Assuero ac Reginae Hesteræ, indeque per digressionem ad nomen alludens Margaritæ, quinq; fuisse ex ordine demonstrat pretiosissimas Vniones seu Margaritæ, quæ coronam Regni Belgici non exiguo ornatu condecorauere. Primam

1483. fuisse Margaritam Francicam, Philippi Longi Francorum Regis filiam, uxorem Lodowici primi Comitis Flandriæ, qui pugna Creliaci pro Francis pugnans cecidit, marito in dotem adferens Comitatum Artesiæ, Burgundiæ, ac Salniarum. Alteram fuisse Margaritam Brabantam, uxorem Lodowici Malani, Comitis Flandriæ, cuius nuptijs Flandriæ fuit coniuncta Brabantia, Limburgum, Valkéburgum, Dalemum, ac titulus Lotreichij seu Lotharingiæ. Terriam extitisse Margaritam Flandricam, filiam heredemque vnicam dicti Lodowici Malani, uxorem Philippi Audacis, quæ Burgundiam vtramque Flandriæ iunxit. Quartam esse Margaritam Bauaram, filiam Alberti Bauari, Comitis Hollandiæ, Hannoniæ, Zelandiæ, ac Frisiæ, quæ Ditiones, nuptijs cum Ioanne Inreperido contractis, tandem cum Flandria coniungere. Quintam hanc Margaritam Austriacam se ominari non minorem Belgis felicitatem vtilitatemque allaturam. Tenebat hoc tempore Traiectum ad Rhenum partes Houckiorû, eaque de causa Antistes David Burgundus exulabat. Oppressum captumque in Vrbe, Amerivoortium, suæ factionis Oppidû, tertio ab Vrbe militari distans, relegauerant Houckij, iustaque custodia sepebant. Maxæmilianus Antistitem affinem indigno carcere liberaturus, inque libertatem restitutus, arma parat, ac copias contra Ultraiectinos mouet. Habebant Houckij in Vrbe mercenarios equites centum viginti, pedites sclopetarios mille quadringentos. Iodocus Lalanus, Hollandiæ præfectus, contra Urbem cum copijs præmittitur, adducebatque Soræ Comes mille quingentos Germanos pedites, Lancelotus Barlaimontius bis mille Picardos ac Hannones, quibus imperabant Salezarus, Hiergius, Hutinus, Habartus, ac Hercules Lalanus. Mense Iunio ad Urbem cum octo virorum millibus Lalanus venit. Barlaimontius Suburbium *VVaert*, bis reiectus, tertio expugnat, munitiones proferens ad Urbis vsque fossarum labra. Adest decimo octaua Iunij Maxæmilianus, qui hæcenus Gorinchemi conscribendo militi fuerat intentus, quinque millia peditum cum non paucis equitibus adducens, statimque misso milite, munitionem quæ in Portu erat Ultraiectino, quem *VVaert* vocant, expugnant, ac incendunt. Tunc proferri tormenta, quatiq̃ murum iubet. Erumpunt aliquot equites: repelluntur, captis viginti. Hi asseuerabant, ciues multarum rerum inopia laborare, minimeque inter se conuenire. Proposito oppugnationis signo, miles se parat. Ultraiectenses, de rei euentu timentes, mittunt ad Maxæmilianum Eingelbertum Cliuium, ad Antistitis dignitatem aspirantem, quem Vrbi ac Ditioni præfecerant, Montvoortij Vicecomitem, Houckiorû Præfectum, ac Consules duos, vt de compositione agerent. Interim miles iniussus ad Urbis oppugnationem

gnationem sine ordine conuolat. Non desunt sibi ciues, nec præfidiarij. Cedit Soræ Comes cum aliquot Germanis; eoque res deuenerat, vt collato pede pugnaretur. Doluit ob hæc Maxæmilianus, nam ferè transactum erat; autoritatemque suam lædi satis intelligebat, quasi mala fide cum eis tractasset. Ciues exigua victoria animis elati, conditiones reiiciunt. Detinentur hac de causa in castris Eingelbertus Cliuius, ac alter Consulum. Iodocus Lalanus, paruo Asturconi infidens, Vrbs situm, comitante Egmondio, perspiciebat. Veniunt ad munitionem à ciuibus nondum absolutam, reperiuntque hic Iselsteinium, Salezarem, Arthum Lalanum, aliosque Nobiles. Hanc dum intentius inspicit, è veste purpurea agnitus, à duobus vulneratur sclopetarijs. Vnius globus per gladij capulum in ventrem transijt, vsque ad femur dextrum: alterius pila pectus traiecit, quo vulnere ex equo decidit. Alleuatur statim ab Artho Lalano, deduciturque ad diuersorium Salezarij, quod in propinquo erat. Venit huc statim Maxæmilianus; ac posteaquam per duas horas soli essent colloquuti, memoriam ei renouans Procerum familiæ suæ, qui pro Belgarum Principibus militantes occubuerant, uxorem ei ac liberos commendat, consulitque, Ioannem Egmondij Dominum, Hollandiæ Zelandiæque præficiat, pauloque post pridie nonas Augusti moritur. Sepultus est Densæ in Flandria, in Abbatia virginum, quam pater eius Simon ædificari iussit: nec diu postea Ultraiectini moram facientes, sed de Urbis defensione desperantes, his legibus Maxæmiliano dedicationem faciunt: Pro belli impensis Maxæmiliano quadraginta milia florenorum certis temporibus soluitote. Equites peditesque præfidiarij statim inermes exitote, præsidiumque Maxæmiliani per portam, aut muri ruinam, vt illi visum fuerit, recipiunt. Sententiâ Curiz Hollandiæ in exilium actos nunquam in Urbem admittunt. Conditiones olim cum Philippo Bono initæ, sartè tenent, nouoque dicto sacramento, ea qua Maxæmiliano placebit formula confirmant. Muri tormentis deiectione nunquam restituantur. Licebit, si Maxæmiliano visum fuerit, Urbis murum demoliri longitudine duarum pedestrium lancearum. Hollandiæ Comitem Tutorem Ditionis Ultraiectinæ agnoscunt. Urbem in Maxæmiliani potestate relinquit, donec Antistes David Burgundus, qui est in manu Amerivoortiorum, hac pace non comprehensorum, sit liberatus. Anni ciuium reditus, qui die publicationis pacis debebatur, semel Maxæmiliano cedunt. Signa militaria quæ ante biennium Austriacis in Suburbio *VVaert* abstulere, reddunt. Ciues Ultraiectenses omnes in bonorum possessiones, excepto Euerardo Sandelbachio, admittunt. Maxæmilianus in

1483. Vrbe Arcem, loco quo voluerit, extruico. Captiui omnes, qui in Vrbe partis Austriacæ detinentur, gratis statim dimittuntur. Antistite Dauide mortuo, alium inconsulto Maxæmiliano non eligunt. Maxæmiliano, quando placuerit, Amerfsvoortijs & Montvoortijs bellum inferre licitum esto. Montvoortius ex Vrbe exulato. Si has leges Ultraiectini violauerint, quicquid ciues bonorum in Ditionibus Maxæmiliano subditis habuerint, eius fisco in perpetuum cedito. Hæc acta transactaque pridie Cal. Septembres, circa mediam noctem. Post hæc Maxæmilianus Urbem cum honorifico comitatu intrat, sequentibus tribus peditum millibus, ac octingentis equitibus. Secundo Calendas Septembres obiit Lodowicus vndecimus vesperi circa horam octauam, sepultusque est ad Fanum Mariæ Clerij, quam vnicè semper coluerat, ac vbi condi voluerat. Precesserat mensè Martio Eduardus quartus Anglorum Rex, multis relictis liberis, vt in genealogia liquet. Successit Regi Lodowico filius Carolus nominis octauus. Gandenses statim in Franciam Legatos ad nouum Regem gratulatum mittunt: quibus in reditu tribus locis ponit insidias Lancelotus Barlaimontius, Hiergæ Dominus, captosque ad vnum omnes, cum impedimētis, Barlaimontij arctè custodię cōmittit. Dein aperit examinatque literas, perscrutatur scrinia, aurum, argentum, ac supellectilem omnem auferit. Gandenses ægerimè factum tulere, ac in vindictam in vincula coniecere Romontij Comitē, Lodowicum Rollinum, ac Gerardum Bossuum, Petri filiū. Vndecimo Cal. Februarij anno 1484. obscura nocte occupant viginti pedites Austriaci Amerfsvoortium, quod congelatis fossis custodias negligenter obijissent. Belgæ, suorum paucitatem dissimulaturi, ingenti sublato clamore omnes securos esse iubent, qui cum Antistite Dauide sentiebāt. Quare audita, statim se Belgis Cabbeliauij iungunt, ac Houckia factione eiecta, bona diripiunt. Maxæmilianus eodem tempore in Hannonia filij Philippi Tutor admittitur. Inde Cameracum Calendis Februarij veniens, diuertebatur in Abbatia D. Autberti. Hora secunda pomeridiana Lancelotus Barlaimontius eius cubiculum intrat; inueniensque Philippum Cliuium, iurgium inter eos oritur ob captos Gandensium Legatos, ei exprobrans quod filiam Guilihelmi Marcani, cōmunis hostis, in vxorem duxisset; exardescenteque iurgio, ait Cliuius: Per me stat vltionem de te sumere etiam hoc in cubiculo, vbi vita ac mors tua, Barlaimonti, in mea sunt manu. Quo is audito, cubiculo exit. Cumque in aream Abbatie venisset, à Cliuij corporis custode hallebardæ ictu in terram prosternitur, ac ab alio lancea pedestri traiecitur, tertius illi gladio caput findit. Post hæc ad Arcem Barlaimontiam nuntiam ad fratrem spurium interfecti Barlaimontij (in cuius custodia legati erant

Gan-

Gandensium) mittitur: quos Maxæmilianus sibi tradi iubens, sine vlla difficultate obtinuit. In hunc vsque à capta Vrbe annum Rex Atrebatensibus singulis annis per Legatum dederat Magistratū, veteri omisso eius legendi more. Nunc ciuibus constituendi Magistratus potestatem facit, certis præscriptis legibus, veterique nonnihil mutato ritu. Hoc anno initium sumpsit summa Belgarum calamitas, è bello ciuili orta. Prouincia enim contra Prouinciam arma sumpsit, Ciuitas aduersus Ciuitatem: plebs in Nobiles, subditi in Principem insurrexere. Authores huius calamitatis fuere Gandenses ac Leodientes, à malefantis inquietisque hominibus concitati, qui plebi persuadebant, Maxæmilianum reditus Prouinciarum annuos Germanis ac Burgundis dilapidandos dare, ijs solis munia publica patere, ac honores deferri. Remittendum Viënam Austriæ Maxæmilianum. Esse sibi Principes è Duce Maria natos, quorum curam Ordines Prouinciarum melius essent habituri, quàm Germani ac Burgundi. Ordinibus enim curam ac tutelam puerorum legitime competere. Contrarium allegabant, qui Maxæmiliano ac Belgarum tranquillitati studebāt, patri, non subditis, esse tutelam committendam, præsertim cum in rem pupillorum ac Prouinciarum huc vsque prudenter feliciterque Belgas gubernasset. Quis enim in tanta Ditionum multitudine, naturarum linguarumque varietate, Principis nomine cum dignitate authoritateque imperabit? Brabantia pars, ac Cabbeliauij Hollandi, cum Maxæmiliano stabant, quemadmodum & Hannonēs, Lutzenburgenses, Namurcenses, ac Rectores ferè omnes, solis exceptis Flandris, parteque Brabantia minori. Cum Gandensibus Flandri, infimaque vbique plebs, pro maiori parte faciebant: elegerantque Gandenses belli Duces, vt, si opus foret, Flandriam Urbemque defenderent; erantque inter hos è plebe homines viles, Erasmus, Eustacius, Ioannes Coppenollius, ac Guilihelmus Rimius, habebantque in potestate Philippum Austriacum, Maxæmiliani filium vnicum, cuius nomine se pacis belli que munia administrare simulabant; dederantque puero certum nobilium virorum numerum, quorum consilio in omnibus vteretur negotijs, erantque hi, Adolfsus Cliuius, Rauastainæ Regulus; Philippus Burgundus, Teruere Dominus; Romontij Comes, ac Gruthusæ Dominus; qui Flandriam Philippi Austriaci nomine se administrare ferebant. Scribit ad hos literas Maxæmilianus, docens iniuriam quam Flandri, erepta priorum liberorum cura ac tutela, contra rerum naturam, omniumque ferè Belgarum iudicium, eam sibi deferentium, faciebant. Cum Proceres, quid Maxæmiliano essent responsuri, dubitarent, Flandri propria authoritate non satis honestè nec modestè respondent. Sub idem tempus Anthonius Burgundus, cum fratre Balduino, pacis beneficio.

1484. neficio carcere Francico paulo antè liberatus, in Flandriam venit, effecitque Teneramondæ tredecim Equites Aurei Velleris conuenirent, acturi de pace inter Maxæmilianum ac Flandros. Cumque ferme esset transactum, Guilihelmus Rimius ac Daniel Onredenus rem omnem euertere, singulis ad sua redeuntibus. Anthonius Burgundus cum filio Philippo ad Fanum Audomari proficiscitur. Eodem tempore Gandenses ac Brugenses Antwerpientium foris, nundinis, ac mercatura immunitatibus insidiabantur: illi vicissim Flandrorum prerogatiuis imminabant. Maxæmilianus considerans Gandenses ad bellum se parare, insidiatur Oppidis circa Gandauum sitis. Instruit Mechliniæ plaustra tria, imponit iuuenes acerrimos, quorum pars instar sacrarum virginum uestita, facies fuce obductas habebat. Abbas in medio sedens, caniculum sinu fovebat. Qui in altero curru sedebant, Monachorum uestibus erant induti. Qui in tertio, mercatorum iam morem uestiti, sub uestibus omnes armati, breues gladios ad latera ferebant. Cum in porta Teneramondana currus starent, custodesque pauci Abbatem alloquerentur, ceteri subito desilientes, pulsus custodibus portam occupant, ac equos soluunt. Adest statim Maxæmilianus cum octingentis equitibus. Pugnatur in Oppidi ingressu aliquandiu strenue. Cadit à parte Maxæmiliani solus Iacobus Hornanus, Comitum filius, à ciuium parte plures: qui tandem in fugam coniecti, Maxæmiliano Oppidum reliquere. Eodem die Coppenollius Gandauo cum forti manu exierat, Teneramondam occupaturus, muros ac turres demoliturus, fossasque cõplanaturus. Sed serius se venisse videns, Gandauum reuertitur. Romontij Comes tẽpore captiuitatis à Flãdrijs persuasus, animi leuitate, deserto Maxæmiliano, Gandensium fit Præfectus, à Francorum Rege (vt multi tum temporis volebant) magnis promissis inductus. Educit Romotius circiter sexdecim millia Flandrorum, ac circa Gaesbecum, Bruxellam, ac Hallam infami vastatione omnia populatur. Erat tum temporis Maxæmilianus Athi in Hannonia, ac cum eo Philippus Cliuius, Carolus Gelder, Carolus Chimaus, Lignæus, Montignius, Tressonius, Hugo Melunius, ac complures alij viri nobiles, rationem quærentes, qua Audenardam Gandensibus eriperent. Tandem astuta solerti que prudentia, quæ in ciuilibus bellis plus quã aperta vis potest, voti cõpotes fiunt. Erant Audenardæ Arces duæ: vna peruetusta, quæ Pamela Domini erat; altera recetior, quam Burgundicam appellabant. In his duo erant Præfecti, Gualterus Requemius, ac Petrus Mõtenais. Gualterus Maxæmiliano addictus, ei per filium nothum significat, se Arcem traditurum, si cum præcipua nobilitate venire dignaretur. Quanquã tãtę rei oblatio suspicione fraudis nõ caret, re tamẽ in Cõcilio discussa, annuit Maxæmilianus, cõstituiturque hora

noctis

noctis prima. Datur tessera: Hem, hem, hem. Discedit Maxæmilianus Atho secundo nonas Ianuarij anno 1485. cum multa nobilitate, equitibus quadringentis, ac peditibus mille sexcentis. Propinquus Audenardæ Nobiles aliquot præmittit exploratum, si datam tesseram constitutamque horam obseruantibus, Gualterus esset ex fide respõsurus. Maxæmilianus, cum maxima equitum parte, ex equis descendit, Philippo tantum Cliuio, cum centum equitibus, paulo longius subsequente, vt, si fraus subesset, haberet quod se reciperet. Dato statuta hora tessere signo, fidem Gualterus seruat, intromittit primos, subsequitur cum reliquis Maxæmilianus; intromissisque omnibus, vocem tollunt, Hem, hem, hem; Georgius, Georgius. Sequitur virorum clamorem, tubarum clangor, tympanorumque strepitus. Ignorant ciues quod se cum armis vertant. Eodem tempore Cliuius appropinquans, ac noctis obscuritate à recto tramite errans, ab alia Arcis Burgundicæ parte ad portam venit Tornacensem. Sed lucens aurora timorem Belgis ademit, auxit Audenardijs. Cum Oppidi Rectores Castrum maius à Maxæmiliano teneri, ciuesque per vias perturbatis sensibus vagari conspicerent, Petrum Monrenaum cum vxore captum Maxæmiliano offerunt, vtque filij tutelam dictante ratione suscipiat precantur, se obstaculo esse nolle nec debere: simulantque insuper eius se aduentu latari, ac per plebem sterisse quod non sit clara luce admissus. Dein vt Tutori in Æde publica sacramentum dicunt. Geersbergani neutram conabantur sequi partem: sed Flandri Francis aliquot iuncti, in eorum finibus confidentes, subditos Maxæmiliani crudelissimè depopulabantur, sacris nec profanis rebus parcentes. Maxæmilianus Lignæo, qui Athi erat, scribit, quàm possit maxima militum coacta manu sacrilegos latrones trucidet, aut pellat. Collectis in vnum Lignæus circiter octingentis veteranis peditibus, Geersbergam contendit, latrones inuadit, & quanquam numero inferior, in fugam, maiori parte interfecta, agit, captiuus ad arbores strangulatis: oppidum diripit, incenditque. Exstruxerant Gandenses inter Zastingam ac Calloum, in Cloppersdikio, iuxta Scaldim, munitionem amplam, tormetis; ac viris probe instruxerat. Ex hac Antwerpiam proficiscentes, aut redeuntes, spoliabant, infestique erant. Mittit huc militem Maxæmilianus, iungunt se eis Antwerpiani, munitionemque inuadunt, tandemque expugnant, Gandensium prædialijs interfectis, aut ad arbores iugulatis. Interea mari nõ minus infestè bellum gerebatur. Sluzani enim, armatis Gandensium ac Brugensium auxiliis nauibus non paucis, è Zeladia ac Hollandia omni momento acerbissimè prædas agebant. Qua de causa VValcheranæ Insulæ coloni opportunis locis munitiones instituerat. iustoque præsidio firmarat. Non paucas enim Zelandiæ Insulas Sluzani diripuerant. Armarant enim hanc in rem

1485.

P

actuarius

1485. actuarias naues cōplures, ne è longinquo appropinquantium onerariarum vela ac antennæ conspicerentur, hæcque tormentis ac milite comple- rant. Harum iusto numero Sluza decima sexta Maij soluentes, Insulam V Valcheranam petunt, Oppidumque Vlisingham, quod tum nec fossa nec vallo erat munitum, inuadunt, expugnant, diripiuntque incolarum fortunas, Scoltetum, V Valterum Domburgiū, in summo Templo cum multis ciuibus interficiūt, cæteris (polliciti se igne non scuituros) magnam pecuniæ summam extorquent. Tandem quum nullum avaritiæ nec libidinis genus omisissent, rupta fide, ditiores ciues omnes abductos, libertatem magno redimere cogunt. Maxæmilianus Fladrorum maritimas excursionones impediturus, in Insulam V Valcheranam iustum mittit militum præsidium: quod opportunis distributum locis, exinde eorum descensiones prohibuit. Alostenes, Gandensium factioni fauentes, Brabantia fines populabantur. Interea Martinus Sauræus, vir militaris, conscriptis apud Heluetios mille ducentis peditibus, in Brabantiam redit, contraque Alostanos ac Niniuenses ducit, subsequente Cluio cum duobus millibus Brabantinorum peditum, ac quadringentis equitibus. Contra hos præsidium Alostanum erumpens, in Oppidum retruditur. Nassauus cum Heluetijs Niniuenses præsidio carentes inuadens, Oppidum expugnat, maioreque ciuium parte caesa, diripit. Gandenses res suas indies peius ire videntes, viresque Maxæmiliani crescere, ad Francorum Regem Ioannem Brugentem, Gruthuzæ Dominum, cum honorifico comitatu mittunt, cuius operâ Rex eis in auxilium, Duce Creueceurio, mittit sexcentos quinquaginta lancearios equites, ac bis mille pedites: qui initio Mensis Maij in Flandriam contendens, propinquosque Tornaco, intramitti cupit. Consilio Rectores habito negant introitum, quod Maxæmiliano promississent, se posthac nullius partis militem admissuros. Accedit propius Creueceurius, castraque locat in Suburbio D. Martini, commeatumque pro pecunia petit, impetratque. Legati Gandensium Tornacū venientes, frustra ciuibus persuadere conantur, Creueceurium cum milite admittant. Ille iratus vim parat. Contra se instruūt ciues, productaque tormenta in Fracos exonerant. Exinde Creueceurius à vi abstinens, cum ordinario comitatu admitti rogat. Nolunt hominem vafum. Postremo arma pro militibus iusto sibi pretio vendi petit: quo impetrato, quinto Idus Maij, Tornacū deserens, Denfam proficiscitur, ac quindecim diebus manet. Considerans Maxæmilianus non solum Romontij Comitem à se defecisse, Ducemque rebellium Flandrorum factum, sed etiam Francorum Regem, Duce Creueceurio, se suosque oppugnare; collectis in vnum quatuor millibus equitum, ac duobus millibus peditum, frustra tentato Alosto, ad Creueceurium prælio certaturus contendit. In itinere fit

1485. re fit certior eum Audenarda Gandanum peruenisse, Flandrorum verò castra ad Abbatiam Iuanam confedisse, eamque magnis operibus munisse, habereque octo virorum millia, quorum pars maior mercenarij erant Franci. Vi hos ad prælium cogere propter munitiones non poterat, commeatu prohibere propter fluuij propinquitatem minus. Interim Germani ac Heluetij Maxæmiliano merentes, flamma ferroque Flandriam vastabant. Alostani præsidarij idem faciebant in finibus Brabantia. Id impediturus Maxæmilianus eò proficiscitur. Vellicani Templum suum insigniter munierant, fortique Atrebatum ac Picardorum præsidio custodiebant: sed oppugnati à Maxæmiliano maioribus tormentis, eius arbitrio deditioem faciunt. Picardi ac Atrebates strangulantur, pagus diripitur. Arcis Harselij milites, Vellicanorum clade territi, incolumi vitæ, Arce nudi excessere. Adrianus Rasingemius, Vilainia familia vir nobilis, Gandensium partes sequebatur. Male ei conueniebat cum Francorum Præfectis. Diuidunt castra. Rasingemius cum tribus Gandensium millibus Audenardam contendit, præsidariosque, positris insidijs, ad pugnam prouocat. Sed conspecta è mola frumentaria, quæ vento circumagitur, insidia Mingouallio deteguntur. Is omnibus armatis præsidarijs, cum sexaginta tantum partim equitibus, partim peditibus exit, paucaque trahens campestria tormenta in hostes exonerat; tum fugam simulans, eos ad oppidum allicit: exoneratisque omnibus ex Arce Burgundica in Flandros subito tormentis, vi magna erumpit, acrius commisso prælio, Gandenses, re inopinata perturbatos, in fugam præcipitem agit. Rasingemio vtraque maxilla iaculo traicitur, è Gandensibus cedere trecenti, capti ducenti ac viginti. Summum Urbis militare signum, cum quatuor alijs, ad Maxæmilianum defertur. Exinde deserta Gandenses Abbatia ad Urbem rediere, Mingouallius eorum munitiones incendit. Maxæmilianus considerans Francorum Regem, per causam conciliandorum Gandensium, bellum sibi contra postremæ pacis conditiones inferre, motis castris, cum omnibus copijs ad Urbem accedit, insidias iuxta D. Bauonis portam locans: ipse cum paucis Proceribus ac equitibus se dat in conspectum. Montignius ab altera parte cum quadringentis equitibus prædabatur, nihilque intactum, ad portas usque excurrens, relinquebat. Quare tandem sonitu campanæ, cui nomen est Rolandus, magnus ciuium numerus, ad recuperandam prædam, Urbe cum armis exit. Montignius, acta præ se præda, abitu simulat. Gandenses acerrimè instant, insidiarumque loca pertranseunt. Surgunt qui latuerant, eosque à tergo inuadunt. Idem à fronte facit Montignius: multi cadunt ac vulnerantur, adeoque ardentè Belgæ fugientium Gandensium vestigijs insistent,

1485. vt tres qui vnà in Vrbe irruperant, postea confossi sint reperti. Periere è Gandensibus circiter mille. Molæ frumentariæ quinque exusta, quemadmodum & pars portæ D. Bauonis, quæ nisi operâ Ioannis Rantrelui fuisset occlusa, captum Gandauum eo die periisset. Dimisso enim cratere, ad quem spectaturus pugnam ascenderat, hostes ciuesque exclusit, quorum postea pars magna in flumen acta, aut sponte insiliens tranauit, aut periit. Ex hoc tempore Gandenses multum de pristina ferocia remissere, animisque cadere cœpere. Paulo post Maxæmilianus cum decem virorum millibus in Hollandiam se profecturum simulat, domandis Houckijs qui iterum res nouas moliebantur. Sed quiescere eos certior factus, Mechlinienses, Antwerpianos, Bruxelenses, ac Louanienses domum dimittit, ceteros verò circa Gandauum in praesidia locat, præficiens Nassauium Audenardæ, Cliuium ac Bossum Anghiano, Chimaum Lessinæ, Chanterainum Teneramondæ, Montignium Arho. Hoc rerum apud Belgas statu, Carolus octauus Francorum Rex ad Brabantia ac Hannonia Ordines literas hoc exemplo mittit.

Carolus Dei gratia Francorum Rex. Optimi ac dilectissimi amici, certiores iam dudum facti de dissensione ac bello inter patrem nostrum Austria Archiducem, fratrem Philippum, & tres Flandria Ordines orto, summopere doluimus. Misimus ad patrem, fratrem, dictosque Flandria Ordines Legatos, qui controuersiam bellumque componerent. Hi rem eò deduxere, vt frater, dictique Ordines, negotium arbitrio nostro, Principumque nostri sanguinis aut Senatus Parisiensis sententiâ definiendum committerent: cui præsentationi ac quiescere pater noster noluit, sed iusto cum exercitu Flandriam inuadens, incolas omni genere calamitatis affecit. Id autem nobis nulla ratione est ferendum, quippe qui supremam in Flandriam iurisdictionem obtinemus, ac iure vxoris damnum Flandria illatum aliqua ratione sentimus. Æquum igitur est, nos Flandros defendere ac iuuare, omniq; studio prouidere, ne qua eis vis nec calamitas inferatur, mittentes eadem de causa ad vos dilectum fidelemque nostrum Consiliarium Philippum Creueceurium, Esquardes Dominum, Francia Marcellum, apud Picardos ac Atrebatas Legatum nostrum, eisque Cõsiliarios aliquot adiunximus, ac militem sequi iussimus, vt maiori cum auctoritate controuersias componat. Sed nunciatum nobis est, patrem meum ei aures præbere nolle, id quod non parum nobis displicet. Ad hæc certiores facti sumus, Brabantia Hannoniaque Ordines patrem nostrum milite, pecunia, rebusque omnibus ad bellum necessarijs, contra fratrem nostrum, Ordinesque Flandria, iuuare. Quare decreuimus iustum in Brabantiam ac Hannoniam mittere exercitum, fratri Flandriaque in auxilium,

1485. auxilium, rebus omnibus instructissimum: quod huc vsque facere distulimus, vt, si præmonitione nostra resipuissetis, iustam paratamque à vobis cladem diuerteremus. Petimus igitur, ne posthac patrem contra fratrem, Flandriaque Ordines, milite, pecunia, com meatu, nec vlla re alia amplius iuuetis, idque literis ad nos missis, sigillisque vestris communitis, promittatis. Quod si feceritis, fratri nostro, legitimo Principi vestro, debitum præstabitis obsequium, à nobis verò iuuabimini, fulciemini, custodiemini, ac defendemini, nõ aliter quam si proprii nostri essetis subditi. Verum si in pertinaci proposito persistiteritis, patremque nostrum milite, pecunia, com meatu, aliisque rebus necessarijs iuueritis, sumpta (vt æquum est) eorum defensione, demonstrabimus, nobis res eorum curæ ac cordi esse, obtestantes coram Deo ac hominibus, siquid vos vestreque Ditiones hæc ob causam incommodi acceperint, calamitatem è vobis, non à nobis, manasse. Datum Rouè decimo Cal. Junij. Carolus.

His literis ab Ordinibus ad Maxæmilianum missis, ijs responsione prohibita, hoc modo Regi Carolo octauo rescribit:

Serenissime potentissimeque Rex, ac cognate mihi semper plurimis modis honorande, vidi tuas literas ad Ordines ac Vrbes Ditionum meorum Brabantia ac Hannonia scriptas, quibus tibi placet eam mihi inurere notam, ac si cum summa iniuria, contra naturam, omnemque rationem, filio meo vnico dilectissimoque Philippo, Ordinibusque Flandria, subditis meis, bellum inferrem, petens à dictis Brabantia Hannoniaque Ordinibus, ne posthac me pecunia, milite, com meatu, nec te vlla ad bellum necessaria iuuent, nisi tibi rem Flandria curæ cordique esse sentire velint. Non parum his lectis literis sum admiratus, nec aliud mihi persuadere potui, nec adhuc possum, quam eas ex eorum procedere officina, qui priuati lucri causa, te incio, nil aliud quærunt molianturque, quam nos bello committere implicareque diuturno. Non enim mihi conscius sum de illata vlli Europæ vel Mundi Principi aut homini priuato vnquam iniuria. Quæ igitur nunc me causa moueret, tam iniurius vnico innocenti filio meo subditisque charissimis esse vellem? Sis igitur certus, eos, qui hæc tibi persuadent, plus filij mei ruinam, quam commodum, quærere. Nouere omnes homines iniuriam, qua à Flandria in hunc vsque diem afficior, filium meum Gandauum, me eoque inuito, vi detinentibus, ac pro arbitrio gubernantibus. Sed spero, iuuante Deo, breui me eum carcere ac tyrannide eorum liberaturum. Quod ad ea attinet quæ in literis tuis à subditis meis postulas, tibi magis in præsens dedecori existunt, quam mihi in posterum incommodo sunt futura. Quare honori tuo consultum, vt pater, cupiens, te admoneo, ne post-

485. hac similes literas mittas. Nam præter spem summam quam in Deo ac iustissima habeo causa, non solum literas tuas, sed etiam minas contemno, id testaturus inuicta constantia, qua hostes omnes persequi non desistam, resistent eosque iuuent qui velint, ac præcipue rebelles subditos, in quo nunc totus sum, rationis ac æquitatis præscripto obediens. Vale Domine, ac cognate honorande. Deus te diu incolumem seruet, ac sanum omnibus in rebus consilium dare dignetur. Ex Vrbe nostra Duacensi, pridie Calendas Iulij, Maxæmilianus.

Post hæc Creueceurius Gandauū venit, adducēs 36. tormenta bellica mediocria, sexcētos quinquaginta galeatos equites, ac octo millia electorū peditū, è quibus quatuor millia Regia merebāt pecunia: reliquis stipēdia. Dux Aurelianus ac Comes Engulesmæ soluebant. Philippus Austriacus, Gandensiu iussu, ad Creueceuriū mittit Ioannē Trazigniu, Tergoussij Dominum (hic cum multis alijs viris nobilibus, Maxæmiliano fidus, consensu Gandensium Duci Philippo ministrabat) nuntiatum, Urbem ei Gandensē patere. Addit ex se multis præsentibus hæc Trazignius: Aduenisti tandem, duas arcu tuo adferens chordas, hanc paci, alteram bello seruituram? Cui reddit Creueceurius: Ita me Deus amet, si non iam-iam pacem meā operā confectam verè ac ex animo opto. Quod cum astantium nemo crederet, nullam responso meruit gratiam. Honorificè, pro ætatis captu, (septem enim tantum erat Dux Philippus annorum) à Philippo Creueceurius fuit exceptus, iucundumque erat audire quæ & quanta, Francico more, Duci Philippo offerret promitteretque, quibusque coloribus, phaleris, ac fumis sesquipedalia verba sua tingere, ornare, ac inflare nouerat. Persuasit Magistratui, Ducem equo insidētem per urbem deambulare permitterent, populoque ostentarent. Quod cum factum esset, plebs agre tulit. Existimabant enim Creueceuriū id persuasisse, quo clam Vrbe eductum, in Franciam eum furtim abueheret, ac pro lubito vxorem daret. Nec temere idem verebantur aliquot prudentiores. Interea Franci milites insolentissimè in Vrbe ac agris viuebant, rapinis, stupris, ac contumeliosis verbis Flandros ad suæ gentis vetus odium irritantes. Petunt Gandenses cum exercitu in agrum Tornacensē reuertatur. Paret, relictis tormentis campestribus, hallebardis, mille ducentis galeis, ballistis, sclopetis, lanceis, ac alijs armis compluribus. Spondent pro restitutione Flandriæ Ordines. Abiens Creueceurius militi stipendia persoluit, iussitque singulis, hospitibus suis ad- vsque terancium (vri fecere) persoluerent. Repetijt postero post discessum die aliquot tormenta ac captiuos. Vtrumque Gandenses negant. Circa Calendas Augusti Guilihelmus Marcanus Arenbergius, Lumaignæ Dominus, ac Lotharingæ Dux, Mazerium, quod est ad Mosam Oppidum, conueniunt, so-

lique

1485. lique aliquandiu secretè communicant. Fama erat, moliri eos disensionem ac inimicitias inter Maxæmilianum ac filium eius Philippum, bellumque Brabantis è Ditione Leodiensi communi sumptu inferre velle, ac in eam rem Marcanum Lotharingo munitiones aliquot Ditionis Leodiensis ex promisso traditurum. Maxæmilianus his de rebus multisque alijs certior factus, secretissimè Frederico Hornano, Montignij Domino, scribit, quacumque ratione captum Marcanum Traiectum ad Mosam perducatur, ac gladio caput abscindi curet. Excepta enim hac coniuratione, superiorumque temporum rebellionem, commissoque in Antistitem Borbonum turpissimo homicidio, alia insuper quâplurima homo saeuus ac sanguinarius, tam propria manu quàm per sicarios, ac quos semper in bonorum capita circum se alebat infandos latrones, facinora perpetrarat: neque solum homines plebeios innocentesque, sed nobiles etiam illustresque aliquot viros, quosdam sacris initiatos, trucidarat. His facinoribus contaminatum, insuperque nil præter sanguinem, bella, ac seditiones spirantem, è medio quoquo modo, communis vtilitatis causa, Maxæmilianus tollendum censebat, Diplomaque ad hoc quàm secretissimè Montignio scribi, additoque sigillo muniri tradique iubet. Is eo accepto Valéchenis discedit, conscriptisque circa Gaesbecum aliquot peditibus, ad Centrones (nunc Fanum Trudonis) vbi vterque eius erat frater, Iacobus Comes Hornanus, ac Ioannes Antistes Leodiensis, peruenit. His secretò Maxæmiliani Diploma dat legendum. Erat tum eodem in Oppido Guilihelmus Marcanus, cum Montignij fratribus genio indulgens. Paulo enim antè pacem cum Antistite cæterisque Hornanis fecerat, qua de causa eos minimè suspectos habebat. Vocatur postero die Montignius à fratre Præsule ad prandium, aderatque Comes Hornanus, ac Marcanus. Paulo ante prandium, certo extra Oppidum loco, insidias Montignius Marcano poni curarat. Posteaquam lautè essent pransi, placet extra Oppidum in equis animi causa exspatiari. Studio Montignius eam egreditur portam, vbi insidiæ erant structæ. Quum paululum progressi essent, semperque honoris causa Marcanus in medio iret, inter alia de equorum præstantia Montignius sermonem infert. Laudat suum supra modum Marcanus. Montignius eum, cui insidebat, præfert. Præstantiam cursu experturi ex equis descendunt, puerosque amanuenses conscendere iubent. Vix in pedes desilierant, quum statim, qui in insidijs latebant, accepto signo exiliunt, Marcano manus iniiciunt, utque se captiuum Maxæmiliano sistat iubent; profertque statim in eam rem Montignius Diploma, Marcano ostendit, perens se excusatum habeat, exequentè comunis Principis mandatū. Perturbatus Marcanus rogat, quò se ex mandato sit perducturus. Traiectū ad Mosam, reddit

1485. reddit Montignius. Ad certam igitur mortem, ait Marcanus, duci me intelligo: summopere rogās, sed frustra, ad Maxæmilianū perduceretur. Traiectum adductus, duodecimo Cal. Iulij hora septima matutina sententiam moriendi ab Urbis Magistratu accipit. Confessus sacerdoti vitia animi, ac arcano corporis Christi Sacramēto munitus, prodit in publicum, cæsariemque, deinde caput carnifici abscindendū præbuit, cum prius togam ac crepidas in populum abiecisset. Atqui hac ratione vir nobilissimus, è Cluix Ducum veterumque Marchæ Comitū sanguine ortus, vitam finiuit, quod peruerso iudicio summos Principes sibi hostes quàm amicos maluisset, plebisque fauore temere ac stultè cōfidens, nouum sibi suisque Regnum animo constituisset. Tam ægre eius mortem Leodienes tulere, vt quasi lymphatici per Urbem discurrentes, ad mortem quærerent omnes qui Germanobelgicè loquerentur, è quibus aliquot miserè periere; erantque omnium vxores ac liberi non sine periculo, nisi Robertus Marcanus, Esdainæ Dominus, extincti Marcani frater, per Urbem discurrens, alta voce exclamasset: Desistite ciues, vindictam non cupimus. Iam Flandros belli ciuilibis tædere incipiebat, maiorque pars Gadenisium ac Brugensium pacem petebat, pecuniæ inopiã allegantes, quibus Guilhelmus Rimius, homo seditionisissimus, consulebat, Ducis Philippi pretiosorem supellectilem, quæ Gandauī afferuabatur, venderent. Aegerrime id ferebat Martinus (alij Matthiã vocant) Paiartus, summus opificum Præfectus, (Decanum vocant) instigatque secretò populum, pacem petere non desistat. Fit ita. Sed cum res differretur, exacerbatur plebs contra belli concitatores, ac conuentus Teneramondani perturbatores. Iam antea enim in hoc Oppido tredecim Aurei Velleris Equites congregari, æquissimas pacis leges Gandensibus obtulerant; easque plebs admisisset, nisi qui cum imperio in Vrbe tum erant, impediuisent. Receperant hi sese Aloftum ad pacis mentionem, vt introductis Francis, qui cum Creueceurio venerant, eorum præsidio tuti forent. Mandant Gandenses Præfecto Aloftano, captos ad Urbem transmittat. Paret non inuitus, quod vereretur ne ab his, Francorum auxilio, Oppidi gubernatione priuaretur. Erant inter hos præcipui Adrianus Rasingemius, Guilhelmus Rimius, Ioannes Coppenollius, Daniel Onredenus, è quibus paulo post Gandauī Rimio ac Onredeno, pacis Teneramondanæ intercessoribus, capita publicè abscinduntur. Cæteri plebis interuentu liberantur: varioque tumultu Gandensibus inter se agitat, breui Maxæmilianus aut pacē aut pugnam inter ciues expectabat. Rasingemius, Coppenollius, cæteri que belli Duces, non amplius Gandauī fidendum arbitrantes, Tornacū migrāt. Romontij Comes, Flandricæ coniurationis Imperator, Alofti erat cum trecentis Francis. Pacem certò initam videns, petit cum præsidio per Urbem

1485. Urbem Gandensem tutò in Franciam proficisci possit. Negatur. Ga-
ueram igitur profectus, Tornacum ad Creueceurium peruenit. Is ve-
teribus castris in Suburbio D. Martini sedebat, nulla eum ratione
Tornacensibus admittere volentibus; quare decimo sexto Cal. Iulij,
tertio ab aduentu die, Heddinum cum Romotio redijt, nulla, quæ tan-
to Duci exercituique honori esse poterat, re memorabili gesta. Cōfecto
bello, septimo Cal. Iulij Maxæmilianus Brugas cum nobili decentiq;
comitatu intrat. Excipiunt eum ciues lætis animis, pacem sibi gratà de-
mōstrātes. Erāt eadē in Vrbe Nobiles aliquot, qui contra Maxæmilianū
cum Flādris acerrimè pugnant: statim in carcerē ducuntur, bona fisco
addicuntur: erantque inter hos vxor ac soror Com. Romotij, cuius agros
ac mudū muliebrē Philippo Cluio Maxæmilianus donat. VVolfardus
Borfellius, Terverē Dominus, rebellium Ducū vnus, ac huius familię po-
stremus, (filias enim tantum ac filios reliquit nothos) captiuus fuit Phi-
lippi Burgundi, Beuerē Domini, eius tandem generi Nassauio cesserunt
Gruthusæ Domini bona. Despierræ Dominus, filius Gruthusij, qui ca-
strum Insulensē Maxæmiliano didit, rebus omnibus in tutum abdu-
ctis, acceptisque insuper à Magistratu tribus aureorum liliorum milli-
bus, in tutum abiit. Interea Flandri pacem desiderantes, eam tandem
his legibus impetrant: Flādræ Ordines ac Vrbes Archiducem Maxæ-
milianum filij sui Philippi Tutorem agnoscunt. Eius Flandriæque
gubernationem ei statim permittunt. De his illi sacramentum dicunt,
tum immunitatum Flandriæ conseruationem iuranto. Philippum
Austriacum extra Urbis portam adductum in patris Maxæmiliani po-
testatem constituunt, promittente Maxæmiliano se filium extra Bel-
gij limites, antequam adoleuerit, non abducturū. Tot in Urbem Gan-
densē corporis custodes, quot Brugis habuit, adducito. Rerum iudi-
cialium in Flādris status, qui ante bellum fuit, maneto. Acceptorum
impensarumque rationes Insulis veteri more reddito. Quicumque
durante bello causa Maxæmiliani in exilium sunt acti, liberè ad sua
redeunt. Si qui hoc obtentu exules alij redierint, eius rei inquisitio,
Maxæmiliani Concilio, quod est in Flandria, esto. Quod ad eos atti-
net qui è Brabantia in exilium sunt acti, reuerti poterunt, modò iudi-
cio Curix Brabantix, certas ob causas, quas è Procuratore Principis
discent, sese stiterint. Ordines Flandriæ Maxæmiliano tribus tempori-
bus 700. florenorum millia in bellicos sumptus à se factos soluunt.
Fugitiui omnes à septimo huius mensis die, Iudici ordinario causam
dicturi, se sistunt. Si succubuerint, bona fisco addicta, restituendis
Templis ac Arcibus, quas Flandri sunt demoliti, è voluntate Maxæmi-
liani impendunt: sin minus, ad bonorum suorum possessionem rede-
unt, contenti statu quo ea inuenient. Hæc ab ytraque parte sub-
signantur

1485. signantur, sigillisque appensis confirmantur. Exinde Gandenses se parant ut Maxæmilianum honorificè excipiant. Exeunt ei cum Philippo Austriaco obuiam Adolphus Rauastainius, Anthonius Burgūdicus cum filio Philippo multisque alijs Nobilibus, qui in Vrbe cum Philippo Austriaco fuerant detenti. Paululum egressi, obuiam habent Oliuerium Marcanum, cæremoniarum administratorem, superioris filium, qui singulos admonebat quid essent facturi. Philippus viso patre ex equo descendit, caput nudat, flexoque poplite salutat. Pater filium amplexatur ac exosculatur, tanto vtriusque animi cum affectu in amplexum ruentes, ut aliquandiu non diuellerentur, nec verba proferrent, maiori que astantium parti lacrymas excuterent. Gandenses viso Maxæmiliano in genua procumbunt, ac dum leguntur pacis leges manent, dein nonis Iulij omnes Urbem porta Brugensi intrant, sequentibus Germanorum peditum quinque millibus. Tum Maxæmilianus proprio gladio tactis scapulis in Equitum cooptat numerum Martinum Paiartum, quod eum semper pacis authorem fuisse sciret. Quinto post hæc die Gandenses iterum ad arma hac de causa recurrunt. Tres Germani milites, ancillam hospitis sui violare conati, iussu Magistratus in carcerem ducuntur. Germani nullius se Imperio subijci scientes, præter Præfecti rerum capitalium suæ legionis, eo incio numero quatuor ad carcerem contendunt, ancillæ claves extorquent, ac ianuas duas aperiunt. Restabat postrema, quum vociferatione dictæ ancillæ accurrentes ciues, ac quidnam esset edocti, ad Magistratū tendunt, ius de carcerum effractoribus, ac virginum violatoribus petentes fieri. Promittente Magistratu, magno numero cum armis ad forum contendunt, signa militaria proferunt, seque plaustris muniunt. Maxæmilianus, causæ ignarus, eò Philippum Cliuium, ac Cameracensem mittit Antistitem. Loquenti aures præbere nolunt. Hora noctis decima, motis signis, ad ædes Maxæmiliani contendunt. Ille Germanos ad pugnam instrui iubet, Urbemque flamma ferroque vastasset, nisi eum Proceres exorassent placassentque. Chimaus ac Beuerus rem pacificaturi ad ciues exeunt, sed ferme violantur, maiorque famulorum pars galeros ac superiorem vestem perdidit, eodemque momento Rolandus dat sonum. Maxæmilianus aliquot Germanos, Heluetios, ac Anglos exploratum mittit, serione pugnam querant, an ebrij aliquot tumultum excitent. Hi Gandenses varijs locis aggressi, nonnullos vulnerant ac sternunt, complures in fugam agunt. Cumque Maxæmilianus, instructa acie, se ferio ad pugnam pararet, animis plebs cadens domum reuertit, armaque ponit. Verebantur enim à tergo arma proborum ciuium, vndique Maxæmiliano in auxilium coeuntium. Is cum sua acie ad Aedem publicam profectus, pacis violatores, ac tumultus excitatores, à Magi-

stratu

1485. stratu exigit. Traduntur tertio à tumultu die octo. Interea ex omnibus circumiacentibus Oppidis ad Maxæmilianum auxilia conuolant, opportunaque Urbis loca occupant. Tum cogit Gandenses restaurare quinque lapideos pontes, quos demoliti erant, ne Maxæmiliano è castro V Vallensi in Urbem pateret exitus; filiumque Philippum Gandauo eductum, Mechliniam sub custodia Adolphi Rauastainij mittit. Exstruxerant durante bello Gandenses in foro Piscario obeliscum altitudine viginti pedum, cuius basis innitebatur quatuor lapideis leonibus. Primum arma in pectore ferebat Francica, alter Austriaca, tertius Flandrica, quartus Urbis Gandensis. Maxæmilianus clara luce Francica eradi iubet, ac sua filijque eodem loco reponi. Inde ad Arcem trahi iubet tormenta que Creueceurius in Vrbe reliquerat, quæque Urbis erant, pauloque post eadem omnia medio die Teneramondâ pertrahi curat. Coguntur insuper Gandenses restituere aulae tapetaque omnia, Crucem ingentis pretij, Bibliothecam, aliaque multa, quæ belli tempore in Vrbe reperta detinuerant, ac in rem suam verterant, promittuntque se soluturos supra promissam pacis legibus summam, centum viginti septem millia aureorum liliorum, idque ante anni Solaris reuolutionem. Exinde authores postremi tumultus, numero triginta tres, gehennæ adiudicantur, octoque ex his capite plectuntur, è quibus duo singuli septem millia aureorum liliorum pro redimenda vita frustra offerebant. Centum circiter in exilium mittuntur. His rebus peractis, Gandauum Legati ex omnibus Flandriæ Ciuitatibus veniunt, singuli que aliquid ab ijs petunt. Brugenses cupiebant flumen Lyfam Densa in Urbem suam deriuare, ac ad mercatorum comoditatem aquæ fluuiialis salubritate se iuuare, quod idem præteritis temporibus non semel à Flandriæ Comitibus frustra petierant. Maxæmilianus egregia Gandensium voluntate omnibus satisfacit. Decimo Calendas Augusti in ipso ingressu arcis V Vallensis Maxæmilianus in Ducali throno, pro rei ac temporis exigentia ornato, sumptuosissimè vestitus sedebat. A sidebant à dextris ac sinistris Consiliarij, Proceresque. Burgundi ac Belgæ, Legati Regis Franciæ, Angliæ, Britonū Ducis, Antistitis Leodiensis, Cameracensis, ac Lugdunensis. Accedunt omnes Urbis Gandensis Rectores, ac quot è populo astare poterant, longis induti talaribus vestibus, capitibus nudis, honoreque capitum inclinatione Archiduci exhibito. Eos Brabantix Cancellarius materna lingua hoc modo alloquitur: Posteaquâ Archiduci iniurias quas potuistis omnes extremo conatu intulistis, pacem tamen vobiscum fecit, plus omnium saluti quam proprio honori consulens, Proceribus non parum animi eius lenitatem admirantibus. Hinc parua de causa arma resumpistis, eumque tribus in Vrbe locis oppugnatum venistis: statueratque pro merito vos

Q 2

flamma

1485. flamma ferroque punire, nisi sacrarum Aedium respectus, multorum
 » innocentia, proborumque lacrymæ animû eius ad clementiâ vertissent.
 » Contentus est Archidux supplicibus respondere libellis, quos vt offer-
 » re liceret petijstis. Ad hæc Gandensium Syndicus ita ex astantium vo-
 » luntate respondit: Confitentur Gandenses extremè se erga clementis-
 » simum Principem peccasse, incurrisseque multam vitæ ac bonorum; li-
 » cuiisse proinde Archiduci ita de Vrbe statuere, vt non sine admiratione
 » requirere eius fundamenta liceret. Supplices libellos oblaturus Princi-
 » pi à negotijs magis vacuo. Renunciare Gandenses Collegio Sodalium
 » D. Iohannis, in quo circiter octingenti conuenire solebant viri, modò
 » res diuina, ab his celebrari solita, statutis obseruetur diebus. Exinde
 » Maxæmiliano offerunt cistulam, in qua custodiebantur nouem volumina,
 » priuilegia à Francorum Regibus rebellionis tẽpore ciuibus do-
 » nata, aut Comitibus extorta, continentia: quæ omnibus inspectantibus
 » Præfectus Diplomatum, detractis sigillis, discidit. Tum veniam petût.
 » Respondet Maxæmilianus, quum fecissent quod promiserat. Quo au-
 » dito, omnes iunctas manus ad cœlum tollunt, iterum atque iterum ve-
 » niam ingeminâtes. Tandem Maxæmilianus eâ sese absolutè dare pro-
 » nuntiat, promittens clementem sese futurum Principem, si in fide per-
 » stitissent; ac quum primùm filius Philippus adoleuisset, sese ei guber-
 » natione cessurum: curarent ne posthac de læsa obedientia ac obsequio
 » conqueri amplius posset. Tum Octo viris noui legedi Magistratus dat
 » curam: quo factò, epulum apparari iubet, in quo omnibus, qui petebat,
 » vinum gratis propinabatur. Exinde pax publicatur. Merwesijs Domi-
 » nus Flandriæ præficitur. Iacobus Ghistellius, Mottæ Dominus, Urbis
 » Gandensis fit Præfectus (magnum Ballium vocat.) Interea ea omnia
 » apparabantur, quæ Maxæmiliano ad proficiscendum in Germaniâ erant
 » necessaria. Eò enim tẽdebat, communicaturus cum patre, Cæsare Fre-
 » derico, quem ab octo annis non viderat. Vt verò maiori cum digni-
 » tate iret, veterum Burgundiæ Ducum more restituit Musicorû Col-
 » legium, magno sumptu ex omnibus Europæ Prouincijs congregatis
 » optimis artis eius Magistris, vocum claritate bonitateque præstantibus.
 » Hos cû domestico comitatu nouis ornat vestibus, è coloribus sibi gra-
 » tis familiaribusque, albo, cæruleo, ac rubro, confectis, ad sexcentos vs-
 » que viros, pueris, qui à manibus ac pedibus erant, exceptis. Filium Phi-
 » lippum, annum octauum agentè, custodiæ Adolphi Rauastainij reliquit.
 » Regionum rei que bellicæ curam eius filio Philippo Cliuio ac Eingel-
 » berto Nassauio permittit. Rem iudicariam fidei ac prudentiæ Ioannis
 » Carondeleti, Scampuanisij Domini, Burgundiæ Cancellarij, reliquo-
 » rumque Consiliariorum concredit. Eodem ferè tempore Antwerpiam
 » priuatam ob causam venerat supremus Franciæ Regis Stabuli Præfe-
 » ctus:

ctus: quem Maxæmilianus in custodiam dari iubet, donec Rex dimi-
 » sisset, VVillerualli Dominum, Stephanû Crætum, ac plerosque alios 1485.
 » viros nobiles Burgundos, quos Rex, lata in eos capitis sententia, Pari-
 » sijs in carcere detinebat, quò Ducatus Burgudiæ Ducalia suffurati, Di-
 » plomata, tabulas, ac titulos in eandem rem feruientes, ad Belgas de-
 » tulissent, vbi etiamnû, vt plerique volunt, custodiuntur. Secundo no-
 » nas Nouembres Maxæmilianus Antwerpia Buscoducum, inde Crauam
 » Ruremondamque proficiscitur. Vndecimo Cal. Ianuarij Rurmonda
 » Hensbergam venit, audientque patrem Aquisgranum venisse, eò tẽdit.
 » Vnico Vrbe milliari eum saluat Dux Iuliæ, ducentis comitatus equi-
 » tibus: pauloque post à Cæsare missi adsunt Marchio Badensis, ac Co-
 » mes VVirtenbergæ. Hos ipse tandem Cæsar Fredericus sequitur, qui
 » aliquandiu solus cum Maxæmiliano loquutus, tandem magna cû pom-
 » pa simul Aquisgranum ingrediuntur. Decima quarta Cal. Martij anno
 » 1486. Maxæmilianus Austriæ Archidux Francfurti ad Mœnum, com- 1486.
 » muni Germaniæ Septemvirum assensione, in Romanorum Regem eli-
 » gitur, coronaturque; Aquisgrani, die nono Mensis Aprilis, eò Norimber-
 » ga, vbi tum erat, allata corona, qua olim Carolus Magnus fuit redimi-
 » tus. Aquisgrano Cæsar ac Romanorû Rex, (vti posthac Maxæmilianû
 » appellabo) ceterique Germaniæ ac Belgarum Proceres, Coloniam
 » Agrippinam proficiscuntur, vbi publicè conuiujs ludicrisque bellorum
 » spectaculis sæpius ingenti ciuium gaudio ac commodo fuit certatum.
 » Vigesima Maij Cæsar ac Rom. Rex inuicè amplexi, ille in superiorem,
 » hic in inferiorem Germaniam cõtendit; Sontiumque eo die profectus, ab
 » Archipræsule honorificè excolitur. Mane Nucium veniens, paucis die-
 » bus Oppidi situm, soceri Pugnacis memor, qui id vndecim mensibus
 » obsederat, est contèplatus. Hinc Erquelemium, inde Hulquenroiam
 » venit. Tandem aurea indutus Imperiali veste, Ruremondam armatus
 » introijt. Postero die ad Arcem Horstiam diuertens noctem egit: tum
 » Buscoducum venit, obtinamque ei sacer profanusque Ordo cum vni-
 » uerso populo 2. boues mirum in modum saginatos, ac 2. ingentia do-
 » lia vino Rhenensi plena, dono offerunt, res eo tempore admodum ho-
 » norifica, nunc ridicula. Buscoduco Heusdam mouet, in itinere aucu-
 » pio se recreans. Cùm hîc triduo hæssisset, ac cõtroversiâ inter Archipræ-
 » sulem Coloniensem Cliuicæque. Ducè ortâ cõposuisset, vtrumque cõtenti
 » à se dimisit. Donauit eum vterque insigni caballo, ac dolio vini Rhenani
 » generosissimo. Heusda Corinchemû profectus prædet, præmissaque nauibus
 » Dordracum maxima comitatus parte, terrestri itinere eques subse-
 » quitur, excipiturque; à Ioâne Egmódio, Holladiæ Governatore, ac Ioâne
 » Lanoio, Minguoalli Dño, primo Curie sue Præfecto, summo cû hono-
 » re. Collocari iusserat Egmódus Corinchemo Dordracû vsque itinere 4.
 » Q 3. hora-

1485. horarū vasa pice infecta, certis interuallis distantia, quæ à constitutis ad hoc hominibus opportuno tempore incendebantur, ita vt toto itineris tractu ardentiu vasorum flammæ ab vna ad aliam ciuitatem nunquā deficerent. Donatur à Dordracenis quarto Iunij boue incredibilis pinguedinis, immensæque vastitatis, tum sturione viuo, lōgitudinis quinque vlnarum. Postero die Legatos Hollandorum audit, qui per Iacobum Alemōdium orationem in eius laudem recitauerē. Exinde è Hollandorum nobilitate Equites creat, Gerardum Abbenbrouckium, Cornelium Dorpium, Adrianum Zoutium, Cornelium Cusingium, Iacobum Catzium, Adrianum Espangiam, Ioannem Nortwikium. Dordraco Geertrudebergam proficiscitur; inde Bredam, excipiturque à Nassauij vxore lautissimè. Postero die Tornholtum, vbi se per aliquot dies venatione ac aucupio exercuit, inuisente hīc eum Bossuij Domino, Abbate Parkensi, Tibaldo Baradottio, rei nummarię Præfecto, Legatis Antwerpensium, Louaniensium, Mechliniēsium, Bruxellensium, ac Brugensium. Ex eo tempore quo Creueceurius cum exercitu è Francia profectus Gandauum venerat, pax inter Belgas ac Francos violata censebatur: sed vterque id Princeps dissimularat, alijs impediti rebus. Optabant tamen non pauci, nec obscuri viri, apertam pacis violationem. Horum facilè Princeps erat Creueceurius. Quare, conueniente Francorum Rege, mari Belgarum aliquot naues inuadit, ac spoliat, terra Hannoniæ agros depopulatur. Montignius operā Scoti militis, Mortanga propter homicidium pulsus, Oppidum eiectis Francis recuperat. Bertoldus quidam Louaniensis, coactis aliquot militibus, Castello Honnecourtio insidias locat. Quum summo mane porta aperiretur, ac vacca, boues, ouesque ad pastum educerentur, prouolantes insidiatores, portam sui iuris faciunt, Francosque omnes seminudos expellunt. Eadem ratione rustici aliquot occupant Lesclufam, quæ est apud Osteruantios: sed his ab accurrentibus vndiq; Francis iterum pulsus, Arx incenditur. Palàm igitur ab vtraque parte supra pace, arma Rex diligenter parat. Salezarus minor Duacensium Præfectus Terowanæ insidiabatur. Congregarat in hanc rem quàm secretissimè quingentos veteranos pedites, eosque nauibus impositos Grauelingam fidis cum Reçtoribus, salem se vehere simulantibus, tendere iusserat. Reperiunt hīc quadringentos Anglos, Caletō à Rege Angliæ (vt credi volebant) pulsos, quibus præerat Thomas Davidus, vir militiæ gnarus, Rom. Regi fidus, ac de instituto negotio clam certior factus. Compararant scalas, funes, ac alia ad id, quod moliebantur, necessaria. Nocte obscura, pluuia, ac ventosa iter facientes, Terowanam appropinquant, ac ab ea parte, vbi Templum erat D. Nicolao sacrum, fossas intrant, muris scalas apponunt, nemineque intus sentiente ascendunt. Petierat à

1486. rat à ciuibus, pace violata, Creueceurius præsidium acciperet; & quam renuissent, præparari tamen hospitia iusserat. Ventus erat adeo hac nocte validus, ac pluuia tam densa, vt ciues, relictis murorum custodijs, in propinquas turres secederent. Horum aliquis, audito ascendentium strepitu, Francica rogat lingua quis viueret. Respondetur illi, Burgundia. Ciuis alium ciuem se irradientem esse arbitratus, ridens iocansque ait: Equidem, hoc præsertim tempore, quo venti ac imbres de aëris imperio certant, campos Oppidi nostri Burgundis repletos esse opinor. Interea Angli Belgæque murum tenebant. Sentiant id tandem seriò vigiles in turribus excubantes, è quibus vnus alta voce socios inclamans, confoditur, cæteri diffugiunt: Angli Belgæque è muris ad forum descendunt, ac in acie constituti summis clamoribus aliquoties ingeminant, Viuat Burgundia, Ferrum in hostes stringite. Si quis aperta fenestra in Oppidum inspicere, aut ianua egredi conabatur, sclopetorum globis ac balistariorum iaculis petitus intrò adigebatur. Qua ratione ciues omnes, ædibus se continentes, Salezaro tempus & otium dedere occupandi opportuna oppidi loca, ac disponendi præsidia. Quo facto, Magistratum conuocat, ac quicquid in Oppido auri, argenti, signatæque pecuniæ erat, ad se perferri iubens, Anglis Belgisque ex promisso distribuit. Vestes pretiosæ, ac magni pretij supellex descripta, in custodiamque data, arbitrio Rom. Regis asseruatur. Post paucos dies pars Anglorum, prædæ parte plaustris imposita, ad Fanum Audomari tendit. Propinqui campo vbi scelerati à Terowanensibus solent puniri, in Francorum cadunt insidias, cæsi que aut capti prædam amittunt. Dolebat Creueceurius summopere amissa Terowana. Magnum enim numerum maiorum tormentorum cum globis ac pulueris tormentarij ingenti copia in ea reliquerat. Vult experiri an eadem arte Oppidum possit recuperare, qua amiserat. Petro igitur Sorio, Præfecto Cohortis Vasconum, persuadet, cum triginta militibus simulata transiione ad Salezarum se conferat. Fit ita, recipiuntur, ac ad eam sensim Vasco peruenit authoritatem, vt ei Salezarus Oppidi portam cum suis custodiendam concederet. Qua de re Creueceurius per vetulā certior factus, obscura nocte mille octingentos veteranos haud procul porta in insidijs collocat. Vasco vetula referente de insidijs certior, portam vesperi seriùs claudi, paucaque campestria tormenta ad eam clam duci curat. Ciues, qui cum Vasconibus custodiā habebant, hæc animaduertent, ac Salezarum admonuerant. Is statim ad portam cum magnò militum numero contendit, reperitque eam leuissimè clausam. Vasco detectas insidias timēs, ante Salezari aduentū cum decē è suis per minorē portā, quæ est à latere maioris, se proripit. Cæteri Vascones numero sexdecim capti, ac torti, prodicionemque ad lon-

1486. ad longū confessi, capite dāt pœnas. Creueceurius recepto Vascone, ac ijs qui in insidijs federant, Heldinum reuertitur, Salezaro vestigijs acriter insistente, quo conatu Pennæ Dominum desiderauit. His struendis insidijs vetula Terowanensis fuerat internuncia, quæ à captiuis Vasconibus nominata, viua exurit. Pridie Idus Iunij Romanorum Rex, qui cum summo honore ac sumptu Antwerpia, Mechlinia, ac Bruxella fuerat exceptus, certior factus patrem Casarem honestissimo comitatū se inuisentem haud procul Bruxella abesse, cum filio Philippo Louanium prouolat, patremque excipit, qui incredibili desiderio videndi nepotis tenebatur: quem cum senex tenerè esset amplexus, ac cum lacrymis exosculatus, beneque non semel precatus, simul Bruxellam contentendentes, vigesima secunda Iulij, qui D. Magdalena est consecrata, intrant, vbi post paucos dies leui de causa tumultus inter ciues ac Germanos milites oritur. Ciues statim à Magistratu pacantur: Germani instructa acie ad Curiam, vbi Principes genio indulgentes mensa absidebant, tendunt, reperientesque in curribus onerarijs dolia aliquot vino Rhenensi plena, eo die à Magistratu Casari dono data, positis armis iram omnem in ea conuertunt, prædam faciunt, neque discedunt antequam ea exhaustissent. Bruxella Casar Mechliniam, indeque Antwerpiam venit, vbique ingenti cum sumptu ac magnificentia exceptus. Exinde Rom. Rex circiter quindecim millia bellatorum in vnum colligit, præficitque Cliuium, Chimaum, (iam primū Principis titulo à se exornatum) ac Nassauium. Erat enim & Creueceurius iustis cum copijs egressus. Hunc ad pugnam cogere, aut Terowanam de comæatu, quo summopere egebat, prouidere, instituerant. Sed Creueceurio in aciem non descendente, introductis Terowanam rebus necessarijs, in Atrebatenses contendunt, ac obsessum aliquandiu Lensum tandem ad deditionem cum aliquot in circuitu Castellis cogunt, plura executuri, nisi Heluetiorum militum subita defectione, Rom. Rex, qui ad castra venerat, fuisset impeditus. Conclamatis enim vasis domum discedunt, videntes se exequi non posse, quod Francorum Regi pecunia corrupti promiserant, vt captum Rom. Regem, facta transitione, dederent: sed is, iusto semper equitum septus præsidio, Heluetijs se non temere fidebat. Non semel enim antea, vti nunc, pecuniam ac stipendia importuno tempore exegerant. Legatis igitur iterum exercitum commisso, Insulas, dimissis Heluetijs, contendit. Exercitus verò paulo post inopia comæatus, dilabentibus militibus, valde fuit diminutus. Post hæc Montignius, aliquotque alij Nobiles, cōgregatis centū quinquaginta equitibus, ac nongentis peditibus, ad Fanum D. Quintini occupandum in Veromanduis contendit. Habebat itineris Ducem, qui Oppidi situm ac munitiones optimè nouerat. Quum noctu equites

pri-

1486. primi venissent, putarentque haud procul abesse pedites, ex equis delinientes, secuti itineris ducem, per flumen iugulo tenus ad Oppidum gradiuntur, interque hos cum duce primus Montignius. Sed noctis obscuritate errantes è via peditum ductores, equitibus auxilio esse in tempore non potuerunt. Itaque insidijs patefactis, duo Belgæ Oppidum ingressi capiuntur, tertius cōfoditur. Cæteri sine detrimento ad equos reuersi, cum peditibus in Hannoniam re infecta rediere. Paulo post ipse Rom. Rex idem Oppidum occupare conatur, clam cum iusto militum ac tormentorum apparatu Valenchenis profectus. Sed tribus ante aduētum horis puer amanuensis natione Francus, in Rom. Regis exercitu seruiens, clam discedit, ac ad Fanum Quintini veniens, Præfecto Mouyo aduentum Rom. Regis aperit. Is, rabus omnibus ad defensionem præparatis, Belgas expectabat. Rex Rom. multitudine luminum ac ignium aduentum suum detectum sentiens, nil tentans, signa Valenchenas conuertit. Interea Germanorum aliquot vexilla, stipendia non soluta causantes, circa Mabugam ac Auénam omnia in prædam vertunt, cumque stipendia offerrentur, tria millia sublatis signis ad Francorum Regem transiere, perfidiam animis conceptam exequi non valentes. Quatuor millia in fide persistentes stipendia accepere. Casar Fredericus, posteaquam per tres menses in Brabantia, Hannonia, ac Flandria Ordinum sumptu latos egisset dies, in Germaniam est reuersus, conitante eum Rom. Regis nomine Mingouallij Domino: ipse diuiso exercitu in præsidia Bruxellam redijt. Accedunt eum Terowanensium Legati, extremam comæatus inopiam exponentes, ac subsidium rogantes. Conuocat Proceres ac militem, proficiscitur, Contra cum Iperas, indeque ad Fanum Audomari. Creueceurius enim, intellecta Terowanensium egestate, mille sexcentos equites ac tria peditum millia cōegerat, infederatque opportuna omnia loca, quibus ad Oppidum erat aditus, ad eamque eos redegerat inopiam, vt canes, feles, mures, ac similia deficerent. Nassauius Bergis D. VVinoci substiterat, Rom. Regis aduentum expectans, ac Creueceurium quotidie minutis prælijs vexans, Oppidanis verò spem citæ liberationis præbens. Ducenti enim eius equites aliquid frumenti intulerant. Habebat in armis Rom. Rex octo Germanorum, quatuor Belgarum peditum millia, centum cataphractos, mille sexcentos leuis armaturæ equites. Sequiebantur ducenta plaustra omni comæatus genere onusta. Instructis aciebus, Terowanam proficiscitur, eius omnes animi, vt, si Creueceurius se opposuisset, prælio decertarent. Sed Francorum Præfecti inter se dissidentes causa fuere, vt milites Picardi ac Bolonienses, relictis munitionibus ac Præfectis, domum reuerterentur, quos Creueceurius, deserta Terowana, sequi est coactus, introduxitque Rom. Rex

R plaustra

1487. plaustra commeatu onerata, ac mox discessit, reuertens mense Ianuario anni 1487. Bruxellam. Creueceurius verò nunquam quietus, sed flagrans desiderio recuperandæ Terowanæ, ad eius obsidionem mense Februario reuertitur, restitutis veteribus circum Oppidum munitionibus: quibus non obstantibus paulo post Belgæ, importato iterum commeatu, Oppidanis eo inuito refecere, paucis ab ytraque parte cadentibus, ac Lodowico Vaudrao, Nobili Burgundo, a Francis capto. Sub idem tempus Iacobus Sabaudus, Romontij Comes, in Francia obiit, filius Lodowici Sabaudia Ducis, auunculus Caroli octauî Francorum Regis, Eques Aurei Velleris. Militarat diu secunda fama Carolo Pugnaci; eoque mortuo, Maxamiliano Rom. Regi, vsque ad defectionem Flandrorum. Tum, Maxamiliano deserto, Gandensium Dux factus, Francorum partes magna famæ fortunarumque cum iactura est sequutus. Duxerat in uxorem Mariam Lutzenburgicam, cognatam Petri Lutzenburgij, Fani D. Pauli Comitit, ac sororis suæ Mariæ filiam natu maximam. Obijt apud Veromanduos, in arce sua Hera, mense Februario, vxore grauida relicta, quæ posthumam peperit Franciscam, nuptam Vendomæ Comiti viduo. Exactus fuerat Comitatu Romontij ab Helmetijs, primùm parua de causa, sed tum ferid, quum pro Pugnace in aciem contra eos prodijisset. Tertio Idus Martij Fredericus Hornanus, Montignij Dominus, prope Guiam sub dextro genu lancea pedestri fauciatu obiit, dimidia hora posteaquam secto genu, crus, cuius vulnus sacrum conceperat ignem, Chirurgi è medicorum consilio deposuissent. Fuit ab Hannonijs vel maximè desideratus, vulgo apud eos dictus Gandensium ac Francorum Virga, Clypeus Hannoniorum. Quarto Cal. Maij Creueceurius Fanum D. Audomari occupat. Rom. Rex tale quid aliquando futurum veritus, ante aliquot menses petierat, præsidium acciperent: consenserant: sed cum de conditionibus agitur, atque res ob negotiorum multitudinem diutius protrahitur, Franci hac ratione Oppido potiuntur. Proficiscuntur obscura nocte octingenti pedites Franci Audomarum. Subsequitur iusto interuallo maiori cum manu Creueceurius; cumque octingenti milites nauibus aduecti ad eam muri parrem vbi est Abbatia D. Bertini, fluiusque Arqus, peruenissent, in Oppidum per flumen penetrant, vbi maxima molæ aquaticæ rota magno cum sonitu ac murmure conuoluitur. Venerat cum Francis adolescens quidam nomine Blondelus, cui Oppidi situs ac munitiones erant notissimæ. Ducit Francos ad nouam à ciuibus institutam, sed nondum absolutam, munitionem. Incipiunt demoliri nuper compositos lateres, efficiunt aliquot hiatus, per quos dum nonnulli intrant, cæteri positos scalis in murum ascendunt, vigilibus nil audientibus propter aquæ rota agitæ strepitum. Quumque in murum

1487. murum milites sexcenti euasissent, ducenti per ruinas intrassent, duos reperiunt vigiles arma inclamantes, quibus statim cõfossis, tertioque capto, tessera extorquent: qua accepta, nemine impediante ad forum veniunt, ac ante Templum D. Margaritæ in acie consistunt; sublatoque ingenti clamore vociferatur, Vinat Francorum Rex. Exurgunt ciues, ac pauci Nobiles, resistunt paululum: sed cum sexdecim cecidissent, numero se victos animaduertentes, fugam capiunt, ac cum eis Frennoius, ac Robertus Menneullius. Exinde Franci Oppido potiti, Creueceurio portam aperiant. Is nobiles ignobilesque, qui se strenuè gesserant, equites creat. Ciuium pars ad Arcem cõfugerat, eius primùm animi, vt se ad postremum vsque spiritum defenderent: sed promissis Creueceurij expugnati, deditionem faciunt. Tum ad muniendum conuersus Oppidum, exigit in eam rem à ciuibus triginta millia aureorum liliorum. Franci asseuerabant se negligentiam custodum Oppido potitos; Audomariani proditione aliquot ciuium, qui quinquaginta millibus aureorum liliorum ad hoc erat empti, eaque de causa tam subito Creueceurium à ciuibus dictam summam exegisse; horum nomina ac cognomina non subticentes. Tum Creueceurius cum duobus millibus militum ad Arcem Reuesturam proficiscitur, haud procul Audomaro sitam. Adhibitis fossoribus, aquam Arci circumfluentem diuertit, fossam fascibus ac fimo replet. Tum tormenta profert, partem murorum deicit. Præsidarij octoginta animis fracti, deditionem faciunt, ac in laneo tantum thorace sine armis, albam manu virgulam ferentes, exeunt. Perotus cum ducentis Francis Arci custodiendæ relinquitur, quam multo, quam antea fuerat, munitiorem reddidit. Amisso cum Arce Audomaro, ac Reuestura, Terowanenses, hinc necessaria accipere consueti, statim variarum rerum inopia laborare incipiunt, eo magis, quod Creueceurius munitiões solitas iterum insideret, redierantque ad infamem murum, felium, canum, ac similibus rerum cibum. Rom. Rex hoc tempore in Zelandia erat, dat negotium Cluio, Nassauio, ac Balduino Burgundo introducendi commeatus, qui coactis vltra ducentis viris nobilibus, ac tribus peditum millibus, partim Belgis, partim Germanis, trecenta commeatu onerant plaustra. Agebat eo tempore Creueceurius Audomari quadringentis cum equitibus, iustæ eius copiarum Airæ erant. Belgarum exercitus vno Aira milliari castra ponit, intercipitque quinquaginta Francico vino plena dolia, Aira ad Fanum Audomari tendentia. Quum ad medium milliarem Terowanam appropinquassent, nunciatur mille ducentos Francorum equites varijs confedisse locis, cum multo maiori peditum numero, eius animi, vt appropinquantes Belgas ex improviso inuadant: pauloque post militaria Francorum apparent signa. Philippus Cluius, è consilio cæterorum Procerum, omnes equos propter

1487. paucitatem dimittere iubet. Ipse primus amanuensi tradito suo, lanceam pedestrem manu corripit, acieque instructa, plaustrorum cōiunctione contra Francorum equites munit. Balistarios ac sclopetarios in fronte disponit, tormenta æquo numero diuisa, partim in fronte, collocat, partim in tergo relinquit. Paucos equites leuis armaturæ extra plaustrorum septa rem, vt possent, agere iubet, ac se de hostium aduentu, ordine, ac consilio, quantum oculis coniecturaque assequi possent, admonere præcipit. Duo Germanorum millia in terram prostrata, facta prece eam exosculati, surgentes hostem ferociter requirunt. Sed Creueceurius pugnae aleam vitabat, tum quod maiorem copiarum partem post biduum expectaret, tum quod fortunæ suæ non satis fideret. Interea Cluius Terowanam ingressus, comæatum infert; eductoque veteri præsidio, nouum relinquit. Plaustris vacuis aliquot Francica tormenta, quæque eò spectant, imponit, Oppidoque non necessaria censens, abuehit. Atqui hac ratione sine incōmodo Terowanâ comæatu importato, exercitus in Flandriam reuersus dissoluitur. Creueceurius fremens frendenque, quod cōmeatum Terowanensibus prohibere, ne inferretur, nō posset, cum tamen vndique à Francicis Oppidis ac Castellis circumfederetur, dolo agendum, vi non procedente, ratus, magno hominem emit pretio vt Terowanam eat, seque cum literis à Rom. Rege scriptis missum simulat, tam artificiosè exaratis, vt vel acutissimos fefellissent. Præerant tum Terowanæ cum nouo præsidio Haubordini Dominus, filius nothus Comitum Fani D. Pauli, ac Crucis Dominus, qui visis proditoris literis credunt, omniaque Oppidi secreta Rom. Regi renuncianda illi detegunt, datisque literis illius respondent. Fingit ille se clam ad Rom. Regem redire: sed obscura emissus nocte ad Creueceurium reuertitur; quæque intellexerit, datis Præfecti ad Rom. Regem literis, aperit. Is iterum eundem hominem cum literis ad Præfectos Terowanenses remittit. Interim Oppidi cognito statu, conditione, ac rerum omnium inopia, militem cogit, eumque in Terowanæ circuitu hinc inde distribuit, maiorem tamen partem in silua D. Ioannis prope Oppidum in insidijs locat, qui obseruata nocte pluuia, positis scalis, in fossas parum aquæ habentes se demittunt, indeque iisdem scalis in murum mense Iulio conscendunt, eo tempore, quo nocturni vigiles, diurnos expectantes, cōtra militiæ disciplinam (quod Franci sciebant), abiissent. Erat Terowanæ in summa turri vigil, qui campana sonitu aduenientes prodebat, exposito ea turris parte linteo, qua equites aut pedites adueniebant. Is Francorum insidias aut non vidit, aut corruptus signum circa auroram non dedit. Idem summo semper mane quinquies aut sexies sonitum campana edebat; quo audito, noctis custodiæ abibant, diurnæ accedebant: quod hoc etiã tem-

pore

1487. pore neglexit. Vnde non sine ratione postea suspicio fuit, eum à Creueceurio fuisse corruptum. Hinc inter diurnos nocturnosque custodes perturbatio ac error: quæ res adeò Francis vsui fuit, vt, dum appositis scalis in Oppidum descenderent, neque in muro, neque in porta, hominem reperirent, introgressique obuios triginta vigiles facillè interficerent. Tum portæ seras effringunt, ac Creueceurium intromittunt. Lutzenburgius ac Crucius capiuntur, maiorque cum eis præsidiorum pars; iterumque Terowana in Francorum venit potestatem, anno vno ac quadraginta sex diebus elapsis, ex quo eam Salezarus, eiectis Francis, occuparat. Creueceurius fraudem meliùs quàm virtutem succedere considerans, alio instructo proditore, transitionem simulante, ad Cubernatorem mittit Insulensem. Affirmat is Regè bello Britonico implicatum, præsidia Oppidorum Picardiæ ac Arrelis valde diminuissè, proinde facillè posse Oppida Arcesque aliquot arte ac astu recuperari, suamque promittebat operam in recipienda Bethunia, adeoque prudenter fraudem simulare, verbaque præsentis animo colorare nouerat, vt, deceptis omnibus, Philippus Cluius, Balduinus Lanioius, omnesque ferè Proceres ei fidem adhibendam censerent. Statuitur dies octauo Cal. Augusti, quo intempesta nocte Bethuniam proficiscerentur. Proditor hac de re Creueceurium facit certiore. Belgæ se rebus interea necessarijs instruunt, ac, vt Bethuniam capiant, arma parant. Franci, vt eos excipiant, aduigilant. Cluius, quid præ manibus habeat, Nassauio ac Bosuo aperit: promittunt sese comites ituros. Coguntur pedites mille sexcenti, equites mille trecenti, quibus sese vniuersa ferè Regionis nobilitas iungit, ignari quò ducerentur. Addunt plaustra onerata lembis, scalis, funibus, dolabris, securibus, ac similibus instrumentis. Creueceurius edoctus de die ac hora qua Belgæ erant venturi, ad Arcem Bethuniam ducentos mittit pedites, in Oppidum verò ad vetus præsidium ducentos equites. Ad hæc in Oppidi circuitu septem locis insidias ponit. Primi in mandatis habebant, data opportunitate Belgas inuaderent: secundi à latere aut tergo ordines Belgarum perumperent: tertij fugientes sequerentur: quarti opportuna fugietium insiderent loca: quinti, sexti, ac septimi vt diuersis locis, prout necessitas esset postulatura, laborantibus subsidio accurrerent. Fuere autem hæc insidie tam callidè instituta, opportunisque locis collocata, vt nil de ijs vnquam Belgæ resciscerent, cum Creueceurius de eorum conatibus omnibus horis edoceretur. Nocte intempesta Belgæ Bethuniam appropinquantes, summum reperiunt silentium, nisi quòd Franciscani nocturni sacri signum campanæ sonitu darent, eodemque momento horologij campana duodecies sonat, quum tamen ratione tēporis tertiam sonare debuisset: idque studio à Francis erat factum, duas ob causas:

R 3

primum,

1487. primū, vt Belgæ multum adhuc noctis sibi superesse putarent; deinde, vt ductores, qui Belgas prodebant, sibi in tempore, vti fecerūt, confulerent. Studio enim à recta via aliquantulū aberrantes, ac clam discedentes, amplius ab ijs non sunt vili; Belgis tamen hac de causa incepto non desistebant, sed sex viros nobiles exploratum mittētibz, an spes aliqua intrandi in Arcem appareret. Singuli sibi comites decem iuuenes acres adsciscunt, cum scalis, lembis, ac funibus. Dūque se parāt vt fossam tentent, ac ad Arcem peruadant, fortē in rusticum incidunt: rogant quis viuat. Eo Regem nominante, rogant quis Rex. Francorum, inquit ille; additque: Anne & vos, vt ego, Franci estis? ignoratis Creueceurium in insidijs hic collocasse mille sexcentos equites, qui aduenientes Belgas, vt Oppidum Arcemque Bethunianā occupēt, cadāt, capiant, ac persequantur? Dicti Nobiles ad hæc verba attoniti, rusticum vinciunt, redeuntēque, re infecta, ad Cliuium adducunt. Affirmat constantissimē vera esse quæ dixerat. Nonnulli credendum rustico esse dicebant, alij missum vt mendacio Belgas ab incepto detererent, astutiā Creueceurij milite indigentis. Sed cum signa ac circumstantias hinc inde contulissent, fidem rustico adhibere incipiunt. Audiebant enim horologij errores, nulla videbant appropinquante die signa à proditore promissa, & quod præcipuum erat, eum nusquam comparere mirabantur. Decernunt nil vltra tentandum. Reducunt statim scalas, lembos, funes, cæteraque omnia, dolentes se tam temere homini ignoto, transfugæ, ac vili, in re tanti momenti, fidem summo cum periculo adhibuisse, erantque ex nocturno itinere tam ipsi quam equi extremē defatigati, pedes tyro malè armatus, quod ijs in partibus vix militem fuisse persuaderi sibi fuissent. Stat omnium sententia, ante Oppidum instructa acie se ostendere, ac, si nullus pro se motus oriatur, reuerti vnde venerant; aut, si necesse sit, cum insidiatoribus collato pede configere; quum certissimam in præcipiti recessu cladem necessariò essent accepturi. Emittunt quatuor cataphractos, ac duodecim leuis armaturæ equites, qui insidiatores (quos vno tantum loco federe arbitrabantur) vestigent. Quum hi paululum hinc inde scrutando errassent, primū ducentos, deinde trecentos Francorum equites conspiciunt. Renunciant Proceribus. Hi statim Claudij Sucræum cum octoginta equitibus auxilio mittunt. Occurrit eis ex ima valle vna insidiatorum pars: concurrunt acriter, crescunt Franci numero ac animis. Mittunt Belgæ omnem equitatum, Proceres peditibus se iungunt. Contrà exurgunt septem locis Franci, ac defessos recentibus equis ac viris vndique inuadentes: mox ruptis ordinibus in fugam conijciunt. Adducunt peditum aciem Proceres, resistunt in fronte veterani strenuè, ac Francorum equitum impetum nonnihil retardant, suisque equi-

tibus


1487. tibus effugiendi spatium faciunt; qui tamen vndiq. inuasi, resistere nec fugere potuerunt. Lassarassius, nobilis Sabaudus, vacillantem peditum aciem retentare conatus, occumbit, Nassanius grauiter vulneratur ac capitur, & cum eo Bossius, Forestius Dudzelius, Mastangius, Fontainesius, Nuuellius, Sucræus, fratres Morbecani, Stephanus Chasteleus, Carolus Egmondus, Geldriæ Dux, annos tantum quindecim natus, qui que è honesta paulo antèeductus custodia, prima pro Romanorum Rege serio iam induerat arma, ductusque est cum cæteris in Franciam, ac Borbonijs maternis cognatis custodiendus datus, apud quos per continuum ferè quinquennium egit. Tum Geldris eum redimentibus, Vincentius Meursij Comes proprium filium obsidem dat, donec promissa numeraretur pecunia, quod tandem anno 1492. est factum. Fuere viri nobiles hoc prelio capti quinquaginta. Anthonius Longcampius cum forti equitum manu ad pontem Meureuillæ stabat, fugientes Belgas in pugnam redire cogens, Francosque aliquot temere insequentes in flumen detrudens: sed, crescente eorum multitudine, ad implum confugere cogitur, vnde mox incolumis cum suis omnibus euasit. Tot Procerū mors, vulnera, aut vincula non potuerunt non Romanorum Regi esse acerbissima: sed paulo post recrudescens cum Flandris ciuile bellum, animi eius dolorem curarumque molem auxit. Pacem enim Flandricam postremò Gandauini inuitam, turbulenti aliquot homines sapius rumpere conati erant: sed pulsi, capti, aut capite plexi, hætenus nil efficere potuerant. Tandem Francorum Rex, concitato Adriano Vilainio, Rasingemij Domino, viro nobili, sed turbulento, ac Ioanne Coppenollio, viro ignobili, sed acri, ac inter plebeios magnæ authoritatis, nil aliud quàm ciuile bellum denuo Rom. Regi concitare cupiebat. Illi palam nil audentes, clam Rom. Regem apud populum calumniabantur. Non hæc eum latebant, sed Francico pressus bello dissimulabat. Fuerat Rasingemius vel præcipuus belli olim Gandensis concitator; paceque facta, post mortem Guilhelmi Rimij Tornacum primū, deinde Insulas cum vniuersa familia migrarat, tutò se ibi mansurum existimans. Sed Carolus Menneuillius, iussu Romanorum Regis, Nassauij aliquot corporis custodes sibi asciscit, Rasingemiumque Insulis securè agentem capit, ac in Arce Viluordiana arctæ custodiæ tradit, cognatis affinibusque vincula eius ægerrimè ferentibus. Huius anni ætate Adrianus Liekerckius, Rasingemij patruelis, armatis quatuordecim viris fidelissimis, ad portam Castræ Viluordiani accedit, cæterisque in insidijs collocatis, cum tribus intro mitti petit, obseruato tempore quo VValhainij Dominus, Oppidi Arcisque Præfectus, Bruxellam ad Romanorum Regem erat profectus. Negato primū ingressu, promissis blanditiisque tandem impetrat. Causam obtendebat, visenda famo-

1487. famosissimæ Arcis. Reperto Rasingemio in area deambulante, ait illi Liekerckius: Eamus cognate; diutius, quàm par est, hic hæsisisti. Rasingemius, exuta veste talari, breuem induit, galerum capiti imponit, ac abit. Custos clamorem tollit. Illi faciem eius pugnis contundunt, caputque parieti illidunt, semimortuum in terra relinquentes. Ancilla, vocem leuare conata, grauisimis minis ad silentium compellitur. Exeunt Liekerckius ac Rasingemius Arce, ascendunt paratos equos, ac cum cæteris armatis, non intermisso equorum cursu, Tornacum veniunt. Aegerrimè eius fugam tulit Rex Romanorum, succensitque VValhainio, certus primo quoque tempore eos Gandenses ad defectionem, vt euénit, concitatos. Nam statim Gandauum profecti, quàm tetro carcere sine aliqua causa Viluordi Rasingemius fuisset detentus, non sine mendacio narrant. Idem omnes manere, qui aliquando arma contra Rom. Regem defendendæ libertatis causa tulere. Proinde in armis potius emoriendum, quàm in carcere, aut manu carnificis. Nil seruare Rom. Regem eorum quæ pace Gandensi promissit. Esse sine iustitia Fládriam, sine disciplina militiam, solis Germanis honores ac publica munia patere, solos eos ditescere. Studio pacem anno 1482. cum Francis initam esse violatam, vt belli ymbrâ Belgæ, ac in primis Flandri, auro emungerentur. Cogendum Rom. Regem rationem reddat de acceptis pecunijs, quas Germani nunquam satiati deuorant, ac in Germaniam miserunt. Philippum Bonum nec Carolum Pugnacem tantum simul per omnem vitam nummorû accepisse, quantû paucis ab hinc annis Charybdis Rom. Regis absorbitisset. Hæc veri speciem habebant, nisi accessisset mendacium & calumnia. Eodè enim tempore corporis Rom. Regis custodes, non soluta stipendia consequentes, partem agri Brabantici ac Hannoniæ depopulabantur, ac Germani milites agrum Brugensem; Bruxellæ verò nullus hospiti suo satisfaciebat; sed cum solutione peteret, cõuitijs ac minis homines irritabant, dicentes venisse tempus quo Germani manus Flandrorum sanguine abluerent. Hæc & similia Rasingemio, Liekerckio, similisque farinæ hominibus, occasionem rumpendæ pacis, resumendorumque armorum dedere, quanquam Flandriæ Ordines, ac Legati præcipuarum Belgij Prouinciarum, Urbiumque, Brugas ad rem componendam, deque pace cum Franço tractanda, aduenissent.

VITAE

VITAE MAXAEMI- LIANI PRIMI CAESARIS, AC PHILIPPI AVSTRIACI FILII EIUS, pars tertia,

HISTORIÆ LIBER TERTIVS.



1488. **Q**VVM omnes bonorum virorum pro pace conatus malitia ac vafrities turbulentorum hominum evertisset, populumque ad res nouas inclinare, Gandensium rebelles animaduernerent, clam bello inter se decreto, Adriano Liekerckio dant negotium, eduçta Gandauo forti manu, prior id Romanorum Regi inferat. Is ciuilibus furijs classicum cantaturus, eduçtis tribus Gandensium millibus, cum multis plaustris ac tormentis bellicis quinto Idus Ianuarij anno 1488. nocte intempesta prope Cortracum confidet. Cum diluxisset, Oppidi custodes quærun, vnde & quid tot plaustra. Respondent aurigæ, è proximis pagis timore Gandensium se fugere. Interim maior manus Gandensium aduenit, ac per glaciem in muros peruadit. Tormento porta aperitur. Obijciunt corpora armati ciues, ac pauci præfidiarij. Pugnatur hora cum dimidia acriter; vnoque è ciuibus cadente, cæteri in Oppidum pelluntur, Gandenses vestigijs insistentes vnà intrant. Balliuus Cortracensis, ac Estrei Dominus, ab altera Oppidi parte euadentes, Insulas fuga perueniunt. Cortracenses coguntur Archiduci Philippo ac Vrbi Gandensi sacramentum dicere. Cornelius Barrhus, ac Heulæ Dominus, cum præfidiarijs ad Arcem perfugiunt, posteroque die ea conditione deditionem faciunt, vt, qui manere cuperent, sacramentum Archiduci Philippo ac Vrbi Gandensi dicerent: quod Barrhus facere nolens discessit. Heulæ, dicto sacramento, Arci præficitur. Rex Rom. re audita, Philippum Cliuium cum trecentis peditibus, his qui in Arce erât, auxilio mittit. Serò se venire videns, Iperas contendit. Sed nec hîc admissus, Brugas ad Regem reuertitur. Adrianus Liekerckius, omnia quæ in Arce erant tormenta astu suæ potestatis faciens, Heulam sibi parere volebat. Is id adeò egre ferre, vt clam cum Romanorû Rege conueniens, ducentos quinquaginta eius pedites in Arcem se admissurum promitteret. Sed Brugesenses, ne nimem exire permittentem, Cortraci recuperationem impediuerunt. Interea Liekerckius, percepta Heulæ animi

S

mura-

1488. mutatione, suos, propositis præmijs, ad Arcis expugnationem inuitat. Primis sex vi intrantibus singulis duas argenti libras promittit, sed sequentibus dimidium tanti, sex tertio loco irrumpentibus dimidiam libram. Habebat Heula tantum octodecim in Arce viros, tormenta nulla. His confusus, militare Rom. Regis signum exponit. Oppugnatur pertinacissimè, defendit se strenuè, cadunt aliquot Gandenses, vulnerantur plures, ac inter hos Heula. Sed cum Brugis promissum auxilium non adueniret, perque tres horas Gandensium vim sustinuisent, tandem expugnata Arce præfidiarij trucidantur. Heula vulneratus in cubiculo, assidente vxore, super aliquot puluinaria quiescebat. Ingressus Liekerckius inspicente vxore eum confodit, tribus prius in capite inflictiis vulneribus. Initio mensis Februarij, concitatione hostium Rom. Regis, Brugeses in seditionem vertuntur, quam tamen Rom. Rex sine præsidio alicuius momenti ad Urbem venisset, expectaturus Belgarum Ordines, qui de pace cum Francorum Rege ineunda erant acturi. Collegia opificum omnia, captis armis, opportuna Urbis loca occupat, ac inter hos fabri lignarij portam D. Catharinæ ac Gandensem sui iuris faciunt. Rom. Rex cum exiguo comitatu eò tendit, causam tumultus exquirat. Superbè parumque ad rem respondent. Discedit, ægre ferens animum eorum proteruiam. Postero die Sorra Comes iunior ac Nobiles aliquot Germani in area ante publicas Ædes cum cæteris militibus ad ignem se calefaciēs, quum Comes de rebus bellicis sermonem intulisset, ac quisque suum iudicium protulisset, tandem iocabundus inquit: Faciamus in modum limacis aciem orbicularem, ac re quid didicerimus ostendamus. Parent statim omnes. Rigente hastarum ferreis cuspidibus acie, alta voce ludibundus addit, Inclinate hastas. Faciunt. Brugeses hæc spectantes timore corripiuntur, Germanos se inuadere velle existimantes: fit subito ianuarum ac fenestrarum oclusio, hominum fugæ; dumque alijs alium præuertere conatur, cadentes gregatim in vijs iacebant, nemine eos impellente, persequente, nec malum volente. Admiratus Rom. Rex ad populum contendit, repperit suos in acie constitutos nemini nocere, ingerit se mediū, ac ad ædes suas cum eis pergit. Exinde quinquaginta duo opificum militaria proferuntur signa, subsequente armata plebe, ac forum maius occupante. Proponunt ad Hallæ turrim vexillum Flandriæ, ac Urbis Brugesensis. Muniunt se plaustris ac quinquaginta maioribus tormentis, tentoria erigunt, relictisque rebus omnibus, ac clausis tabernis, nocte dieque cum armis in foro manent, clamitantes se rationem cupere redditum ac annuorum proventuum Comitum Flandriæ, extortarumque pecuniarum, quas præteritis annis ad bellum contulissent. Postridie Cal. Februarij cohors ciuium vna,

subla-

1488. sublato signo, quod puero tredecim annorum in manus dederant, ad ædes Petri Lanckhalsij, Curia Rom. Regis Magistri, pergunt: domi non reperto, diripiunt, armaque inuenta ad forum deferunt. Inde ad ædes Rolandi Feurij, Flandriæ Quæstoris, Tibaldi Baradottij, Thesaurarij Rom. Regis, ac Ioannis Meningij, alijs Ninhouij, Consulibus Brugesis, contendunt, quos etiam nusquam reperiere. Rom. Rex cum Proceribus, comitatu, ac famulatu intra ædes armatus se continebat, summo pere admiratus quid hac insolentia sibi vellent, ac quò tenderent. Beueræ ac Mingouallij Reguli ad forum venientes, singulos Præfectos (Decanos vocant) adeunt, blandè ac amicè rogant quid præsentium rerum statu velint, ac an contra Rom. Regem arma ceperint. Negant, viuere se velle ac mori cum eo affirmantes: sed non se forum derelicturos, nisi in manus sibi forent traditi ij, qui res eius administrare sunt soliti. Exin Urbis Tribunum militarem legunt Vkerkæ (alijs Dijnkerke) Dominum, inuitum, sed recusare non audentem, quòd antea Ditionis Brugesis supremus fuerat Præfectus, Ballium vocant. Scoltetum etiam nouum legunt, Petrum Meronaum, recusare non audentem. Dum hæc fiunt, duæ Æthiopiæ à comitatu Comitum Sorra, vt pauperem ciuibus iniicerent, hospita suæ narrant, Marcgrauium Antwerpianum cum iustis aduentare copijs, vt Brugeses contra Rom. Regem insurgentes multaret, ac ad officium cogeret. Hæc audita vicinæ narrat, illa tertiæ, donec res ad aures hominis seditiosi perueniret. Is verens ne iam dicti Proceres populum placarent, isque positis armis domum se reciperet, in vulgus spargit, Marcgrauium Antwerpianum cum magno aduenire militum numero, vt populum Brugesensem interficiat, Urbemque incendat. Ad huius mendacij famam maxima campana classicum sonat. Rapiunt seditiosi signum Flandriæ, subsequitur ingens armatorum numerus, rectaque ad ædes Rom. Regis tendunt, eo animo, vt eum cum omnibus domesticis, partesque eius tenentibus, interficiant. Dijnkerke (alijs Vkerke) Dominus, cui ob popularitatem non malè ciues volebant, ac (vt diximus) Præfectum militiæ vrbanae legerant, à Rege ad eos profectus, non sine summo vitæ periculo seditiosos continuit, ne ulterius pergerent, adiuantibus eum compluribus viris apud populum gratiosis, quibus inhumanum ac barbarum facinus horrierat. Atque ita partim vi, partim persuasione, ad forum cum Præfecto reuertuntur, relinquentes in ædibus Rom. Regis circiter viros centum, qui eius curam, ne effugeret, haberent. Querebant interea summa cum diligentia nominatos paulo antè viros: quumque non reperirentur, magna pecuniæ summa ijs promittitur, qui occultatos detexissent, aut adduxissent. Tum scire volunt quis primus falsam de aduentu Marcgrauij Antwerpiani famam sparsisset. Ro-

S 2 gando

1488. gando tandem ad Æthiopiſſas eſt peruentum: quæ cum authorem non haberent, in carcerem conijciuntur. Poſtero die in forum productæ, inſpiciente Rom. Rege, medio foro per tormenta examinantur. Quum nullam ſparſi mendacij afferrent cauſam, quàm vt ciuibus formidinem iniicerent, domumque è foro reuerſi, Rom. Regè dimitterent, virgibus à carnifice caſæ, per decennium Flandria exulare iubentur: poſteroque die Vrbe exiere. Rom. Rex pro fortunæ ſuæ tenuitate clam ſingulis decem aurea lilia dono dari iubet. Nonis Februarij Gandauo litteræ ad populum Brugensium veniunt, petentes Rom. Regem firma cuſtodia ſepiant, ac vigilanter aſſeruent. Literis lectis, veſperi circa horam ſextam Tribunus militiæ à populo coactus ad Rom. Regem venit, nuncians populum ac Præfectos velle, ad forum veniat. Paret pedes, ſequente Beuero, Mingouallio, Carolo Lalano, Martino Pollainio, ac alijs nonnullis. Literas Gandenses ei dant legendas. Neceſſitate viſa petit, in ædibus ſuis vt cuſtodiat. Plus quàm horam ſuper hac re conſulunt. Tandem negatur, ſed in domo aromatopolæ, ad fori angulum, ſatis anguſta includitur, ac cuſtoditur. Domui nomen tum erat, Cranenburch. Multi è comitatu Rom. Regis incognito habitu euafere, plerique cogniti in carcerem ſunt detrufi. Euafit Salezarus cum duodecim militibus militariter, obruleratque Rom. Regi operam ſuâ, ſed is rationem perſonæ ſuæ indignam non probarat. Oderant Salezarum Brugenses, ob occupatam Terowanam: eo enim factò pacè anni 1482. ab eo violatam aſſerebant. Hiſce rebus Gandauum nunciatis, ſublatis ſignis, magno numero Brugas contendunt: ſed ij multitudinem ſuſpectam habentes, ne, vt olim fecerant, Urbem ſpoliatam ſui iuris facerent, nuntuari iubent, ſe præter triginta equites non admiſſuros. Reddunt Gandenses, è re Brugensium vel maximè fore, ſi ad minus octingenti aut ſeptingenti admitterentur. Exteri mercatores, veteres calamitates ob oculos ponentes, ſi Gandenses admitterentur, Magiſtratum adeunt, rogantque ſibi bona eorum venia cum mercibus migrare ante Gandensium introitum liceat. Rectores bono eos eſſe animo iubent, in totaque cum ciuium Præfectis conſilio, non amplius quàm triginta equites ſe admiſſuros decernunt. Fabri lignarij, ac inferiorum operum Tribus, Gandenses omnes intromitti volebant. Sedebant ij dimidio ab vrbe milliari, Brugensibus eis omnis generis comæatum mittentibus. Sed ſe egere negantes, remittunt, admitti tantum cupiunt. Erant congelatæ Vrbe Brugensium ſolæ, timebant proinde ne nocte vi intrare conarentur. Rogant Beuerum, Mingouallium, ac Lalanum, ſecum cuſtodie Vrbe curam ſuſcipiant. Faciunt, diſtributis inter ſe Regionibus, iubenter. Poſtridie nonas Februarij Gandensium Præfectis nunciari iubent, ſi centum ſine armis intrare cupiant, promittentes ſe ſine Magiſtratus

1488. giſtratus conſenſu non egreſſuros, (qua ratione aliquando Brugenses Gandauum fuere admiſſi) eis licere. Reſpondent Gandenses, ſe hodie Gandauum ſuoc reduturos, poſtridie reuerſuros. Quinto Idus Februarij octo Legati Gandauo Brugas veniunt, cum comitatu octodecim equitum, ac octoginta peditum. Admittuntur ad forum, populum ac Præfectos ſalutant. Gratulandi cauſa Brugenses omnia tormenta exonerant, eoſque, ſtratis ibidem menſis, magnaque exhaurientes potula, largiter ac lautè excipiunt. Exinde cum Vrbe Magiſtratu ſingulorum Præfectorum tentoria adeunt, ac cum eis ſecretè colloquuntur, varijs modis annitentes, vt, perſuaſo populo, traditum Rom. Regem Gandauum aſſeruari permitterent. Re non ſuccedente, communi conſenſu decernunt, firmas ei cuſtodias adhibendas, ne aliqua ratione elaberetur, eaque de cauſa ferreis craſſis clatris domus Craneburgicæ fenestras cancellatim præcludunt. Scolretus lectis ex omnibus Collegijs octo viris, eos ad cuſtodiam Rom. Regis excubare iubet. Proceres omnes alia quarere diuerſoria præcipit, ſuis iniungens ne vel latum vnguem à Rege diſcedant, ſed ſingularem eius nocte dieque curam habeant. Simulant illi eius ſe cubiculum ingredi non audere, ſed præſentiam tanti Principis ſuſpicere, ac reuereri, coactos ſe à Magiſtratu ac ciuibus, ſtatuta vitæ pœna ni paruiſſent, inuitos ſe hanc prouinciam ſuſcepſiſſe, rogantes ne eius Maiestas id ſibi aliquando vitio vertens, in memoriam reuocandum putet. Mingouallius eorum excuſationem Rom. Regi ac rei neceſſitatem nunciat. Accedere eos iubet, ac Magiſtratus ſui obedire mandato. Cœna abſoluta, cum Proceres eſſent Regem deſerturi, petit, vt quemadmodum hætenus ſibi, ita poſthac filio Philippo, operam, fidem, ac obſequium præſtare vellent: quæ verba omnibus lacrymas excuſſere. Tum nuntius venit, vt Proceres in eadem adhuc maneat domo. Poſt biduum è face plebis multi in Rom. Regis domum irruunt, omnia in prædam vertunt, cauſati armorum aceruum in ciuium perniciem congregatorum ſe reperiffe: quod falſum erat, meraque calumnia. Exinde annitentibus Gandensibus, noui leguntur nomine Ducis Philippi ac Francorum Regis Magiſtratus, Rom. verò Regem ad proprium gubernandum filium, eiuſque Ditiones, inidoneum declarant. Tum Brugis diſcedunt Legati Duacenſium, Infulenſium, Orchiaci, Valèchinenſium, Buſcoducenſium, ac Middelburgenſium Zelandiæ, à Rom. Rege ante ſeditionem euocati, ad faciendam aut renouandam cum Francis pacem. Paulo antè diſceſſerant Legati Ordinum Brabantiæ, Hollandiæ, ac Namurci. Hærebant adhuc Sluzæ Legati Arenſium, ac Bergarum Hannoniæ: quorum omnium liberati Brugenses præſentia, concitantibus Gandensibus in carcerem conijciunt Villerualli Dominum, nobilem Burgundum,

1488. Dudzellium, Cancellarium Carondeletum, Ioannem Lanoium, D. Bertini Abbatem. Tum comitati Gandentium Legatis Rom. Regem adeunt, dictos Nobiles in carcerem se coniecisse affirmantes, quo facilius pax, Nobilibus exosa, iniretur; deinde ut prauos iniustosq. gubernatores, prædatores, ac extortores punirent, offerentes Regi quatuor millia librarum Fládricarum, quibus domesticis Nobilibus satisfaciatis; aliaque quatuor millia, quæ corporis sui custodibus numeret. Actis Rex gratijs pecuniam non petit: eodemque die in eius cubiculum irruunt, aliquotque nebulones, capiuntque Martinum Pollainium, maiorem Pollainium, Philippum Nassanium, Volquestainium, Minguuallium, Lalanum, Philippum VVetraum, Reinerum Mainium, Gauera Præfectum, ac aliquot alios: qui à Rege discessuri, in genua accedentes eius procumbunt, rogant in bonam partem accipere dignetur quâ hæcenus ei præstitissent operam, constituisse se ad mortem usque eodem animo perseverare, obsecrantes sui memoriam animo deponere nollet. Respondet, se memorem officiorum ac beneficiorum ab ijs acceptorum in perpetuum fore, alia ratione quam Brugenses faciant, pro quibus, inquit, non minus quam pro me, filioque meo, contra Francorum tyrannidem vitam non semel periculo exposuistis, fortunas exhaustistis, ingenij vires continuis laboribus obruistis. Post hæc ad carcerem ducuntur, mansitque tantum cum Rege Sorra Comes, cum alio Germano Comite. Vetant insuper Beueræ Domino ne diuersorio iniussu egrediatur. Quarto post hæc die Sorra Comes cum altero Germano Comite, iussu Regis, ex Vrbe habitu foeminae euasere. Deinde in carcerem detrudunt omnes qui tempore gubernationis Rom. Regis in Magistratu fuerant: addunt tres Urbis honoratiores ciues, qui magnos gesserant honores, singulosque certis derebus nouus Magistratus examinat. Dum in hoc toti sunt, fabri lignarij eos è potestate Magistratus extortos ad forum trahunt. Extruxerant in medio scenam ligneam vndique parentem. In hac stabat equuleus, in quo malefici torqueri ac per tormenta examinari solent. In hunc Ioannem Ninouium primum conijciunt, omnibusque spectantibus, ad eò membra, luxatis ossium iuncturis, lacerant, ut humerorum axillæ disrumperentur, scapulaque loco mouerentur. Confessus est se cum Petro Läckhalsio conuenisse, ut militem Rom. Regis, puniendis rebellibus, in Urbem introduceret. Post Ninouium Præfectus quidam militum gehennæ subditur. Georgius Guisselinus in alium seruat diem. Aderat carnifex lucro intentus, capita eis amputaturus. Oritur inter Brugenses hac de re dissidium. Quidam enim eos ad mortem expetebant: alij ad carcerem, ut iterum examinarentur, reduci volebant. Tres dicti captiui enixè orabant, mortem accelerarent, ex animo eis condonare si quid ea in re peccarent.

1488. peccarent. Tandem ad carcerem reducuntur, ac post duos dies Ioanes Ninouius denuo ad forum perducitur, daturque tortura. Cum nihil aliud extorquere possent, Scolteri operâ, de eius innocencia testimonium perhibentis, ad carcerem membris omnibus fractis, mensaque impositus, defertur. Exinde publicari iubent, Romanorum Regis domestici, ac milites latebris absconditi, ad vetus forum sine metu, debita stipendia accepturi, Ducique Philippo Vrbi que Brugensium militari, conueniant. Prodeunt in forum circiter quadringenti milites (addita enim fuerat capitis poena non comparantibus) partim Germani, partim Vallones; quibus fabri lignarij visis, vnus eorum sublata voce clamat, Occidite proditores. Inermis miles in fugam se conijcit, insequuntur per omnes vias fabri, vulnerant plerosque. Sed bonorum virorum, ac præcipue foeminarum, operâ occultata pars maior mortem euasit. Postero die iterum publicatur, ad vetus ut forum conueniant, nec periculum timeant, nisi reperti per exquisita tormenta interfici malint. Timore maioris mali parent. Separant Gallos à Germanis, duabusque moenium turribus includunt. Post aliquot dies Gallos ad hospitia reuerti iubent, sese eos crastino die dimissuros. Post hæc, veretes ne Rex aliqua ratione aut arte è domo Craneburgica elaboretur, ei in ades Philippi Cliuij migrandum nuntiant. Respondet, se Craneburgica non discessurum, nisi succollantes inde se deportassent. Nō rectè eos facere, quòd, nullo personæ suæ respectu habito, non aliter secum agerent, quam cum minimo comitatus sui famulo. Meminissent missa in Germaniam honorifica Legatione se inuitatum rogatumque ab Ordinibus Belgarum iniquissimo durissimoque tempore fuisse, nuptias cum Maria Burgunda, Fládrice Comite, maturaret, seq. in maxima Belgicæ Prouinciæ perturbatione, relicto Cæsare patre, pateraque Ditione, omnibus propinquis ac amicis, ad ignotam peruenisse Regionem, duxisse Comitem eorum in vxoré, suscepisse liberos, ac duo decimumque iam agi annum, quòd cum maxima cura, diligentia, ac labore Belgas rexit ac defenderit, restiteritque potentissimo Europæ Regi, Belgarum libertati, quanquam aliud simulet, semper insidiant. Proinde meminissent, se Cæsaris Frederici vnicum esse filium, Romanorum Regem, è nobilissima potentissimaque Germanorum familia ortum, quem pro personæ suæ conditione alia ratione tractare debuissent, & adhuc deberent. Scire se mortalem esse, constitutum in eorum potestate, non iusto bello deuictum captum, sed qui ad eos ut amicos, ac fideles subditos, sine iusto præsidio, quæ in rem eorum essent futura, cum ipsis tractaturus, sponte bonoque animo venisset; quem si nunc vellent occidere possent: quod si fecissent, non omnes Austriacos secum occubituros, nec Brugenses planè tum com-
potes

1488. potes voti futuros, multo minùs si se Gandensibus aut Francorù Regi captiuum tradidissent. In id enim omnes ingenij neruos hos tendere, ac hunc procurare tumultum, scire se certò. Proinde finem huius tumultus rectè ac prudenter vt secum perpenderent, seriò se admonere, ac vt patrem consulere. Mouerat his verbis, Imperatoriæ Regiæque Maiestatis autoritate animique præsentia prolatis, omnes qui ad eum aliò deducendum aduenerant, vixq; lacrymas continentés, eo deserto, ad forum reuertuntur. Abituri Gandensés, decem à Brugenſibus petùt captiuos. Conſentiunt ea conditione, datis literis sigillo Urbis Gandensís corroboratis promitterent, se eos Brugas (Deo vitam relinquente) viuos restitutos, cum reperissént. Erant autem hi, Cancellarius Carondeletus, Ioannes Lanoius, Abbas D. Bertini, vterque Pollainius, Mingouallius, Nassaius, Villeruallius, Volquestainius, VVertæus, Mainæus. Hi tribus impositi plaustris, additoque militari præsidio, Gandauum peruehuntur. Quo animo fuerint, facilè ex eo lector coniecturam facere potest, perpendens Imbercurtium ac Hugonetum, tam recenti adhuc memoria, Gandauí indicta causa occisos. Omnibus remotis famulis, Tgrauensteini in arctam concluduntur custodia. Exinde Ioannes Coppenollius, cinctus præsidio mercenariorum Francorum, Brugas peruenit. Exceptus est populi summa cum lætitia, non solum quòd pacem anno 1482. cum Francis factam nunciaret esse renouatam, sed quòd eum infestissimum Rom. Regis hostem esse scirent. Quarto Cal. Martij, hora meridie vndecima, pax cù Francis anno 1482. inita renouatur, ac publicatur, Romanorum Rege adhuc in ædibus Craneburgicis sedente. Declarantur eadem publicatione hostes, quicunque in aliquo Flandriæ loco præsidium nomine Romanorum Regis habebant, quem Austriæ tantum Ducem appellabant. Addunt, quicunque munia publica Rom. Regis nomine exercebant, ijs sub vitæ pœna cederent. Exin Coppenollius Brugis auream argenteamque monetã in vulgus spargit. Posteaquam domus Philippi Cliuij ferreis clatris omnibus locis probè esset munita, Gandensés ac Brugésés aliquot Regé aduunt, eique omnino migrandú nunciant. Paret vrgenti necessitati, exiensq. domo Craneburgica, indutus erat talari Damascena, serica veste, incapite habens nocturnú ex serico purpureú pileum. Eques adductus, pedes tentoria omniú Præfectorú adit, ac diuersas in acie stantes ciuiú legiones, capite nudo, pileú manu tenens, alloquitur, hæc tria ab ijs petens. Primú, ne corpori suo per vim iniuria inferretur. Deinde, ne se traderent in manus aut potestaté Francorum nec Gãdensium: qui id omnibus modis tentãtes, huc vsque impetrare nequuerãt. Tertio, restituerent sibi 10. aut 12. famulos, qui in cubiculo, ad mensam, ac in culina seruirent. Liberali Brugenſes animo in dictas petiti-

nes

1488. nes consentiunt. Deinde equú (qui aureo panno erat instratus) cõſcei-
dit, præcedentibus paucis aliquòt domesticis nobilibus, ac multis Bru-
genſibus; deductusq. ad ædes Philippi Cliuij, nõ sine vitæ periculo ali-
quandiu egit. Diuersæ enim seditiones clam in eius exitiú Francorum
concitabantur operã. Nil enim hi lubentius vidissent, quã vt Brugésés
per seditioné Rom. Regem occidissent, aut indignis modis tractassent,
quo Belge, expositi prædæ, Francis salté pro parte cederent. In hac rerú
aduersitate, solitudine, ac summo vitæ periculo, nunquã tamen ab ani-
mi magnitudine discessit, nec quicquã se indignú fecit nec loquutus est.
Horrebant eius vultú hostes infestissimi, reuerebatur præsentem po-
pulus seditiosus, eaq. de causa hostes arctissimè conclusum, ad populí
cõspectum rarò admittebant. Emergebat enim eius è vultu ac oculis
maiestas magno Principe digna, rebellíu conſcientiã non fictè cõmo-
uens ac concutiens; inerat grauitas debitã autoritaté vel refractarijs
extorquens; vniuersaq. adeò corporis lineamenta Imperatoriã Re-
galemq. dignitaté referebant; habitus ac incessus decens, motus tẽpe-
ratus, verba pondus habentia, affectus hominú quolibet trahebãt. Phi-
lippus Cliuius, intellecta Rom. Regis captiuitate, collecto milite Sluzã
occupat, ac vtriq. Arcide rebus necessarijs prouidet, maiori præficiens
Petrú Damasiú, Oppido Chanterainum, quorú vterq; militare signum
Rom. Regis exponit. Brugésés, re intellecta, statim ad Magistratú Slu-
zanum literas mittunt, iubentes, omni alia re posthabita, explicatis si-
gnis cù ciuibus ad forum Brugenſe conueniant. Respondent Sluzani,
non se posse, ob præſidiarios, qui, excepto Oppido, quòd sui iuris fece-
rant, vtrumq. insuper obtinebant Castrum. Mittunt Brugésés ad Phi-
lippum Cliuium Legatos, iubentes populo Brugenſi Arces Sluzanas
restituat. Reddit, se eas Philippo Austriaco custodire, admonés ne Rom.
Regem aliter quã decet tractent, alioquin ré hanc aliquando eis malè
cessuram: quo ex tẽpore Cliuius Brugenſibus ac Gandensibus bellú in-
tulit: sed quòd id lentè ac frigidè faceret, postea nõ bene audiuit. Ex-
inde occupat & Middelburgú Flandrię, præficitq. Guilbertú Duoniú
exiguo cum præsidio: vnde factum est vt id Brugenſes facilè recepe-
rint, Duonio in carceré coniecto. Dum Middelburgú Brugenſes recu-
perãt, Ninouius ceteriq. captiui certis cõditionibus à Magistratu libe-
rantur ac absoluantur: quòd ægre ferentes ij qui ab expeditione Mid-
delburgensí redierant, eos denuo in carcerem retrudunt, torturæ sub-
ijciunt, ac tandem Ioanni Ninouio, VVatergrauio, Petro Dernico,
Victori Hostæo, Guilberto Duonio, Georgio Guifelino, capita ab-
scindi iubent. Erant hoc tempore Hulstæ in præsidio mille circiter du-
centi veterani pedites Germani, ac cotidem V Vallones. Præerat eis
Carolus Saueuius, qui adeò grauter Gandensibus nocte dieq. fuit in-

T

festus,

festus, vt sine præsidio vrbe exire nō auderēt; cūq; eius opprimēdi causa fraus nō successisset, circiter quinque virorū millia, vrbe egressa, ad obsidendā Hulstā properant, castra dimidio ab Oppido milliari ad Pagum D. Ioannis Steen locantes. Saueusius non expectādā obsidionē eensens, ad hostes nil tale suspicantes postridie Cal. Martij mane hora quinta clam contendit, educens Hulsta quingētos pedites, partim Germanos, partim Vallones, omnes veteranos, ac Rom. Regi deuotis animis addictissimos, rectaque ad Gandensium castra contendit, qui tota nocte à paucis Hulstani studio minutis prælijs vexati, altum stertebant. Inijciunt diuersis partibus Pago ignem, omniaque cæde ac flamma perturbant. Dum ignorant Gandenses cui malo primū occurant, statim in fugam præcipitantur. Insequuntur eos per duo miliaria Hulstani, interficiunt quadringentos, capiunt bis totidem, ac inter hos tres Præfectos, tormenta maiora quatuor, multum pulueris tormentarij, omnem obsidionis apparatus, comeatum, ac impedimenta quæ ignis non corruerat. Post hanc cladem Gandenses Legatos Brugas mittunt, vt à Rom. Rege literas extorqueant, quibus Saueusio à bello abstinere iubeat. Sed quicquid Rex in eam rem scribebat, vt vi extortum, nihili Saueusius faciebat: ad portas vsque Gandensium excurrens, melas, quæ iuxta Urbem vêtō agantur, pecunia redimere cogebat, singulis mensibus quatuor millia aureorum liliorum persoluentes. Eadem erat fortuna Pagorum Gandensibus parentium. Vnico ab Vrbe milliari Pagus est amplius, Langebruggum nomine, cuius incolæ se magnis arboribus ac fossis contra Hulstanos munierant, nec menstruum tributum persoluebant. Pontes enim omnes, quibus ad se iter erat, resciderant, insuperque præsidium sexcentorum virorum Gandauo receperant. Hulstani intempesta nocte eò contendentes, superant munitionem, quadringentos Gandenses trucidant, plures capiunt, prædam ingentem auerunt, Pagumque incendunt. Hautenij Pagus, tribus Gandauo miliaribus distans, Templum suum insigniter munierant. Contra hos qui Teneramondæ ac Alofti pedites equitesque in præsidio erant, proficiscuntur. Primò repulsi, cū equites, dimissis equis, peditibus auxilio venissent, Templum expugnant, centum quinquaginta Gandenses interficiunt, circiter ducentos capiunt. Eadem fuit Gandensium fortuna Perebomij, Axellæ, multisque alijs munitis Pagis. Iacobo Ghistellio, Dudzellæ Domino, inter alios Brugis capto, cū eum publicam pecuniam in rem propriam auertisse calumniarentur, nullis moti vxoris eius, duarum filiarum, nec sacrorum virorum pro eo enixè interpellantium precibus, postridie nonas Martij cum nouem alijs, tormentis prius excruciat, in foro caput abscondi iubent. Philippus Austriacus Mechliniæ agens, intellectu miserabili

serabili patris sui conditione, Procerum qui apud se erant consilio, Belgarum Ordines Mechliniam conuocat. Quum frequentes aduenissent, Guilihelmus Hautainius, Brabantix Cancellarius, lingua Brabantica, deinde Ioannes Marinarius, Præses Lutzenburgicus, Francica lingua, Ducis Philippi vterque nomine, ad Ordines in hunc ferme sensum verba faciens ait: Flandriæ Ordinum petitione Rom. Regem Brugas, vt pacem cum Francis faceret, aut anno 1482. factam renouaret, venisse, misisseque ad omnium Prouinciarum Ordines, circa finem mensis Ianuarij eodem hac de causa comparerent. Sed tum temporis Brugenses animos induisse rebelles, patremque captum, abdicato omnium nobilium ignobiliumque comitatu ac famularu, indignè detinuisse, tandem & Proceres nobiliumque virorum maiorem partem in carcerem coniecisse, sauijse in aliquot patris sui ministros, viros innocentes; oblitosque beneficiorum, à patre ex eo tempore, quo prius ad Belgas venisset, acceptorum, multis præter rationem calumnijs ac mendacijs eum onerare, vt sine causa apud rerum ignaros ei inuidiam conflarent, eumentes, pacem, quam Franci ac Gandenses violarunt, patrem rupisse. Omnibus enim constare, Creueceurium cum iusta peditum equitumque manu, multisque tormentis, rebellibus Gandensibus in auxilium venisse; qui paulo post victi ac domiti, accepta venia in gratiam cum seditionis authoribus clementer fuere recepti. Proinde iniurias ac calumnias patri innocentissimo sine ratione illatas non posse non pio filio esse acerbissimas. Recitantur eodem momento Gandensium ac Brugenium literæ ad Creueceurium, captis prope Insulas tabellionibus, hoc exemplo scriptæ: Prout, Domine, nobis præscripsisti, pro eis, ac pro his qui pro eis facere volunt, negotiamur. Inducias aut pacem habebunt, remittentes equites cataphractos, donec eos reperent. Tum Dux Philippus petit, quid his in rebus sibi sit statuendum, dare velint consilium, ac præcipue qua ratione patrem Brugenium tyrannide sit liberaturus. Promittunt omnes extremam, ac quam fideles subditi legitimo Principi debent, operam. Quod ad pacem ac Rom. Regis libertatem attinebat, Brabantix ac Hannoniæ Ordines singuli Legarum castrensem cum literis Gandauum ac Brugas mittunt, liberum sibi iter eundi, redeundi, ac exercendæ mercaturæ postulantes; idemque eis offerentes, si Mechliniæ de absoluta pace cum Ordinibus agere cuperent. Recitabantur his literis omnia, quæ nomine Ducis Philippi Brabantix Cancellarius ac Præses Lutzenburgicus Ordinibus proposuerant, enixè literarum calce petentes, Rom. Regem in libertatem restituerent. Philippus Cliuius Ordinum rogatu se pacis authorem offert. Sed Gandenses, ad Ordines Mechliniæ congregatos scribentes, petebant, quarto Idus Martij Gandauum

1488. dauum venire, ibique deliberando Rom. Rege, paceque absoluta, agere vellent. Respondent Ordinum Legati, non esse Gandensium conuocare Ordines, ijs locum diemque designare, sed Belgarum Principis, cuius ipsi pro parte absoluti essent subditi. Quod si Mechlinia displiceret, contentum esse Ducem Philippum, Teneramondæ Conuentus habeatur. His non contenti Gandenses, Rom. Regi literas extorquent, quibus iubebat, quarto Idus Martij Belgarum Ordines, de pace ac liberatione sua tractaturi, Gandauum sine vlla tergiversatione conueniant. Negant Ordines literis obediendum, Principe in alterius potestate constituto. Exinde Philippus Cliuius Mechliniam profectus, de calumnijs in præsentia Ordinum se excusat, quæ à malefanis de se spargebantur, ac si Brugenfibus, capto Rom. Rege, bellum serio non intulisset, neque pacem cum Francis, sed bellum cuperet. Primæ calumniæ responderet, sese prohibitum literis Rom. Regis bellum Flandriæ facere, deterius enim tum secum agi. Quod Sluzam, eiusque Arces, sine armis, comæatu, tormentis, ac exiguo cum præsidio reperissent, tempus sibi ac pecuniam de ijs prouidendi defuisse. Francis inferre bellum sine generali Ordinû Belgij consensu noluisse, quod ab ijs necessaria essent suppeditanda. At si id iusserint, se corporis ac animi vires grauius impensurum. An verò cum Francis pacem an bellum malit, breui eos effectum cognituros. Sub idem tempus Mechliniam ad Ducem Philippum Legati Principum Imperij veniunt, exhibitisque tabulis, quibus legationis suæ fidem probabant, missos se narrabant vt cum Duce Philippo Belgarumque Ordinibus rationem quoquo modo liberandi Rom. Regis inirent. Cupere omnino Germaniæ Principes (operam opesque offerentes) id vi aut amicitia fiat. Mandatû quoque sibi esse, Gandauum ac Brugas proficisci, ratarum sine armis Regem possent liberare, eadem ferè de meritis Rom. Regis erga Fládros, quæ suprâ narrauimus, repetentes. Addebât, Francorum Regem fœdus cum Carolo Geldriæ Duce fecisse, promississeque se eum in Ducatum vi ac armis, si amicitia non posset, reducturum, Ordines admonentes, in Geldriæ finibus præsidia collocarent, ac locata auerent. Scripsisse aliquot Germaniæ Principes ad Geldros, curarent, datam Rom. Regi fidem fartam rectam conseruarent, nisi armis cogi mallent. Redijt hoc tempore Brugis ac Gandauo Fontainesius, quem Philippus Austriacus, hortante Beuero ac VVietto, eò miserat, Rom. Regem inuisurum ac cõsolaturum. Dicebat se honestè Brugis à Magistratu in Æde publica exceptum, querelas immensas de Rege, eius gubernatione, ac Rectoribus Flandriam (vt referebant) expilantibus audiuisse, quæ facta pace mederi cupiebant. Quæsiuisse eos, qua re confisus ad Urbem venisset. Se respondisse, iussu Philippi Cliuij, cui fidem publicam tribuissent; causam verò esse, vt Rom.

Rom. Regem inuiseret, quem fama ferebat arctius quàm decebat, magno Ducis Philippi cum dolore, custodiri; rogasseque se, eorum bona voluntate inuisere Regem liceret. Consensisse eos hac lege, ne alijs ad Regem yteretur verbis, quàm: Iuua te ipsum, & iuuaberis. Præsentibus hac visitatione Gandenses petijisse à Rege, ad Ordines Mechliniæ congregatos scriberet, quarto Idus Martij Gandauum de pace acturi venirent. Eum respondisse, se sui iuris non esse, ac proinde iubere nec imperare posse. Tum Gandenses à se petijisse, Ordinibus persuadere idem conaretur, hacque de causa Legatos sibi duos comites iuncturos. Paulo post Gandenses interficiunt Martinum (alias Matthiam) Paiartum, postremæ cum Rom. Rege pacis authorem, eo quod Gandensibus promississet Rom. Regem in Urbem vltra quingentos pedites non introducturum, adduxisse autem quinque millia, Urbemque sui iuris fecisse. Migrauerat hac de causa Paiartus, vt in locum tutiorem, Brugas, sciens se plebi Gandensi odiosum esse. His rebellantibus capitur, Gandensibus traditur, inhumanissimè per quadriuum torquetur; dein ei caput publicè abscinditur. Torturæ violentia coactus, decem ciues Gandenses honestissimos, confortes nominarat. Hos ad cœnam cum vxoribus Gandensium quidam Præfectus, opere calcearius, honestissimè acceptos, intempesta nocte dormientes, è lecto in carcerem ducit, statimque vocatis sacerdotibus ac carnifice, ceruices abscindi iubet, cadaueraque singulis inuoluta linteaminibus in Augustinensium Templû, arcis ligneis imposita, perferri præcipit, manè eorum vxoribus renunciari iubens, maritos apud Augustinenses esse, licere eis quò velint abducere. Eodem tempore literæ à Cæsare Frederico ad Ducem Philippum, ac Hannoniæ Ordines, eiusdem exëpli veniunt, exponentes ea quæ Rom. Rex, vt nomen Burgundicum contra Francorum tyrannidem defenderet, ac in antiqua dignitate conseruaret, gessisset pertulissetque. Eisdem Francos, qui operâ Creueceurij Philippum Austriacum Gandensibus furari, aut astuta persuasione in Franciam abducere erant conati, concitasse Fládros, vt Rom. Regem Franciscis traderent, aut indignis modis habitum ad mortem adigerent. Proinde Duci Philippo operâ fidelium Belgarum enixè laborandum, vt patrem liberet, rebelles puniat, Francorum impiam astutiam castiget, ac paternos maternosque prædecessores magno animo imitetur. Non illi defuturas Imperij vires nec opes, sed paratos esse Germaniæ Procures, rei indignitate animis consternatos, arma capere, ac in Rom. Regis auxilium statim prouolare. Animo râtum non deficeret, sed expeditis armis impios ac contumaces rebelles doceret, quæ vires, qui amici Romanorum Regi contra omnes hostes superessent. Quarto Idus Martij Gandauum venere Legati à Belgarum Ordinibus Mechliniæ

1488. niæ congregatis, Gruthuzæ Dominus, Abbas Bonæ-spei, Anthonius Brabantius, Armudæ Dominus, Anthonius Fontainefius, Præta Dominus, Harfelius, Syndicus Antwerpianus, ac cæterarum præcipuarum Urbium Legati. Tria Gandenses proponunt. Primum, vt omnes Belgarum Prouinciæ in vnũ cõsentiant: deinde, æqui probiq. gubernatores Duci Philippo datur: tertio, Prouinciæ secundum veteres cõsuetudines legesq. regatur: ad hæc, vt Hulstani, Antwerpiani, Louanienses, Audenardenses, Teneramondani, ac Aloftani à bello desistant, pacemq. cum Francorum Rege anno 1482. factam seruent. Promittunt Legati hisce de rebus ad Ordines se relaturos, suæ non esse potestatis de rebus tam arduis statuere. Consulere tamen se, Gandenses, Brugeses, ac cæteri Flandriæ Ordines, Legatos Bruxellam ad Ducẽ Philippum ac Belgarum Ordines ibi congregatos mittant, qui de liberatione Romanorum Regis tractent; quod nisi fecissent, frustra eos de cæteris propositionibus acturos. Tertio Idus Martij Legati Gadauo discedunt, ac Mechliniæ Duci Philippo, Ordinibusque, quid egerint, exponunt. Migrat Dux Philippus cum Ordinibus Bruxellam, cõueniendique eod. diem sextum Calendarum Aprilis Flandris statuit. Mittunt Gandenses viros duos, totidem Brugeses, ac Iperenses. Petunt, generalis Ordinum conuentio, aut eorum Legatorum, qui omnes controuersias finiant, Gandauum fiat, offeruntq. in hanc rem libellum, in quo de ratione vniendarum Prouinciarum agebatur. Eum Ordines Adolfo Rauastainio, eius filio Philippo Cliuio, Hannoniæ Præfecto, Beuero, ac VViresio tradunt, vt quæ eis placeant, aut displiceant, scripto post aliquot dies indicent. Singuli quoque Urbium Legati eius exemplũ, suis tradituri, describere, statuiturq. dies à festo Paschatis proximè instantis quartus, quo Ordines Belgarum generales, aut eorum Legati, Gandauum de rebus omnibus absolutè tractaturi postremum conueniant. Hoc rerum statu incidit in seditiosorum Brugesium manus Nicolaus Delfius Petri Lanchalsij gener, qui Lanchalsius Urbis Prætor ac Rom. Regis Quæstor fuerat. A Delfio, eius administro, sese quæ cupiebant extorturos sperabant. Rogatus inter summa tormenta, vbi Petrus Lanchalsius esset, constanter se scire negauit. Deinde, vbi pecuniam extra ordinem collatam reliquisset, respondit se Lanchalsio numerasse; quid is ea fecisset, ignorare se: nec vnquam aliud ab eo extorqueri potuit. Scrutantur Brugeses Monasteria omnia, hominem non reperiunt. In rabiem ira ferè acti, Iacobum Heræum ad forum trahunt, capiteque puniunt. Nicolaum verò Delfium idem expectantem, cessante rabie, mira animorum inconstantia, viuere ac dimitti iubent. Is induta veste lineæ, nudis pedibus, Ardeburgum D. Virginem salutatam iuit, expectataque occasione in Brabantiam profugit, freudentibus paulo post Bru-

1488. Brugesibus, quòd per speciem religionis Vrbe eum exire permisissent. Exinde tota Ciuitate publicatur, si quis Petrum Lanchalsium occu-
lisset, cum vxore ac liberis in superiori propriarum ædium introitus
limine suspensus strangularetur, bona publicarentur, cognati ac affi-
nes omnes in perpetuum exularent. Delituerat hæctenus Lanchalsius
per quinque septimanas apud confectoem pileorum, quem omnes
existimabant eius esse infestissimum hostem. Hic atrocitate edicti ter-
ritus, Lanchalsium rogat, sibi cõsulat. Dum igitur mutato habitu, fa-
cie fuce obducta, euadere conatur, agnitus captusq. ad forum duci-
tur, grauiusq. quàm vllus vnquam torquetur. Venit Gandauo sum-
mus eius hostis Coppenollius, quæstioniq. præsens grauius Lanchal-
sium accusat; illoq. generose se defendere, augeri Coppenollius tor-
menta iubet. Respondet Lanchalsius: Tu me iustius, sæua bestia, hæc
tormenta es meritis, qui nūquam, quæ tu fecisti, cogitavi. Legitimum
enim Principem, periurie proditor, impiè deseruisti, ac plebem rerum
ignaram, ad seditionem mædacijs consternatam, magno suo malo con-
citasti. Sed iustissimi Numinis vindicem manum scelera tua nūquam
euadent. Sis horum verborum, si velis, memor. Dum sæuiunt Brugeses
in amicos ac ministros Romanorum Regis, literæ Gandauo veniunt,
missæ ab ijs, quos miserant, vt cum Ordinum Belgij Legatis tracta-
rent, nunciantes Hannones, Antwerpenses, Mechlinienses, Buscodu-
censes, Insulenses, Duacenses, Hulstanos, Aloftanos, ac alias non paucas
Belgarũ Ciuitates coniurasse, decreuisseq. Rom. Regẽ vi aut amicitia
Brugesis carcere liberare. Lectæ nō parum Brugesium animos cõster-
narunt. Posteaquam Lanchalsium inhumanissimè ac crudelissimè
tormentis lacerassent, eumq. generose ac magnanimè omnia perfer-
rentem, eosq. officij admonentem, deq. ingratitude obiurgan-
tem, diutius ferre non possent, capite truncari iubent, quum prius om-
nia reuocasset, quæ, tormentorum acerbitate victus, contra innocentes
aliquot Nobiles dixisset. Hisce diebus Gandenses, eorumq. merce-
narij Franci, Lesinam occupare conati, detectis insidijs cū damno re-
pelluntur, præsidariosq. contra se irritatos sæuire in agrum Gaden-
sem coegerunt. Pridie festi Paschatis Brugeses, relicto foro, quod
per sex septimanas continuas infederant, domos quisque suas repetunt,
magna ad hanc rem obseruata solemnitate. Fuerant enim in foro cum
armis circiter septemdecim virorum millia. Paulo post literæ à summo
Pontifice Innocentio octauo ad Brugeses scriptæ adferuntur, quibus
magna constituta pœna iuebantur Rom. Regem dimittere. Eiusdem
etiam literæ ad Ordines Hannoniæ veniunt, quibus bellum Flandris
facere iuebantur; si post suam monitionem Rom. Regem non libera-
ssent. Interea Gandauum peruenerat pars maior Legatorum Ordinum
Bel-

1488. Belgarum. Agitur de liberatione Rom. Regis acerrimè, quæ tandem post aliquot dierum ingentes disceptationes, his est obtenta conditionibus: Philippus Cliuius, Comes Hannonius, ac Volqueftaini Dominus, obsides Rom. Regis nomine, donec conditionibus satisfecerit, Brugis ac Gandau manento, nomineque Cliuij pater eius Adolfus, interea Sluzam eiusque Arces gubernato. Exteros milites omnes intra tertium liberationis suæ diem Rex è Flandria, ac post septimum è Belgio, sine maleficio dimittito. Rex Philippum Cliuium cæterosque obsides à dicto sibi sacramento liberato, potestatem eisfaciens militandi cum Flandris contra se, si hanc pacem violarit, permittens vt Cliuius cæteri que obsides Flandris in hanc rem sacramentum dicant, ac tabulas propria manu signatas donent. Pacem Rom. Rex Ordinum omnium auxilio, si fieri possit, cum Franco facito. Flandri ac Romanorum Rex militem omnem dimittito, Regique pro seditionis compensandis damnis incommodisque ternis vicibus quinquaginta millia aureorum liliorum persoluunto, tabulasque ea de re consignatas Romanorum Regi tradunto. Rex proprio ære redimi curato Gruthuzæ Dominū, Consulem Brugēssem, ac alios, qui eius libertatē procurantes capti fuere. His multæ aliæ nugæ additæ fuere: quibus propria manu Romanorum Rex sub signatis, in libertatem postridie Idus Maij restituitur, quarto ferè à captiuitate mense, aduenienti que publicæ Supplicationi comitem se iungit, subsequente que aspiciens populum, hilari vultu manum leuans, alta inquit, subridens, voce: Iam tandem pacē habebimus. Quum ad forum esset peruentum, nouam magnamque reperit scenam, in hac Altare instructissimum, & necessaria ad celebrandum Christiano ritu sacrificium, Regi que iuxta altare sedē sumptuosissimā. Sed Rex ad domum Craneburgicam, alterum carcerem suum, rectā properat. Ordines Flandriæ ac Magistratus Brugenſis, hoc viso, ad Prouinciariū Legatos trepidè cōtendunt, in genua se conijciunt, cōfitentur se grauissimè Romanorum Regem offendisse, venia indignos esse, eam tamen se humillimè ac submissè petere. Quumque per se non audeant rogare, enixè Ordines obsecrare id sibi operis præstent. Accedunt Ordinum Legati Regem, verbaque pro Flandris ac Brugenſibus Rommerswalus, Ordinum Syndicus, facit, ita oratione composita, vt Regis animo commiseratione tacto, tacente Rommerswalio diceret, sese omnibus ignoscere, absolutamque dare offensionum omnium, depositis animo iniurijs, gratiam. Inde in scenam profectus, genua ad Altare flectit. Rogant in pacis condiciones iurare dignetur. Exhiberi eas iubet, diligenter intenteq; legit, tandemque cum summa reuerentia ac tremore (vt apparebat) hac ratione iurat: Libera voluntate ac bona fide in præsentia sacræ Eucharistiæ, particulæ Crucis Domini,

Euan-

Euangeliorum, corporis D. Donatiani, huius Urbis Patroni, ac Canonis sanctissimæ Missæ, promittimus conseruaturus nos, ac re ipsa compleruros, pacem, ac condiciones inter nos ab vna parte, ac tres Flandriæ Ordines, qui que cum eis sterere, ab altera parte factas, obseruaturusque concordiam ac vnionem nostro consensu à Belgarum Prouincijs initam, eorum nostri que sigilli appensione confirmatam roboratamque: ad hæc fide Regia pollicentes, quantum honori, fama, ac nomini nostro consultum volumus, nos nunquam eas violari permitturos, nec, vt id fiat, vllum rationis velamentum, iustitiæ obtensionem, nec speciem, artem, astum, calliditatem, nec prudentis consilij simulatam necessitatem quaſituros, nec repertam admitturos, idque secundum tenorem literarum, quæ dictam pacem ac concordiam descriptam continēt, liberans Flandros omnes à sacramento, quod nobis vt patri ac Tutori filij nostri, quacunque etiam fuerit forma, dixerint. Deinde iussu Romanorum Regis Beueræ Dominus hac ratione iurat: Ego Philippus Burgundus, Campuera ac Beueræ Dominus, insistens exemplo iurifuradi à Romanorū Rege præstiti, bona fide iuro ac promitto, in præsentia sacratissimi corporis Domini nostri Iesu Christi, veræ eius Crucis, Euangeliorum, corporis D. Donatiani, huius urbis Patroni, ac Canonis sanctæ Missæ, me re ipsa seruaturum, ac, quantum in me erit, omnibus numeris impleturum condiciones pacis, cōcordiæ, ac vnionis, quæ inter dictum Romanorum Regem Flâdriæ que Ordines sunt conceptæ, neque me vlla ratione ijs contrauenturum, neque permitturum vt villo modo contraueniatur. Si verò quempiam contraire, aut pacem aliqua ratione violare velle intellexero, promitto ac iuro, iussu ac iniussu Rom. Regis hîc præsentis, me annexurum ac curaturum, vt Flandri contra dictæ pacis, vnionis, ac concordiæ violatores seriò iuentur. Legati Ordinum singularum Prouinciariū hoc modo iurauere: Nos Legati trium Ordinum Ducatus aut Comitatus Brabantiæ, Hannoniæ, &c. omniumque. Ditionum ac Ciuitarū hîc præsentium, representâtes tres Ordines dictarum Prouinciariū ac Ciuitatum, secundum exemplū iurifurandi solenniter à Rom. Rege hîc præsentis præstiti, iuramus ac promittimus, &c. Reliqua enim cum Beueri iureiurando per omnia conueniunt. Postremi omnium iurauere tres Flandriæ Ordines, Præfectus Brugenſis (supremum Balliuum vocat) ac Præfecti manuariarum operarum. Omnium iurauranda suscepit, qui & summum sacrum fecit, Vicarius Antillitis Tornacensis. Pace violenta Rom. Regi extorta, iniquissimeque cum Francorum Rege anno 1482. facta, ac inuito iterum Romanorum Rege dissimulante confirmata, è scena in ædes Raustainij Rex contendit, ac prandet, vnaque cum eo dictus Vicarius, Abbas apud D. Petrum Gandau, ac

V

Afflege-

1488. Afflegemij, cum Beuero. Absoluto ferè prædio, armatus intrat Philippus Cliuius, mensa que adhibetur. Post meridiem Rom. Rex ad Templum D. Donatiani properat, ibique Cliuium à sacramento sibi dicto liberat, eumque in hæc verba iurare permittit: Ego Philippus Cliuius, Vinedali Dominus, promitto ac iuro, tenore iurissurandi quod nunc præsto, iturum me Gandauum, atque ibi obsidem mansurum, donec inita pacis conditionibus ab ytraque parte plenè sit satisfactum. Et si quispian eam aliqua ratione (directè ac indirectè dicunt Barbari) violarit, aut violari curarit, iuro ac promitto, me iuncturum vires animi & corporis, consilia, omnemque industriam cum Flandriæ Ordinibus, contra dictæ pacis violatores. Interea aduenerant copię Germanorum, Rom. Regem expectantium: qui salutatis ad portam Crucis Brabantorum, Hannonum, ac Namurcensium Legatis, quod hi in primis libertate sua laborarant, nunquam se animo eius rei memoriam depositurum promittit: indeque ad Germanos contendit, deducente ac his eum verbis alloquente Cliuius: Es iam Rex planè liber, tuique iuris. Rogo animum mihi tuum sincerè aperias. Pacem quam pro suo arbitratu tibi Brugeses, Gandenses, ceterique Flandri extorsere, seruare ne eam statuisti? Si non, ego pro mea parte quod maximè expedire videbitur consilium sequar, faciamque quod decet ac potero. Tum Rex: Cognate, id quod promissi ac iuravi, seruare decreui. Post hæc inuicem valedicunt. Rex stipatus Germanis ad Arcem Malam, Cliuius, comitante Volquestainio ac Hannonio, Brugas, indeque Gandauum proficiscitur. Proxima nocte milites aliquot Germani, Flandris infensi, ad portas vsque Brugesium, inscio Rege, hostiliter excurrunt, sublatoque clamore ciuibus minantur. Parte alia exules aliquot nocte attractis quatuor tormentis, ea ad Crucis portam in Urbem exonerant. Brugeses, armis per tenebras raptis, suis tormentis respondent. Discedentes Germani Villas aliquot exurunt. Conspecta Brugis flamma, violatam pacem conclamant. Euocarat Brugis Rom. Rex Belgarum Ordinum Legatos. Exire non auderes, sacerdotem de pacis violatione conuestum ad Regem mittunt. Negat pacem ruptam, se enim inscio paucos milites insanisse. Repertos authores pro merito se puniturum. Quo responso Ciues placati, ab armis discedunt. Exinde Belgarum Ordines cum Urbis Magistratu ad Regem profecti, eum cum centum leuis armaturę equitibus obuium habent. Admonet pacem diligenter colant, per se non staturum quin inuiolata maneat. Tria deinde petit: primò, vt ab ytriusque aliquot Germaniæ Proceribus, se comitantibus, impetrent, Cæsarem Fredericum deprecari dignentur, ne quid contra Brugeses ac Flandros grauius statuat: deinde, vt tabulas tradant obsignatas de promissis sibi quinquaginta aureorum liliorum millibus: ter-

tiò, Di-

1488. tiò, Ditionibus filij sui rectè ac prudenter prospiciant, statuissè enim se in Germaniam ad patrem Cæsarem proficisci. Respondent, se Proceres Germaniæ pro interpellatione rogaturos, curaturosque quamprimum de promissa pecunia, Ordinum cõsensu, tabula expediantur. Belgarum Prouincias eius se Maieitati committere, rogareque curam suscipere dignetur, paratissimè consilio ac re ei se auxilio futuros. Responso Legatorum Rex gauisus, statim eos ad Marchionè Badensem, duos eius fratres, Dissetanij Dominum, ac Cornelium Bergium, perducit. Petunt, pro Brugesibus apud Cæsarem deprecatores esse velint. Promittunt se facturos, quanquã à Cæsare habere se in mandatis assererent vt sequissimo atrocissimoque. Brugeses omnesque rebelles Flãdros persequerentur bello, omniaque flamma ac ferro miseret, fœtis nec pueris parcerent. Facilius verò à Cæsare veniam se obteturos, si Brugeses Germanos obsides liberos dimississent. Promittunt Legati, se annexuros vt fieret, at fidem de optato euentu dare se posse negabant. Exinde Rex cum exercitu Ardeburgum, indeque Middelburgum Flandriæ proficiscitur. Legati ad Urbem reuersi laudantur, gratiæque eis de prudenter obita legatione aguntur. De obsidibus verò reddendis non nihil ad dubitatum, tandem in gratiam Rom. Regis Procerumque liberantur ac dimittuntur, solo Philippo Cliuiò non inuitè Gandau manente. Ordinum Legati, post octo dies se redituros promittentes, ægre à Cliuiò potestati domũ proficiscendi acceperunt, nec vnquã postea rediere. Tũ pax per vniuersam publicatur Flandriã. Ceteri Belgæ partim eam publicauere, partim vt parum honestam ac indecoram cõtempserunt. Rustici ex Urbibus & Oppidis in Pagos Villasque migrauerunt. Paucis post publicatam pacem diebus, Rom. Rex ad Vrbes, quæ eam nondum promulgarant, scribit, ne id faciant, iubetque quinquaginta plaustra cõmeatu onerata ad castra sua Menyngã mittant. Dux Philippus scribit Leshinensibus, ac ceteris eò loci prædidiarijs, in fines Gandensium ceterorumque Flandrorum hostiliter incurrant. Parent summo cum gaudio milites. Miseri rustici, qui exiguo tempore in agris fuerant, rebus iterum omnibus exuuntur, capiuntur, aut pulsi in antiquas calamitates recidunt. Quo tẽpore Belgarum Ordines de liberando Rom. Rege satagebant, imperij Principes ingentibus, Duce Cæsare Frederico, coactis copijs, in Flandriam contendebant, armis Rom. Regè è seditiosorum manibus extorturi, Flandriæ ac Franciæ ingenti terrore iniecto. Apud Arrebatas Creueceurius infirmiora Castella dirui iubet; Coppenollijque precibus inductus, Gandensibus tria millia peditum ad finium custodiã mittit. Flandri communi consilio auxiliũ à Francorum Rege petunt. Mittit statim Piennæ ac Despierræ Dominos, cum quadringentis galeatis equitibus. Ægerrimè id tulere Hannones, Antwerpiani, Mech-

V 2

liniani

1488. liniani, cæteræque Belgarum Romanorum Regi fidæ Ciuitates. Cæsar castra haud procul Gandauo ad Pagum Euergem locans, Legatum castrensem (Heraldum vocant) ad Urbem mittit, iubens se supremum Ditionis Transcaldanæ Dominum agnoscant recipiantque, statimque mittant Cancellarium Carondeletum, Mingouallium, cæterosque Nobiles, quos nulla de causa in vinculis habebant. Legatione ad plebem euulgata, Præfectus quidam seditiosorum, opere calcearius, supra memoratus, cum sacerdote ac carnifice ad carcerem iterum clam pergit, præcipuis captiuis capita abscissurus, eaque Cæsari in coreaceis marsupijs transmissurus, nisi re intellecta superueniens Cliuius Barbaro facinori intercessisset, eodemque die decretum in Vrbe fieri curasset, quo sanciebatur ne quis posthac capite plecteretur, nisi octo ad hoc lecti Senatores præsentis fuissent. Densa Oppidulum elegans eo tempore, per quem flumen Lysa labitur, erat. Id insigniter munierrant Oppidani, acceperantque peditum equitumque Flandrorum ac Francorum Gandauo auxilia, impediabantque, quantum poterant, ne Bergis Hannoniæ, Atho, Valenchenis, Cameraco, totaque Hannonia commeatus ad Cæsaris nec Rom. Regis castra perferretur. Mittit eò Rom. Rex Christophorum Badensem, cum quatuor millibus Germanorum peditum, ac Ferrium Nouellium, peditum Vallonum Præfectum, qui mento tenus fossas aliquot prætergressi, hora noctis secunda, quinto Idus Iunij, Densam occupant, Francorum equitibus in fugam coniectis. Germani Templum vi expugnant, Flandrosque ac Francos ad vnum interficiunt. Periere circiter quadringenti, capti plures, ac inter hos Gandensium Præfectus vnus, quem lignæ ianua supinum, pugione per pectus adacto, affigunt, addita inscriptione, ita sese omnes punituros, qui Rom. Regem capi ac detineri voluerent. Dein ianuam cum affixo Præfecto Lysæ amni imponunt, vt secundo flumine Gandauum perferretur. Erat adhuc suo cum exercitu Rom. Rex Menynge, simulabatque sese Contracum obsidere velle. Veniunt ad eum cum fidelium Belgarum auxilijs Cheurius, Sinxtius, Crambragius, Lensius, compluresque alij viri nobiles, quorum partem ad Urbem mittit Iperensem, cuius animi essent tentandi causa. Sed illi exoneratis tormentis, emisissisque præsidarijs, prælium committunt, quo ab vtraque parte aliquot cecidere. Belgæ Menynge reuertuntur, ac statim circiter octingenti Francorum equites Iperas intrant. Rom. Rex cum præcipua Germanorum nobilitate Insulas venit, Arcisque præsidium, additis centum viginti viris, auget. Insulenses Regi eiusque filio Philippo iusiurandum renouant. Franci aliquot Atrebatum profecti, Castrum Estrees expugnant, incenduntque. Interea Rom. Rex, vt Philippum Cliuium in suas partes pertraheret, summopere laborabat. Is, non li-

cere

1488. cere sibi salua fide, honore, ac fama pro eo arma, desertis Flandris, sumere, assueverat. Liberatum se à sacramento ei dicto, iussuque Gandensibus ac Flandris nouum ea conditione dicere, vt si pacis Brugenfis leges Rex violasset, sibi Flandris contra eum militare liceret. Rom. Rex persuadere conatur, eum non pro pace Brugenfi, sed contra Cæsarem Fredericum arma cepisse, quem Gandenses vltra Scaldim agnoscere nollent. Se patrem Violarem armatum Imperij nomine sequi, non quòd pacem Brugensem violare cupiat, sed Imperij ius defendere. Idem Cliuius, Imperij Clienti, si honori ac famæ consultum velit, necessariò faciendum. Refutat hæc Cliuius multis verbis. Fludit ea contrarijs rationibus Rom. Rex, multaque in hanc sententiam vltro citroque scriptæ literæ, laborante omnibus modis Rom. Rege, Cliuium ad se, desertis Flandris, reducere. Ille negat se id facere posse, nisi summo cum dedecore viuere ac infamis mori malit. Stantibus pacis Brugenfis legibus, se nulla pro Rege nec Cæsare pericula recusaturum, ac, quocumque ius iusserint, obsequenter iturum; his violatis, necessariò sibi defensionem Flandrorum suscipiendam. Hæc operoso sermone in speciem à Cliuius dicebantur, qui Gandauum per causam obsidis relinquere non decreuerat, vbi imperare, quam in Rom. Regis castris seruire malebat. Controuersia enim hæc honorem ei summum apud plebem & quæstum in vniuersum assererat: pendebat enim ex eius ore Gandenses, Flandriæque omnes: quicquid dicebat, oraculum; quod decernebat, lex erat: siue pecuniam, siue militem imperasset, nullus quicquam recusabat. Arrepta igitur rupta à Rom. Rege pacis Brugenfis occasione, sumptisque pro defensione Flandrorum (vt credi volebat) Rom. Regis iussu armis, hostem se eius Cæsarisque Frederici declarat, literasque inuicem hinc inde amplius mittere desinunt. Iuxta Middelburgum Flandriæ, ad Pagum Coxiam, domus stabat viri nobilis, in qua triginta erant Belgæ milites, quotidie ad portas vsque Brugenfiu excurrentes, prædasque ingentes præ se agentes. Proficiscuntur sine Iunij eò mille quadringenti Brugenfes, Duce Flettræ Domino, adducunt tormenta octo, disiectisque muris, pauci milites, rebus omnibus saluis, deditionem faciunt. Ingressi Brugenfes genio indulgent, prædam partiuntur, tempusque nugando bibendoque, nullis positis custodijs, terunt. Superuenit nocte è Cæsaris castris Comes Sonneburgij cum ducentis equitibus, ac octingentis peditibus, in domum irruit, ebrios semisopitos obruncat. Flettræ Dominus capitur, ac Adriano Maboio, domus Præfecto, qui paulo antè eius fuerat captiuus, donatur. Periere circiter trecenti Brugenfes, ac inter hos Præfectus pictorum: capti sunt sexcenti, qui vitam libertatemque persolutis quinquaginta aureorum Rhenensium florenorum millibus redemere. Dammum Rom.

V 3

Rex

1488. Rex summopere expugnatum cupiebat. Profecti eò aliquot nobiles Germani Praefecti, Duce Christophoro Badensi, Oppidum decima octava Iulij per tres horas acriter oppugnant, tandemque desideratis multis viris nobilibus repelluntur, ceciditque inter hos dictus Badensis. Praerat Castro Namurcensi iusto cum praesidio Ioannes Bergius, VValhaini Dominus. Eo absente, praesidarij cum Cliuio paciscuntur, eumque cum milite rebusque necessarijs admittentes, signum eius militare exponunt, idemque omnes sumunt. Id autem erat Crux D. Andreae lutei coloris. Arx duos habet exitus, vnum ad Urbem, alterum extra. Quotidie ciues Rom. Regi addictissimi contra praesidarios maioribus tormentis decerrabant, munierantque se dolijs vinijs terra repletis, sed non adeò bene, quin aliquando praesidarij ex Arce in Urbem erumpentes, proximas domos diriperent. Quare Rom. Rex ad obsidendam Arcem VValhainium, eius fratrem Cornelium Bergium, ac Cheuræ Dominum mittit, qui, eductis copijs, praesidarios maioribus tormentis ad deditiõnem, rebus omnibus incolumibus, cogunt. VValhainius voluntate Rom. Regis ad Arcis redijt praefecturam. Tertio Idus Iulij Cæsar Fredericus, motis Euergermio castris, dimissaque maiori exercitus parte, Antwerpiam pridie Cal. Augusti venit, cum sex septimanis, nulla re memorabili gesta, Gandenses ac Bruenses omni cladis genere egregie vexasset. Quumque Philippum Cliuium ab inferendo sibi filioque Rom. Rege bello deterrere nec diuertere omnia tentando potuisset, tandem Antwerpiae in area Abbatiae D. Michaelis, Imperatorijs indutus vestimentis, pro Tribunali sub dio sedens, Nonis Septembris, lata proprio ore sententia, Cliuium vt Imperij perduellem, rebellemque Clientem, honore ac bonis priuatum proscibit, Ordinesque Belgarum ibidem congregatos admonet, pacem anno 1482. initam obseruent; offertque eis libellum, causas aduentus sui cum exercitu continentem, quæ omnes in Gâdenses redundabant. Interea Rom. Rex Philippum Burgundum, Terveræ ac Beueræ Dominum, & Ioannem Salezarum, in Hispaniam ad Ferdinandum Aragoniæ, ac Elisabetam Castellæ Reges, tria peritum mittit: primum, perpetuæ pacis causa foedus fieret: deinde, vt Rom. Regi viduo filiam Elisabetam vxorem darent, ac filiam Ioannam filio Philippo desponderent. Fit foedus. Elisabetam Portugalliæ Regis filio desponsatam ante aliquot menses renunciant. Quod ad Ioannam attinebat, sese libenter ea de re communicaturos, quamprimum adoleuisset. Aliquot exinde septimanis ab Hispaniæ Regibus honorifice lauteque tractati, muneribusque liberaliter exculti, cum responso ad Belgas sunt reuersi. Sub idem tempus Forestij Dominus, Duaco cum trecentis viris profectus,

1488. Atus, Bapamum occupare nititur. Sed cum viginti milites in murum euassissent, accurteribus praesidarijs ac ciuibus reijciuntur, ceteri Duaco, re infecta, reuertuntur. Exinde Cliuio decimoquarto Cal. Octobres, fauore aliquot ciuium, Bruxellæ Brabantiae cum quingentis equitibus per portam Flandricam intronittitur. Rom. Rex, re intellecta, Mechliniam cum iusto praesidio mittit Ioannem ac Cornelium Bergios fratres, vt filio Philippo sint praesidio, quem summopere in potestatem redactum cupiebat Cliuio. Bergij fratres Viluordam occupant, praesidioque muniunt, quotidie ad portas vsque Bruxellensium excurrentes. Quarto Idus Octobres aliquot Germani equites, prope Bruxellam in insidijs sedentes, pedites ante Urbem excurrere, praedasque agere iubent. Contra hos ciuium incondita multitudo sine certo duce ac ordine exit, praesidarijs frustra eos retinere conantibus. Simulant Germani à multitudine se premi, cedunt, donec ad nota insidiarum loca Bruxellenses pertraxissent: à quibus facile in fugam coniecti, quadringentos circiter ciues desiderauere. Post hæc Cliuio Likerkium ac Cennapium occupat, vnde sui praedas ingentes agebant. Mercatores eò iter facientes, mercibus tutam profectiõnem numerata pecunia redimebant. Cæsar ac Belgarum Ordines cum Cliuio iterum Mechliniæ frustra de pace agunt. Quare septimo Idus Octobres Diestam Cæsar profectus, inde in Germaniam redijt, filio Rom. Regi relinquens Albertum Saxonem, Thuringiæ Lârgrauium, Misniæque Marchionem, cum iusta peditum equitumque Germanorum manu, virum bellicosum, fortem, militiæ peritum. Occupata Bruxella, Cliuio paulatim effecit, vt dimidia ferè pars Brabantiae, ac Leodiensis Ditionis, à Rom. Rege deficiens, sibi ac Flandris iungerentur. Octauo Cal. Nouembres, Cliuio Niuellæ admittitur, pauloque post Louanij, in cuius Arce Chanteraini Dominus cum praesidio constitutus, tandem etiam, Rom. Rege deserto, Cliuio adhæsit; nil aliud prætendentes, quam defendere se ius Ducis Philippi, quum homines ambitiosi, imperio gaudentes, in rem propriam satagerent. Offerebant rebelles Brabantiae ac Flandri Rom. Regi centum millia aureorum Rhenensium florenorû, Coloniae Agrippinae numeraturi, si relictis Belgis in Germaniã, non amplius reuersurus, proficisci voluisset, ac Ordinibus, Proceribusque filio parte matris sanguine iunctis, gubernationem reliquisset. Inter hos Cliuij primi fuissent. Sed fallebantur, tam degeneris ac imbecillis animi Principem Rom. Regem iudicantes. Peruenerat ad Belgas certis de causis Lusitaniæ Regis Legati, qui, paucorum dierum inter partes obtentis inducijs, frustra pro pace laborarunt. Erant Alosti circiter quinquaginta Hannoniæ mercatores, iustum abeundi praesidium expectantes. Id Likerkanenses, insidias eis tédunt. Illi verò non se itineri comiserunt, antequam Lusitanis

1488. Lusitani idem facerent; qui iusto instructi praesidio, à ducentis Likerkanis peditibus ac quadraginta equitibus inuaduntur: sed numero eos praesidiarij superantes, multos occidunt, quinquaginta septem capiunt, ceteros Likerkam pellunt. Henricus V Vitemius, Berselæ Dominus, defectione Bruxellensium motus, Castellis suis, Berselæ, Brainæ, Laleue, ac Foliæ de rebus necessarijs prouidit, acerrimosque bello iuuenes imponit, adeò Bruxellenses vexans, vt Vrbe nisi iusto cum praesidio exire auderent. Qua de causa Berselam profecti, muros tormetis deiciunt, irumpereque conantur: sed fortiter à Philippo V Vitemio, Henrici filio, reiecti, Bruxellam, multis desideratis, plurimisque vulneratis, rediere. Cumque multo magis à V Vitemio premerentur, animis irritati aduocant auxilia, maioribusque eductis copijs ac tormentis eò Philippum redigunt, vt deditioem faceret. Praesidiarios partim Bruxellæ in carcerem concludunt, partim manu carnificis è medio tollunt, ac inter hos Ramillum Burgundum, peditum cohortis Praesectum, magno V Vitemij cum dolore. Eadem fuit fortuna Brainæ ac Laleui, inopiâ pulueris tormentarij. Sed Folia vi, minis, nec blanditijs ad deditioem compelli potuit. Conuertunt igitur Bruxellenses iram in V Vitemij ædes, quas Bruxellæ splendidas habebat, easque solo diruunt, restituere coacti finito bello, in eum modum quo adhuc hoc anno 1598. Bruxellæ in via fullonaria visuntur. Exinde Castellum Faucuwezij Bruxellenses expugnant ac diruunt. Polydorus Berlarus, Faucuwezij Dominus, suo ære conscriptis aliquot militibus, Bruxellensibus acerrimum infert bellum, tandemque Foliæ cum suis se includit, noctes diesque Cliuius, Flandris, Francis, Brabantis, ac Leodijs infestissimus. Ab alia parte Bruxellenses expugnant ac diruunt Borneuallum ac Flesium, praesidiarijs pro maiori parte Bruxellæ strangulatis. Apud Flandros res nihilo meliori erant statu. Gandenses enim, expugnato Castello Helchino, Gerardo ab Houarderia, nobili Praesecto, caput amputarant. A Francorum parte Creueceurius, qui vigesima prima Iulij Iperas circiter quinque millia peditum ac sexcentos lancearios equites adduxerat, cum his V Vaurinû obsidebat. Mense Iunio iussu Francorû Regis Brugas venit Penæ Dominus, adducês mille quadringentos partim pedites, partim equites Francos. Is statim V Vaurinû ad Creueceurium conuolat. Præerat Arci Morauus quidam, qui clam pro se dicto Fræcorum Regi sacramento paciscitur: sed paulo post Cameraci captus, meritis proditiõis capite luit pœnas. Eius milites Creueceurij se arbitrio dedentes, pro maiori parte fuere strangulati. Post hæc Rosinologium Creueceurio deditioem facit. Postridie Idus Decembres, Duacenses, Insulenses, ac Orchiacenses, pacem anno 1482. cum Fræcis factam recipiunt; qua de causa Flandri tutius in eas Ditiones ac in Franciam

commea-

commeabant. Confirmant hanc pacis admisionem Rom. Rex, ac Dux 1488. Philippus: quod nisi factum fuisset, Hannones his tribus Ciuitatibus bellum intulissent. Iam enim sopita de gubernatione controuersia, Hannones vnum inter se sentiebant. Aegre tamen tulere trium Ciuitatum cum Franco foedus, miratique sunt inprimis quòd Duacenses, acerrimi semper Francorum hostes, iniquissimam admisissent pacem. Subscribere tamen paci nulla ratione voluit Balduinus Lanouis, Insulensium Gubernator. Cliuius, comitatus ducentis equitibus, ad Fræcorum Regem pro maiori proficiscitur auxilio. Admittitur Cameraci, neutri parti addicto. Hinc Bochainium cubicinem mittit, ac ab Anthonio Longcampio, Oppidi Praesecto, deditioem fieri petit. Ille, missis Valenchenas Cliuij literis, eum se agnoscere negat. Atrebatensium Praesecti, eductis tribus virorum millibus, occupant Arcem Pasuanes, deinde Escanduram, quam Ioanni Melunio, qui filiam Iacobi Lutzenburgij, veri Escanduræ hæredis, in vxorem duxerat, donant. Post hæc capiunt Heusinum ac Caudrium. Erat hoc tẽpore Rom. Rex in Hollandia, eam sibi Prouinciam concilians. In suam enim partem traxerat Montvoortij Dominum, Cliuij, vt omnes Houkij, partes secutum, Delfos, Roterodamum, Dordracum, ac aliquot alia loca. Gratianus Gueræus, Francorum Praesectus, occupat Oppidum V Valcurtum Ditionis Namurcensis, magno vicinorum cum damno. Maior pars militû Gratiani in propinquo agebat Pago, rusticos miserrimè vexans. Ad hos opprimendos ingenij vires intendit Cheurius, adiunctis sibi aliquot nobilibus Praesectis. Inuadunt Fræcos securè agentes, ac in fugam, multis interfectis sauciatisque, conijciunt. Pauci V Valcurtum refugientes, mox deditioem fecere. In Flandria Georgius Euersteinus, ac Dionysius Morbecanus, Dunkerkâ, eiectis Francis, occupat; auctiq; militum numero, sui etiam iuris faciunt Pontem Rowarti, trecentis inde eiectis Flandris; maioriq; accepta militum manu, Ghistellâ, in qua quingenti erant viri, recipiunt. Tum V Vomenam, Ffledum, ac alia aliquot opportuna loca vi capiunt. Cliuius, coadunatis Flandrorum copijs, Niportum ducit, ac nomine Ducis Philippi deditioem fieri iubet. Esse eius affirmant ciues, sed se Cliuium hoc rerum statu non agnoscere. Deinde Niportani, vicinorum auxilijs aucti, adeò Cliuium minutis vexant prælijs, vt statim ijs è partibus discederet; viresque Creueceurio coniungens, in potestatem redigunt Bergas D. V Vinoci, ac Borkburgum, cui Daniel Præzus præerat; qui inde Niportum profectus, custodiendi Oppidi curam suscipit. Cliuius verò ac Creueceurius diuersis vijs ad sua reuertuntur. Paulo post iterû Cliuius Niportios per Legatum castrensem tentat. Sed ij Legatum capite toga inuoluto, nauimpositum, in Hollandiam ad Rom. Regem mittunt. Tum

X

Cliuius

1488. Cliuius Ostendam peruenit, multis in itinere paruis vexatus praelijs. Fit hic certior, è Hollandia naues Germanicis militibus onustas Niportanis auxilio properare. Triginta Ostendæ armatis nauibus, quæ Hollandicas inuadant, cum se his impares conspiceret, proelio abstinuit. Minatur per feminam Cliuius Niportanis, sese portum eorum, si Germanos admisissent, demoliturum. Hinc magna inter ciues, recepturine an exclusuri essent Germanos, dissensio. Sed proxima nocte operâ Cōsulum astu admissi, rebellibus Flandris acre bellum intulere, vicinosq. eorum pagos exactionibus emunxere. Albertus Saxo, à Cæsare Rom. Regi belli Dux relictus, Arcem Grimberganam obsidebat, aderatque ei V Valhainius ac Cornelius Bergius fratres. Præerat cum iusto præsidio Grimbergæ Neufchastellius, qui tormentorum violentia ad arbitrariam deditioem compulsus, Viluordæ in custodiam datur, præsidarijs partim Viluordæ, partem Mechliniæ, in carcerem conclusis. Terti

1489.

Idus Februarij anno 1489. Burgundi ac Belgæ, forti ciuium operâ adiuti, Fanū Audomari, eiectis Francis, recuperat. Qui intus rem procurabant, plus quàm ducenti ciues erant, è quibus viginti duo, cura rei perficiendæ suscepta, rationem omnem Dionysio Morbecano, ac Ioāni Vlarto, qui Dunkerkæ in præsidio erant, aperiunt; hi Georgio Euersteinio, Germanorum peditum Romanorum Regi militantiū Præfecto. Mittunt statim hominem fidum in Hollandiam ad Romanorum Regem, qui de instituto negotio eum certiore faciat, Oppidoq. veteres immunitates ac dimissionem nouorum tributorum impetret: quæ missis literis sua manu subsignatis, ac sigillo corroboratis, Romanorum Rex liberaliter concessit. Quum tempus exequendæ rei aduenisset, qui intra Oppidum parati cum armis erant, signum aduenientibus dederant, se in vna murorum turri, vbi excubias erant habituri, lumen accensæ in laterna candelæ monstraturos. Qui Dunkerka in auxilium propinquabant, selem quàm poterant altissimè vociferatè pro signo ac tessera se daturos promiserant. Fit dicto die ac hora ab vtraque parte vt erat conuentum. Respōdent vtriusque tessera. Conuolant Euersteinij milites, partim Germani, partim Belgæ ac Burgūdi, scalis ad muros, quæ ascendentiū multitudine rumpuntur. Vident in propinquo patibulum, in quo non ita dudum tres Belgæ milites à Francis fuerant strangulati, astante adhuc scala: hanc subitò rapiunt, ac in murum conscendunt, concurrentesque Francos præsidarios ciuium auxilio cadunt; inque Oppidum irrumpentes, propinquam, fractis feris ac repagulis, portam effringentes, suos intromittunt. Cecidere hoc conatu tantū quinque Franci, ciues nulli, Belgæ complures. Ter enim à Francis repulsi, Oppidum non cepissent, nisi qui intus coniurarent, summis eos viribus iuuassent. Irrupere Germani ac Belgæ porta

Borsel-

1489.

Borseliana, captique sunt Francorum Præfecti aliquot, ac inter hos Montcaurellij Dominus. Maior pars fuga cum ciuibus suæ factionis in Arcem euasit, nocte dieque tormentis Oppidanos vexantes. Cupiebant ciues statim Arcem oppugnare, quod timore consternatos qui intrò fugerant, multarumque rerum indigos, non diu vim laturus censerent. Sed pedites equitesque Germani, varijs è locis in vnum coacti, quod nocte dieque continuato itinere vires exhaustissent, necessariò corpora reficere debebant. Interea Franci, qui ad Arcem confugerant, tres viros ad Creueceurium mittunt, qui de statu Oppidi ac Arcis eum certiore faciant. Reuertebatur is è Occidua Flandria, vbi aliquandiu egerat, ac congregatos rebellium Flandrorum Ordines, officij admonens, acriter obiurgarat, inprimis verò Gandenses, eorumque Ducem caligarium Ioannem Coppenollium, exprobrans quod nunquam seriò Francorum Regem, iusta auxilia se Duce mittentem, iuuissent, sed pulso Fracico auxilio, Romanorumque Rege, sibi Flandriæ Imperiū querere conati essent: id verò eos nulla ratione diu obtenturos, ob populi Gandensis in gubernando imperitiā, insaniam, inconstantiam, leuitatem, ac sæuitiam. Consulere se, cum Romanorum Rege in gratiam redeant, reparationemque dignā de læsa eius persona ac existimatione faciant, ei absolutam liberorum suorum tutelam. (ratione ac natura ita flagitante) Flandriæq. gubernationem restituentes, pacemque anno 1482. factam quàm sanctissimè obseruantes. Hæc Creueceurius non amore neque beneuolentia erga Romanorum Regem ac Fladriæ Ordines proloquebatur, sed quòd sciret quale Rom. Regi auxiliū, demandis Flandris, discedentes a Cæsare Germaniæ Principes essent polliciti, ac quòd Rex Franciæ iam animo Neapolitanum agitare bellum. Interea Franci qui in Arce Fani D. Audomari se receperant, continuis tormentorum ictibus adedò ciues militesque irritabant, vt vnanimi voce oppugnationis signum ab Euersteinio peterent. Id is non necessarium ducens, munitiones contra Arcis portam, quæ ad Oppidum ducebat, extrui curat, opportunisq. Arci ædibus tormenta imponēs, præsidarios in ordinem coegerat, ab vtraque interimparte tormentis non cessantibus. Creueceurius, re intellecta, in suorum auxilium quatuor millia peditum ac mille equites adducens conuolat; Arceque de rebus necessarijs prouisa, prope suburbia versus portam Borselianam castra locat. Contra hanc multitudinem erumpit inconsultè Euersteinius cum sexcentis peditibus, ac ducentis equitibus; sed in Oppidum à Fracis repulsus, viros viginti, interq. hos Legatum suum Volqueftainium, perdit. Ipse deserto equo in fossam se demittere coactus, agre in Oppidum euasit. Franci vestigijs instabant, recuperaturos se Oppidum sperantes: sed præsidiariorum, qui intus remanserant, cōstantia ac forti

X 2

ciuium

1489. ciuium auxilio repelluntur, desiderato nobili Præfecto, Francisco Crecequiaco, qui ardentius insequutus, ad Crucis Portam fuit captus. Creueceurius, re bene gesta, suos ad castra reducit, posteroque die cum ducentis quinquaginta viris in Arcem venit. Exquirat Præfectorū sententias. Cum dissentirent, vi Oppidum recuperare statuit, eaque de causa in militum corona ad ordinarios aut equites, (ordinancias Frāci vocant) Parate arma ac corpora, cras per Arcem in Oppidum sumus irrupturi: vobis honoris causa primam cōcedo aggressionem. Rei difficultatem equites propter oppidanorum opera ac tormenta animaduertentes, honorem se fundatoribus ac balistarijs concedere dicunt, hi sclopetarijs ac hastatis, isti denuo equitibus. Equites se pedibus pugnatos negant. Creueceurius, militum dissensione ac timore ad iram concitatus, arma, quæ manu tenebat, malo omine in terram proijcit. Audiebant hanc Francorum disceptationem Belgarum aliquot fossores, qui opera subtus Arcem secretò producebant. Idem referiebant transfugæ. Bonæ animo ciues ac milites Audomarense erant, tum hac de causa, tum quòd eodem die sexcēti veterani pedites Caleti ac Guinesij ciuium sumptu conscripti aduenissent. Francorum vigiles eos intrare videantes, ac omnes in Oppido campanas sonum edere audientes, existimabant auxilia à Romanorum Rege missa. Quare Creueceurius duplici de causa à consilio oppugnandi Oppidi deiectus, præmissis equitatu, nocte sine tympanorum sonitu pedites educit, Arcemque deserit. Euersteinius post aliquot dies perfectis operibus, suisque animatis, cum eos scalis armisque instructos ad oppugnationem paratos videret, inuasionis dat signum. Prouolant ad Arcem, ingressi neminem reperiunt. Atqui hac ratione Belgæ, eiectione Francis, Oppido ac Arce Fani D. Audomari denuo potiuntur. Capiuntur mox ciues omnes qui cum amitteretur Francis fauerant, è quorum magna multitudine duo tantum sunt capite plexi, ceteri in exilium missi, qui paulo post reditum pecunia redemere, nouumque sacramentum dixere, ac in posterum cum laude, mutatis animis, fidelissimi Belgarum Principibus mansere. Post hæc Georgius Euersteinius, Carolus Saueusius, Dionysius ac Philippus Morbecani, fugientibus Francis, Grauelingā, Borburgum, Bergas D. VVinoci, castellaque ibidem complura occupant, ac potestatem à Romanorum Rege accipiunt recipiendi in gratiam omnes, qui, desertis Francis rebellibusque, ad mentem obsequiumque redissent, quemadmodum & ius conferendorum officiorum, ac dispositionem de publicatis bonis. Nobili Pedemontano, qui Rom. Regi aliquot annis summa cum laude ac fide militarat, committunt præfecturam Oppidi Bergarū D. VVinoci. Paucis diebus præfuerat, cum tres extranei milites cum Creueceurio de tradendo Oppido certa mercede conueniunt.

Re de-

1489. Re detecta, eos capi, vestibus exutos in mensam supinos collocari, ac per carnificem testes primum exsecari, canibusque proijci, dein apertopectore cor extrahi, canibus quoque tradi, tum caput amputari iubet, præfatus hunc esse Regionis suæ morem puniendis proditoribus. Interea Franci Estræam expugnant, ac diruunt, è præfidiarijs decem ad arbores strangulant, reliquos Atrebatum perductos in carcerem concludunt. Eodem tempore pax & confederatio, solemnibus exarata tabulis, inter Rom. Regem, eius filium Philippum, ac Henricum septimum Anglorum Regem inita consignatur, suntque eius rei literæ Dor-draci postridie Idus Februarij in archiuis relatæ. Quarto Nonas Martij pax hæc primum Valenchenis, deinde cæteris in Oppidis ac Urbibus Rom. Regi fides publicatur. Quum Brabantia ac Flandria varijs calamitatum generibus propria culpa vexaretur, Cæsarque Fredericus in Germaniam redisset, Rom. Rex necessaria ut ad patrem proficisceretur parabat, cōstituens Belgis ac filio Philippo Governatorem Albertum Saxonem, Misniæ Marchionem, ac Thuringiæ Lantgrauū; Hannonijs Chimai Principem, qui cum Saxone coniunctis consilijs ac viribus, hostibus magnas clades intulere, ac sensim ciuili bello finem fecere. Rom. Rege in Germaniam profecto, Cliuius è Francia reuertit, magna adducens tyronum auxilia. Fama erat, eum Bruxellenses, qui sane laborabant, comiteatu iuuaturum. Conuocat Saxo ac Chimaus militem, ut impediatur. Est Pagus nomine Isqua, medio ferme situs itinere inter Bruxellam ac Niuellam: hunc bene munierant Bruxellenses, quòd utriusque Ciuitati ad comiteatus importationem utilis esset. Proficiscitur eò cum mille peditibus ac centum viginti equitibus Saxo: sequitur mox Chimaus cum multa nobilitate, ac mille partim peditibus, partim equitibus, postridieque Nonas Martij Isquam expugnant. Templum, in quo maior pars cōfugerat, incendunt, omnibus qui intus erant flamma pereuntibus. Vicini Isquanis magno numero in auxiliū properabant, proelio victi fugam capiunt, circiter centum sexaginta capti Viluordā perducuntur. Hinc ad Pagum Ascha, duobus Bruxella miliaribus distantē, contendunt; & quaquam valde esset munitus, cum Templo tamen expugnant, iniectioneque igne, miserabilem in modum viri cum feminis ac pueris exuruntur. Eadem fuit fortuna Pagi Templique VVaurenensis, ac complurium locorum quæ circa Urbem Bruxellenses munierant. Dissētis enim munitionibus, homines in ijs reperti, sine ulla respectu, ferro, flamma, aut fumo periere: neque vnquam exinde quo Cliuius, cum Frāco foedus faciens, auxilia peditū equitumque in Flandriam ac Brantiam adduxit, res illi amplius succellere. Duodecimo Cal. Apriles nuntiat viri qui Quæstionæ præerant, Francos aliquot Niuetla profectos domum tendere, eosque circa Bauajam prædas fecisse, ab-

X 3

ducereque

1489. ducereq. equos sexaginta, ac diuites rusticos triginta. Ferrius Nouellius equos conscendere suos iubet, peditesq; aliquot sequi. Occupant Pagum Plançam, per quem necessario Francis iter erat: qui Ferrij equites conspicientes, deserta præda, Bermeranum contendunt. Ferrius hostem intactum euadere videns, quadraginta eligit equites strenuissimos, è quibus viginti totidem pedites, partim balistarios, partim hastatos, in equorum clunibus recipiunt, ac Bermeranum ante Francos, citato itinere, perueniunt. Franci Belgas tantum quadraginta contra se venire conspicientes, eos inuadunt. Còcurritur alacriter, vir viro concreditur. Pedites Belgæ ex equis desilientes, rem acerrimè gerunt, Ferrius in capite vulneratur, hunc ille in crure fauciat. Succurrunt statim suis pedites, ac hastis iaculisque Francorum equos traijcientes, victoriæ locum dedere. Nullus ab vtraque parte eques periit, fauciati complures: quadraginta cum equis capti, victoriam speciosam fecere. Captus est inter alios Hannonius quidam, Francis in propria patria itinerum dux, ac diuitum villicorum proditor factus: iamque duodecimus agebatur, quòd hanc patriæ retribuisset gratiam, annus. Perductus Bergas Hannoniæ, in quatuor dissectus est partes. Quum Saxo ac Chimaus Isquam proficiscerentur, Germani, qui Viluordæ erant in præsidio, ad castra Saxonis euocati, Mechliniensibus Viluordam tradunt custodiendâ. Oppidum ingressi, mensas sternunt, edunt, bibunt, ridet, nugatur, neglectisque custodijs dormitum eunt. Resciscunt operâ quorundam Viluordensium Bruxellenses; magnaq. manu nocte egressi, Oppidum inuadunt, Mechlinianis, qui poterat, in Arcem euadentibus. Magna præda, multiq. captiui Bruxellâ abducuntur, Oppidum incenditur. Eodè tempore Flandri, collectis quadringentis equitibus ac multis pedibus, Bruxellenses summa còmeatus inopia laborantes inuuant, inuentis in Urbem ducetis quinquaginta plaustris, omni còmeatus genere onustis. Erat hoc tẽpore Cliuius cù valido præsidio Louanij. Saxo haud procul eadem Vrbe castra habebat. Inuitantur à viris nobilibus ad colloquium. Prodit vterque in campum, multa cinctus nobilitate ac centum equitibus. Conatur Saxo persuadere Cliuio, redditis Rom. Regi Ciuitatibus munitionibusq;, paci Brugensi vt indecoræ ac extortæ renunciet, acceptaq. gratia in veterem dignitatẽ restitatur. Illè se nil commississe affirmabat, ac proinde necesse non esse ab aliquo mortalium gratiam petere. Re infecta, Saxo ad castra, Cliuius Louaniam redijt, coadunatisque viribus, ac acceptis à socijs Urbibus tormentis, Cètrones (nunc Fanum Trudonis) Oppidum Ditionis Leodiensis, Rom. Regi fauès, obsidet. Muri magno cum fragore quatuntur, ac deijciuntur. Erat in Oppido cum valida peditum equitumq. manu Antistes Leodiensis, è Familia Hornana, rei bellicæ non ignarus, ac, quod præcipuum erat,

Rom.

Rom. Regi studiosissimus. Parato ad irrumpendum hiatu, alter alteri 1489. oppugnationis honorem offert, nec rem fortunæ Brabanti Flandriq. committere volunt. Dumque obstinatiùs hac de re inter se altercantur, fama venit Saxonem instructo exercitu ad leuandâ obsidionem, aut ad conflegendum, magnis itineribus properare. Concepto metu, vasa conclamant; tribusque desertis tormentis, Louanium reuertuntur. Præsidarij Likerkani per exploratores edocti, Acrena præsidium ad Saxonis castra discessisse, circa finem mensis Aprilis Likerka sexaginta equites ac quadringenti equites balistarij ac hastati discedunt. Intempesta nocte Acrenam venientes, eam quatuor locis incendunt, prædamq; immensam congerunt. Ciuium vnus Lefsinam fuga pòruenit, ac quid Acrena sit actum enarrat. Pauci tum temporis Lefsinæ erant præsidarij, dubitant quid sit faciendum. Reuertitur interea Andreas Mastanius, Acrenensium Præfectus. Iubet triginta equites, qui Acrena Lefsinam perfugerant, equos conscendere, addit paucos quos adduxerat, his sexaginta Lefsinensium pedites, totidemque armatos agrestes, ac ad hostem pergit. Haud procul Acrena conspiciuntur à Likerkijs. Parant se ab vtraque parte ad pugnam, concurruntque inæquali numero. Tandem Likerkij, præda omni exuti, in fugam aguntur, capiuntur quinquaginta duo, vltra centum interficiuntur. Eodem ferè tempore circiter quingenti equites ac bis mille pedites, cum multis viris nobilibus è Hannonia Duacum profecti, media nocte ad Urbem Atrebatensem, spe eius potiundæ, veniunt, quòd negligenter vigilias à Francis obiri scirent. Sed raptione molæ aquaticæ ac continuis pluuijs duplices Urbis fossæ adeò aqua erant repleta, vt transiri sine nauigio aut ponte non possent. Quare instructis Ordinibus ante Urbem actem explicantes, ingentem tumultum excitauere, ac re infecta, euastatis agris, in Hannoniam reuertere. Arschotum Brabantia Oppidum, Cliuij partes sequens, propinqui confugerant cum fortunis villici, arreptisque armis iuncti que ciuibus custodiebãt, miseratque eis in auxilium Cliuius circiter quadringentos mercenarios Francos, vt Antwerpensium ac Mechliniensium agros continuis excursionibus vexarent. Lati ciues ac rustici Francorum aduentu, laute eos excipientes genio indulgebant, eo magis, quòd postero die Maij Calendæ iuuentutem ad id inuitarent. Saxo de eorum incuria doctus, mox cum iusta Germanorum manu adest, media nocte è vinctis in Oppidum irrumpes, ac paucos resistentes obruncans, capit; ignemque aliquot locis Germani inijcientes, elegantissimum exussere eius Templum. Latati sunt summopere Mechliniani ac Antwerpiani, quòd nulli magis eorum agris fuissent infesti, saepeque erant de negligentia Saxonis conquesti, cum incusantes, ac siclam cum Cliuio sentiret. Sed posthac, mutata opinione, fortiter de eo iudicare

1489. iudicare cœperunt, ac profiteri prudenter eum bonisq̄ue artibus bellum gerere. Postero die venit Chimaus, iunctisq̄ue viribus proficiscuntur ad munitissimum Castellum nomine Lumé, in quo centum viginti erant milites: sed vi expugnato, præfidiarij pro maiori parte sunt cæsi. Sexto idus Maij Cliuius, eductis Bruxella circiter sex millibus virorum cum tormentis, Hallam Hannoniæ expugnaturus proficiscitur. Habebat in Oppido cines aliquot sibi addictos, qui conatum erant adiuturi. Sed Germani ciuem Bruxellensem casu ceperant, qui rem omnem aperuit. Perscribitur Magistratui, capiuntur omnes, nec quicquam in tormentis consistentur. Vix erant Hallæ centum præfidiarij adueniente Cliuio: sed Adrianus Mabonius, cum ducentis veniens Hannonum equitibus, animum eis auxit. Permittunt Bruxellenses fossam transire, partemq̄ue murum conscendere: sed cum in Oppidum descendere conarétur, omni armorum genere opportunis è locis eos detrudentes, demonstrant dudum detectas sibi fuisse insidias. Cliuius, quod nemo in Oppido pro se moueret, statim receptui canit, ac cum multis faucijs, exustis Hallæ suburbijs, ac in ijs suis qui ceciderant, Bruxellam reuertitur. Circa Idus Maij Gandenses, armatis circiter quatuor Flandrorum millibus, ac octingentis Francis, ad Occidentalem deuastrandam Flandriam proficiscuntur. Figunt castra prope Niportum, expectantes auxilia Fræcorum Duce Vendomio ac Creueceurio. Dionysius Morbecanus, de eorum numero, Ducibus, ac consilio edoctus, Calætum ad comparanda auxilia, quibus Oppida Occidæ Flandriæ muniret, proficiscitur. Aduenire enim dicebantur octodecim millia Francorum, quæ, comitante Cliuio, Rex mittebat. Hi Flandris, qui relicto Niporto Dixmudam venerant, se erant iuncturi. Præfectus Calætenis Regi Heinricho scribit, placeatne Rom. Regis Præfectis auxilia præbere. Dare iubetur. Congregat breui duo millia balistariorum, mille hastatos pedites, equites trecentos, sexdecim tormenta maiora, ac octo onerarias magnas probè armatas, quæ necessaria mari adueherent: ipseq̄ue itineri se committens, ad Abbatiam Dunesij, duobus à Flandrorum exercitu milliaribus, castra locat, prima occasione cum eis conflicturus. Sed cum in aciem non prodirent, motis castris Dixmudam proficiscitur, cuius Præfecto persuadet, se cum præsidij maxima parte sequeretur. Erant mille quadringenti viri, partim Germani, partim Hannones. Flandri Bertisbruggæ munitis se continebant castris, Duce Georgio Picaueto, recens electo Brugensium Scolæto, Cliuij Cliente, quæ dum vi percurrere Angli conantur, desideratis circiter sexaginta viris pedem referunt; maioriq̄ue apparatu paulo post eadem aggrediuntur, Germanis, Belgis, ac Burgundis diuersis è partibus oppugnantibus, ac post diurnam cruentamq̄ue pugnam vndique

vi irruunt.

vi irrupentibus. Fit magna cædes, caduntq̄ue è Flandris circiter 2000. 1489. viri, capti sexceti, fauciati multo plures. Perijt à parte Anglorum Morlasi Dominus: Guinesij Præfectus admodum saucius discessit. Hęc causa fuit vt Angli nemini parcerent, nec hominem viuum caperent. Fræci, conspecta Flandrorum clade ac fuga, in amplissima conglobati villa, aliquandiu se defendunt. Sed irritati Angli, quod ab ijs cladem præcipuam acceperant, ad vnum omnes trucidant. Postero die præda Flandrica inter milites non æquè diuiditur, meliori parte ac omnibus ferè tormentis Anglis concessa. Hinc exercitus re bene gesta lætus, prope Niportum castrametatur, ac ex Oppido omni comæatus genere reficitur. Mane Ostendam occupant, cui Dionysium Morbecanum, cum iusto præsidio præficiunt. Hic nuntiatur Vendomium ac Creueceuriū cum magnis Francorum copijs aduentare. Quare Anglorum Præfectus non satis se virium ad resistendum habere sciens, stipendiaq̄ue suis à Rom. Rege malè persolui, motis castris, cum omnibus Anglis Calætum reuertitur. Dionysius verò Morbecanus eodem profectus, numeratis stipendijs, aliquot Anglorum cohortes reduxit, ac ex his Dixmudæ, Dunkerkæ, ac Veurnij præsidia supplet. Aduenerat interea Vendomius ac Creueceurius cum viginti circiter virorum millibus, subitoq̄ue ad Niportū castra locant, magnoq̄ue tormentorum numero tanta muros cum pertinacia quatunt, vt decem tormenta percalefacta disrumperentur, cuius resilientis frustiparte Creueceurius in facie, maiori cum periculo quàm initio apparebat, vulneratur. Cum Vendomius parum tormentis proficeret, ad cuniculos agendos se conuertit. Sentiunt id Niportij, ac contrarios instituunt; reperitisq̄ue Francis, magnum eorum numerum suffocant. Tandem facto hiato, Picardi ac Bolonienses irrumpere conantur, sed repulsi: succedunt eodem euentu Heluetij. Tum equites grauis armaturæ, dimissis equis, oppidanos inuadunt: quo conatu foemina Niportana, galeis ac ferreis thoracibus induta, viris fessis, faucijs, ac formidine correptis, audacter succedere, multumq̄ue ad repellendos equites contulere. Vendomius maiorem militum manum in Oppido esse, quàm erat ab exploratoribus relatum, existimans, tertio Cal. Iulij motis castris obsidionem soluit, ac Ostendam, vbi diu hæsit, proficiscitur: eademq̄ue nocte Dionysius Morbecanus ducentos pedites Anglos Niportum, ea parte qua Dixmudam respicit, introducit: nulla enim ibi erant Francorum castra. Romanorum interea Rex, rebus omnibus constitutis, iter in Austriam ad patrem instituit. Recipitur à Iuliac Cliuiæ Ducibus summo cum honore, promittuntq̄ue discedenti, sese ad Albertum Saxonem in Belgiū missuros mille ducentos equites, ac duo millia peditū. Inde Comitum Palatini Ditione accessit, qui nullo prætermisso honoris genere, promissoq̄ue etià Saxoni auxilio,

Y

lio,

1489. Ho, ostendit Rom. Regi dona à Francorum Regi sibi missa, argentea vasa ponderis sexcentarum librarum, ac in ijs quinquaginta millia aureorum liliorum. Hinc in Ditionem Comitatus VVirtembergensis venit. Idibus Aprilis Sueuos inuisit, repperitque eos, facta confederatione, armasse triginta millia virorum, vt Georgio Bauariae Duci, viginti duo millia in armis habenti, bellum inferrent. Diximus sub annu 1478. Sueuici foederis, tum primu mentionem fuisse illatam, ac solida eius hoc anno fundamenta sunt posita. Quum enim anno 1488. vniuersa ferè superior Germania latrocinijs, prædationibus, ac rapinis nefariorum hominum, maximeque Nobilium, ex Arcibus scelera tuèrium, esset infesta, nec vsquam pediti equitique tutum iter, nisi iusto præsidio comitatus iuisset, præberetur; Principes Ciuitatesque aliquot Germaniae celebriores foedus inter se faciunt, ac, vt itinera tuta præstentur, coniurant, inuito Norimbergæ foedere, quod à Sueuorum Principum ac Ciuitatum maiori numero Sueuicum fuit appellatum, collectoque milite, breui Germaniam à latrocinijs expurgant, ac tuta quoquoersus itinera, sine vlllo præsidio ac sumptu, omnibus præstant. Expugnatis enim ac solo æquatis breui tempore supra centum quadraginta nobilium prædatorum Arcibus, grassationibus finem fecere. Exinde huius foederis focij vires etiam ad res alias extendere, vt hoc apparet loco, ac sequentibus adhuc palam fiet. Durauit Sueuicum foedus in annu Christi 1533. tum enim solum fuit, succedente post biennium pestilentissimo ac Germanis exitiali foedere Smalcaldico. Sueuorum ac Bauarorum causa ad arbitrium Rom. Regis delata, partes breui inuicè cõciliauit, atque vt dimitterentur exercitus effecit. Hellingæ Rom. Regem adit Albertus Bauarus, qui, in scio Cæsare Frederico, Cunigundim eius filiam, Rom. Regis sororem, authore Sigismundo Austriaco, Tyrolis Comite, in vxorem duxerat, iamque ex eo grauida erat; rogans sibi ac vxori veniam à patre Cæsare impetret: quod & fecit. Tandem Insbrucum intrat, repperitque; Cæsare patre, ac dictum Sigismundum, Georgium Bauariae Ducem, cum VValfranco ac Christophoro fratribus. Proficiscuntur ad inspiciendas aurifodinas Tyrolenses, quarum opere, numero septè millia quadringenti, explicatis signis, pulchro ordine Principibus obuiâ venere; iubenteque Comite Sigismõdo (cuius erant subditi) in genua prouoluti, Maxximiliano Rom. Regi sacramentum dixere, dona obtulere patinas aliquot aureas, aureis florenis Rhenensibus plenas, ac partè argenti crudi centum librarum. Insbrucum reuersis, ad Rom. Regem venit mater Georgij Bauariae Ducis, quæ soror erat Alberti Saxonis, apud Belgas Romanorum Regis Legati. Hac bellum cum filio Georgio certas ob nugas gerebat: quos etiam, facta pace, conciliat. Post hæc eum Legati Venetorum aduent, offerentes aliquot

Austria

Austria loca, quæ superioribus temporibus illi ademerant. Tum Sigismõndus Austriacus omnes suas Ditiones Romanorum Regi hac de causa cedit. Erat Sigismõndus Comes Tyrolis ac Ferretæ, Lantgrauius Sueuiæ ac Alsatia, Cæsaris Frederici frater patruelis. Quumque viduus è duabus vxoribus nullos se videret suscepisse liberos, Cunigundim, Cæsaris Frederici filiam, ad se receptam educatamque, Alberto Bauaro, in scio inconsultoque Cæsare, in vxorem collocat, cum ea in dotem promittens Comitatum Tyrolis, ac adiacentes superioris Austriae Regiones, Comitatum Ferretæ, cum Ditionibus ad Rhenum sitis. Cæsar Fredericus, re intellecta, factum ægerrimè tulit, tum quod se inconsulto filia maritum dedisset, tum quod Imperij ius ac Maiestatem neglexisset. Austria enim Ditiones, vt Imperij beneficia, nullus sine Cæsaris consensu vendere, donare, nec aliqua ratione alienare potest. Conuocatis igitur Imperij Principibus, Comes Sigismõndus est coactus donationem nuptiarum causa factam publicè reuocare. Hac ante biennium facta fuerant. Nunc verò, recepta à Cæsare in gratiam, cum marito Alberto, Cunigunde, Comes Sigismõndus Romanorum Regi omnibus hæreditarijs cedit Ditionibus, præsentibus Ditionum suarum Ordinibus, quos à sacramento sibi dicto liberatos nouum Rom. Regi, vt legitimo Principi, dicere iubet, ad vitam sibi è dictis Ditionibus seruans certos redditus pecuniarios annuos. Exinde Rom. Rex Patri, Principibusque qui cum eo venerant, valedicens, Insbruco contendit in Ditionem Alberti Banari, sequente VVolfranco ac Christophoro, Alberti fratribus, bellumque cõponit, quod per nouè annos Albertus ac Georgius Bauariæ Duces ac fratres inter se gesserant. Calendis Iunij Rom. Rex, comitantibus tribus fratribus Bauaris, sorori Cunigundi in occursum proficiscitur; inuicemque cõplexi, gratias Regi fratri agit, quod se maritumque Cæsari patri conciliaffet. Comitabatur eâ bis mille veterani pedites egregiè armati. Quum biduû sorori dedisset, Spiram cum Bauaris fratribus ac filio Ducis Brunsvichi intrat, excipiturque ab Antistite ac Magistratu magnificè. Inde Nurtin-gâ profectus, obuiû habet Philippû Nassauium, è carcere Francico liberatum, captum cum præcipuis Belgarum Proceribus stratagemate Bethuniano. Cum Nassauio veniebat Antistes Cameracensis, Præpositus Leodiensis, Musca stabuli Romanorum Regis Præfectus, Marchio Brandeburgius cum fratre, ac multa alia nobilitate. Consilio Procerum habito, tandem firma pax inter dissentientes Bauaros ac Sueuos est facta. Admonet exinde Romanorum Regem Nassauius, Legatos Regis Franciæ Heidelbergam peruenisse, eius præstolantes aduentu: eratque Abbas Fani D. Dionysij, Vicecomes Rosouarri, ac Præfectus supplicû libellorû. Rom. Rex per legatû Castrèsem Frãncis

Y 2

Legatis

1489. Legatis literas mittit, quibus eis libertas veniendi ac abeundi fiebat, proficisci verò eos Moguntiam iubet. Deinde missis ad Imperij Principes literis, eis, certo die Francofurtum ad Mœnum ut conueniant, mandat: Philippum verò Nassauium suo cum comitatu ad Legatos mittit Francicos, ut quæ haberent à Rege in mandatis exponerent. Nono Cal. Iunij Rom. Rex Francofurtum venit, ac cum eo Albertus Bavarus. Subsequitur statim Marchio Badensis, Antistes Moguntinus, Marchio Brandeburgij, cum fratre Comite Wirtembergensi, ac Lantgrauio Hassiæ. Varijs Francofurti Principum Germaniæ controuersijs sopitis, tandem & mentio infertur de pace inter Rom. Regem, eius filium Philippum, ac Carolum octauum Francorum Regem, rebellesq; Belgas ineunda. Principes sese annexuros promittunt, sed tempore opus esse, donec hinc inde missis remissisque Legatis omnium rationes examinari ac pòderari possint. Quid autem interea apud Belgas sit actum, nunc restat narrandum. Philippus Cliuius, coactis ex omnibus confœderatorum Ditionibus virorum circiter decem millibus, Hallam Hannoniæ, toties à Bruxellensibus frustra tentatam, expugnare aggreditur. Præerat eo tempore Hallæ Rom. Regis nomine Philippus Belleforerius, Roberti Melunij Legatus, mediocri cum præsidio, cui Chimaus aliquot veteranos nobilesque Præfectos auxilio mittit. Emiserat Hallenses centum viginti milites lignatum, Oppidum necessarijs locis munituri. Sed ij à præcursoribus Cliuij ad vnum omnes capti, nisi soluta obsidione non fuere dimissi, mansereque tantum Oppidanis auxilio ducenti quinquaginta milites. Nono Cal. Iulij Cliuius exercitum Hallam ducit, tormenta contra murum disponit, euertit eius partem, cum porta Niuellam respiciente, hiatumque adeò amplum efficit, ut tria plaustra inuicem à latere iuncta ingredi potuissent. Ad hæc ignem mortarijs tormentis in Oppidum erat eiaculatus, ita ut aliquot ædes arderent. Parant se ciues ac præsidarij Christianis muniti mysterijs ad pugnam, sollicitantes pijs votis D. Virginem Mariam, quæ in huius Oppidi Templo venerata, subuenire se mortalium necessitatibus ac extremis periculis non semel docuit. Milites acciues ad pugna locum conueniunt; Sacerdotes & mulieres cum scalis ac aqua ad ædes in quibus Cliuiani ignem erant eiaculati. Virgines domi cum pueris ac infantibus manentes, cibum ac potum omnibus præparabant. Tum aquam bullientem, oleum feruens, circulos ligneos, stupa, pice, ac sulphure circumlitos, similiaque ad propugnationem necessaria apparatus. Cliuius, ut propugnatores diuersis locis auerteret, cohortes aliquot peditum ad aliam Oppidi partem scalas adferre, ac Oppidum inuadere iubet: sed à paucis ciuibus fortiter reiecti, duobus amissis signis militaribus, aliquotque suorum caesis ac sauciatis, ab oppugnatione

1489. tione hac parte discedunt. Cliuiani ab alia parte fortiter ad muros pugnant, eo confidentius, quòd in Oppido vnicum tantum erat medicis magnitudinis tormetum. Cum ad vesperam vsque acriter ab utraque parte esset pugnatum, inclinante die Cliuiani multis vulneratis, ac aliquot desideratis, repelluntur. Ascenderant decem fœminæ ardentem domum, ignem restincturæ. Ruente domo decidunt, nec vlla adeò grauius est læsa, ut domum sola ire non posset. Hac nocte omnes qui in Oppido erant, manus operi adhibentes, ruinas, quæ hostilia fecerant tormenta, obstruunt, ac diligenter reficiunt: expectabant enim summo mane alteram oppugnationem. Chimaus ac Robertus Melunius Hallensibus scribunt, si tribus adhuc se diebus defendere possent, auxilium eis præstò ad futurum. Parare enim Saxonem vires, idemque se facere, ut iuncti hostem pellant, aut auxilio commeatuque Oppidanos iuuent: iubentque, si has accepissent literas, vno momento omnes Oppidi campanas sonum edere tympanaque pulsari curent, sese curaturos idem in proximis ut fiat Pagis. Strepunt in Oppido tympana subito, sonum confusum omnes simul edunt campanæ. Idem in propinquis eodem momento fit Pagis. Mirantur Cliuiani causam, suspicantur Oppidanos auxilia accepisse, aut mox expectare: nec omnino fallabantur; nam Gaesbeo Hallam intrarant viri triginta. Chimaus verò ac Cheurius cum mediocri armatorum manu Anghianum peruenierant, statuuntque Cliuium aliqua castrorum parte inuadere. Is id verens, soluta obsidione, exauthoratoque exercitu, singulos domum dimittit, relinquens in fossis Hallanis mortuos, ac multa oppugnationis instrumenta, quæ præ festinatione auerere non potuit. Exinde Gratianus Guerræus, Cliuij Legatus, cum forti militum manu in eam Brabantia partem quæ Hasbania dicitur, ac Romanorum Regi fauebat, contendit, inque Urbem eius primariam Thenam admissum se iri sperabat. Sed illi eum recipere nisi cum domestico tantum comitatu volebat: quod ægre ferens, nil in Hasbania à populatione intactum reliquit. Peruenit rei fama ad Dominum de Berlo, ac ceteros Præfectos, qui apud Centrones, tribus Thena distans milliariibus, in præsidio erant. Pridie Cal. Iulij educit Berlo quinque pedites Germanos, ac paucos equites. Gratianus, aduentu eorum cognito, ex aduerso in aciem prodit, è proximis Pagis sibi fauentibus sonitu campanarum armatos agrestes in auxilium conuocans. Conuolant illi magno numero, concurritur acriter: sed tandem ingenti rusticorum numero pressi Germani in fugam aguntur, cadente inter primos Berlo, ac cum eo circiter quinquaginta Germanis: capti aliquot, reliqui fuga euasere. Pars præsidiariorum qui Niuellæ erant, ad occupandam Reufam contendunt. Saxo de eorum consilio certior fa-

1489. ctus, militem in vnum colligit, adiungit suos Chimaus, mittuntque ad Hannonia Ordines, vt pecuniam, militem, puluerem tormentarium ac comneatum ex promisso mittant, tempus enim expugnanda Niuella aduenisse. Berga Hannonia stant verbis, ceteri negligunt. Quo dicti Principes viso, alijs modis remedium instanti inopia attulerunt, ac Niuellanorum conatum impedire, insuperque occupauere omnia ferè Castella, qua circum Niuellam praesidijs Cliuiani obtinebant. Quumque virorum circiter quatuor millia coegissent, castra ad Gennapium collocant. Hinc enim praecipue Niuellenses rebus necessarijs iuuabantur. Erant Gennapij Castro admodum munito circiter centum viri in praesidio, quorum maior pars Franci erant, praeratque eis filius Spurius Columbi. Adhibitis Saxo tormentis muros disijcit, aquam è fossa per loca decliua, alijs effosis riuis, deriuat. Quare praesidarij territi, quum nusquam auxilium expectarent, deditioem hac lege faciunt, exteri milites persoluta redemptione liberi abirent, ceteri Saxo nis arbitrio se dederent. Committit Saxo Gennapium Lodowico Vaudreio, Nobili Burgundo, attributis ei centum equitibus. Fama erat apud Belgas, Francofurti de pace inter Rom. Regem, ac Francorum, agi. Statuunt Cliuiani, antequam ea ineatur, hostium suorum agros peruastare. Niuellani igitur Bergarum Hannonia agros infestissime vastant: Flandri, ijsque coniuncti mercenarij Franci, coactis in vnum circiter septingentis equitibus, ac mille peditibus, Lefsinam occupare conantur. Repulsi à praesidio cum clade, vindictam in proximos conuertunt agros, omni eos calamitatis genere peruastantes, ac ad portas vsque Artheenses excurrentes, captiuos rusticos trahentes, ac circiter quadringenta iumenta, pecoraque minora ad bis mille abigentes. Eodem ferè tempore Saxo Thenam omnibus rebus necessarijs abundantem, ac cum Cliuio non ita dudum sentientem, cum frustra aliquandiu oppugnasset, ac amaris sarcasms indies ab eis exciperetur & irrideretur, tandem duobus locis ipsa meridie Oppidum aggressus, quum idem saepius fecisset, vt eos in consuetudinem adductos negligere vim assuesceret, omnibus eo tempore annexus copijs, tandem irrumpit, ac per multos dies opulentam Ciuitatem diripit, tandemque incendit, Francis ac Leodijs praesidiarijs pro maiori parte cassis, paucis captis. Noluerant aliquandiu huius aut illius partis militem Thenenses admittere: cumque vt subditos Brabantia Ducis Saxo ad recipiendum cogere vellet, Cliuij militem, declarato animo, intronitunt: quare obsessi, capti, spoliati, ac exusti, ad eam, in qua hodie visuntur, peruenerunt calamitatem. Exinde Chimaus in Ditione Namurcensi munitissimum expugnat locum, occisis ad vnum, excepto Praefecto, praesidiarijs. Neutram partem hoc bello Cameracenses sequebantur: quare

1489. quare Belgæ, Austriaci, Burgundi, liberè res ibi necessarias ementes diuersabantur, edebant, bibebant, vna mensa iocabantur, ac bellos homunculos agebant, clam interim inuicem insidias fruentes, exploranteisque discessum, quo cognito, extra portam se mutuo inuadebant, oppugnabant, interficiebant, capiebant, spoliabant, ac in fugam agebant. Eadem erat hisce temporibus in publica aurea argenteaque moneta confusio. Stuferus enim Brabanticus tres cum diuidio valebat, eademque ratione ac proportione cetera aurea ac argentea moneta valorem iustum excederant. Quibus rebus finem allaturi Germania Principes, Francofurti ad Moenum pro pace satagentes, eam tandem hisce condicionibus inter Reges mense Augusto conclusere. Rex Romanorum ac Francorum certo mox loco conueniunt, seque inuisunt, ac amplexantur, quaestionemque de Ducatu Burgundia ac Comitatu Charoloij decidunt, quemadmodum & de Fano D. Audomari. Quod attinet ad controuersiam rebellium Belgarum contra Rom. Regem, promittit Francorum Rex ea in re se rationem honoris ac estimationis Rom. Regis habiturum, quemadmodum proprii patris, cuius filiam matrimonio teneat, mittetque ad Belgas Legatos cum amplissima potestate, qui omnes controuersias componant, arma ponant, pacemque stabiliant. Nobiles cum Rom. Rege Brugis capti, & ad huc Gandau & in Fracia detenti, liberi sine pretio dimittuntur. Gaudenses condiciones pacis Gauserana cum Philippo Bono olim initas, quod attinet ad annuam Magistratum electionem, ac ius quod extra intraque Urbem tum ciuibus, tum Comitibus ministris dicet, obseruato. Rom. Regi, pro factis belli impensis, constitutis Flandria Ordines temporibus semel quingenta, viginti quinque millia florenorum soluunt. Rom. Rex in gratiam Regis Caroli Philippum Cliuium in gratiam recipito, ei que omnia sua vxorisque bona restituito. Hac pace confederati vtriusque partis, qui velint, comprehenduntur, intraque tres menses, antequam ea ab vtraque parte sacramento confirmetur, mentem declarare coguntur. Vtetur etiam huius pacis commodo Margarita Eboracensis, Pugnacis vidua, restituaturque ei omnia sua, ea ratione qua pace anni 1482. erat conuentum. Permittit Rom. Rex in gratiam Regis Caroli, vt Albrethus Dunosius Creueceurius, ac Philippus Comitus, in plenam bonorum omnium, qua vocant immobilia, possessionem reuertantur, quemadmodum & reliqui dictorum Regum subditi, quamcunque partem fuerint secuti. Reditus annui, tempore belli à non Dominis recepti, ab ijs reperere non licebit, nec ex agris eijcere villicos, quos non Domini ijs locauere. Bona qua vocant mobilia, locis veterum possessorum reperta, eorum sunt; non reperta, non repertunt. Munera publica, profana ac sacra, à quocunque donata, rata manent.

489. nento. In gratiam Romanorum Regis Rex Carolus Lodowicū Au-
 » relianorum Ducem carcere dimitunt, modò Rom. Rex spondere ve-
 » lit, eum posthac contra Regem Carolum noui nil moliturum. Ad hæc
 » in gratiam Romanorum Regis Rex Carolus restituet Annæ Britonū
 » Duci Oppida, Vrbes, Munitiones, ac Arces quas in eius Ditione occu-
 » pauit, modò illa Anglos omnes Ditione sua dimiserit. Rex Carolus in
 » libertatem restituet Nassauū, Pollainiū, cæterosque quos Brugis cum
 » Rom. Rege captos, Gandenses Creueceurio in Franciam abducēdos
 » dederant. Iubebit vterque Rex statim publicari suis in Prouincijs con-
 » ditiones pacis anno 1482. initas. Dabit vterque Rex tabulas propria
 » manu signatas, ac sigillo munitas, quibus dictas pacis leges se recipere
 » seruaturumque promittet, quemadmodum & Proceres Regibus san-
 » guine iuncti, ac præcipuæ Ditionum vtriusque partis Vrbes. Compre-
 » henditur hac pace Rex Hispaniæ, Angliæ, Anna Britonum Dux, Mar-
 » garita Eboracensis, ac Ioannes Hornanus, Antistes Leodiensis. Publi-
 » cata est pax apud Francos ac Belgas, magno omniū hominum gaudio,
 » exceptis Brabantis. Nam adeò post eius publicationē statim pestilētia
 » scæuire cœpit, vt octodecim mensium spatio in sola Vrbe Bruxellensi
 » triginta hominum millia obierint. Exinde ad Albertum Saxonem ve-
 » niunt Abbas Parcanus, Affligemius, ac Consul Bruxellensis, pro Bra-
 » bantia ac Flandria absolutam pacem petentes. Ad quos Saxo: Pro
 » Brabantis rebellibus petite, quid ad vos Flandri? Illi eum vera dicere
 » iudicantes, Cliuiō Flandriæque desertis, rebellibus Brabantis pacē im-
 » petrant, promittentes in militum Rom. Regis stipendium Louaniēses,
 » Bruxellenses, ac Niuellani centum millia florenorum. Cliuius pacem
 » impedire non valens, accepta à Saxone fide publica, septimo Cal.
 » Septembres cum vxore præsidio quingentorum equitum Bruxella dis-
 » cedit, permissumque illi fuit, omnem supellectilem ac prædam, quò vel-
 » let, auertere: quam ægre duodecim plaustra, à tribus singula equis at-
 » tracta, capere poterant. Post meridiem Bruxellā intrat Albertus Saxo,
 » Chimaus, Eingelbertus Nassauus, Philibertus Verrius, dictus Musca,
 » ac Aegidius Buslidius, Præpositus (vt Christiani loquuntur) summi
 » Templi Leodiensis, qui paulo post Archipræsul Besontinus in Comita-
 » tu Burgundiæ est factus. Comitabatur hos bis mille Germani pedites,
 » mutatoque; Bruxellæ sacramēto, statim formidine grassantis pestis disce-
 » dunt. Dicti verò Proceres cum honorifico comitatu ad Carolū Fran-
 » corum Regem, perficiendæ pacis Francofurdensis ac Flandriæ causâ,
 » mittuntur, quibus Flandri suo nomine hos iunxere: Paulū Bæstium,
 » Curiam Flandriæ Præsidem; Philippum Conteū, Forestij Dominum;
 » Ioannem Sauuagium, Flâdriæ Cōsiliarium; Lodowicum Conroium,
 » Secretarium; Abbatem D. Bauonis; Lodowicum Brugēsem, Cruthusæ
 » Domi-

1489. Dominum; Adrianum Vilainium, Rasingemij Dominū; Ioannem Ni-
 houium, Petrum Lignæum, Anthonium Fontainesium, Ioannem Bar-
 ræum, Leuinum Mourium, Ioannem Valæū, Ioannem Coppenollium,
 Guilihelmum Zoetenum, Ioanem Keirium, Iacobum Rauercurtium,
 ac Ioannem Couuenum. Subsequitur hos Creueceurius, ac tandem
 Montij ad Regem in Turones perueniunt, pleneque de pace octauo
 Octobris in hanc formulam trāsfigunt. Carolus Dei gratia Francorum
 Rex. Considerans singularem amicitiam, quam nobis Rom. Rex, pa-
 » ter noster, exhibet, fiduciamque; quam in nobis collocat; animaduertens-
 » que Flandros omnem iam dudum speratæ pacis effectum, eiusque leges,
 » in nostra potestate constituisse; sequentibus conditionibus è consilio
 » Procerum nostri sanguinis, ac intimorum Consiliariorum, pacem cum
 » eis fecimus. Maxæmilianus Rom. Rex absolutam filij sui Ducis Phi-
 » lippi tutelam habeto, Ditionesque eius omnes ipsamque Flandriam
 » gubernato, quemadmodum ante hos tumultus ac bella gubernauit.
 » Quicumque initio belli Gandau, Brugis, aut Iperis in Magistratu fue-
 » re, nigris induti vestibus, capite pedibusque nudi, ac in genua prouolu-
 » ti, ante singularum Urbium suarum portas, aut vbi Rom. Rex iube-
 » bit, veniam præteritarum offensionum ab eo, eiusque filio Philippo,
 » petunto; fatentorque, si nil tale factum esset, sese nunquam facturos.
 » Quod ad domum attinet Craneburgicam, in qua Brugis Rom. Rex
 » fuit detentus, quamque hac de causa dirutam cupit, ac eius loco Sacel-
 » lum ædificari, ea res, cum sese Reges inuisent, cum cæteris controuer-
 » sijs, quemadmodum & de eorum morte quos iniuste Brugeses nece-
 » runt, desinitor. Ac quoniam durante ciuili bello nec Rom. Rex, nec
 » eius filius Philippus, ex annuis Principū prouentibus magno suo cum
 » incommodo quicquam in Flandria nec apud alios rebelles recepere,
 » quemadmodū nec Dux Margarita, nec aliquot Proceres, tum etiam vt
 » exteri milites solutis stipendijs citius Flandria Brabantiaque; deduci pos-
 » sint, Ordines Flandriæ spatio trium annorum trecenta millia aureorum
 » liliorum Rom. Regi persoluunto. Conditioni Francofurdensi de ca-
 » priuis gratis dimittendis pareto. Ad dictæ summæ solutionem, Aude-
 » narda, Alostum, Teneramonda, Hulstum, Niportum, Veurna, Dixmu-
 » da, Dunkerka, Borburgum, Grauelinga, & alia eiusdem conditionis
 » Oppida, nil conferunto. Exules omnes restituunto, nisi quorum causa
 » in iudicio agitur. Omnes ac singuli in possessionem rerum suarum,
 » secundum pacta pacis anni 1482. ac Francofurdensis, redeunto. Quic-
 » quid rerum (vt vocant) mobilium, ac annuorum reddituum, acceptum
 » impensumque fuerit, non repetito, quemadmodum nec vsuras præ-
 » teritas. Permittit Rom. Rex Gandensibus, Brugesibus, ac Iperanis, vt
 » ob dictæ summæ solutionem annuis retribus se suosque grauare pos-
 » sint,

1489. sint, rataque habet onera præterito bello Ditioni indicta, modò populì
 » consensu sint facta. Quod de Philippo Cliuio Francofurdiensibus con-
 » ditionibus est statutum, firmum ratum que maneto. Quæ præterea à
 » Rom. Rege petuntur, definitioni Regum sese mutuo inuisentium re-
 » seruant. Immunitates Urbium, Oppidorum, ac agrorum, secundùm
 » veteres leges sarta tecta sunt. In rebus iuridicis conditiones pacis an-
 » ni 1482. obseruant. His pacis conditionibus. leges Rom. Regi Brugis
 » anno 1488. extortæ abolerentur, litera que ab eo hac de causa data re-
 » stituuntur, ac discerpuntur. Rom. Rex, eiusque filius Philippus, has
 » conditiones tabulis propria manu signatis, ac sigillis appensis muni-
 » tis, confirmant, ac confirmari curant ab Alberto Saxone, Cliuix ac
 » Iulij Ducibus, tum per eos Belgarum vtriusque Ordinis Proceres, quos
 » Flandri requirunt. Si alicui harum conditionum interpretatio neces-
 » saria fuerit, eam à Rom. Rege, eiusque filio Philippo, petito. Vtraque
 » pars literas, vt decet, consignatas in manus nostras custodiendas mit-
 » to. Actum Montij apud Turones, secundo Calendas Nouembres, Re-
 » gni nostri anno septimo. Rex Carolus ad hanc pacem amplectendam,
 » non minùs quàm Rom. Rex, animo ardebat, tum quòd nuptias Britan-
 » nicas, tum quòd bellum Neapolitanum mente volueret. Deuincire igitur
 » Rom. Regis animum desiderabat, quem nuptijs Britannicis, filia-
 » que remissione, esset offensurus. Exinde singuli ad sua reuertuntur.
 » Eingelbertus Nassauij Comes, Flandriæ Gubernator à Rom. Rege con-
 » stitutus, vbique Magistratum renouat. Instantibus Ianuarij Calendis,
 » Saxo, Nassauius, Chimaus, cum Legatis qui in Franciam pro pace pro-
 » fecti fuerant, iusto muniti præsidio, cum magna pompa Brugas intrant;
 » mutatoque sacramento ac Magistratu, rebusque omnibus vt decebat
 » constitutis, discedunt. Saxo Dammum profectus, aliquandiu mansit.
 » Deinde Ordines ac Proceres animum intendunt, vt moneta aurea ar-
 » genteaque ad iustum valorem reduceretur. Præficiunt huic rei Ioan-
 » nem Lanoium, D. Bertini Abbatem: qui, cõuocatis monetariæ rei præ-
 » fectis, de ratione minuendi valoris cum eis disputat. Instabat dies Na-
 » talis Iesu Christi, quo statutum erat pacis legibus, vt qui hæctenus do-
 » mo agrisque pulsi nil è possessionibus acceperant, elapsi anni locatio-
 » nem à villicis reciperent. Audiebant villici, omnesque debitores, mo-
 » netam auream ac argenteam, diminuto valore, tertiam tantùm præ-
 » sentis æstimationis partem valituram. Vidisses igitur per omnes vias
 » ac compita debitores ac villicos currere, marsupia auro argentoque
 » distenta circumferre, pulsare dominorum creditorumque ostia, ob-
 » testari quòd ad soluendam numerandamque pecuniam parati non ad-
 » mitterentur. Ex aduerso oculere sese creditores, ac fugere debito-
 » rum aurum argentumque offerentium conspectum. Rara certè auis
 in ter-

in terris, nigroque simillima cygno. Tandem hac de re edictum Rom. 1489.
 Regis filijque eius nomine publicatur, quo moneta apud Belgas eorum
 iusu exculâ ad tertiam valoris sui partem reducebatur. Exteræ verò
 omnes monetæ, cuiuscunq; etiam Principis, (Casaris, Septè-virorum,
 ac Francica excepta) ad candentem fornacem condemnabantur, nul-
 liusque pretij in communi commercio censebantur. Tornacenses, hac
 de re populi seditionem verentes, monetæ æstimationem dimidia tan-
 tum parte mutilant. Hac mutatione apud Belgas litium immensus nu-
 merus, rabularum forensium astutiâ, est ortus, qui tricas inexplicabiles
 vitiligatoribus ac querulis suppeditabant; præstassetque hanc mo-
 netæ diminutionem tribus aut quatuor annis inuicem succedentibus
 fecisse, singulis annis nonnihil de eius valore detrahentes, quàm subita
 ingenti que mutatione, multorum hominum summo cum damno, mo-
 netam in ordinem rede gisse. O raros homines, qui in Aulis Principum
 publicum commodum priuato præponunt, ac non se ad rectè facien-
 dum consulendumque emi sinunt! Nunquam enim subita magnæque
 mutationes sine multorum damno ac iniuria fieri possunt, qua ex re
 murmurationes, conspirationes, seditiones, secessiones, tandemque
 bella intestina oriuntur. Diximus initio huius anni, Rom. Regem, cum
 Fanû Audomari reciperetur, in Hollâdia fuisse: causa erat, quòd Hou-
 kij denuo animos sustulissent. Franciscus enim Brederodius, adolescens
 illustri familia natus, sed primùm è schola litteraria prodiens, raptis
 pro Cliuio ac Houkij armis, Roterodamum ac Schiedamum occupat,
 præsidioque munit. Rom. Rex subito in vnum coactis Cabbellauijs,
 Schiedamum obsidere iubet, ipse cum Germanis Roterodamum premit,
 sed non adeò arctè, quin Oppido egressi pagum Auderschieum occupa-
 rent ac munirent, inde Delfos vsque excurrentes: qui sine ordine contrà
 egressi, Roterodamios præda onustos iuxta Auderschieum inuadunt;
 tractique ab his in insidias, cæduntur, multi capiuntur, ceteri Delfos
 perfugiunt, desideratis vltra trecentis viris, ac inter hos Urbis Con-
 sule, qui in partes dissectus, Delfos à suis in viminea fuit reportatus spor-
 ta. Schiedamij idem conaturi, in Cabbellauorum castra irrumpunt, ac
 coniectis in fugam Harlemijs, à ceteris Schiedamum repelluntur; quod
 mox, rebus suis diffisi, deseruere. Eodem tempore Ioannes Naeltwi-
 kius, Houkica partis vir nobilis, Oppidum Geertrudebergam occupat;
 indeque mense Iunio cum Ioanne Montvoortio, mille stipati peditibus,
 Leidam contendunt, ac vi introitum tentant. Sed armati Cabbellauij
 operâ Ioannis Egmondij, Hollandiæ Gubernatoris, eo, illata clade,
 repellunt. Tum Coudekerkam reuersi, Arcem Poulgastiam recipiunt:
 quam mox Egmondus, cum Leidanis egressus, expugnatam incendit.
 Eodem ferè tempore pugnatur ad Roterodamum inter Re-
 gios

1489. gios ac Houkios: victoria Regiorum fuit: multi caesi, ac aquis suffocati; captus Ioannes Naeltwikius cum multis alijs: pauloque post, Francisco Brederodio Slufas nauigante, Roterodamij Romanorum Regi deditioem faciunt. Sed dum sequenti anno Franciscus Brederodius, instructa mediocri classe, cum quingentis circiter Houkij Slufam ad Cliuium iterum nauigare contendit, insequente Ioanne Egmondio ac Pollainio, pugnare coactus superatur. Euidit cum maxima parte ad Riperij portum, militemque exponit. Sed & hic à victoribus insequentibus pugnare coactus, iterum superatur, desideratis ab vtraque parte supra trecentis viris. Brederodius grauius vulneratus capitur, ac Dordracum perducitur, vbi paulo post è vulneribus obiit, sepultus apud Augustinianos. Erat adolescens omnium adhuc rerum ignarus, Louanio à studijs ad arma ab Houkij auocatus, misereque seductus. Ei enim Hollandiæ Zelandiæque Comitatum deberi afferebant; Philippo Cliuio Flandriæ; Philippo Austriaco Brabantiam ac Burgundiam tantum.

VITAE MAXAEMILIANI PRIMI CAESARIS, AC PHILIPPI

Austriaci filij eius, pars quarta,

HISTORIAE LIBER QVARTVS.

1490. **H**oc rerum apud Brabantos, Flandros, ac Hollandos statum, apud Leodios res nihilo meliori erant conditione. Mense enim Februario anni millesimi quadringentesimi nonagesimi Proceres Marcani, fratres Guilielmi Marcani capite Traiecti ad Mosam plexi, eiusque cognati, affines, ac amici magno numero conspirantes, vires in vnum coegerant, ac maiorem partem Ditionis Leodiensis, cum ipsa Vrbe, in sententiam traxerant, equites peditesque Francos non paucos stipendijs suis alebant. Antistes Ioannes Hornanus vir erat fortis, acer, animique militaris. Sed quod minor Ditionis Leodiensis pars secum staret, in magno versabatur periculo. Faciebant enim cum eo. Traiectum ad Mosam, Tungri, Centrones, ac Hasselij, ceteri cum Marcanis. Amicos potentes habebat per paucos. Iacobus enim Comes Hornanus, frater natu maximus, bellicis facinoribus clarus, qui semper auxilio ei fuerat, captus adhuc in Francia

1490. Francia detinebatur. Alter frater Fredericus Montignij Dominus, qui aurum suppeditare erat solitus, quemadmodum & frater Ioannes Gaesbechi Dominus, extremum diem clausurant. Animo tamen non deficiens, Marcanis fortiter resistebat, suosque defendebat. Facta inter Reges pace, Albertus Saxo pedites aliquot Germanos dimittit. Ex his Antistes tria millia suis stipendijs addicit, conducitque Ferrium Nouellium, vt cum turma suorum equitum (qua singularis erat virtutis) honesto sibi stipendio militaret. Accipit Nouellius conditione, ac cum paucis suis equitibus tempore nouemdecim mensium, quo hoc bellum iterit, ita Francos continuis proelijs exercuit, vt supra septingentos equites perdiderint. Interea Marcani coniunctis viribus contra Antistitem proficiuntur. Is ab Oppidis sibi fauentibus quadringentos acceperat pedites, sed paulo ante indecore fuerat defertus à mille quingentis Germanis, qui ad Marcanos transierant. Nouellius, cognito Leodiensium ac Francorum aduentu, quanquam numero longe essent superiores, confusus virtute veteranorum octingentorum peditum, ac quadringentorum equitum, (exceptis fidelibus Germanis) aciem, insigniter, his animatis, instruit vnam quadratamque, è multis exiguis constitam: equites ad latera stabant; in medio Nobiles, ac veterani hastati optimè armati, cum campestribus tormentis, quos Georgius Margnetus, Ferrij Legatus, militiæ apprime gnarus, ducebat. Marcani peditum numero longè superiores, equitatu pares, pedetertim aduentabant. Sed cum Antistes tormenta exonerari iussisset, Marcani, vim eorum vitaturi, gressum non parua accepta clade incitabant. Pugnabatur ab vtraque parte pro copiarum exiguitate vehementer, vt inter veteranos fieri consuevit, praesertim à Germanis defectoribus contra fidem seruantes. Sed tormenta quatuor Ciuitatum Antistiti fauentium, vim Germanorum repressere, maioremque partem interfecere. Ferrius prudenti consilio in hostilium equitum latera inuectus, breui pugna eos in fugam conijcit, quos reliqui pedites statim sunt secuti. Periere è Marcanis circiter mille trecenti, ac ex his maior pars Germanorum quæ defecerat. Capti quingenti, ac inter hos Robertus Marcanus, Euerardi filius, Blancquartus Francorum Praefectus. Atqui hac ratione Antistitis res superiores melioresque, refrigerente indies Leodiensium ferocia, fuere. Vndecimo Cal. Aprilis Goritij Comes in Romanorum Regem transfert ius ac possessionem dicti Comitatus, cum reliquis suis Ditionibus, quod ea, se mortuo, (liberis enim carebat) ad Caesarem iure Imperij deuoluerentur. Oritur hoc tempore Romanorum Regi bellum cum Hungaris hac de causa. Albertus Austriæ Archidux ac Caesar, doreque vxoris Rex Hungariæ ac Bohemiæ, (erat hæc filia ac hæres Caesaris Sigismondij Lutzenburgij) moriens anno 1439. duas reliquit tantum filias,

1490. filias, ac vxorem grauidam. Filiabus in Austria iure Imperij nullū est ius, nisi Cæsaris autoritate. Quare Ordines ad Fredericum Austriacum, Stiria ac Carinthia Ducem, iam primū loco dicti Alberti Cæsarem lectum, Maxæmiliani nostri patrem, se conuertunt, eumque hac ratione in Principem recipiunt, vt, si vidua Cæsaris Alberti filium esset enixa, eiurato principatu, infantis posthumi, cognati sui, Austria Archiducis, tutelam susciperet. Quod si filiam peperisset, ea cum sororibus pro dignitate dotata, Austria Archidux cum successoribus, secundū Regionis leges, permaneret. Agerrimè hæc ferebant Albertus Austriacus, Cæsaris Frederici germanus frater; ac eius patruelis Sigismundus, Comes Tyrolis: vterque enim ad Austria principatum aspirabat. Tandem Alberti Cæsaris vidua filium parit, Ladislaum posthumū, cuius tutelam Cæsar Fredericus iustissimè ac sanctissimè sexdecim egit annis: quumque adoleuisset, Magdalenam, alijs Margaritam, Francorum Regis Caroli septimi filiam, ei despōdet, sed quam morte præuentus (veneno ei ab Hungaris propinato) vxorem non duxit. Soror Ladislai posthumi natu maxima Elizabeth, fratre mortuo Hungaria ac Bohemia Regina, nupsit Casimiro Polonia Regi. Interea Austriaci in diuersas partes scinduntur. Nobiles ac sacriati homines Cæsarem Fredericum ex pacto Archiducem volebant: plebs eius fratrem Albertum præferebat, qui Austria Prouincijs clam cum patruelis Sigismundo diuisis, difficili ac longo per sexennium Cæsarem Fredericum implicauere ciuili bello. Primū enim veteranos defuncti Alberti Cæsaris contra eum concitant, non soluta stipendia causantes, ac proinde Austriam prædam constituentes; sed quos tandem, numeratis triginta aureorum florenorum millibus, armatoque exercitu demonstrato, percipit, partemque ad sua castra traduxit. Ab altera parte Ioānem Hunniadem, Hungaria Gubernatorem, incitarunt, Austria vt bellum inferret, hæreditatem esse asseuerantes Regina Elizabethæ, à parte patris Alberti Cæsaris: qui hac de causa cum duodecim millibus equitum in Austriam irrumpit, reddique Hungaris auream D. Stephani Regis coronam, qua Reges Hungaria Regni initio redimiri solent, volebat; nullaque coronatio sine hac facta, apud Hungaros legitima censebatur. Ea autem hac ratione in potestatem Cæsaris Frederici peruenerat. Dicitur Cæsar Albertus, cum Polonis Hungariam sibi eripere conantibus cladem intulisset, Strigonium ante omnia cum Arce occupat, vbi thesaurus Regni Hungarici custodiri erat solitus. Imperatrix, à marito facultate accepta, thesaurum recenset, ac clam D. Stephani coronam auferit. Mortuo exinde Cæsare Alberto, Hungari videntes Elizabetham filiam eius natu maiorem nuptijs adhuc immaturam, incensi Regis desiderio, eligunt Ladislaum Lithuania Ducem, Casimiri Polonia

lonia

1490. lonia Regis germanum fratrem. Legatis iter facientibus, vt eum de electione certiozem facerent, nuntiat, viduam Alberti Cæsaris filium peperisse posthumum, cui Hungaria, Bohemia, ac Austria debebantur. Sed quod iam ad proficiscendum Dux Ladislaus esset paratus, Legati, recenter nati Regis nuntium subticentes, cum eo in Hungaria redeunt. Regina filium posthumum parentum Regnis iniuste excludi cernens, cum amicis Albam Regalem occupat. Sed cum ne hic sibi fidendum, Hungarorum inconstantiam verita, censeret; cum filio posthumo ac D. Stephani Regis corona ad Cæsarem Fredericum in Austriam, liberorum suorum tutorem, venit. Interea Ladislaus Lithuania Dux, electus Hungaria Rex, in pugna contra Turcas sine liberis perijt. Hungari ad paternum maternumque Regnum Ladislaum vocant posthumum, Cæsaris Alberti filium, adhuc infantem, missis ad Cæsarem Fredericum Legatis, eum cum corona D. Stephani Regno paterno restituat. Laudat Cæsar animum eorum, missurumque cum corona se promittit, quum primū adoleuisset: sibi enim eius rerumque suarum tutelam, patris testamento commissam, sanguinis etiam iure deberi. Hungari hæc ægre ferre; lectoque Ioanne Hunniade in Regni Gubernatorem, cum duodecim equitum millibus (vt diximus) Austriam concitatione Alberti Austriaci inuadentes, prædæque immensas agentes, domum reuertuntur. Tandem & Ladislaus posthumus inuuptus (vt est dictum) moritur, quum iam pridem à Cæsare Frederico, sed sine Regis Stephani corona, in Hungariam esset remissus. Eligitur mortuo Ladislaio posthumo ab Hungaris in Regem Matthias Hunniades, dicti Ioannis filius, qui quod Regis D. Stephani coronam à Cæsare Frederico impetrare non posset, ac proinde eum Regno Hungaria inhiare arbitrareretur, magnis collectis copijs in Austriam irrumpit. It contra Cæsar Fredericus; primoque prælio victor, altero superatur. Sed intercedentibus hinc inde Proceribus, controuersia ad tempus sopitur, restituta Regi Matthia D. Stephani corona, illo autem Cæsari numerate sexaginta millia Hungarorum aureorum, (Ducatos vocant) quum corona per viginti quatuor annos in Cæsaris fuisset potestate. Paulo post Cæsare Frederico in Italiam profecto, vt à summo Pontifice corona aurea redimeretur, Rex Matthias, rupta pace, iterum Austriam inuadit, inferioremque ferè vniuersam, cum primaria Vrbe Vienna, anno 1485. in potestatem redigit; ac à ciuibus Prouincialibusque sacramentum accipiens, sedem Vienna vsque in hunc annum tenuit. Sed posteaquam Maxæmilianus Romanorum Rex Belgicas pro parte res constituisset, Germanorum dissidia sustulisset, Principum Germania Comitum Francorum ac Norimbergæ habuisset, collecto ingenti exercitu, in Austriam contra Hungaros proficiscitur, ac quacunque patri Rex Matthias eripuerat, cum ipsa Vrbe Vienna,

1490. Vienna, vt mox narrabimus, recuperat; morienteque sine liberis Patruo Alberto, ac cognato Sigifinondo, in Ditionem Romanorum Regis venere vtraque Austria, Carinthia, Stiria, Carnia, Cilia, Goritia, Istria, Tyrolis, Marca Burgouicēsis, Hohenberga, Veldkirchum, Sunggoia, Brisgoia, Ferretta, Sueuia, Alsatia, ac Habsburgum, qui Ditionibus summa duo constituit Concilia, (Parlamenta Franci vocat) vnum Viennæ Austriæ, cui subsunt Austria, Carinthia, Stiria, Carnia, Cilia, Goritia, Istria; alterum Oeniponte, vulgò Insbruchi, cui parer Sueuia, Alsatia, Veldkirchum, Sunggoia, Brisgoia, & Tyrolis. Tandem & pacem Cæsar Fredericus ac Rex Maxæmilianus cū Rege Matthia, paulo antè quàm moreretur, fecere, reddiditque que adhuc in Austria Hungarico obtinebat præsidio, vxorem nunquam se ducturū promittens. Sed paulo post inito matrimonio, è quo liberos non reliquit, Viennæ Austriæ, antequàm aliquid reddidisset, obiit pridie Nonas Apriles huius anni, Romanorum Regi sua bello repetenda relinquens. Quam in rem summo studio incumbens, intellecta Regis Matthiæ morte, per vniuersam Germaniam peditem equitemque colligebat. Miserat enim ad Rom. Regem Beatrix, vidua Regis Matthiæ, Legatum, quàm citissimè veniret, reperturum amicos. Nuptias enim Romanorum Regis vidua effœra appetebat. Remittit ad Reginam Rom. Rex vnum è domesticis sacerdotibus nomine Sebastianum, qui Reginam Budæ cum omnibus ferè Regni Proceribus reperit, affirmantes sese Romanorum Regem expectare. Quum Sebastianus Reginæ Rom. Regis literas tradidisset, quibus eam matrem appellabat, nuptias eum suas fastidire mulier coniiciens, mutato animo, quantum potest, rebus eius obsistit, ac Vladislao Bohemiæ Regi fauet. Sebastianus, re animaduersa, ad Romanorū Regem reuertit, eique rem omnem exponit. Is septingentos pedites secūdo Danubio Viennam præmittit, qui statim à ciuibus, pulsus in Arcē Hungariæ, intromittuntur. Comes Stephanus arcem pro futuro Hungariæ Rege custodiens, cum Hungarorum Proceres inter se dissidere videret, Rom. Regem cum magnis copijs aduentare, persuadens præsidarijs, se pro auxilio in Hungariam properare, commissa Legato Arce, intempesta nocte exiens, nunquam postea redijt. Interea Neustattenses (quod sonat Neapolitani) in Stiria à Rom. Rege præsidium petunt, eumque pro legitimo suo Principe agnoscūt. Mittitur Ioannes Truccius, stabuli Rom. Regis magister, nobili apud Sueuos loco natus, cum valida peditem equitumque manu, qui non sine periculo inter cōplura inimica Oppida iter faciens, tandem, nullo accepto detrimento, summa ciuium cum læticia Neustattum peruenit. Sub idem tempus Rom. Rex cum exercitu ad Oppidum Graitz peruenerat. Hic eum accedit Zebel Iacob, vetus Regis Matthiæ Præfectus, dictoque sacramento,

paulo

paulo post aliquot Oppida ac Arces in eius potestate tradidit. Decimo quinto Cal. Septembres Romanorum Rex Neustattū ingressus, magno ciuium cum honore ac gaudio, lautissimè omni cum comitatu tractatur. Relicto Neustatti iusto præsidio, quòd Arcem adhuc Hungari tenerent, duodecimo Cal. Septembres Viennam Austriæ, regalibus indutus vestimentis, ac equo cataphracto vectus, Belgico ornato instructoque modo, intrat, sequentibus equitum duobus millibus, ac magno peditem numero. Obuiam ei venerat Ordo sacer ac politicus, medioque foro erecta è tignis scena, Urbis Rectores ac ciues ei sacramentum dicunt. Deinde Arx tormētis quatitur. Præsidarij à Præfecto deserti, è voluntate Rom. Regis deditioem faciunt. Hungaris militibus vira conceditur: Austriaci, vt defectores, in magno erant periculo. Sed sapius misericordiam ac gratiam inclamantes, seseque ei posthac fideliter seruituros promittentes, tandem impetrant. Exinde Sebastianum sacerdotem iterum in Hungariā cum literis ad Proceres aliquot, quos conciliare sibi cupiebat, ac mentes eorum perscrutari, mittit. Ipse interea educto exercitu ad deditioem cogit Oppidum Clastergēburgum, Præfecto cum omnibus militibus sacramentum sibi dicente. Inde Viennam reuersus, audit Legatos Regis Bohemiæ, qui animo non satis contento discessere. Quarto Nonas Octobres cum exercitu Viēna profectus, ad Oppidum Iserstat castra locat, acriterque oppugnat. Sed cum repullus maiori apparatu vim pararet, honestis cōditionibus deditioem facit. Iterum Viennam reuertens, obuium habet Georgium Bauariæ Ducem cum octingentis equitibus. Ei Rom. Rex, quòd Bohemi sororem in vxorem haberet, non satis fidebat, donec, perspecta animi eius integritate, inter amicos recipit; motisque castris, obsident Edenburgam. È gressus Magistratus honestis conditionibus Regem admittit, commeatum pro exercitu ac pecuniam præbet, peditemque in suburbij recipit. Inde profectus cum forti manu Truccius, Regij stabuli magister, expugnat Lintzium, præsidiumque imponit. Rex Edenburga Sabernam (Romanorum olim è loci Tabernæ) cum exercitu venit, quam post diuturnam oppugnationem tandem quoque sui iuris facit. Hinc ad munitissimum proficiscitur Oppidum Keremutzim, cuius Præfectus vim tanti exercitus ac veterani Ducis timēs, Oppidum cum Arce, dicto Regi sacramento, tradit. Exinde mittit Zebel Iacob ad Oppidum Zunnichium, ac Castrum V Vesperunnam. Zebel, expugnato Zunnichio, captum loci Antistitē ad Rom. Regem adducit. Vt legitimo Principi sacramentum dicit, promittitque in eius se potestatem traditurum V Vesperunnam, cum alijs aliquot oppidis ac Castellis. Zunnichio Rex: Truccium ac sacerdotem Sebastianū in Sclauoniam cum literis ac mandatis ad præcipuos Regionis Proceres mittit: qui

Aa

Turca-

1470. Turcarum incurſibus præpediti, ſummo cum periculo per auia de-
uiaque errantes, nono demum die ad Arcē D. Nicolai peruenere, quæ
Matthiæ Croati erat. Is eos honorificè exceptos, aliquot diebus reficit
ac recreat. Interea Croatus ad omnes Procereſ de eorum adventu li-
teras deſtinat, petens ad ſe veniant, audituri regiam legationem. Venit
Deſpota Sclauoniæ, Prior Ordinis militia D. Ioannis, Franciſcus
Breſla, David Dombrauius, cum abſoluta poteſtate tranſigendi quod è
re omniũ fore exiſtimarent. Calendis Nouemb. media nocte ex Arce
D. Nicolai proficiſcuntur, venientefque prope VVeſperumnâ, à Rom.
Rege in caſtris honorificè recipiuntur. Dein in conſilium admiſſi, gra-
to accepto reſponſo, muneribusque honorati, ad ſuos in Sclauonia re-
uertuntur. Zunnichij Anſiſtes, promiſſi memor, cum VVeſperumnæ
Præfeſtus Romanorũ Regem admittere nolle, factione adiutus, aſtu
militem introducit, Caſtrumque, eiectis Hungariſ, occupat, ac Rom.
Regi tradit. Cum hæc aliquandiu exercitum, qui viginti millium ar-
matorum erat, refeciſſet, in Hungariam bellum conuertit, ac vno Alba
Regali milliari, vbi Reges Hungariæ coronâ D. Stephani redimiri ac
ſepeliri ſolent, caſtra locat. Huius ſuburbia tum Vrbe ampliora erant.
Mittit ad Urbem Rex Legatum caſtrenſem, portaque aperiri iubet.
Erant Albæ Procereſ Hungari duo, Batteſtauius ac Koninxpalius, Au-
ſtriaci nomiſi infeſtiſſimi. Reſpondent ſeſe Poloniæ Regē coronafſe,
ac pro eo mori, ſi neceſſe ſit, ſtatuiſſe. Rex vim parari iubet. Illi, con-
uocatis Urbis Rectoribus, petunt octo tantũ dies vim Auſtriacâ ſuf-
ſtineant, iuſto ſe tum inſtructos exercitu in auxilium adfuturos. Dein
noctē egreſſi Budam perueniunt. Cum Regiſ exercitus in Albâ con-
ſpectum veniſſet, accepto ſigno, ſuburbia, ſatis pro tempore munita,
ac milite firmata, inuadunt. Sed præſidiarij non diu tanti exercitus
vim tulere. Cadente enim præſidiariorum maiori parte, cæteriſque ad
Urbem confugientibus, ſuburbia occupantur, eodemque ardore Al-
bam, duplici foſſa ac craſſiſſimo muro circumſeptam, ſpatio duarum
horarum expugnant, apertaque porta Rom. Regem intromittunt, qui
armatus nobili cum comitatu in forum deſcendit. Periere duabus
oppugnationibus circiter mille Hungari, capti plures: præda ingens
fuit, in hunc enim vſque diem Alba vi capta nunquam fuerat. Poſt
hanc victoriam Rex propria manu Equites facit Georgium Banariæ
Ducem, eius fratrem Chriſtophorum, Ducem quendâ Hungariæ, Mar-
chionem Brandeburgi, Lantgrauium Haſſiæ, Comiteſque aliquot Hun-
garos. Scribit exindereſ à ſe feliciter diuino nutu geſtas filio Philippo,
Alberto Saxoni, Eingelberto Naſſauiſ, ac Cæcellario Carondeleto, in
Belgio; ei præcipiens, poſthac in Diplomatiſ hunc præponat titu-
lum: Maxæmilianus Dei gratia Rom. Rex ſemper Auguſtus, Rex
Hun-

Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. In filij verò ſui Diplomatiſ: 1490.
Philippus Dei gratia Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. Quod di-
ctus ſtatim Cancellariſ omnibus Magiſtratibus ac Secretariſ iniūxit.
Rebus Albæ compoſitiſ, acceptoque ſacramento, cum Budenſes Urbem
tueri ſtatuiſſe intellexiſſet, ac iam diligenter in eam rem incumbere,
militeſ verò Germanoſ, Albana præda onuſtoſ, eò proficiſci nolle, ſed,
neglecto ſacramento, pro maiori parte redire in Germaniam, rei indi-
gnitate commotoſ, eoſ, vbicunque terrarum eſſent reperti, laqueo, ferro,
aqua, ac igne puniri iuſſit; pauloque poſt pedetriſ militiaſ diſcipli-
nam in certum ordinem, quem adhuc hodie habemus, ac à Germaniſ
obſeruari videmus, redegit, qua de re plura lege ſub finem vitæ Maxæ-
miliani anno 1519. Germanorū defectione neceſſitati cedendum vi-
dens, Viennam exercitum reduxit, in itinere expugnans Arcem VVa-
zon. Et quanquam iura Regni Hungariſ repetere ex formula olim di-
ctata, cum Cæſar Rodolſus primus ac Ortocarus Bohemię Rex pacem
feciffent, meritò Rom. Rex poſſet, interuentu tamen Procerum Hun-
gariæ, ac Legato ſummi Pontificiſ interpellare, ne ambitioniſ ac auaritiæ
argueretur, pacem cum Rege Vladillaſo Polono, Caſimiriſ ac Eli-
zabetaſ filio, hiſ legibuſ facit: Vladillaſus Rex belli impéſaſ, cauſa Hun-
gariæ à Rom. Rege factaſ, reſtituito. Tituluſ Regiſ Hungariæ Auſtriæ
Archiducibuſ maneto. Si Regem Hungariæ aliquemſine maſcula pro-
le vita decedere contigerit, Auſtriæ Archidux hæreſ ſucceſſorque eſto.
Hiſ actiſ, venit Rom. Rex Neuſtattum, repperitque Legatum Heinrichi
ſeptimi, Anglorum Regiſ, qui ei per ſcelidem Angliæ Equitum, Regij
Ordiniſ militare ſignum, adferebat; perebatque pro Rege Heinricho, ad
initi ſœderiſ amicitiaſque cõfirmationem, Aurei Velleriſ Torqué: quo
obteto, in Angliam ad Regem eſt reuerſuſ. Atque ita ſpatio octo men-
ſium Romanorum Rex Auſtriæ Archiducatum, ab Hungariſ occupa-
tum, cum Regni Hungariſ parte recuperat: qua de re ad eum in Ger-
maniam reuerſum Legati ab omnibuſ Chriſtianorum Principibuſ gra-
tulatum venere, excepto Bohemiæ Poloniæque Rege, qui per Lega-
tum Hungaria eum abſtinere iubebat. Sed cum extemplo ei reſpon-
ſum dediſſet, abire ſtatim iuſſuſ, vna tantum in Auſtria nocte hæreſe
illi eſt permiſſum. Vayuoda Moldauię ac VValachiæ, qui nũquam Re-
gi Matthiæ ſacramentum dicere voluerat, ſed continuum cum eo bel-
lum gerens, nothum eum ſpuriumque Regem appellarat, acceptiſ à
Romanorum Rege literiſ perquam amicè ſcriptiſ, quibuſ eum ad ami-
citiã ac officium inuitabat, cum perlegiſſet, ad Templum feſtinat,
campanaſ omneſ irritari iubet, ſe id facere teſtatuſ, quod tandem ali-
quid certi à legitimo veroque Rege ac Principe ſuo accepiſſet; mittens
eodem tempore ad Romanorum Regem Legatoſ, qui ſacramentum ei

1490. suo nomine dicerent, ac triginta millia equitum sine stipendio offerret: pauloque etiam post Legati alij à Rege Bohemiae adueniunt, petentes diem colloquio pro Legatis ab utraque parte mittendis statuere vellent, experturi an controuersiam de Regno Hungariae sopire possent. Romanorum Rex, iustis praesidijs in deuictis Urbibus ac Oppidis constitutis, exercitum dimittit, proficisciturque Lintzium ad patrem Caesarem Fredericum, ut, quid futura aetate consilij esset capiendum, inter se explicarent. Instabat enim ver anni 1491. Sed iam denuo ad Belgas reuertamur. Pace inter Romanorum ac Francorum Reges inita, qui apud Belgas raptis praedaeque viuere erant consueti, à vi non abstinabant. Horum apud Hannones Dux erat filius nothus Domini Bellemontij, qui, occupata Arce Bellemontia, iter facientibus ac rusticis nocte dieque erat infestus, adeo ut tandem Hannones, rei indignitate moti, contra Anthonium Rollinum, Aimeria Dominum, Hannoniae Praefectum, summo opere murmurarent. Conscriptis igitur quadringentis pedibus, Bellemontium proficiscitur; cumque deditioem facere nollet, vi expugnat, latronum maiori parte caesa, ceteris ad vnum omnibus cum Bellemontio captis, ac Bergis Hannoniae in carcerem conclusis, vbi tandem iuridica sententia Bellemontio cum suis omnibus caput amputatur, corporaque in quatuor partes secta, hinc inde, ad aliorum exemplum, in arboribus suspenduntur. Adrianus Vilainius, Rasingemij Dominus, cum deserto Cliuio in gratiam cum Rom. Rege rediisset, Gandauoque ad domum, quam ruri habebat, cum quatuor famulis properaret, à sexdecim Cliuij equitibus ex insidijs inuasus, dimidio ab vrbe milliari multis vulneribus confoditur. Eodem tempore Mörvoortij apud Ultraiectinos Dominus, vir turbulentus, animique inquieti, pacem inter Reges factam sciens, Ultraiectinos Hollandosque iniurijs afficere, latrocinijsque vexare non desistebar, ac, quantum poterat, Rom. Regi, Philippo Austriaco, eorumque fides subditis, detrimenti inferebat. Albertus Saxo, euctis contra eum copijs, Oppidum Montvoortium cum Arce obsidet, munitionemque idoneo loco erectam expugnat. Tum animi cuius praesidiariorumque cedere, faciuntque hac lege deditioem, ut cuius nil preter interioram lineam vestem relinqueretur, exteri milites, quod vellent, salui abirent. Sed maior pars, dicto Rom. Regi eiusque filio Philippo sacramento, apud Saxonem mansit. Montvoortio ea lege gratia est facta, ut si denuo contra Regem Ducemque arma sumpserit, quaecumque apud Belgas possidebat, in perpetuum Ducis Philippi fisco manerent. Hac acta transactaque circiter Idus Augusti: quo tempore Saxo cum copijs Dordracum profectus, in paratis nauibus militem imponit; nemineque quod tenderet sciente, Zelandiam versus nauium magistros proras subito iubet conuerrere, secundoque versus

vento,

1491. vento, quum haud procul Scalde fluuio abesset, omnes in portum Oppidi Ziriczei inferre se praecipit: quod cum fecissent, militem exponit, Oppidum sui iuris facit, pecuniaque eos multat, quos Cliuio commeatu ac puluere tormentario non semel iuuisse sciebat; Republica ob idem delictum viginti millia florenorum ei numerante, ac in posterum ab omni rebellione (ingenti constituta, si fidem fessellissent, poena) se quieturam recipiente. Ut vero ciues in ordinem cogeret, è Northauen porta munitionem, ingenti eam circundans fossa ac vallo, facit; imposiroque praesidio, in Flandriam reuertitur. Lodowicus Vaudraeus, Ferrus Nouellius, Ioannes Allevradius, ac alij aliquot veterani Praefecti, è bello Metensi reuertentes, numero mille quingenti equites, ac ter mille electi veterani pedites, infamem vbique sui memoriam relinquebant, exactioibus ac populationibus rusticos miserè vexantes. Vulgus hanc Legionem Guardiam Francica voce appellabat, quod ea de causa primum esset conscripta, ut Romanorum Regi, eiusque filio Philippo, hoc carcere Gandensi, illo Brugenfi liberato, perpetui essent praesidiarij, ne posthac à seditionis subditis vim amplius paterentur. *Guarder* enim Gallo-francis hodie sonat custodire; *Guarde*, custodia. Sed Rom. Rege è Belgio in Germaniam profecto, Archiduce Philippo fida in Ciuitate habitante, Guardia diuersis locis militabat, aduocaturque hoc tempore ab Eingelberto Nassauio è Hannonia in Flandriam. Occasionem enim captabat puniendi Brugeses ob captum Rom. Regem, ac iniquarum pacis conditionum extorsionem. Ardenburgi igitur Guardiani castra facientes, omnia in circuitu depradantur. Brugeses insolentiam militarem aegre ferentes, inconsulto Nassauio Flandriae Governatore, arma contra Guardianos capiunt. Hoc querebat Nassauus. Diffugiunt statim Vrbe nobiles ac opulenti homines, veteres seditiones ac calamitates ob oculos ponentes. Guardiani ita loca opportuna circa Urbem omnia infederant, ut alter alteri, urgente necessitate, auxilio esse posset, Brugeses vero Vrbe, nisi magna cum manu, exire non auderent. Praefectum igitur contra Guardianos, virum militiae peritum, à Cliuio missum accipiunt, Georgium Picquauetum, nouumque foedus cum Cliuio ac Gandensibus ineunt. Picquauetus ciues militariter instructos, ordinesque seruare doctos, sapius cum laude eduxit ac reduxit. Mittuntur utrimque literae non semel pro pace: quod Picquauetus aegerrime ferens, omni ratione, ne fieret, impediabat. Nassauus pacem offerebat, si certam Rom. Regi sibi que pecuniae summam numerassent, ac Picquauetum cum ceteris Ducibus tradidissent. Obtinebant Brugeses firmo praesidio Pagum ac Templum Blackebergicum. Guardiani eò mouet, ut utrumque expugnet. Brugeses, id impedituri, munitionem propè Dammum

Aa 3 à Guar-

1491. à Guardianis extructam, obsidere instituunt. Guardiani, relicto Blankenbergo, contra Brugeses tendunt; eosque sine ordine hinc inde palantes aggressi, aliquot occisis ac sauciatis, plerisque captis, omnes in fugam comijciunt: quæ clades Brugeses, eorumque socios, admodum terruit. Nassavius operâ Guardianorum ad eodiligenter agrum Brugesem peruastari curat, ut magna in Vrbe fames oriretur: insuper per tubicinem publicari iubet, ut non minus capti pueri ac fœminæ ad vitam libertatemque pecunia redimendam, quam viri, cogerentur. Cliuius, Sluzæ se continens, rogatu Picquaueti Brugesibus naues aliquot commeatu onustas mittit. Cum ijs noctu discedens, ac à Nassauio diligenter custodias Dammi obeunte conspectus, post breuē nocturnam superatus pugnam, cum omnibus nauibus capitur, socijs partim aqua mersis, partim ad patibulum strangulatis, paucis pecunia se redimentibus; ipse Picquauetus capite luit: quo infortunio animi Brugesium planè concidunt, pacem rogant, promittentes se Rom. Regi, ac Archiduci Philippo, per omnia dicto obedientes futuros; liberantque statim carcere Rom. Regis Præfectum Galeorum, honorificeque vestitum Vrbi præficiunt; eoque præeunte, per vniuersam Urbem voce præconis proclamari iubent: *Viuat Rom. Rex Maxæmilianus.* Exinde Brugas Nassavius quinque plaustra commeatu onusta dono mittit; euocatisque trecentis ciuibus, qui Cliuio nomina dederat, iureiurando promittere cogit se nunquam in posterum Cliuij causam re nec consilio adiuturos. Quarto Idus Decembres pax hisce legibus Brugis publicatur: Brugeses solenni ritu veniam ruptæ pacis è præscripto Nassauij petunt. Pro belli huius impensis Rom. Regi, eiusque filio, centum quinquaginta millia Andreanorum florenorum soluunt, è quibus quinquaginta millia post octauum publicatæ pacis diem numerant. Summam hanc non licebit colligere, nisi ex Urbis incolis; inter quos non numerabuntur, qui ab initio defectionis in voluntarium abiere exilium. Ac quoniam quinquaginta dicta millia florenorum ab hinc octo diebus numerari debent, poterunt pro singulo Andreano floreno soluere argenti puri decimam quintam libræ partem. Conditiones pacis Turonensis ad vnguem obseruant, quemadmodum & restitutionem valoris monetæ publicæ. Absolutam gratiam omnium offensarum, paucis præteritæ seditionis ac belli authoribus exceptis, habetote, de quorum vita ac fortunis Nassavius suo arbitratu statuunt, quemadmodum & de alijs qui post pacem Turonensem grauius maiestatem & dignitatem Rom. Regis ac Archiducis Philippi læsere. Nominabit autè Nassavius viros quinquaginta sex, è quibus aliquot capti capite luent: qui effugere poterint, vitam libertatemque ex eius arbitrio redimunt. Brugeses plenam bonorum suorum possessionem,

vri

vri ea inuenient, adempto, nec opus erit vlli restitutionis in integrum beneficio. Omnia vetera priuilegia, ut pace Turonensi est expressum, ac ad mortem vsque Caroli Pugnacis fuere, facta tecta manent. Præteritarum seditionum causas ac effectus nulli exprobrato. Qui fecus faxit, ad arbitrium Nassauij punitor. Exigente necessitate, pacis huius conditiones è Nassauij mente interpretantur. Ut verò dicta persolueretur multa pecuniaria, coacti sunt Brugeses. in singula hominum vriusque sexus ac conditionis (paucis exceptis) capita tributum pro ratione facultatum imponere, idemque omnium ædibus imperare, ad eod ut tandem etiam ministri ac ancillæ ex annuis mercedibus certam pecuniæ summam numerare cogerentur. Omitto maiorem ferè summam Vrbi ac agricolis extortam, ac in rem Nassauij numeratam, è qua certum est Palatium Nassauicum, quod hodie Bruxellæ visitur amplissimum, pro maiori parte fuisse constructum. Durauit hoc bellum mensibus quatuordecim. Sub huius anni æstatem liberatur Francica captiuitate Carolus Egmondus, Geldriæ Dux, annos tantum viginti natus, Meursij Comite proprium filium pro eo obsidem dante, donec promissum numeraretur aurum, quod tandem Geldrij persoluere. Captus fuerat cum multis alijs Belgarum Proceribus anno 1487. iuxta Berhunniam, vbi positus Creueceurius insidijs, Belgas, spe potiundi Oppidi deceptos, insigni stratagemate vicerat. Reuersus cum Francorum auxilijs in Geldriam Carolus, ac ab ijs insigniter contra Burgüdos Belgasque irritatus, ingentibusque promissis ad bellum Belgicum inflatus, literas statim ad Casarem Fredericum destinat (exemplum legi) quibus ius quod in Geldriam, Iuliam, ac Zutfaniam habebat, genealogicè exponit, aui interim ac patris controuersias, Geldriæ venditionem, patrisque sui exhæredationem tacens. Tempus verò quo cum sorore apud Belgas Principe dignis per octo annos instructus est artibus, octenalem vocat captiuitatem, excusans se quod nec ipse veniat, nec legatos dicendi clientalis sacramenti causa ad Casarem mittat, petens ne vtrumque ægre ferat, nec se armis principatum vendicantem proscribere, nec hostis loco habere velit, etiamsi id contra Rom. Regem, eiusque filium Philippum, facere cogeretur; docere nitens, eos iniuste, ac iniquo nixos iure, se paternis Ditionibus eiicere conari. Tum Geldri à Rom. Rege paulo antè domiti, ac dicto sacramento in fidem recepti, ea violata, eiectisque Rom. Regis Rectoribus, nouum Carolo sacramentum dicunt. Initio Ianuarij anni 1492. Rom. Rex, ac Anna Britonum Dux, 1492. filia natu maior Francisci postremi Britonum Ducis, qui sine liberis masculis obiit, de ineundo matrimonio inuicem dant fidem, mittitque Rom. Rex ad Britones Auratij Principem, ac Pollainium Germanum, cum duobus peditum Germanorum millibus, qui Duci Annæ præsidio essent,

1492. essent, decubuitque Aurantius cum ea nomine Rom. Regis armatus, ut est Principum mos. Erat tum temporis Dux Anna in Civitate Renesio, alam centum nobilium Britonum equitum secum habens, ac mille ducentos Anglos pedites, resistens Carolo Francorum Regi, qui Anglorum cum Britonibus societatem suspectam habens, bellum Duci Annæ intulerat, ac vniuersum ferè Ducatum occuparat. Lata igitur aduentu Auratij, Pollainij, ac peditum Germanorum, acrius resistebat, maiores à sponso expectans copias. At Rex Carolus, easdem appetens nuptias, copias quoque suas augebat, summa ope annitens, Ducem Annam cum Vrbe Renesio, antequam iustas Rom. Rex copias submittere posset, sui iuris facere. Mortuo paulo antè Atrebatensium Præfecto, Rex Carolus Urbis præfecturam donat Ioanni Creueceurio, Esquerdij Domino, fratris Philippi Creueceurij filio natu maximo. Sed quòd adhuc puer esset vndecim annorum, eius nomine præfecturam custodire iubet Ioannem Philippi Creueceurij Legatum, qui muneris huius literas, Regis iussu exaratas Moutiersij vigesima Iunij anno 1490. exhibuit hoc tempore Magistratui. Sub idem ferè tempus Cliuius firmo præsidio Sluzam ac vtramque eius Arcem obtinens, missa ad Francorum Regem nobili cum comitatu vxore, sese eius Clientem profitetur, quatuorque ingentes onerarias, commeatum, militem, ac aurum adferentes in supplementum, Duce Anthonio Fontaineo, Marabani Domino, accipit. Chimai Princeps, absolutam à Rom. Rege tractandi cum Cliuio potestatem habens, paulo antè ei honestissimas pacis condiciones, veteres præfecturas, dignitates, annuos redditus cum vsuris quæ in hunc vsque diem debebantur, frustra obtulerat. Octauo Cal. Iulij, ipso Pétecosfes festo, Archidux Philippus Ordinem Equitum Aurei Velleris Mechliniæ in Templo D. Rumoldi supplet, patre etiamnum in Germania agente. Fine mensis Maij Gandenses, authore Reinero quodam calceorum futore, in seditionem versi, insignia Philippi Cliuij resumunt, Rolandum sonant, Cliuij militem in Urbem admittunt, summum Opificum Præfectum, impedire conatè, ante publicas Aedes interficiunt, filium eius tormentis lacerant, nautarum Præfecto cum quinquaginta viris probis caput amputant: ducenti Vrbe diffugiunt. Ioannes Coppenollus iterum creatur summus Opificum Præfectus, petit gerendi belli causa nouum à ciuibus tributum. Conueniunt hæc de causa Tribus. Textorum Præfectus, re bene perpèsa, ad quosdam ait: Præstaret pecuniam ad iniquæ pacis conseruationem, quam ad ciuilibus belli renouationem, cõferre. Aegre hæc verba fert Coppenollus. Textorum Præfectus cum aliquot contribulibus ad D. Bauonem in Concilium venit: irruit in eum Coppenollij cognatus cum sectatoribus, pugioneque innocentem traiecit, omnibus, qui ad Concilium venerant, cruore

cruore fœdatis, ac diffugientibus. Fautores enim Coppenollij, nudos tenentes pugiones, singulis merum incusserant. Tenebat Cliuij nomine Mortangam Petrus Gauerus: sed astu inde à Philippo Bosfuo, Gerardi fratre, sine mēsis Iulij eijcitur, cuius milites Anglica induerant signa: erant autem ex ijs Romanorum Regis militibus, quos vulgus Guardianos vocabat. Exinde Gandenses è Francis, Hispanis, Picardis, ac Germanis militem conscribunt, cumque valida peditum equitumque manu ad occupandam Teneramondam properant, fisciuis promissio, qui eis Oppidi traditionem promiserat, sed secretò Hugoni Melunio, Teneramodæ Præfecto, rem omnem aperuerat. Hugo, à Guardianis accepto auxilio, cum Gandeses ex composito in apertam admisisset portam, subitò varijs è locis omni telorum genere eos inuadens, centum sexaginta interficit, quatuordecim in Scalde mergit, ceteros captos magna pecuniæ summa liberat. Equites Gandeses, conspecta peditum clade, conuersis franis citato itinere Gandauum reuertuntur. Hac astate Turcæ, coacta iusta militum manu, Carniolâ, VVindorum Marcam, indeque Ciliam, Carinthiam, ac Stiriam ingressi, multa hominum millia capiunt. Sed Romanorum Regis iussu contra eos cum subitario milite Georgius Heberstainius profectus, hostem, illata clade, Prouincijs expulit, ac maximam prædæ partem recuperauit. Exinde Carolus Francorum Rex, occupato Britonum Ducatu, Renesium, in quo Dux Anna erat, longa obsidione vexatum, in potestatem redigit, Rom. Regis milicibus trium mēsum stipendio ad deditiōem cõemptis, Urbemque ei cum Duce Anna tradentibus: quâ post paucos dies in vxorem ducit, remissa Rom. Regi filia Margarita intacta, vxoreque legitima ei vi erepta. Legati Rom. Regis, qui hætenus cum Duce Anna fuerant, Mechliniam ad Archiducem Philippum reuersi, omnem actæ rei historiam exponunt: pauloque post dicti Regis Caroli Legati eodem appellunt, reperiuntque cum Archiduce Saxonem, Legatos Regis Angliæ, ac Belgarum Proceres, de pace cum Gãdensibus stabilienda in vanum laborantes. Dato Regijs Legatis ad Archiducem accessu, dicebant, Casarem Fredericum ac Rom. Regem sapissime per litteras non solum Regi Carolo, sed disertis etiam verbis apud omnes ferè Germaniæ Principes, non semel esse conquestos, contra suam voluntatem Margaritam Austriacam, Ordinum aliquot Belgarum violentiâ, Regi Carolo in vxorẽ fuisse traditam: quæ indignitas cum Francorum Regi nulla ratione esset ferèda, quæsiuisse ac reperisse eum aliam, remissurumque Margaritam intactam, ac vti decuit educatam. Petunt insuper cõditiones pacis anni 1482. propter matrimonij dissolutionem renouentur, tum vt Rom. Rex, ac Archidux Philippus, fœderi Hispanico ac Anglico renũcient, Ad hæc Burgundiæ Cancellarius Caronde-

1492. letus ita respondit: Francorum Regem nec suo, nec Rom. Regis, nec Archiducis Philippi, nec sponsæ suæ Margaritæ Austriacæ honori satisfecisse, nec consuluisse, memoresque Austriacos loco ac tempore iniuriarum fore. Quod ad pacem attinet anni 1482. eorum esse eam feruare inuiolatam, qui primi eius leges concepissent, subsignassent, ac appensis sigillis roborassent. Id autem fecisse Francorum Regem, iusque Proceres. Opus quoque esse, Rex ad eam rem conficiendam digniores res mittat Legatos. Quod ad fœderum renuntiationem attinet, non esse Francorum Regis ea in re præscribere Rom. Regi, nec eius filio, leges. Contentus sit Regni Francici limitibus, nisi eos prætergressus non pauca Francorum millia (vbi non semel contigit) alienis in finibus summum diem claudere, extrema cum ignominia ac dedecore, malit. Austriacos enim Principes neque Angliæ neque Hispaniæ Regi, neque ulli vnquam Principi aut Ciuitati, cui se coniungere visum fuerit, Francorum causa amicitiam nec fœdus renunciaturus: Francorum autem amicitiam tanti, quanti inimicitiam, ac è cõrra, facere. Interea Gandenses forti cum manu Geersbergam aggrediuntur. Sed diligentiam Domini de Boulers, ac Ioannis Chenij Præfecti Geersbergij, ingressu prohibiti discedunt. Nocte ex itinere eodem reuersi, ac præfidiarios somno oppressos reperientes, in Oppidum irruunt, obuios cædunt, fauciat, aut capiunt, interque hos Boulerium; euectaque præda non exigua abeunt, ignem Oppido iniiciunt. Chenius fuga, elapsus, vicinos rusticos cogit, recipit fugientes milites ac ciues, & Gandenses cum præda domum redeuntes alio itinere, ex inopinato aggressus in fugam agit, prædam recuperat, Boulerium cum Dispensatore, omnibusque captiuis, multis cæsis ac captis, liberat. Rupta inter Romanorum ac Francorum Reges pace, è Fano D. Audomari sexaginta equites prædatum profiscuntur, sequentibus aliquot peditibus. Incidunt in centum viginti Francorum equites, ex insidijs prodeuntes. Concurrunt fortiter: Belgæ aliquot equis deiiciuntur, multi sauciantur; sed aduentu peditum receptis animis, iunctis viribus Francos aggressi, quos fugerant, fugere cogunt, multisque interfectis, triginta duos captiuos abducunt. Paulo post Archidux Engelbertum Nassauium, ac Præsidentem Curie Flandriæ, cum nobili comitatu ad Francorum Regem mittit, repetitum sororem Margaritam, ac restitutionem Ditionum Urbiumque, quas è pacto pacis anni 1482. reddere Rex iubebatur, si nuptiæ fuissent, dissolutæ. Rex frigide respondens, consultaturum se super eorum petitionem ait. Videns Nassauius legationem suam non admodum Francis esse gratam, petito acceptoque comitatu, ad Archiducem reuertitur. Antequam è Francia discederet, inuiserat Margaritam, ac pro dignitate tractari repererat. Adhuc hoc tempore apud seditiosos Gandenses Ioannes Coppenollius,

nollus, summus rei bellicæ Præfectus, regnabat. Quumque ad Urbem confugisse videret magnam rusticorum turbam, legionem ex eis conscribit quinque millium acerrimorum iuuentum. Dat eis Præfectum Arnoldum Clericum, adolescentem rusticum, animi alti ac ferocis, qui conditionem suam omnibus testatam relicturus, in militaribus signis depingi iusserat plaustrum rusticum cum aratro. Educit sæpe, ac cum laude, suos, adeo vt Coppenollius Dux efficacior habitus, famam eius offuscaret. Id impediturus Coppenollius, quum cõmuni expeditione ingentem prædam coegissent, optimam melioremque partem sibi ciuibusque distribuit, viliores partem rusticis ac Clerico relinquens. Illi rem pro tempore taciri dissimulant, sed odium erga Coppenollium immentum animis concipiunt. Paulo post iidem ciues cum mercenarijs ac auxiliarijs rusticis exeunt, Densam expugnaturi, quã circiter octingenti Germani tuebantur. Præmittitur cum agrestibus Clericus, vt Germanos ad pugnam irriter, dum ab alia parte Coppenollius munitionem cum ciuibus ac mercenarijs esset aggressurus. Acriter ac constanter Clericus rem gerit, diuque frustra socium Coppenollium expectat. Quare tandem repulsis in munitionem Germanis, suos reducit; ac retrocessisse Coppenollium, munitoque suos loco continere, intelligit. Spargit famam Coppenollius, Clericum, laudis ardore incitatum, se inscio ac inuito Densam præcurrisse, hostibusque de aduentu cæterarum copiarum suspicionem iniecisse, omnemque conceptæ expugnationis rationem stulto animi feruore euertisse. Coactum se munito subsistere loco, vt Clerico cum legione tutus esset receptus. Hanc Coppenollij calumniam rustici omnes adeo ægre tulere, vt, instigante Clerico, in eius ac aliorum aliquot Præfectorum mortem conspiraret. Reuersi igitur Gandauum, conuitia in Coppenollium cumulant, mendacij ac prodicionis crescentibusque iurgijs ac exprobrationibus, mox ad arma concurrunt. Coppenollij factio nomen Cliuij inclamat; rustici, Urbis Gandensis: qui tandem multorum ciuium accursu superiores facti, (mercenarijs pro maiori parte quiescentibus) capiunt Remigium, alijs Erasmus, Calceariorum sequissimum Præfectum, multisque vulneribus confodiunt. Ioannes Coppenollius cum fratre Francisco ac filio Francisco captus, in carcerem detruditur, ac grauissimè aliquot diebus torquetur. Gandenses in locum Coppenollij Adrianum Rauestorū legunt: qui multum, sed frustra, pro salute Coppenollij laborauit. Adiungitur mox Coppenollio socius Ægidius Vanderbrouckius, cum alijs quadraginta viris. Mense Maio ciues omnes armati in forum conueniunt. Extruitur è tignis subitanea scena, productusque cum fratre Francisco Ioannes Coppenollius, ac iterum tormentis insigniter lacerati,

1492. Tandē capite plectuntur. Sæpius prædixerat hunc sibi manere exitum, eundemque semper fuisse rebellantibus Gandensibus omnium Ducum. Post biduum eadem ratione periit Vanderbrouckius. Contracæses, imitati Gandenses, decimoquarto Cal. Iulij Iacobo Rimio ac Ioanni Belano, Ducibus suis, capita abscindunt. Sub idem tempus Legati Rom. Regis ac Archiducis Philippi, consensu Cliuij, Sluzæ Magistratū mutant, ac cum eo de reconciliatione agunt. Respondet, nil hac in re difficultatis esse, apicem enim se vnum non transgressurū conditionū Fræfordiensium, nec Turonensium, quibus disertis verbis cauebatur, Sluzā cum vtraque Arce in sua mansurā potestate, dum sese Reges inuisissent, ac de sua reconciliatione sententiā protulissent. Id vero sibi persuadeant, nil se aliud præter amicitiam Rom. Regis, filijque eius Philippi, expetere, nec alijs se lubentius animi corporisque vires impedere velle. Cõtentum se esse, deserto Franco, eis sacramentū dicere, promittereque, se Sluzā (vt legitimis Dominis) custoditurū. Hæc ad Saxonem perlata, cõmunicato cum cæteris Proceribus consilio, tandem has ei nomine Rom. Regis, filijque eius, conditiones offert. Sluzā cum vtraque Arce Cliuius in aduentum Rom. Regis, aut dum sui iuris à patre sit declaratus Archidux Philippus, custodiet, tum ijs, aut cui iubebūt, cum omnibus munitioibus, armis, commeatu, ac tormentis trader. Ipse, militesque eius, dictis Principibus nomina dabunt. Maris præfecturam Cliuius manebit, quemadmodum & annuum ad vitam donū sex millium florenorum. Officia omnia ac Magistratus voluntate Rom. Regis, aut filij eius, cõstituētur. Bruxellenses Cliuius tabulas obligatorias propria eius manu signatas, continentisque decē millia florenorū, quæ soluendis militum stipendijs ei numerarant, cum omnibus tormentis bellicis restituent. In gratiam recipientur, bonaque reddentur omnibus, qui ab initio dissensionis Cliuius adhæserunt, adhuc adhærent, & in posterum sunt adhæsurū: quique ea de causa in exiliū sunt missi, restituentur. Cædes Adriani Rasingemij Cliuius, quique eā admiserunt, ab solutè condonabitur. Quicquid è Principum annuis redditibus vnumquam Cliuius recepit, aut quacumque ratione impenderit, restè beneque accepta impensaque habebuntur. Signabuntur hæc, ac sigillis munitur Rom. Regis, Archiducis Philippi, Alberti Saxonis, Nassauij, Chimai, Balduini Burgundi, Egmōdij, ac Cheurij. Deinde Sluzā venit Adolphus Cliuius, Philippi Cliuij pater, ac Ioannes Sauuagius, Cliuius persuasuri, oblatas accipiat conditiones. Quū à Cliuius lautissimè essent excepti, eum tamen, vt conditiones admitteret, inducere non potuerunt. Mense Decēbri eadem de causa Sluzam venit Chimai Princeps, Balduinus Burgundus, Philibertus Verrius, Ioannes Sauuagius, Iacobus Gaudebaldus. Hi tantū effecere, scripto vt Cliuius has exhiberet con-

ditiones:

ditiones: Agere se summas gratias Rom. Regi, ac Archiduci Philippo, de oblatas pacis conditionibus. Sed quæ offerrent, pro maiori parte in sua esse potestate. Ante omnia honori suo satisfieri debere, qui non parum iniquis hominum sermonibus esset læsus. Id autem fieri non posse, nisi in vnum congregatis omnium Belgarum Ordinibus, ijsque edocis, quicquid hactenus egisset, nomine, iussu, voluntate, ac expresso Romanorum Regis mandato se facille, vitamque suam eius se nomine periculo sæpius exposuisse, obsidē se eius loco ac libertatis causa mansisse. Ac quoniam dictarum Ditionum pars maior bellum (ignari quid facerent) contra se decreuisset ac gessisset, æquum esse, omnium cõsensu facta pace, innocentia eis sua probetur, ac palam fiat. Necesse etiam esse, hoc Ordinum generali conuentu Gandenses admitti, quod sine eorum consilio hac in re se facturum esset pollicitus. Dicti Proceres nomine Rom. Regis filijque eius congregati, cum has Cliuij petitiones maturo consilio examinaissent, ac probè ponderassent, magnis inducti rationibus, amplectendas non duxere: itaque re infecta disceditur. Vt verò Belgarum Ordines publicè ac priuatim omnem actæ rei feriem ac veritatem cognoscerent, Cliuius libellum non exiguum in vulgus edit, rationes sui instituti continentem, cum narratione causarū, quæ se ad suscipiendū, auxilio Flandrorum ac Brabantinorum, contra Rom. Regē bellum iuste (vt volebat) induxissent, & adhuc perseuerare in eo cogere. Circa finē Mensis Decembris Nicolaus Pynsius, vulgus Corium cognominabat, Kenemerlandij apud Hollandos vicinarumque Ditionum in Aquilonē vergentiū Quæstor, Hagā Comitibus ab Egmōdio Hollandiæ Præfecto vocatur, vt præsentibus Ordinibus impensarum acceptorumque Præfectis rationes redderet, pecuniamque numeraret quam dudum Kenemerlandij, eorumque vicini, ex promisso debebant. Respondet, Harlemenenses negasse solutionem, eorumque exemplum sequi vicina Oppida. Quo audito, Diploma ei à Senatu Hollandiæ consensu Egmōdij traditur, vt venditione bonorum contumacibus solutionem extorqueat. Re à Kenemerlandijs intellecta, rustici primū, deinde & Oppidani, cateruatim coniurant, obulum vnum se soluturos negantes; interfecissentque exactores mandati Senatus Hollandiæ, nisi actutum fugam cepissent. Ipse Pynsius Almaria, proprijs in ædibus, à tribus infimæ sortis nebulonibus fuisse mactatus, nisi nocte per posticam tenebrarum beneficio effugisset, migrans cum vxore, liberis, ac fortunis Hagam Comitibus. Ijdem ficarij cum Almaria multos ex infima plebe sibi iunxissent, ades opulentum intrantes, se more militum prædicatorum nutriri ac tractari iubēt; adeo vt ditiores ciues omnes, quique partes Romanorum Regis ac Archiducis tenebant, ex Oppido migrare cogentur, nisi indignis modis à

1492. nebulonibus haberi ac planè deuorari mallent. Conueniunt hanc obrem Harlemi Legati omnium Kenemerlandiæ Oppidorum, quam alio nomine Hollandiam Septentrionalem, ac Frisiam Occidentale, appellant. Suadet Harlementium Syndicus, Legatos Hagâ Comitum ad Gubernatorem Egmondium mittant, quo, seditione oppressa, auctores puniri possint. Erant autem hi, Anthonius Guilielmi, Scolterus Bergarum apud Harlemios Dirionis Brederodicæ; Guilielmus Brederodius, non ex hac familia natus nec ortus, textor enim erat panni linei; ac Franciscus Ioannis. Interea dictus Anthonius cum mediocri seditionis manu Harlemum venit, ascendit in domum publicâ, congregatum alloquitur (nullo honoris exhibito signo) Magistratum, dicitque se ac suos arma cepisse publici boni ac commodi causa. Proinde acceptorum impensarumque rationem se cupere à Nicolao Pynsio, eiusque consortibus, qui populum deglutire ac deuorare essent soliti, petebatque cum armata manu intromitti. Recusant Urbis Rectores, eumque, ac qui ei adhærebant, seditiosos ac rebelles appellant. Reddit Anthonius, se clauis habere, quibus portas referat, si introitû negassent. Discedens Almaria, fauore plebis intromittitur. Statuunt exinde Legati singularû Ciuitatum Hagâ Comitum, ad Gubernatorem, Harlemy octo Legatos mittant, Hornani quatuor, tantundem cæteræ Ciuitates, Pagi maiores singuli binos. Veniunt vnâ die circa noctem Hagam Comitum, communicantque cum Pynsio, cæterisque exulibus. Summo mane ad Gubernatorem ac Senatus Præsidentem eunt, auxiliumque contra rebelles, antequam seditio latius serpat, postulant. Sed cum per octo dies expectantes nil impetrassent, domum reuertuntur. Tum e voluntate Gubernatoris, Senatus Hollandiæ, ac Ordinum decernitur, quicquid tres dicti nebulones, eorumque socij, in hunc usque diem perpetrassent, obliuioni traderetur, nil è promissa dudum pecunia soluerent, nec noua ob bellum Sluzanum tributa imperarentur; quodque Harlemites causa postremi belli Montvootiani debebant, remitteretur. Quo intellecto, positis rebelles armis domum discedunt; quique Harlemo, Almaria, aliisque locis fugerant, ad propria reuertuntur. Anthonius Guilielmi, seditionis Dux, Bergas ad munus Scolteri redit. Solus Nicolaus Pynsius Hagâ Comitum manet, populo semel ad rebellionem animis consternato, ac inclinato, ergaque se malè affecto, non fidens. Post aliquot septimanas Egmondus, consilio Senatus Ordinumque Hollandiæ, rebelles puniturus, ducentos conscribit pedites, Almariamque contendit, iter per Oceani æstuaria instituens. Cum ad Pagum Castrumque suum Egmondâ prope Almaria situm peruenisset, accedunt eum Legati Almariani, ac vicinarû Ciuitatum. Decernitur hora quinta pomeridiana cum militibus Almariam intret, curaturos

1492. raturus ut portæ pateant. Hæc fortè audit sacerdos, è seditionis numero vnus. Percribit statim seditionis Ducibus. Illi euestigio Almariam peruolant, atque rem omnem (mendacia non exigua addentes) plebi detegunt: quæ ad arma animis cõsternata, Duces cum armatis rusticis in Ciuitatem accipit. Certior Egmondus detectam rebellibus mentem suam, eosque circiter mille viros in armis habere, Egmondâ reuersus, indeque Hagam Comitum, ab Alberto Saxone auxilia petit. Seditiosi tributorum dimissionem simulatè cõcessam fuisse hoc facto iudicantes, magno suorum numero aucti Harlemum contendunt. Habebant militaribus in signis Diui alicuius imaginem depictam, ac ad huius pedes panem filigineum vilissimum, cum frusto casei viridi coloris, genti illi peculiari ac familiaris, eò se redactos inopiæ significare volentes, ut hoc contenti cibo victitare cogerentur; nec alium in mantricis commearum ferebant, unde in hodiernum usque diem apud Hollandos infamis hæc militia nomen habet, dicta, *T' casenbroots spel*, quasi dicas, iustus casei ac panis. Iusserant rebelles per vniuersam Kenemerlandiam nunciari, qui auxiliarem non misisset militem, eorû se Oppida ac agros flamma ferroque vastaturos. Magno igitur hominum coacto numero, ac Almaria de iusto præsidio prouisa, Harlemum rectâ contendunt, auxiliisque Beueruicani, ac Velleorum copijs in itinere aucti, ad Crucis portam Harlemi accedentes, horribilem extollunt vocem. Quærent ciues quid velint. Perunt admitti, nisi expugnari malint. Adest interea Urbis Scolterus, nomine Nicolaus Ruuius, etiam perens quid velint. Idem illi responderetur. Reddit Urbem tot armatis non patere: iamque abitum seditiosi parabant, quum, properante ad Magistratum Scoltero, ciues aliquot, nouarum rerum cupidi, manendi eis signû faciunt. Parent, nemineque obsistente, malleis aliisque instrumentis seras obicesque portarum moliantur, ingressique Urbem, captâ alta voce conclamant, ad publicâ ædem contendunt, valuasque oclusas effringunt. Interficiunt Scolterum, ac cum fratre elapsi anni Consulem, duosque Scabinos. Dum horum caduera spoliât, ac marsupia scrutantur, cæteri Urbis Rectores fugiunt. Tum ædem prætoriam diripiunt, tabulas publicas ac priuatas discerpunt. Eadem ratione in publici Quæstoris, Consulis, aliquorûque aliorum ciuium ædibus insaniunt; iussisque afferri portarû Urbis clauibus, Harlemû noui Imperij caput cõstituunt: tum ad circumiacentia Oppida Pagosque mittunt, ad constitutum diem cum certo militum numero Harlemum cõueniant. Sperabât & Leida se plebis auxilio facile admissos iri. Nec falsi opinione fuissent, nisi Egmondus subitaria manu coacta, armatisque domesticis ac Senatus Hollandiæ publicis ministri. omnibus, prior Leidam peruenisset, suassissetque Magistratui, infimæ sortis hominibus singulis diebus tres grossos Flan-

1492. dricos (quod eo tēpore iustum domi erat militare stipendium) numerarent, donec à se vocatus venisset miles: qui post paucos dies, numero ducēti, probè armati aduenere, ex quo tēpore plebi nil amplius fuit numeratum. Paulo post circiter sex millia rebellium hora 10. ante meridiem Harlemo profecta Leidā contendunt, ac circa octē Nortwici, altero Leida milliari, castra faciunt, posteroque die ante meridiem ad portā Rhenanā se ostendentes, in suburbijis castra locant; erectaque ex arboribus munitione, caepetribus tormentis Leidanos vexāt, portaque excindere se velle simulāt. Quum neminē pro se intus moueri viderēt, ad oppugnationē conuersi, aliquandiu strēnuè depugnant. Tandem à Leidanis vi depulsi, nō paucos desiderauere, multi saucij discessere; orataque diffensione, hi discedere, illi ad oppugnationem redire volebant. Leidani seditiosos remittere animos sentiētes, accepta potestate, equites peditesque aliquot erumpunt, obuios malè armatos, ac custodias imperitè dispositas obruncāt, ingremque è successu tollentes clamorē, hostes formidine captos perturbāt. Egmōdius occasione intentus, cū cæteris præsidarijs ac maxima ciuiū parte auxilio exit, rebellesque, in ita pugna, diuersis locis aggreditur. Resistunt primò acriter: sed renouate aliquoties Egmōdio cum equitibus imperū, tandē vndique in fugā agūtur; desertisque impedimentis, ac de vita tātum solliciti, varijs itineribus Harlemū cōtendunt. Insequuntur fugientes Leidani, idē faciūt in itinere rustici fideles: multi cadunt ac vulnerātur, plures Leidā captiui perducuntur. Harlemēses cū vno tantū militari signomedia nocte domū reuertuntur. Rustici ad sua singuli, abiectis armis, dilabuntur. Alcmariani omnia signa militaria perdidere. Harlemēses ab equitibus Egmōdij se cladē accepisse censentes, ciuem cum literis, Urbis sigillo munitis, in Geldriā mittunt, vt equites mille ducētos cōducant. Sed quòd cum exigua pecunię aduenisset summa, parū literis proficit. Carolus tamen Geldriæ Dux potestatem eis conscribendorum equitū fecit: cuius sponsione moti aliquot Praefecti, equitem parant. Cumque maior pars Traiectum ad Rhenū venisset, vbi vnus se mensis stipendium accepturos crediderant, frustrati opinione, in Geldriam reuertuntur. Legatus Harlemensis, cæteris dilabentibus, magnis promissis efficit, vt ducenti Harlemū proficiscerentur. Interea Egmōdius militem conscribens, Saxonem, qui tunc Gorinchemi in Hollandia erat, de rebus omnibus facit certiozem. Is statim cum parte exercitus Leidam venit, indeque Guilhelmū Oberstainium, Lodovicum VVangiū, ac Praefectum rerum capitalium Senatus Hollandiæ, cum quinquaginta equitibus, ac bis mille ducentis peditibus, inter quos quadringenti erant Belge contra rebelles mittit: qui Nortwicum profecti, secundū Oceani littus iter facientes, Zantfortū venere, Tēplumque, quod rebelles munierāt, expugnauere,

1492. gnauere, captis viginti sex rebellibus. Inde pars Germanorū Harlemū profecta, magnā maioris pecoris copia abegere. Harlemij, aduētū Germanorū cognito, Velsæ Scolteto scribūt, suis omnibus armatis Beuerwicū proficiscatur, capitis bonorumque pœnam, ni paruisset, adiungētes. Munierant se Beuerwicani insigniter; acceptisque, Velsæanorum sexcentis armatis peditibus, expectabāt donec Harlemensiu cæterorumque confederatorū aduenissent auxilia, tum iūctis viribus cum Oberstainio conflicturi. Id ipsum is veritus, ad Oppidū castra locat, conditionibusque VVicanorū, qui sunt ad mare, introuidi cupit. Feroci ac inimico accepto responso, dat Germanis signū inuasionis. Rolādum Halewini Domini filium nothum, ac Ioannem Machefanum, Equites creat. Irrumpunt hi, sequuntur cæteri: sed operum magnitudine repulsi, resumptis animis, rebusque necessarijs, redeunt. Octo Germani domum Vallo proximam occupantes, indeque in viciniam peruadentes, cum nullus sequeretur, ad vnum interficiuntur. Interea diuersis in ædibus idem fiebat. Conuolat alij milites ad dictam domum, obruunt propugnatores, indeque breui momento Oppidum capiunt. Incolæ ferè omnes cum Vellicanis caduntur, aut aquis merguntur, pauci capiuntur. Seditiosi certiores facti Saxonem Hagæ Comitum militem cogere, Oberstainium expugnatorem munitionum suarum appropinquare, diuersis agebantur opinionibus. Hic pacem suadebat, ille bellum volebat; hic Geldros mercede conuoci iubebat, ille Hollandum militem quærebat: rem pecuniariam nemo serio expediebat. Tandem pacis aures obrinuere, vt pro impetrandis inducijs Hagam Comitum Praefectus Franciscanorum Harlemensium proficisceretur: qui cum aliquot dierum inducias impetrasset, Legatos ad Saxonem pro pace mittunt. Hoc rerum statu nunciatur Alcmariā in auxilium rebellibus venire quingentos pedites instructissimos, confedisseque eos prope Hemskerckam, ac è proximis Oppidis Pagisque maiores expectare copias, vt primo quoque tempore cum Germanis confligant. Proficiscuntur eis Harlemo in auxilium sexcenti pedites; tandemque in vnum coactis omnibus auxilijs, supra tria peditum millia probè armata recensuere. Germani, Duce Oberstainio, eis obuiam eunt, Hemskerckaque propinqui aciem instruunt. Idem faciunt rebelles. Concurrunt animosè, ac diu victoria anceps fuit. Sed tandem cæsis pertinacioribus, tyrones rustici, veteranis Germanis virtute, astu, ac pugnandi constantia impares, solutis ordinibus in fugam se conijciunt. Periere è rebellibus circiter quingenti, pauci capti, pars maior inopia equitum effugit. Duo Frisonum millia nauibus aduecta, cum è propinquo aggere sociorum cladem conspexissent, consensu nauibus domum renauigant. Exinde Germani ad spolia conuersi, mortuos exuunt, impedimenta diripiunt,

1492. Incolas pecunia se redimere cogunt, tandemque aperte in amicos hostilem quoque animum detegunt. Spoliant enim ac pecuniam extorquunt Iodoco VVamenæo, Alberto Egmondio, ac Viduæ Reneri Brederodij. Harlemij, intellecta suorum clade, spem nullam amplius in armis ponentes, Legatis suis, qui Hagæ Comitum apud Saxonem pro pace saggebant, scribunt, ne sine ea domum reuertantur, sed quoquo modo quam honestissimam impetrent. Eos qui ad equites conducendos in Geldriam cum pecunia erant missi, domum reuocant, aurumque inter se diuidunt. Pax ea ratione impetratur, vt innocentibus gratia fieret, nocentes Saxonis arbitrio punirentur. Soluerent coniurati pro belli impensis ducenta quinquaginta millia florenorum, singulo viginti quatuor stufis Brabanticis æstimato. Pace subsignata, Saxo cum Belgarum ac Germanorum Proceribus Harlemum intrat, statimque ceruicem abscindi iubet tribus rebellium Præfectis, ac inter hos Guilihelmo Brederodio ad Leidam capto: capita stipiti, trunca corpora rotis imponuntur. Exinde iussu Saxonis Senatus Hollandiæ Harlemum proficiscitur, eodemque Legati Alcmariani vicinorumque veniunt, quorum causa diu in Concilio agitata, tandem in certam condemnantur multam, quam ijs essent solituri, qui vim ac iniuriam Principis causa pertulerant, inter quos cum præcipuus fuisset Nicolaus Pynsius, factum est, vt in hodiernum vsque diem eius successores exiguam, sed nulla pecunia redimibilem, ijs in locis pecuniæ summam singulis annis recipiant. Tum Saxo cum filio Georgio, Ioanne Immerfello, Consule Antwerpiano, ad Harlemensium vadit Prætorium. In foro stabant viginti sex viri, partim Alcmariani, partim eorum vicini, nigro panno vestiti, capite ac pedibus nudi, qui, viso Saxone, in genua procumbunt. Aduocatus Harlemensis (plerique Græcè Syndicum vocant, vulgò barbarè Pensionarium) pro Harlemijs ac Alcmarianis, Ioannes Tattinius (quum prius rebelles aliquandiu officij admonuisset) pro cæteris Oppidis ac Pagis submissè gratiam petit. Tum Saxo alta voce ita profatur: Omnia vobis sunt condonata, nolite amplius insanire. Alcmariani cum vicinis dono Saxoni dedere decem millia florenorum: vniuersaque adeò Hollandia ac Zelandia hoc anno à Saxone auro ferè est exhausta; quod ille non in rem propriam, sed in stipendia militum Rom. Regi apud Belgas merentium conuertit. Nil enim huic Duci, ob insignem in bello fortitudinem, felicitatem, liberalitatem, magnificentiam, ac iusticiam, negare audebant. Trémebant ad eius nomen hostes, armaque nil in vanum tétantia horrebant. Harlemij multam suam pecuniariam spatio trium dierum persoluere, ad publicam ædem perferentes mundum omnem muliebrem, torques annulosque aureos, & pocula argentea: quibus militi Germano stipendia sunt persoluta. Hinc Saxo

Saxo Alcmariam proficiscitur, inde Medenblicum, Hornam, cæteraque; 1492. in Oppida, vbique Magistratum renouans, ac Oppidorum statum constituens. Recipit Einchusa literas à Beueræ Domino, maris apud Belgas Præfecto, significans se Slusam cum armata classe profecturum, quum eodem terra exercitum duxisset. Harlemi Saxone agere, nunciatur militem Germanum, qui pecuniam prædamque suam alea perdidit, in Templum venisse, Deo impijs verbis iniuriam fecisse, tandemque, euaginata pugione, Crucifixi Iesu Christi imaginem bis acie impetijisse. Captum capite plecti, idque stipiti impositum portæ imponi, cadauer in quatuor partes sectum, varijs locis furcis impositum, ad exemplum suspendi iubet. Iusta certè, grauis, ac vero Imperatore digna vindicta, qui hoc factò à solo Deo victorias proficisci docebat. Punito Gandauio Ioanne Coppenollo, eiusque socijs, paceque Hollandis restituta, rebelles Flandri, non minùs fideles, bello defatigati, vnanimi consensu Mechliniam ad Archiducem Philippum, ac Albertum Saxonem, (qui non ita pridem eò appulerat) pro pace Legatos mittunt: quæ, instantibus Iulij Calendis, his tandem legibus est data, vocataque Pax Casantiana. Gandenses Rom. Regem Tutorem filij sui Philippi, bonorumque eius omnium, agnoscunt, regereque filium pro arbitrio sinunt. Archiducem Philippum verum legitimumque Flandriæ Comitem recipiunt, ei que obedientiam ac reuerentiam è rationis æquitatisque præscripto deferunt. Pro belli huius impensis septuaginta octo millia florenorum soluunt, è quibus viginti quinque millia primo mensè numerant. Cæteras portiones spatio duorum annorum, æquis interuallis, pensionibus quatuor pendunt. Archiduci Philippo viginti quinque millia florenorum, pro remissa grauiore multa persoluunt. Vsuras redituum quas Gandauum publicis locis priuatique hominibus debet, ex eo tempore quo pax Turonensis fuit publicata, numero. Pœnam mediocrem in Oppido Hulstano, quam Archidux iubebit, concessa fide publica luunt. Urbis priuilegia ex Archiducis arbitrio moderantur. Publicata pace, Archiducis Legatus nouum Magistratum, nulla personarum ratione habita, legito, dein more solito renouato. Præfecti operarum à Magistratu leguntur ac constituuntur, Tribu textorum excepta; his Comes Præfectum dato. Urbis Magistratus, rebus ad Comitum ministros spectantibus, non se misceto, ac ab eorum sententia ad Comitum Senatum prouocatio esto. Alba capitia, viride tentorium, similiaque rebellium inuenta, deponito. Balliuus ac Magistratus, ad sui quisquam custodiam, duodecim satellites legito. Neminem in ius Gandauum vocato præter ciues, ac vereri Urbis Castellania subditos. Comiti restituere Flandriam exulibus ius esto, Urbique Gandensi minimè. Quod ad valoris monetæ restitutionem attinet,

1492. attinet, ea in re vicinos imitantor. His stricte seruatis legibus, omnia
 » antea acta absolute condonantor: quisque ad sua redito, contentus con-
 » ditione qua ea reperiet. Confirmat Archidux pacem Turonensem.
 » Exules domum redeuntes, in hanc pacem, praesente Balliuo, iuranto.
 Hæc acta transactaque ac sigillis sunt munita Hulli, mense Augusto,
 praesente Alberto Saxone, Adolfo Nassauio, Eingelberto Nassauio, Phi-
 lippo Nassauio, Philippo Burgundo, Comite Rineckio, VValhaino,
 Molenbasio, Melunio, Fresnoio, Hauthemio Brabantiae Cancellario,
 Paulo Baenstio, Flandriae Praeside, multisque alijs. Exinde Archidux,
 ei que a consilio Proceres, considerantes Philippum Cliuium, munitione
 Slusana ac Francorum confidentem foedere, honestissimas reijcere
 pacis condiciones, constituunt Slusam, eiusque munitiones, armis in
 potestatem redigere. Ex hoc enim Cliuius Oppido, ab eo tempore quo
 primum Gandavi pro Rom. Rege obses factus est, vsque in hunc an-
 num, tantum damni incommodique Zelandiae ac Hollandiae Insulis
 Portubusque nocte dieque actuarijs nauibus discurrendo latrocinan-
 doque intulit, vt vix Lector ea quae quinquennio contingere, scribenti
 crederet. Brugeses enim ac Slusani, opibus ac mercatura eo tempo-
 re florentes, re nautica vicinos omnes facile superabant, inprimis Ze-
 landos Hollandosque nauium multitudine nauigandique audacia pre-
 cedebant. Rarò enim hoc tempore Hollandi ac Zelandi in Hispaniam,
 sed hi, quemadmodum & Itali ad eos, praecipueque Brugas, indies ve-
 niebant. Hollandi verò vltra Angliam Scotiamque tentare ad Occi-
 dentem & Septentrionem maria ausi nondum fuerant, nec tam auda-
 ceter Amsterdamij, Einchusij, eorumque vicini (intestinis tantum sed-
 ditionibus, isque còtinuis, dediti, ac proinde Frisiae Saxoniaeque tan-
 tum maritima legere assueti) ad Orientem vela còuerterant, Cimbri-
 cam Chersonesum, Dacos, Gothos, Suecos, Islandos, Nortwegios,
 Prutenos, Moschos, ex auditu tantum nouerant, halecum capturam
 planè ignorabant, maiores asellos (*cabbelian* vocant) in proprium
 tantum vsum leuiter saliebant, aut aère ventoque siccabant, qui nunc
 hyeme capti, saleque conditi, per vniuersam Europam distribuuntur.
 Munitissimae nunc Hollandiae ac Zelandiae Ciuitates, Oppidula tan-
 tum erant piscatorum, ac obscuriorum aliquot mercatorum recepta-
 cula. Vlissinga muris, vallo, fossa carebat. Middelburgi infrequens
 erat mercatus. Armudam, eorumque Portum, piscatores tantum fre-
 quentabant. Campvera, nunc Tervera, paulo antè à Proceribus Bor-
 selijs condita & clausa fuerat. Ziriczea ac Rommerswala in pretio
 ob vetustatem, Scaldisq; propinquitatem, erant, (qui tum limites suos
 ruptis aggeribus nondum excefferat) Belgicaque tantum mercatura
 contentae visebantur. Amsterdamum, Einchusa, ac Horna, non ad-
 modum

modum vetustae Ciuitates, piscatores complures, mercatores paucos 1492.
 ac ignobiles alebant, ob continua dissidia magis bello quam mer-
 curaturae assuetae. Constat Amsterdamios, non nihil emergere inci-
 pientes, Romanorum Regem Maxemilianum rogasse, muro Ciuitatem
 cingere liceret lateritio: eumque respondisse, non esse quòd quicquam
 vererentur, praeter intestina bella, quibus Hollandos dudum potius,
 quam vera quiete, delectari videbat. His sublaris, serico filo Ciuitatem
 circumdarent, non se agnoscere hominem qui eum esset rupturus. Tan-
 dem cum mercatura planè Brugis ac Sluza Bergas ad Scaldim, indeq;
 Antwerpiam migrasset, nauticam quoque artem vicinis omnibus con-
 cessere. Hoc tamen Flandri ad laudem seruauere, quòd isdem tempori-
 bus halecum cum Hollandis ac Zelandis reperta piscatura, apud
 Ostendam primum eorum salendorum, ac vasis condiendorum, ratio
 sit reperta. Deinde vno eodemque tempore Belgarum maritimae Ciui-
 tates omnes nouis nouaeque formae aedificariis nauibus maria omnia
 percurrere, Portus omnes tentauere, incognitas regiones adiere, com-
 municatisque mercibus, opes adeò ingentes cumulauere, vt ipsimet eas
 ferre nequirent, sed, ad veterem vomitum intestinalium reuersi seditionum,
 exteris diripiendas praebere. Dum enim nouas variasque ab ex-
 teris acceptas religionis species superciliosè imperiteque examinant,
 ac alteri sibi placentem persuadere conatur, ingenti orta dissen-
 sione, superstitionum Propolis animos ac fortunas praedae exposuere.
 Mirum certè est, circa idem serè tempus Hispanos ad Orientem, Me-
 ridiem, ac Occidentem, Belgas ad Septentrionem, Orientem, ac Occi-
 dentem, diuersas terrae plagas, noua incognitaque maria ingressos, no-
 uos Portus, Insulas, Ditiones, ac populos reperisse, Hispaniamque im-
 mensis opibus repleuisse; Belgas verò ab ijs acceptas merces, ingenti
 quaestu ac commodo, per vniuersam Europam distribuisse. Et quaequam
 Angli & Franci, inuidia tacti, hi Belgis, illi Hispanis, tantorum prouen-
 tum accessum subinde eripere sint conati, nil tamen in hunc vsque
 diem efficere potuere, quam vt subinde accepta clade mœsti discerent,
 diuinæ voluntatis nutu hunc regi mundum, conuersiones eius admi-
 rabiles dirigi, Regna erigi, stabiliri, ac euerti, Monarchiam semper vnā
 constitui, quae nouatores ac turbulentos in Ordine cogeret, religionem
 vnā solidamque ac leges conseruaret. Idem euenit Turcis ac Aegyptijs,
 Orientalem nauigationem Lusitanis prohibere ac eripere conanti-
 bus. De Castellanos nauigationibus paulo post latius scribemus.
 Belgarum adeò hodie sunt tritae ac communes, vt eas pueri ac mulieres
 suscipiant, mariaque non plus quam continentem vereantur. Interro-
 gati, quomodo naues intrant, an de naufragio sint solliciti, & ante ali-
 quando à fluctibus ac marinis belluis absorbentur vorenturque ri-
 meant;

1492. meant; vicissim nos rogant, an ne cubitum supra leues plumas ituri ve-
reamur ne aliquando animulam in molli lectulo efflemus. Admirabilia
sunt certè Dei iudicia, ac pertinaci superboque scrutatori planè inuesti-
gabilia. Sciunt enim qui liberalibus se Disciplinis exercuere, Orientis
ac Meridionales populos, arte nautica reperta, nauibusque diuersi ge-
neris primum ædificatis, Insulas complures nobilissimasque reperisse,
ac pro parte habitabiles adductis colonis fecisse, continentem Asiæ, Afri-
cæ, ac Europæ aperuisse, ingentia flumina audacter nauigasse, sinus in-
trasse, freta magno animo transisse, Isthmos vorticosos non sine sum-
mis periculis circumnauigasse, Peninsulas ac Chersonesos admirabi-
les illustrasse, atqui hæc in maritantum mediterraneo, qui que in hoc
varijs nominibus influunt sinus, amnes, ac paludes. Quanta hominum
fama Hercules Græcus primus fretum Gaditanum transtijt? Iulius Cæ-
sar ex Iccio apud Morinos Portu, traiecto fretu, in Britanniam nauiga-
uit! Sed quinam Phœnices, Græci, Carthaginenses, Romani, Hercules,
aut Cæsares, ante patrum nostrorum memoriam, Oceanum Septen-
trionalem ac Occidentalem tentare semel sunt ausi? Quis eorū, emen-
sa Cimbrica Chersoneso, de mari glaciali ac Ichthyophagis verè cogi-
tauit? Quis Syrtes, Scyllas, Charybdes in Septentrione extare vnquam
credidisset, quæ has maris mediterranei voragines facilè absorberent,
nec à multis miliaribus appropinquari se sinerent? ita vt non inani nec
vana coniectura hæc terrarum globum à Deo perforatum nonnulli opi-
nentur, quòd tam immensa aquarum vis nocte dieque, sine vlla inter-
missione, violentissimè absorpta, necessariò in alium fluat locum, ac
in immensi alicuius pelagi latitudinem vi astrorum sese diffundat, li-
mitibusque certis se contineat: quanquam sint, qui non perforatum à
Deo terræ globum, sed immensis ambiguisque hiatuum anfractibus
peruium, vastissimam illam aquarum colluuiem per innumeros fontes
reijcere, fluminibus aquas perennes suppeditare, in paludibus ac vligi-
nosis locis stagnare, Oceanoque nunquam deficientem liquorem per
ingentes naturæ tubos amplissimaque ora præbere existiment. Vbi
nunc est Liber Bacchusque pater, ac Alexâder ille Macedo, dictus Ma-
gnus? qui, peragrata India Asiatica, maris eius littora tantum à longè
salutarunt, ingredi superba nauiausi non fuerunt. Hæc verò nunc Lu-
sitanis, adito circumnauigatoque pyramidalis Africæ extremo promō-
torio, cōspectis inuisisque Lunæ montibus repertis, Nili fontibus quo-
tidiana nauigatione sunt trita. Fabulosi (viris etiam olim magnis)
Antipodes, peragrata hodie aliquot gradibus Aequinoctiali linea, nunc
cum nouo cœlo, nouisque astris, sunt notissimi. Mense enim A-
prili, Maio, Iunio, Iulio, ac Augusto, sterilefcunt ibi agri, congelant
flumina ac paludes, sæuit turbine veporum, niue, ac grandine aër.

Mense

Mense Octobri, Nouembri, Decembri, Ianuario, ac Februario, terra 1492.
rerum omnium fertilissima humana necessitati ac luxui necessaria ibi
ministrat: Solis eos virtus fouet, flumina ac paludes nauigantur, aër,
datis inducijs, sæuire desinens, terram fœcundat. Quæ hac rerum natu-
ræ conuersio, vt ab Oriente ac Meridie ad Occidentè Septentrionemque,
Imperij Monarchia transmitteretur? Disce hinc, amice Lector, admi-
rabilem Dei in omnibus rebus administrâdis prouidentiam, potètiã,
ac sapientiam, tolera æquo ac constanti animo leges quas in hisce re-
rum mutationibus tibi pro tua parte ferendas imponit, ac, vt decet, eū
cōstanti iusticia, innocentia, temperantiaque reuerere ac cole. Sed iam,
vnde digressi sumus, reuertamur. Decreto contra Cliuium ac Sluzam
bello, terrestri exercitui Albertus Saxo, classi Philippus Burgundus,
Terveræ ac Beueræ Dominus, præficitur. Hic naues vndique colligit ac
armat, Portumque Sluzanum occupat: iste, veteranis Germanis ad si-
gna conuocatis, nouum in super cōscribit militem. Cliuius se vnū apud
Belgas restare Romanorum Regi, cæteris perduellibus domicis, vidēs,
verus præsidium nouo milite supplet, ac è Danis fortem manum cōscri-
bit, de comœtu omnis generis sibi prouider, tormèta, quæque eò spe-
ctant, comparat. Habebat Sluzæ vxorem cum vniuersa familia: ea au-
tem erat Francisca filia natu minor Petri Lutzenburgij, Comitissæ Fani
D. Pauli. Beuerus cum Georgio Saxone, Alberti filio, in Portum Slu-
zanum è Zelandia quadraginta tres adducit naues militariter instru-
ctas. Triginta onerariæ erant minores, Hollâdi, *Hew*, vocant, suauiter
enūciata diphthongo, vt Franci hodie, *Pen*, id est, parum, efferunt.
Tredècim onerariæ erant maiores, quas, *Hule*, vocât, tum primū ædifi-
cari ceptæ, hodie propter amplitudinem ferè in diffuetudinem abiere.
His tria millia pugnatorum tormentaque maiora vehebantur, iactisq;
in portu anchoris, ne quis intraret aut exiret, prohibebât. Cliuius edu-
ctis septingētis peditibus, ac triginta equitibus, tribusque tormentis
maioribus, classem indefinèter oppugnat. Illa eius militem suis impetit
tormentis; nullaque re memorabili gesta, Sluzam reuertitur. Mense
Maio eodem appellunt viginti dux naues optimè armatæ, ab Angliæ
Rege Archiduci in auxilium missæ, in quibus vehebantur veterani pe-
dites, bene armati, bis mille, quingenti; pauloque post adueniunt aliæ
quatuor Saxonis iussu ab Hollâdis armatæ, quæ ducentos aduehebant
pedites. Adest interea cum exercitu Saxo, ac terra Sluzam premere in-
cipit. Exeunt Oppido cætum præsidiarij, ac cum sexcentis partim Ger-
manis, partim Anglis, prælio cōgressi, æquo Marte discessere. Tum ad
Saxonis castra venit Adolfus Cliuius, Philippi Cliuij pater, admodū
senex, per Legatum castrensẽm à filio petens, accepta fide publica Slu-
zam sibi intrare liceret. Negat filius patri, magna omnium admiratione.

Habebat

1492. Habebat Cliuius Sluzæ militem nomine Sironem. Is se Belgicâ Anglicamque classem incensurum promittit, si potestas fiat. Consentit Cliuius. Iubet confici Siro catenas ferreas tres, ac totidem vimineas crateres, additque vasa lignea stupa piceque repleta, quæ ad proximam Insulam deuehi curat. Media nocte, recedente maris astu, Siro spe timoreque anxius, citius, quam decebat, crates ac dolia incêdit: quæ cum ob siccitatem ariditatemque materiæ prius ab igne consumerentur, quam ad classem peruenire possent, inanem effecere conatum, summo-pere admiratibus Anglis ac Belgis quid hoc aquatile nocturnumq. sibi vellet incendium. Siron re infecta, à militibus derisus, Sluzam redijt. Saxo interea ad Portus ingressum munitiorem erigit, rebusque necessarijs communit, vnde Francorum naues auxilium Cliuio ferre conâtes tormentis repelleret. Postea stipatus ostingentis peditibus Sluzam cõtendit, Cliuianosque ad pugnam prouocat. Exeunt aliquot, certatur ab hora quarta pomeridiana ad nonam vespertinâ; paucisque vtrinque desideratis, æquo Marte disceditur. Inde Saxo exercitum promouet, castraque locat ad Fanum Annæ Termiæ. Erumpunt Sluzani, ac sex Germanos interficiunt. Post hæc castra vno Sluzam milliari locantur. Idibus Augusti ad Saxonem veniunt mille duceti Brugenſium pedites, cum aliquot tormētis, primoque die cōsidunt Lapscuri. Cōtra hos statim Sluzani erumpunt; cadunt ac vulnerantur vtrinque aliquot, tandemque recipere se Sluzani coguntur. Brugenſes castra sua communiunt. Tum Saxo dimidio Sluzam milliari castra transfert. Cliuius Sluzæ monetam cudi iusserat auream ac argenteam. Aurea ab vno latere Latinis verbis insculpta ferebat nomen ac titulum Archiducis Philippi, ab altero latere visebatur imago Cliuij, in cuius ambitu incusa hæc legebatur: Spes mea altissimus. Argentea ab vno latere habebat insignia Cliuij familiæ, ab altero latere visebatur similitudo Oppidi Sluzani, in ambitu insculpta ferens: Ab inimicis nostris libera nos Domine. Fortia interim facta complura hinc inde à veteranis, singulis diebus ex prouocatione certo numero pugnantibus, edebantur. Heluetius Cliuianus Germanum Austriacum, ob negatam quam sibi deberi dicebat, alter negabat, pecuniam, ad singulare certamen prouocat. Prodit Germanus cum hasta, gladio, ac pugione, Heluetius cum hellebarda, gladio, ac pugione. Primo congressu Germanus Heluetium non lethali vulnere hasta per imum trajicit ventrem; Heluetius hastam ventre gerens, cum hellebarda nil posset, pugione Germanum confodit, victorq; Sluzam magna omnium cum admiratione reuertit, ac è periculoso vulnere sanatur. Deinde ex prouocatione concurrunt Osterlingus Cliuianus, ac Germanus Austriacus. Victor Germanus Osterlingum, se dedentem, ad Saxonis castra perducit. Obscura nocte milites aliquot

Cliuiari

1492. Cliuiani, clam nauigio profecti, ad Anglicam perueniunt nauem: nauetas vincunt, tres opulentos mercatores capiunt, cum quatuordecim millibus florenorum. Mense Septembri Cliuius cum trecentis militibus, è minori descendens Arce, ad Germanorum accessit tormenta, è quibus tria, clavis ferreis in foramina, vbi ignem concipiunt, adactis, reddit inutilia; ac cum maiora moliretur, crudescente pugna est inhibitus; paucisque desideratis ac fauciatis, ad Arcem redijt. Periere è Germanis sexdecim, interque hos nobilis Anglus Praefectus. Aduhebat ad Saxonem Brugis pannus laneus ac lineus, militibus in vestimenta distribuendus: nunciatur Sluzanis, descendunt viginti nauiculam, rapiuntque vnam è Brugenſium nauibus, Sluzamque perducunt. Vndecimo Cal. Octobres Cliuio mors patris sui Adolphi nunciatur: vix mouetur. Excursiones ac minuta prœlia nullo die intermittebantur, semperque hinc inde aliquot cadebant & fauciabantur. Paulo post Sluzæ ignis fortuitus consumit omnem puluerem tormentarium, tanto cum fragore, vt multi captum Oppidum existimarent. Quare posthac Cliuius ad pacis mentionem (quem exinde Rauastainium, aut Rauastaini Dominum, appellabo, quod vnicus patris matrisque heres fuerit) aures præbere cœpit: nulla enim alia re quam puluere tormentario egebat. A longo enim tempore, de omnibus rebus necessarijs abunde sibi per otium prouiderat. Habebat præsidium mille quingentorum peditum veteranorum, ex omnibus nationibus lectorum, equitum ducentorum, pecuniæ ad soluenda stipendia satis. Saxo non habebat in vniuerso exercitu supra septem millia virorum. Sed & hi veterani erant, multis prœlijs exercitati ac indurati. Tandem Rauastainius ad Eingelbertum Nassauium Legatum mittit castrensem, petens sub fide publica ad colloquium sibi certo loco ac militum cum numero venire liceat. Conceditur, vbi ac cum quibus veller. Post varios conuentus ac colloquutiones Saxo pridie Cal. Octobres à sua parte, Rauastainius ab altera, bellum omnibus interdicit. Oritur vtrinque magna læticia, bibunt, ludunt, comedunt, ac rident inter se milites. Dehinc Castrum minus Saxoni, nomine Archiducis Philippi, Rauastainius in potestatem tradit: pauloque post Magistratus Sluzanus ad Saxonis castra accedens, assidente Rauastainio, in genua nudis capitibus cadentes, claves Oppidi ac maioris Castris Rauastainio offerunt; acceptaque Saxoni, nomine Archiducis Philippi, tradit. Saxo claves Rauastainio reddit, statimque Magistratus Sluzanus in nomen Archiducis adigitur. Hoc die cœnant cū Rauastainio minori in Arce Princeps Chimaus, (cuius in primis operâ ac diligentia sequentes pacis leges sunt conceptæ) Nassauij Comes, Cheurius, Tauteuillius, Salezarus minor, ac aliquot alij Nobiles, duobus Sluzæ diebus genio indulgentes. Postridie Ius

D d

Octobres

1492. Octobres Sluzæ pax publicatur. Obsideri cœperat decimotertio Cal. Iulij. Germani, motis ex agro Slufano castris, in Occidua proficiscuntur Flandriam: Brugenſes domum reuertuntur: Angli, concenſis nauibus, mari se committunt. Duodecimo Cal. Nouembres Rauastainius, valedicens Saxoni, Slufam reuertit: quatuor enim apud eum diebus magnificè & lautè fuerat exceptus. Saxo cum Proceribus Brugas proficiscitur, vbi tertio Idus Octobres has subſignant pacis conditiones.

» Philippus Cluius, Rauastaini Dominus, Alberto Saxoni nomine Rom. Regis, ac Archiducis Philippi, sacramentum dicito, eiſque omni loco, » semper, ac contra quos iuſſerit, fideliter operam se nauaturum promittito. Archidux ac Saxo curantote vt Rauastainius Imperiali proſcriptione liberetur; nec ferent, ea de re aliquis apud Belgas ei fit molestus. » Rauastainius in manus Saxonis Castrum maius, eiſque claues, dato, » iſque Rauastainio eas reddito: qui antea promittet Rom. Regi, proprio id ore à se petenti, aut Archiduci Philippo, cum ad annum ætatis decimum octauum peruenerit, se restitutum. Quod si ante decimum octauum annum Archidux è viuſ deceſſerit, Arcem proximo eius hæredi reddito: dictos verò Principes ad se Slufam venientes, cum comitatu quo eis placuerit, ac sine vlla conditione, intromittito. Eodem momento iurato, addita vitæ bonorumque pœna si seſellerit, se Principibus, nec Principi, terra nec aqua nociturum; nec se permiſſurum, vt eis, nec Regi Angliæ, eorumque ſubditis, aliqua ratione noceatur. Minus Castrum, cum Oppido Sluſa, statim in poteſtatem Saxonis conſtituito. » Anna penſio ſex millium florenorum Rauastainio reſtituitur. Libera » Rauastainius poſſeſſione omnium bonorum, tam quæ à patris quam » quæ à matris parte hæreditate ei acceſſere, vtitor, quemadmodum & » bonorum vxoris ſuæ, ſororiſque Vendomæ Comitſ, ac Pagorum Caſtellarumque Ditionis ac Oppidi Anghiani. Libera rerum ſuarum » poſſeſſione patriaque vtuntur, quicumque ab initio in hunc vſque diem » partes Rauastainij ſunt ſecuti. Milites Rauastainij alibi militantes, si » intra decimum quintum à publicata pace diem redierint, eius beneficio » vtuntur. Mors Adriani Villainij, Raſſingemij Domini, quod ad Principum ius attinet, abolita ac obliuioni tradita maneto, cognatis verò eius, ſpatio ſex menſium, si se tractabiles exhibuerint, ſatisfacito; ſi minus, liber ea ex parte, gratia Principum, qui authoritatem ſuam interponunt, eſto. Omnes qui hætenus ab vtraque parte bonis pulſi fuerunt, ad ſua redeunto, contenti conditione qua ea inuenient. Quicquid à Rauastainio belli tempore eſt acceptum impenſumque aut donatum, » ratum eſto. Quicquid Principes Rauastainio in hunc vſque diem debent, triginta millibus florenorum ſemel proximo à publicata pace » anno numeratis, perſolutum habeto: pro qua ſumma Brabantia, Flandria,

dria, Hollandia, ac Zelandia ſponto. Ciuium naues in Portu Slufano ſtantes, libera eis manento, modò contra Principes eorumque ſubditos non vtantur: exteræ intra decimum quintum diem diſcedunto, dicto ſacramento promittentes ſeſe nemini nocituros. Nulli Rauastainium, nec qui cum eo fecere, ob præterita detrimenta, calamitates, ac iniurias in ius vocare, nec ad reſtitutionem cogere, nec verbo lædere fas eſto, omnemque ea de cauſa actionem, qua à quoquam inſtitui poſſet, ſublata extinguunt. Qui velint, omnibus rebus incolu- mibus Sluſis manento: qui non, intra decimum quintum diem cum omnibus fortunis, quò libuerit, migranto. Sluſenſium vetera priuilegia ſarta tecta ſunt. Hæc ſubſignauere, ac ſigillis corroborauere, Albertus Saxo, Eingelbertus Naſſauij Comes, Chimai Princeps, Adolſus Naſſauius, Beurius, Cheurius, ac Merue Dominus. Dum Sluſa obſidetur, Francorum aliquot equites circa Francoſium in Hannonia prædantes, à Belgis, perdita præda, cæduntur. Idem ſit prope Bochainium. Excurrebant vna nocte Francorum aliquot pedites equiteſque, ac præſidiarij Belgæ qui erant Bochainij, Queſnoi, ac Duaci: alter de alterius proſeſione ignarus. Intempeſta nocte inuicem obuiam facti, hic, Viuat Francorum, ille, Burgûdionum Princeps, clamitat; tantoque animorum ardore in tenebris non denſis concurrunt, inque mutuam perniciem ruunt, vt vix Lector crederet, tanto inter ſe odio vicinos deſſagrarè potuiſſe, donec ſeſi tacitè inuicem inducias concederent, ac vnde venerant redirent. Pridie Nonas Nouembres, vt habent Atrebatenſium archiua, vt verò alij ſcribunt, Decembres, ciues aliquot Atrebatenſes, Burgûdicæ partis, Atrebatum, eieſtis Francis, Archiduci Philippo, legitimo Principi, hac ratione reſtituunt. Erat Atrebari camentarius quidam, cuius cor è D. Andrea ſanguineis compactum erat Crucibus. Hic ſæpius obſeruarat, Cardomij Dominum, Francorum Atrebari Præſectum, allatas ad ſe portarum claues non ſatis diligenter cuſtodire, ſed interdum eas ſamulis concedere: qui, multo negligentiores Præſecto, minorem curam adhibebant. Cogitat claues exiguo temporis momento ſuffuratas cera, argilla, aut calefacto in plumbo facile imitari ac exprimi poſſe, ſimileſque deinde conſici, vt aliquando ad intromittendos Belgas vſui eſſe poſſint. Aperit cogitationes ſuas quatuor ſui animi ſibi amiciffimis ciuibus. Data acceptaque vltro citroque fide, ſtatuunt per occasionem tentare fortunam. Vnus, qui Francis erat familiariffimus, negotium ſumit clauium exiguo tempore furto auferendum. Alter exprimendi in diuerſa materia earum ſimilitudinem curam ſuſcipit. Tertius promittebat proxima Belgarum præſidia, vetereſque ordinum ductores, ad ferendum in tempore auxilium, ſeſe excitaturum, ac, ne ab ea parte ſucceſſus impediretur, cura-

Dd 2 turum.

2492. turum. Dum in his toti sunt, cæmentarius auctor, ac perficiendi negotij artifex sagacissimus, in morbum incidit: cumque mortem instare sentiret, summo animi cum ardore socios inflammat, vt ingenti studio animoque ad rem perficiendam, legitimoque Principi hanc operam præstandam, tam publici boni quam patriæ liberandæ causâ incumbere, Deum et os adiutorem habituros vaticinatus, quod Urbem ex iniqui possessoris violenta potestate ciuibus iustoque Domino essent restituri, totque vetustas familias, indignè patria in Franciam abactas, domum summa cum laude reducturi. Deinde eis valedicens, Deo animam reddit. Ioannes Mairus (vulgò ob prouectam ætatem Grifardus dictus, quod Francogallica Belgicæque lingua canum sonat) claues furari debebat, quare paulatim notitiam contraxerat cum Franco, cui nomen erat Channius, quod eum sapius certas Urbis portas aperire ac claudere viderat. Confabulabatur cum eo familiariter, bibebant ac comedebant non rarò vna mensa. Discit longo vsu, quo cibi vini que genere Channius maximè delectaretur, iisque sapius hominem inuitatum (vna enim platea habitabant) exhilarat. Quum pomeridiano quodam tempore in Channij domo cum amicis largius potaret, circa vesperam perit Channius ab eo, qui sibi absidebat, portas Urbis suo nomine clauderet. Surgit statim Grifardus, nec se permissurum ait id ab alio quàm se fiat, statim ad comperationem reuersuro. Perplacet Channio Grifardi paratus ad officium animus, eique ob ætatem ac diurnam familiaritatem fidit. It, acceptis portarum clauibus, cum militibus Grifardus, clausisque portis, redit ad mensam. Quum hoc sapius ac fideliter Channij nomine fecisset, fidem nactus, nemineque sinistri aliquid de eo suspicâte, hoc anno ac die occlusa porta ad Channij mensam rediturus, in itinere ab amico hac de re conscio, ac coniurationis particeps, qui se semiebrium simulabat, poculumque manu vino plenum tenebat, intrò vt bibat, ac discedat, adigitur. Rogat Grifardus milites, præcedant, promittens sese statim, relicto homine importuno ac ebrio, sequuturum. Abeunt Franci milites. Introgreditur Grifardus, paratamque inueniens à multis iam diebus in hunc vsu ceram, argillam, ac plumbum, claues diuersis lamis rectissimè imprimi, ac ad Channium potantem reuersus, claues solito loco reponit. Expressiones conscio socio traduntur, qui certis fidiisque hominibus eas in proxima Belgarum Oppida imitandas mittit. Fit artificiosissimè, ac claues numero sexdecim, præcipuè Duaci, solertissimè fabricantur, secretis oque Atrebatum conscijs mittuntur, qui, clam facto experimento, vsui aptas reperiunt, easque, vt tæpori opportuno seruiant, loco arcano reponunt. Optimè verò congruebant claues quæ pro porta Haignerua erant factæ. Hæc toto anno non aperiēbatur, nisi quum

ligna

1492. ligna foco necessaria ac fœnum in Urbem esset conuehendum. Et quoniam vtrumque non nisi semel singulis fit annis, bis tantum in anno hæc porta aperiēbatur, vt tum vnusquisque sibi de rebus necessarijs prouideret, ideoque eò loci nunquã Franci timebant. Interea tertius, (pictor hic erat) qui promiserat se proxima excitaturum præsidia, rem totam aperuerat Roberto Melunio, Lodowico Vaudreio, Philippo Contaio, Forestij Domino, Alberti Saxonis Legato, ac aliquot alijs clarioribus Belgarum Burgundionumque Præfectis. Hi cæteros Proceres, quorum scire intererat, certiores faciunt. Omnibus negotium probatur, atque, vt ad effectum perduceretur, animos corporaque parabant. Grifardus, cui res admodum cordi erat, modum querit, qua ratione milites Belgæ nocte ad portam tutò accedere possent. Quumque sapius pro militibus absentibus, aut ægrotis, accepto pretio aut gratis excubaret, portasque (vt diximus) clauderet, potestatem nactus erat deambulandi in vallo, quod alij ciuium nemini licebat. Iuuabat negotium, quod eodem tempore nothus Cardonij Domini filius, Atrebatensium Subpræfectus, cum maxima præsidij parte ad Creueceurium esset profectus, quemadmodum & vicinorum Francicorum Oppidorum præsidiarum, Boloniam contra Heinricum septimum Anglorum Regem, cum iusto exercitu descensionem parantem, defensuri, reliqueratque Atrebatum Corqueleuantij Dominum, Legatum suum, cum exigua præsidij parte, ita vt acceleratione omnino opus esset: iam enim fama vagabatur, agi de pace inter Francos & Anglos. Statuunt igitur noctem diei Dominicæ, qui tum pridie Nonas Nouébres incidebat. Tesseræ ex Urbe Belgarum ductoribus datur cantilena Atrebatum eo tempore admodum trita, vulgaris, ac promiscua: *Quell' heure il est, il n'est pas heure: Quelli' heure il est, il n'est pas iour. Marchez la duron hault la duraine, Marchez la duron hault le dureau.* Hæc cantilante Grifardo, iter Belgæ placidè ac modestè faciebant, eo silente, stabant. Appropinquabat constitutus dies, erantque Atrebatum rei auctores in summa animi angustia: sed tandem, rem omnem Deo committentes, Diuam Virginè Mariam, cuius memoria Hallæ Hannoniæ Oppidulo magno pietatis cum affectu celebratur, sese nudis pedibus inuisuro vouent, oblaturisque ad rei feliciter peractæ recordationem è ferro ac cera laminas, breuiter actæ rei historiam continentes, egentibus verò sese certam pecuniæ summam elargituros, neque alia re victituros, donec votum post captam Urbem exoluissent, quàm pane & aqua, promittunt. Exploratori an aliquid hac de re in publicum emanasset, aut si suspicio aliqua subesset, duo è coniaratis in diuersas sapius ientatum eunt tabernas, vbi maximè conuenire solent nouarum rerum exploratores, garruli, nugiuendi, mendaces, loquacesque homines, qui nil in pectore, ore, nec

D d 3 labijs

1492. Iabijis retinere possunt. Quum nil suis de rebus audirent, nec coniectare possent, animis se confirmant. Inuenerat etiam coniurati ratione imitandarum clauium Templi diui Gaugerici, ubi turris est exigua, ac in hac cāpana, qua populus ad arma, aut alterius magnæ rei ob causam, in publicum conuocari erat solitus. Vespero hora nona vnus coniuratorum clam in turrim ascendit, ac ferream cāpanæ linguam adeo firmiter funibus alteri lateri astringit ac alligat, vt cum populum conuocare vellēt, sonum edere non posset. Pictor circa horam noctis vndecimā in stabulum quoddam portæ Haigueruæ proximum concedit, excepturus (si posset) nocturnam Francorum tesseram, quæ tum felici omine erat Diuus Georgius, vti & Grifardus eum admonuerat, ipse verò socios; è quibus tum duo in muris vigilabant, dum alij cum tribus Frâcis, cōiurationis ignaris, largiis sumpto vino, in porta excubabant. Circa duodecimam pictor portæ Haigueruæ ostiolum modestissimè aperit, ac ad Vaudreium cum Burgundis aduenientem contendit. Rogat is: Pictor, quid noui? Reddit: Bona: hac enim nocte honorem non sine compendio acquiretis; omnia enim se rectè habent. Cauete tantum ne vos ipsos aliquo tumultu prodatis. Auscultate diligenter Grifardum tesseram vobis in vallo decantantem: eo silente, stete; canente, modestè incedite: tempus enim exequendæ rei adest. Tum accepta à Vaudreio Belgarum tessera, quæ erat, Diuus Michael, ei reddita Frâcica, Atrebatum redit, sociisque hæc communicat. Adducebant Belgarum Præfecti circiter sex millia partim peditum, partim equitum. Pedites pro maiori parte Germani erant, præcedebantque summo cum silentio, equites sequebantur, impedita equis hinniendi facultate, ac ferratis eorum vngulis laneo panno suffultis, ne aliquo casu edito sono aduentum proderent: adeoque hæc diligenter ac studiosè erant parata, vt nullus in Vrbe, præter concios, aduentum Belgarum persentiret, etiam si aer tum serenus ac Luna pernox esset. Feliciter etiam eodem tempore acciderat, vt Pontus Haurius, Creueceurij Castrensis Legatus, eodem tempore Atrebatum missus, pacem inter Franciæ & Angliæ Reges factam nunciaret, populumque ac militem ad epulas ac comestationes conuerteret. Præerant Burgundis ac Belgis Lodowicus Vaudreius, Robertus Melunius, Ioannes Lanouis, Philippus Belleforerius, Robinetus Raffinus, Auennæ Præfectus, Forestij Dominus, Comes Schauwenbergij, Germanorum ac Heluetiorum Præfectus, qui considerantes pictorem verbis stetit, idem & alios confidebant facturos. Pictor tredecim ab eis acceperat pedites, qui portam erant occupaturi, donec seras reclusissent; Duces admonens, cum cæteris quam modestissimè accederent, quum dictam in vallo audissent cantilenam. Silebat enim quum eos stare vellet: id autem fiebat accedentibus eò loci vigilibus, qui ad Vr-

bis per

1492. bis per vallum circuitum faciendum, vigiliarum inspiciendarum causa certis momentis sunt constituti; Belgæ, ac post hos Frâci, vocat Romdam facere. Quum ad Urbem copiæ omnes appropinquassent, tredecim pedites, quos pictor adduxerat, portæ custodes ad vnum omnes capiunt, statimque portam, nemine resistente, aperiunt, ac Duces cum peditibus equiteque intromittunt, semper Grifardo alacri lætoque animo intenta tum voce cantante, *Marchez la duiron duraine*, &c. Equitibus peditibusque omnibus intromissis, tormenta campestria, quæ attraxerant, ac manualia omnia exonerant, tubis ac tympanis sonum ingentem edunt, clamoremque extollentes, ad forū instructa ac perueniunt. Nemo in Vrbe audebat ostium aperire, mirantes sese sono campanæ Gaugericianæ ad arma non vocari: quod cum eius rei curam habes esset conatus, à paucis coniuratis id expectantibus, dum frustra funem trahendo campanam vexat, interficitur. Nonnulli ciues, fenestris modestè apertis, scrutabantur magna animi cum anxietate quidnam rei esset. Sed cum vndique clamari audirent, Vrbs capta est, Viat Burgundia; isti lætabantur, alij dolebant. Quumque Præco edixisset, omnes qui Burgundicæ essent partis, statim ad forum veniret, quam plurimi momento inermes aduenere. Erat forum impeditum dolijs vino Francico plenis, quod mercatores Tornacenses recenter aduexerant. Ruptis pro parte dolijs, vinum per silices fluebat. Occupata hora tertia matutina ab omni parte Vrbe Atrebatensi, ad oppugnandum Castrum maius Belgæ ac Burgundi contendunt. Sed Carquelantius terrore attonitus, deserto Castro, cum præfidiarijs per posticam extra Urbem ducentem euadere conatus, à Philippo Belleforerio, cum centum viginti equitibus id expectante, capitur, ac cum eo ducenti quadraginta equi militares. Hinc cum omnibus copijs ad Oppidum minus conuolant. Resistunt oppidani ac præfidiarij aliquādiu; sed tandem intrò pulsus, Oppidum capitur, ac diripitur. Præfidiarij qui in minori erant Arce, metu vt cæteri perturbati, fugam; ea deserta, omnes quoque arripiunt, captique Atrebatum nuntium per vniuersam Artesiam ac Picardiā spargunt. Atqui hac ratione Belgis, Burgundis, ac Germanis Vrbe, Oppido, ac vtraque potitis Arce, militi trimelitre stipedium se numeraturos, antequam Vrbe discederent, promittunt, si à vi ac iniuria, quod se facturos receperant, abstinuissent. Septima Nouembris renouatur Magistratus, in quo omnes coniurati fuere lecti. Is statim, cum omnibus qui publica gerebant munia, Rom. Regi ac Archiduci Philippo sacramentum in æde Diuæ Mariæ Magdalene dixit. Postero die apud D. Vedastum facto solempni sacro, cantatoque Cantico, Te Deum laudamus; vniuersus in capita iurauit populus, quum prius Franci sacerdotes, feminae, famuli, qui que iurare recusabat, & Parisijs, aut è Nortmannia, eò in colo-

1492. coloniam deducti fuerant, Vrbe essent exacti, singulis in viaticū datis duobus Francicis solidis. Exinde Romanorum Rex, eiusque filius, omnia vetera Atrebatensium priuilegia confirmant, dicens Principū nomine hac de re Vrbi sacramentum Philippus Contaius, Forestij Dominus, Atrebato à Romanorum Rege præfectus. Decima Nona Nouembris Ordines Artesiæ ad Romanorum Regem, eiusque filium, Legatos mittunt Eustacium Rentiacum, Robertum Corcollium, ac Petrū Caulerium, gratulatum de recepta Vrbe ac Ditione Atrebatensi. Tenuerāt Franci Atrebatum quindecim annis, veteribus incolis pro maiori parte eiectis, sed qui subsequētibz annis ferè omnes cum familijs redire: Fraciūque Atrebatum in coloniam ducti, dicto Austriacis sacramēto, exuto affectu Francico, Burgūdicum Austriacumque induere, adeò vt Belgarum Principibus nullo hīc alio, quàm ciuium, sit opus præsidio. Cumque trimestre stipendium diutius differretur, audirentque Germani maiorem incolarum partem Francorum esse coloniam, primū cum his durius agere, deinde pecuniam extorquere, excusantes pulsare non desinunt. Postremò instigante avaritia, contemptoque Ducū imperio, Urbem Oppidumque in prædam vertunt. Non ordinis, loci, nec sexus, vbi spes emūgendæ apparebat pecuniæ, ratio est habita, quāquam promissi trimestris stipendij partem paulo antè acceperant, summam nimirum viginti duorum millium florenorum. Multa indigna Urbis Antistes, senex veneranda canitie conspicuus, ac Canonici opulētiore pertulere: qui tandem, ingenti persoluta pecuniæ summa, Duacum sunt dimissi. Qui soluendo non erant, obscuris locis inclusi, fame, siti, ac pedore torquebantur, periereque eorum aliquot, inscijs Præfectis, infamibus morte indigna locis. Inde Tempia inuadunt: quicquid erat aureorum argenteorumque vasorum, diripiunt, ac in massas fundunt. Harum summa æstimata fuit quinquaginta pondo puri puri auri, non-genta pondo puri puri argenti. Abbatia D. Vedasti, eiusque Monachi, non melioris fuere conditionis. Ad hæc reperienda demonstrandaque Templorum ministros tormentis promissisque adigebant. Duodecim Germani milites, vino pleni, se ornant Antistitis ministrorumque sacrorum vestimentis. Imitantur cum cachiinnis homines impuri lacris in vasis confessionem sacrorum Sacramentorum, eorundemque ceremonias. Re ad Præfectos delata, in vincula coniiciuntur: conuocatoque militari Germanorum Iudicio, tres huius impietatis authores cōdemnantur, vt è domus (in qua dictam impietatem exercuerant) fenestra maximè sublimi in erectas infra stantium hastatorum militum cuspides desilirent. Sed commilitonum precibus mitigatur in specie, sed non re, sententia. Nam per stantes ab vtraque parte hastatorū armatos ordines incedere coacti, multis vulneribus confodiuntur. In quæ nos

(proh

(proh dolor) tempora incidimus, quibus à non paucis religiosissimi ac pijsimi censentur, qui impurissimis verbis, scriptis, picturis, aut scōmatum genere in maiorum nostrorum religionē fuerint debacchati. Exinde Ioannes Mairus, dictus Grisardus, à Romanorum Rege suprema Atrebatensium Magistratus dignitate ornatur, (sua lingua Maierum vocant, corrupto à, Maior, vocabulo) eaque de re Romanorū Regis literæ ac Diploma, duodecimo Ianuarij sequentis exaratū, illi mittitur, præstititque iusiurandum octauo Martij sequentis anni. Obijt Grisardus Atrebatu proeucta ætate, cōditusque est cum vxore in Templo D. Ioannis, vulgo dicto Rouille, vbi ex aduerso columnæ, cui est affixum Christianorum Oratorum Suggestum, in albo marmore eleganter depicto & inaurato, ad præstiti ab eo Vrbi beneficij æternā memoriam, hæc leguntur Epitaphia, rudi illo sæculo exarata:

*Afferuit patriam Ianum qui, mole sub ipsa,
Confectum senio, hic tumulauit honor.
Expulit Atrebato Gallos sine cade superbos:
Nestora nec Graij sic habuere suum.
Carmine plus fecit, pugna quàm mille cohortes,
Oppida Principibus restituitque suis.
Vltima stat proprijs coniunx in morte dirempta,
Perpetuis functos associavit amor.
Corpora & ossa iacent, viuūt sed fama perennis:
Grisardum & Bellam tu Deus adde Polis.*

Aliud Francogallica lingua, non tamen vt nunc est expolitæ:

*Icy dessous est mis en sepulture
Le bon Grisart, cui Dieu face pardon,
Mayeur d' Arras, qui per sens, & per cure
En son secret nous a fait vn beau don
De liberté: car comme à l'abandon
Estoit Arras serue, & en grand dangier,
Et per chanter vne douce Chançon
Nous à remis en nostre estat premier.*

Aliud Francogallicum.

*Si Saint Omer veult comparer son chat
A nō Grisart, ce ne se pouloit faire:
Car sans Arras le Pays estoit mat,
Nō soy pouant restaurer, ny refaire:
Mais ce voyant le gentil Jehan le Maire,
A expellé subtilement Franchois:
Parquoy Iesus luy doint pour son salaire
De Paradis habiter les hauts tois.*

E e

Aupres

*Aupres de luy gist sa femme & compaigne,
Damoiselle Marie, qui la Belle
Eut à surnom : & ainsi l'accompaigne,
Comme deuant, apres mori: car plus celle,
Comme l'on scait par verité formelle,
Autre ne print, elle fust sa dernière.
Ils sont passez la voye vniuerselle:
Dieu leur octroye de gloire la lumiere.*

VITAE MAXAEMILIANI PRIMI CAESARIS, AC PHILIPPI

Austriaci filij eius, pars quinta,

HISTORIAE LIBER QVINTVS.

PHILIPPVS Creueceurius, Esquardij Dominus, Picardiae Francorum Regis nomine Gubernator, intellecta Urbis Atrebatensis amissione, statim cum quadringentis equitibus ac quatuor peditum millibus eò contendit. Praemittit mense Ianuario anno 1493. fidum ad Oppidum militem, qui se transfugam simulās, Archiduci ac Gubernatori Philippo Contaio sacramentum dicit, asseuerans Proceres Picardiae cōplures, insolentiā Francorum fessos, cupere in partes Romanorum Regis ac Archiducis Philippi transire, horumque praecipuum esse Baufortij Dominum, qui cum familia ac thesauro paratus esset Atrebatum venire, modò in gratiā recepto fides ei publica missis literis concedatur. Attribueret sibi viros sex, cum literis fidem facientibus, qui secum ad Baufortium eant: pollicetur se eum adducturum. Placēt hāc Cōtaio, caterisq; Praefectis, dant simulatori comites sex: qui cum per noctē paululū processissent, à Creueceurio capti, donis ingentibusque promissis eò adducuntur, vt dicto Francorum Regi sacramento promitterent se auxiliaturos, vt Urbis Atrebatensis recuperaretur. Id autem futurum, si nocte eò reuertentes, portam exiguo tempore apertam tenuissent, fingentes Baufortium in propinquo adesse, seseque in humeros adferre arcas, pretiosiorum eius supellectilem habentes; aderatque ancilla, quae sese è Baufortij familia aduenire

aduenire simulabat, similiaque, quae cateri, adferre. Circa horam noctis nonam Urbis appropinquant, subsequente paruo interuallo cū valida peditum manu Creueceurio. Compellant voce notos portae custodes, eamque aperiri petunt, adesse in propinquo Baufortium cum familia, apportareque se humeris argentea eius vasa. Aperitur Arcis porta: introeunt, sequuntur pauci equi, supellectilem ac ficticia vasa apportantes. Expectant simulanter non Baufortium, sed iustis cum copijs Creueceurium: qui institutum stratagemā ad effectum perduxisset, nisi subito vnus, extorto sacramento standum non iudicans, exclamasset: Claudite acturum portam, aut proditi perditique sumus; Creueceurius enim cum magna militum manu vestigijs haeret. iteratque bis & ter eadem anxius verba: Claudite citò, claudite portam, alium nō expectatis Baufortium. Hic omnium postremus intrarat: quare cateri, pedem referre conati, clausam à custodibus portam reperiunt, statimq; omnes cum ancilla capiuntur. Praesidiarij verò ad dudum cōstituta simili casu mœnium loca cum armis aduolant. Habita diligenti inquisitione, veritateque per tormenta quinque Vuallonibus, qui transfugae comites ierant, ac à Creueceurio corrupti fuerant, extorta, intelligunt Creueceurij esse artes, Atrebatum recuperare volentis: quare Germani milites intellecta, Baufortij simulata scrinia in praedam vertunt. Sed praeter stānea ac aerea vasa fūco obducta, cum veteribus aliquot sericis laneisque vestimentis, nil reperiunt. Simulator transfuga postero die, cum quinque Belgis, qui datam Creueceurio fidem seruare decreuerāt, frustra sapius gratiam petentes, capite puniuntur, corporaq; in quatuor partes secta, varijs locis, documento alijs futura, suspenduntur. Eadem ancillae fuisse conditio, nisi se grauidam dixisset. Paulo post Contaius Ambianum auxilio aliquot ciuium occupare conatus, de nocte iusta manu eò contendit. Sed Luna eodem tempore pernox, fereque diem imitata, Belgas detexit; nuncianteq; rustica muliere, ciues ac praesidiarij, cum armis parati, Contaium redire Atrebatum cogunt. Vigesima sexta Martij, milites Atrebatum iterum in seditionē versi, quod restantia duodecim florenorum millia non soluerentur, vniuersum Magistratum cum viris nobilibus ac sacris in forum vocatum, militumq; corona cinctum, in carcerem conijciunt, donec dictam persoluissent summam, aut spōsore, qui pro solutione vitae ac necis periculum subire cuperent, sibi dedissent. Exinde Robinetus Ruffinus Atrebas, qui per omnem vitam Rom. Regi militarat, educta valida manu, Oppidum Lensium Ditionis Atrebatensis cum Arce occupat. Sed Creueceurius, post detectam Atrebatensem proditionē eodem profectus, vi Robinetū ad deditionem compellit, ac pro libertate septingenta aurea lilia pendere cogit. Interea pax inter Rom. Regē, Archiducem Philippum, ac Caro-

1493. lum Francorum Regem, vigesima tertia Maij his cōditionibus Senlia-
 » ci initur. Rex Carolus Margaritam Austriacam in manus Rom. Re-
 » gis, Archiducis Philippi, aut Legatorum eorū, vbi & quando placuerit,
 » tradito. Qui eam recipient, ea de re Francorum Regi, aut eius Legato,
 » tabulas consignatas danto. Rex Carolus, ac Margarita Austriaca, ab
 » omni nuptiarum vinculo liberos se hinc inde confitentor: pacta cōuen-
 » ta ea de re inita, irrita habentor. Regi ac Archiduci de ijs rebus iure a-
 » gendi potestas integra maneto, quæ conditionibus pacis anni 1482. sunt
 » concepta, ac hisce conditionibus non determinata. Restituet pace pu-
 » blicata Rex Carolus Romanorum Regi, vt Archiducis patri ac Tutori,
 » Comitatum Burgundiæ, Artesiæ, Charoloiij, ac Noyeij, autoritatē iu-
 » ris Patronalis, in quibus id ei competet, retinens. Hesdinium, Aira, ac
 » Bethunia in potestate Regis Caroli manentor, donec Archidux ata-
 » tis annum vigesimum attigerit, quod erit octauo Cal. Iunij anno 1498.
 » tum Rex Carolus, aut eius successor, Archiduce, aut eius successore,
 » clientale sacramentum dicente, dicta tria Oppida reddito, eaque de
 » re Creueceurius Archiduci sacramentum dicit, aut tabulas propria
 » manu subsignatas dato; accipiet verò is à Rege alias, quibus docere pos-
 » sit, sibi hac ita facere esse iussum. Si contigerit Creueceuriū mori an-
 » tequam Archidux vigesimum ætatis annum attigerit, idem ille iura-
 » to, ac eadem testimonia dato, quem Rex tribus dictis Oppidis præse-
 » cerit. Omnes qui munia publica in dictis gerunt Oppidis, Archiduci sa-
 » cramentum dicunt: hisque mortuis, solus Archidux, vt Artesiæ Co-
 » mes, alios substituero, illisque sua Diplomata dato. Redduntur hac pace
 » Principibus Austriacis Ædes Comitum Flandriæ ac Artesiæ quæ sunt
 » Parisijs, nec non ad Confluentem extra dictam Urbem. Rex Carolus in
 » possessione Comitatus Masconnij, Auxerræ, ac Barræ ad Sequanam
 » maneto, donec de iure harum Ditionum via iuridica sit statutum. Hac
 » pace ab vtraque parte Principes obligationibus causa nuptiarū Mar-
 » garitæ Austriacæ anno 1482. factis liberantor. Sacerdotia muniaq. pu-
 » blica, à Rege Carolo in Ditionibus quæ restituentur collata, possesso-
 » ribus viuus non mutantor. Subditi vtriusque partis liberè cum omni-
 » bus rebus in vtriusque Principis Ditionibus versantor. Hac pace Tor-
 » nacenses, Cameracenses, cum vtroque ordine, Mortanga, ac Fanum
 » Amandi comprehenduntor. In gratiam ab vtraque parte, qui contra-
 » rias, quàm debuerant, fouere ac iuuauere partes, recipiuntor. In plenam
 » ab vtraque parte bonorum ac beneficiorum possessionem bello pulsi,
 » nulla obstante donatione, bonorum publicatione, nec re alia, redeuntor,
 » iudicisque ordinarij hac in re veteres possessores iuuantor, Præfecti ac
 » ministri Ducum Philippi Boni, ac Caroli Pugnacis, qui eo ad Nanceū
 » interfecto Regum Francorū partes sunt secuti, in veteres possessiones
 restituuntor.

restituuntor, annualesque pensiones à Burgundiæ Ducibus donatas per-
 soluuntor, siue ea in Burgundia siue in Artesia sint assignatæ. Qui Atre- 1493.
 » bato fugere, quum à Belgis postremò occuparetur, tutò ad sua redeun-
 » to. Eadem ratione in partiam ac bona, qui è Fanum Audomari postremò
 » sunt pulsi, redeuntor. Margaritæ Eboracensi, Pugnacis viduæ, ea quæ in
 » Vicecomitatu Auxonnæ debentur, persoluuntor. Antistes ac Vrbs Leo-
 » diensis, Verdunensis, ac Besanconensis, suis vtentes immunitatibus,
 » hac pace comprehenduntor. Ab vtraque parte has pacis leges Principes
 » subsignantor, sigillis maximis confirmantor, ac cum eis præcipui Ditionum
 » Procures ac Vrbes, Francorum Rege suas tabulas Terowanam
 » mittente, Rom. Rege suas ad Fanum Audomari, idque instantibus
 » Septembris Calendis. Quicumque huius pacis conditionibus subscribere
 » noluerit, si sub imperio dictorum Principum fuerit, ab vtroque vt
 » publicæ tranquillitatis hostis proscibitor, ac extirpator. Publicatur
 » primùm hac pax Valenchenis, dum sacrum in summo fit Templo.
 » Deinde Senliaci presentibus Rom. Regis Legatis, ac à Rege Carolo
 » solemniter cum pompa dicto sacramento, confirmatur. Tum Legati Mar-
 » garitam Austriacam ad Fanum Quintini adducunt, inde Cameracum,
 » vnde Francorum Procures, qui eam erant comitati, ad Regem reuertuntur.
 » Postero die Margarita Valenchenas intrat, ac post aliquot die-
 » rum festos dies, nobiles scæminas ac virgines Francicas liberaliter do-
 » natas, & tenerè plorantes, honorificè valedicens dimittit. Pace cum
 » Fracis seriò inita, ac Belgarum seditionibus sublatis, planeque sopitis,
 » exteri milites omnes, persolutis stipendijs, dimittuntur, ac inter hos
 » Guardiani, qui statim cum Ducibus in Geldriam ac Vltraiectensem
 » Ditionem se contulere, prædasque ibi ingētes coegere. Ceperant enim
 » olim harum Ditionum incolæ aliquot eorum commilitones, ac in eos
 » non secus animaduertent, quàm in publicos fieri solet latrones ac
 » grassatores. Quorum morte (extortis pecunijs) satis vindicata, disce-
 » dere noluerunt, nisi commilitonum cadaueribus è patibulis depositis,
 » honesteque more Christiano sepultis. Tum contra Carolum Geldriæ
 » Ducem abiere, illique acre bellum nomine Archiducis Philippi intule-
 » re, quòd Dux paulo antè, Fracorum auxilijs, finitimis Belgis id prior
 » fecisset, ac, non obstante Senliaca pace, adhuc in eo perseveraret. De-
 » cimo tertio Cal. Septembris moritur Linziz Austriae Oppido Cæsar
 » Fredericus tertius, Regis Maxemiliani pater, Archiducis Philippi auus,
 » cum vixisset annos septuaginta septem, menses vndecim, dies tres. Re-
 » gnauit ac imperauit annos quinquaginta tres, menses quatuor, dies
 » quatuor. Sepultus est Viennæ in Templo D. Stephani, perfecto à Rom.
 » Rege Maxemiliano insigni Mausoleo, quod pater Fredericus ante an-
 » nos viginti inchoarat. Est autem illud è puro lapide alabastrite vario
 Ee 3 candido-

1493. candido que artificiosissime sculptum, in quo, præter alia, hoc legitur Epitaphium: Fredericus tertius Rom. Imperator semper Augustus, Austria, Stiria, Carinthia, & Carniola Dux, Dominus Marchia, Sclauonia, ac Portus-Naonis, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferrette, ac Limburgi, Marchio Burgouia, Langrauius Alfatia. Turca, intellecta Cæsaris morte, initio anni 1494. irruunt in Croatiam. Romanorum Rex (quem exinde Cæsarem ac Imperatorem nominabo) collecto exercitu eis obuiam redit. Sed expectare non ausi discessere. Cæsar in Austriam reuersus, exercitum dimittit, pauloque post Oeniponte in vxorem ducit Blancam Mariam, filiam Galeacij Maria Sfortia, Ducis Mediolanensis, sororem Ioannis Galeacij, qui à patruo Lodowico Sfortia imperio Mediolanensi fuit exutus, ac tandem veneno sublatus. Mirabantur complures Cæsarem Maxamilianum ad tam impares descendisse nuptias: sed rerum ignari, non considerabant Cæsarem, ob prodigam liberalitatem continuaque bella semper pecunia indigum, cum ea in dotem, ac pro Diplomate, quo Lodowicus Sfortia, sponsæ patruus, Dux Mediolanensis renunciabatur, accipere quadringenta millia aureorum Ducatorum; pro mundo eius muliebri, ducenta millia; aliaque centum millia, quibus sponsæ nuptias cognati eius ac affines honorare dicebantur. Sed biennium integrum Blanca Maria non superuixit. Inter venandum enim (vt Maria Burgunda, prior Cæsaris vxor) equo delapsa, paulo post è casu, cum foetu quem vtero gerebat, nullis relictis liberis, absente Cæsare perijt: qui ex eo tempore à nuptijs abstinens, viduus obiit. Exinde Cæsaris iussu Antwerpia publicatur, Philippum Cluium, Rauastaini Regulum, proscriptione, qua eum Fredericus Cæsar ferierat, liberatum, in integrum restitui, veteremque ei honorem, bona, locum, ac dignitatem reddi. Nono Cal. Maij obiit Philippus Creueceurius, Esquardij Dominus, (imperitè eum pleriq; Cordes Dominum appellant) vir belliperitissimus, omniumque sui temporis Ducum astutissimus ac efficacissimus, multis ornatus virtutibus, nisi eas infami perfidia Gallicaque leuitate maculasset. Opes continuo bello partas reliquit ingentes. Decessit in Prouincia Narbonensi, haud procul Lugduno, Regem Carolum expeditionem Neapolitanam apparentem sequutus. Bononia apud Picardos est sepultus, vti iusserat, ad pedes Altaris D. Virginis Maria, quæ magno cum honore ac reuerentia ibi colitur. Quum Cæsar per quinquennium & sex menses à Belgis abfuisset, eò Colonia Agrippina cum Imperatrice Maria Blanca contendit. Donatur à Magistratu Coloniaensi liberalissime. Inde Traiectum ad Mosam peruenit, vbi eum filius Philippus filiaque Margarita cum præcipua nobilitate præstolabantur; felicesque nuptias ac aduentum gratulantes, festos agunt dies. Quum Grauiam peruenissent, obuiam habent

1494. habent Carolum Egmondium, Geldria Ducem, vt se ferebat, speras operam Alberti Saxonis à Cæsare Ducatus possessionem se impetratum, sed frustra. Obsidebat enim Cæsar Neomagum, Geldria Urbem primariam, murosque tormentis quarebat. Guardiani Nikerckam occupant, sed paulo post à Geldris eijciuntur: munitio incenditur. Quumque paucis mensibus, summo Geldrorum incommodo, bellum durasset, tandem Principum aliquot Germania intercessione res componitur: sed exiguo pax tempore, leuitate Caroli Egmondij, Francorum vanis fidentis promissis, stetit. Causam quare Egmondij Comitatu Zutfania ac Ducatu Geldria exciderint, narrauimus in vita Caroli Pugnacis, Opere Rerum Burgundicarum. Committunt Cæsar ac Carolus Egmondus controuersiam sex Imperij Septem-viris, ea conditione, vtraque pars intra proximi anni spatium in manus dictorum Septemvirum omnia testimonia, quibus ius suum defendi posse putabat, scripto traderet. Quod si sex Septem-viri conuenire non possent, Argentoratensium Antistes, quisquis ille eo tempore esset futurus, septimus assumeretur, sententiaque à pluralitate consentientium penderet: interea Carolus Egmondus prouentibus Ducalibus frueretur. Si causa cecidisset, tum Cæsari ac Archiduci Philippo, vt beneficiarius Cuius, operam impenderet, acceptis ea de causa singulis annis sex millibus aureorum Rhenensium florenorum. Non obstante hac partium submissione, pax paulo post à Carolo rumpitur, ita vt necessario in Geldria relictis Guardiani non frustra resisterent. Cæsar cum vxore, filio, filia, Antistite Moguncino, Frederico Saxonis Duce, multaque alia nobilitate Mechliniam, indeque Antwerpiam venit, necessaria parans vt filius Philippus Louanij in Ducem Brabantia inauguraretur. Deceuerat enim filium annum decimumseptimum agentem emancipare, ac, dimissa tutela, Belgarum illi Imperium, maternam hereditatem, in potestatem constituere. Philippus Rauastainius quamuis secundum pacis Slusanae leges tuto Cæsarem adire poterat, misso tamen ad eum viro nobili rogare iubet, num Imperatoriam Maiestatem salutatum sibi venire liceat. Assentit hilari ore Cæsar. Quumque Rauastainius procul Cæsaris aspexisset vultum, ex equo descendit, pedesque appropinquans, ac Cæsarem subridere videns, flexo genu dextro inquit: Ago Maieitati tuæ gratias, quod me in conspectum admittere sic dignata. Si ante hunc diem aliquid commisi, in quo Maiestatem tuam offendisse aliqua ratione potui, rogo id mihi ex animo ignoscere dignetur, ac veniam præteritorum tribuere. Reddit ei Cæsar: Iamdudum ea animo deponens, lubenter tibi ignoui, ac liberaliter etiamnum ignosco. Cum hac aulica ratione in speciem prolata Rauastainio videretur, ac proinde ei non satisfacerent, paulo post ad Carolum Francorum Regem se contulit,

1494. contulit, ac ab eo Genuæ, Ligurum Metropoli, præficitur: vbi nil memoria dignum, quemadmodum nec contra Turcas, gessit, per omnem postea vitam bello infelix. Francis enim Genua pulis, in Franciam est reuersus; nullaque authoritate nec dignitate ornatus, inglorius inter eos egit, tandemque sine liberis moriens, bona omnia cognato Cliuæ Duci reliquit. Interea Cæsar cum filio Philippo multisque Proceribus Louanium contendit, vt in vetustissima primariaque Brabantia Vrbe in Ducem inauguraretur. Expectabant Terbanckij circiter quingenti exules Principes, vt ab Archiduce iam primum inaugurando patriæ, quod est factum, restituerentur. Urbem intrantes, ad summum Templum D. Petro sacrum contendunt, vbi ad maximum altare obseruatum se priuilegia immunitatesque Ducatus Brabantia, singularumque eius Urbium ac Oppidorum, more consuetudo iurat. Inde ad forum tendens, e regione publicæ Aedis scenam conscendit, altaque iterum voce sacramentum dicit. Tum moneta aurea argenteaque in populum (tubis clangorem ingentem edentibus) spargitur, præstatque eodem momento Rauastainius clientale sacramentum de bonis eam feruitutem Principi debentibus. Exinde Dux Philippus Equites creat. Tum Principes Antwerpian redeunt, eademque ratione Dux, qua Louanij, sed maiori cum pompa, inauguratur, quemadmodum & paulo post in cæteris omnibus Brabantia Ciuitatibus. Antwerpia Rommersualam contendit, vbi ab omnibus Zelandia Ciuitatibus Ordinibusque dicto acceptoque sacramento in Comitem inauguratur; redeuntisque Bruxellam Principes, aliquandiu quiescere. Sub idem tempus Groningani, clara Frisonum Ciuitas, Legatos ad Cæsarem misere, petunt, VVestfrisos, (hoc est, Occidentales Frisos, quemadmodum Orientales eadem lingua Oostfrisij dicuntur) qui certis conditionibus in suam concesserant protectionem, regere, eoque loco habere liceret, quo cætera Imperij clientalia beneficia, quæ à diuersis dono Cæsarum possidentur Dominis, haberi ac regi videmus. Consentit Cæsar, acceptis decem dalerorum millibus, duobusque millibus aureorum Rhenensium florenorum Alberto Saxoni numeratis, qui causam eorum apud Cæsarem egerat, ac contra rebelles militaturum se pollicitus fuerat. Diploma Cæsaris, quum se postea Groningani Carolo Geltria Duci submississent, ad eum consensu Magistratus allatum, amplius in Ciuitate non est visum. Mittit exinde suos Cæsar cum Groninganis Legatos, qui, nomine Imperij accepto sacramento, Rempublicam secundum initi fœderis conditiones inaugurari curarunt. Tum Cæsaris Legatis per aliquot dies laetitia sunt præbita, magnificeque, excepti; illisque numerata est, vt & Saxoni, maior promissa pecunia pars: quod restabat, Colonia Agrippina eis mercator persoluit. Cæsarei Di-

plomatis

1494. plomatis impetratione animis aucti Groningani, Frisos, qui voluntariè in noui fœderis conditiones venire volebant, vi (contra senum ac prudentiorum Senatorum sententiam) cogere institunt; receptisque in societatem fœderis Vercoperijs, solos Franikeros, ac Sciringicæ factionis homines, vt idem facerent, inducere, Groninganosque Frisia Dominos agnoscerent, persuadere non poterant. De his duobus factionum generibus postea latius. Collecto igitur milite, eos bello aggrediuntur: quo cum se insolentis gererent, non solum hostes obstinatioris effecere, sed confœderatos alienauere, ita vt, contempto fœdere, clam de pellendis Groninganis cospirarent. Interea Gotscalcus Iongema, Bolswarti Dominus, Sciringicæ factionis, inde à tutore Iuwa Iongema, Vercopericæ factionis, auxilio Groninganorum pellitur. Confert se Gotscalcus statim ad vnum è Præfectis peditum veteranorum Guardianorum, nomine VVitterfoxium, qui apud Belgas iusta militum cum manu mercede conductus, hostibus Groningensium auxilio venerat. Horum operâ Gotscalcus anno 1497. prope Harlingam (vt eo loco narrabimus) Groninganos, pugnae tempore à confœderatis desertos, prælio superat, exutosque tormentis ac impedimentis, Leuwardâ (quâ paulo antè muro ac fossa clauserat) se recipere cogit. Hæc enim sola Ciuitas cum Ostergoijs in fœdere persistabat. Defecere hoc prælio à Groninganis Harlinga, Sæcum, Sleta, Takezila, VVolfendacû, vniuersa VVestergoia, ac Zeuenvoldij: quos si cõmunicati Imperij simulatione deuincire didicissent, nulla in Germania nec potentior nec illustrior respublica extitisset: nunc vix Domini septennis Imperij, in veteres retrusi limites, mox de aris ac focis certare sunt coacti. Dederant interea Slotijs Præfectum Courdiû, Brementem; VVorcomijs Heinricum Vlgerum; Harlingijs Thesoné Potterum; Leuwardijs Lambertû Fremxium; Doccomijs Heinricum Korenporterum. Munitionibus verò ac Zilarum Castellis (ita catartas, quæ aquam marinam excludunt ac admittunt, vocant) Præfectos etiam pro arbitrio imposuerant. Groninganae Ditionis limites Amisia ac Laura fluminibus cõtinentur, cætera Ditiones Oostfrisicæ ac VVestfrisicæ connumerantur. Hæ multis sæculis in summa libertate vixere, ac contra Hollandia Comites, ob donationem Cæsaris Caroli Calui, quam agnoscere volebant, continuis bellis decertauerunt: ijs liberi, ciuilibus inter se pugnis, vt in populari euenire solet imperio, scruire, nulloque non calamitatis genere sese inuoluere; quibus temporibus, Groninga subinde dolo aut vi capta, ea quæ victæ solent Ciuitates, cum vicinis agricolis, miserè pertulit. Quare tandem communi cõsilio ciues ac agricolæ in vnum conuenientes, fœdus resistendis hostibus ad certum tempus faciunt. Maximum fuit octoginta, minimum triginta anno-

Ff rum,

1494. rum, ea conditione, durante fœderis tempore, nullo alio loco butyrum, caseum, grana, legumina, frumentaque, cuiuscunque generis foret, in Ditionibus fœdere comprehensis collecta nataque vendere liceret, quàm in foro Ciuitatis Groningæ: fuereque qui in fœderis formulam primi iurauere, Marnij, Middagerlandij, Hæufingij, Oosteraptij, Fiwelingij, VVesteramptij, Duerfwoldij, Collumerlandij, ac Hummerschelâdij: postea & cæteri accessere, quorû pars anno 1482. nouis consignatis tabulis, fœderis condiciones cum Groninganis in quadraginta annos vltima concessione promulgauit, ea lege, vt qui elapsis quadraginta annis stare amplius formulæ nollent, vno id antea anno cæteros cõfœderatos præmoneret; erantque eo tempore Groningæ Cõsules Assuerus Catterus, Hartmannus Potterus, Rodolfus Mepichæus, ac Bernardus Hornekerus. Paulo pòst Groningani legem ferunt, ne alibi quàm Groningæ cereuisiæ pro tabernarijs coquerentur, neque vlla externa, præterquam Groningæ, admitteretur, singulista men Ommelandorum familijs permittentes, domesticis necessaria coquant; sacris etiam viris ac Nobilibus ruri habitantibus liberum relinquentes, pro se suaque familia externam cereuisiam emant, ac domi bibant, magna addita pœna, qui eam vendidisset. Primi omnium Dammij, legi cõtrauenire ausi, per soluta ingenti pecuniæ summa penas luere. Quum hæc scriberem, pro nostra me amicitia admonuit Dominus Georgius VVestendorpius, Regius in Frisiæ Senatu Cõsiliarius, olim Syndicus Groninganus, ius nundinarum, quod Stapelam vulgò vocant, Groninganos habuisse circiter ducentos ante Cæsaris Maxæmiliani tẽpora annos, amicitiam cum ijs contrahentes maritimis Saxoniz Orientalis Ciuitatibus, quas à communi fœdere Anzianas vocant: leges verò per Cõsulares Legatos à Lubecensibus ac Gedanensibus siue Danfwicanis eodem tempore petitas acceptasque cõmuni cõsensu fuisse approbatas. Hæc autem anno 1571. Bruxellæ coram Duce Albano, ac Secreti Cõcilij Senatoribus, se in iudicio probasse. Quibus de rebus cùm ego documenta nulla viderim, non habeo quod asserem, nec quod refellem, maxime quum sciam Ommelandios varijs rationibus contrà niti, dicentes Groninganos suas leges non ab Imperij Ciuitatibus, sed ab ipsis Cæsaribus, aut ab Vltraiectensiu Antistitibus, eo tẽpore Groninganorum Dominis, petere debuisse, curareque eorum tabulis ac sigillis confirmarentur, ne quid his temere, ad ingens liberæ Ditionis præiudicium, aut adderetur, aut demeretur. Si enim solos ciues Groninganos legibus suis obstrinxissent, bonæ fidei possessionem, sine alicuius Prouinciæ libertatis diminutione adeptâ, neminem ijs non concessurum. At cùm his liberos temere vicinos innectere conentur, non posse eos longi temporis præscriptam possessionem, ob continuam vi-

tinorum

1494. einorû oppositionem, vim sibi inferri clamantium, allegare, tum quòd Stapelæ (hoc est, nundinarum) firmum certumque, vt decet, authorem adducere nequeat, tum quòd prædecessores suos rãtùm ad tempus eam admisisse asserant; quo dudum elapso, se secùdùm veteris libertatis morem sua venum adferre vbi placuerit, posse contendunt. His de rebus inter se & hodie & olim magna animorum contentione Ommelandij ac Groningani disceptauere, quibus ego rei ac veritatis disquisitionem apud legitimum Principis sui iudicem relinquendam censui, quum pro certo quod asseram non habeam. quippe qui vtriusque partis tabulas nunquam inspexi, nec archiuorum scrinia discussi. Hoc vnum auribus primùm, deinde & oculis didici, Groninganos ius prætere in agrum Groninganum (Ommelandios sua lingua vocant) cui nullum in vlla Belgicæ Prouincia comparari possit, hoc est, summum supremumque, ac quale solent Principes in populum bello victum subactumque exercere. Non enim Ommelandijs pullum equinû alibi, quàm Groningæ, emere aut vendere licet. Singulæ Ciuitates præter vnum pistorem, sutorem, calcearium, lanei lineique panni venditorem, nec alias, quibus vita societasque humana indiget, tabernas habere possunt, adeò vt necessariò amplissimis Pagis ea sint Groningæ comparada, quæ vna non potest suppeditare taberna. Quæ verò domi rusticis nascuntur, nullibi, præterquàm Groningæ, vendere licet: quodque est admiratione dignum, si quis ruri habitans, Groningæ equum, vaccam, bouem, frumentum, legumina, butyrum, caseum, ac similia emit, eaque rerû suarum statu aut necessitate exigente, iterum vendere cogatur, nusquàm id, præter Groningæ, illi est concessum, nisi ingentem multam soluere malit. Qua autem ratione hanc potestatem, ac fori nundinarumque ius, varij eorum Principes stabilire confirmauereque, ac non ita dudum, missa in Hispaniam legatione, idem à Philippo secundo Belgarû Principe certa sub conditione impetrare, consignatæ Principum rabulæ ac Diplomata docere possunt. Quum enim imperiû populare, aut paucorum dominationem, diu propter iniquitatem tolerare non possent, vnus se tandem potestati, mutato aliquoties Principe, subiecere, qui subinde leges ad limam reuocantes, æquitati ac iustitiæ locum, attamen non satis constanter, dedere. Opposuit elapso fœderis tẽpore semper se Nobilitas Ditionis Groningana, iuncta Ommelandijs, eorum sese legibus, grauiaque inter se hac de causa gessere ante annos centum vario euentu bella, vt etiam hodie cõmonstrant ruinæ Arcium dictorum Nobilium; duratque hæc mutua eorum hinc inde insana libido in hodiernum vsque annum 1598. tam capitali inter se flagrantiu inuidia ac odio, vt nisi vtriusque Princeps vnus absolute imperet, legesque tam ciuitati quàm Ommelandijs in cõmune consulentes ferat, nec illa pro

Ff 2

more

4494. more imperare, ne hi mille remedia seruituti finem adferentia quæ-
re desinent. Illud non temere nec sine causa Senatus Groninganus
semper formidauit, eos qui adeptis opibus inter Nobiles apud se nume-
rari volunt, ruriq̄ue pro maiori parte extructis Arcibus habitant, non
tam Ommelandiorum libertati, quàm priuatæ potentia, semper stu-
diuisse, ac non semel ambitioso conatu ad Urbis ac Ommelandiorum
Imperium aspirasse, stultè eorum conatibus naturali imperitia fauèti-
bus rusticis. Sed non semel à Groninganis castigati ac repressi, in-
tempestiuè cupiditatis, cum rusticis in ordinem coacti, pœnas luère.
Quo autem modo Groninganonũ apud VVestfrisos conatus cesserint,
circa finem anni 1498. ac sequentibus Lectori succincta narratione pa-
lãm faciemus. Anno 1495. postridie Nonas Apriles, Cæsar in Germaniã
1495. reuersus, cum summo Pontifice Alexandro sexto, & Ferdinando ac E-
lizabeta Hispaniarum Regibus, ac cum Venetis, contra Carolũ Octa-
uum Francorum Regem, ab expeditione Neapolitana redeuntem, fœ-
dus in speciem facit. Alijs enim impliciti negotijs, nec Cæsar nec Hi-
spanus quicquam fœdericõtulit. Conuocat hoc anno Archidux Philip-
pus Mechliniæ Belgarum Ordines, ac ex eorum consilio statum Rei-
pub. Belgicę, ciuilibus bellis ac diuersis seditionibus valde perturbatũ,
in ordinem, qui maximè Principi ac subditis conuenire videbatur, redi-
git. Deinde misso ad Angliæ Regem Philippo Burgundo, Beueræ ac
Tervererẽ Domino, cum viris aliquot doctis, controuersias mari ac terra
mercaturæ causa ortas componunt, veteremq̄ue amicitiam renouât ac
stabilium. Ad hæc edictũ olim à Philippo Bono consensu summi Pon-
tificis publicatum renouatur, ne quis Romę obtrata maiora Sacerdo-
tia, sacramq̄ue dignitatem, sine Principis consensu (*Placet*, vocat) pos-
sideret, neq̄ue posthac sacri homines agros vllos sine Principis consensu
emerent. Tum inducias cum Geldro in sex menses concipit, Cæsare
agerrimè ferente, ac filio, vt in Germaniam ad se veniret, iubente. Pro-
curat enim Cæsar, vt ei olim petita Ioanna Ferdinandi Regis Hispani-
æ filia nunc desponderetur, promissa filia sua Margarita dicti Regis
Ferdinandi vnico filio Ioanni. Exinde Cæsar, VVormatiæ Comitæ
Principum Ciuitatumq̄ue Germaniæ liberarum celebrans, auxilia
contra Francorum Regem petit, quòd non solum Regnum Neapolita-
num ac Belgas inuasisset, sed, perturbata Christiana Ecclesia, Urbẽ Ro-
mam, fugiente Venetis Pontifice, occuparat. Petit etiam consueto
more opem contra Turcas. Sed, sententiarum diuersitate, nil memora-
tu dignum fuit decretum. Singularium aliquot Procerum quæstiones
ac controuersia, vitandi ciuilibus belli causa, fuere sopita. Lodowi-
cus Sfortia, accepto Diplomate, numerataq̄ue magna pecuniæ sum-
ma, Dux Mediolanensis à Cæsare renunciatur: Comes verò VVir-
tembergij

tembergij eodem tempore Ducis ab eo titulũ accipit. Erat in Ditione 1495.
Leodiensi Castellum Roberti Marcani, nomine Esdain, cuius præsidia-
rij, vndique rapaci manu prædas agentes, bellum Præsuli Leodiensi ac
Archiduci Philippo inferebant. Marchio Badæ, iussu Archiducis, è Di-
tione Namurcensi, Lutzeburgensi, ac Hannoniensi circiter tria pedi-
tum millia cogit, Marcanosq̄ue eijscit Castello Bulain, repertoq̄ue vi-
ginti quinque prædatores ad arbores strangulari iubet. Hinc ad mu-
nitissimam Arcem Bullon mouet: quam cum tormentis diu quatijset,
ac obfessos in gratiam recipere nollit, obscura nocte numero quinquã-
ginta cum Præsule euadunt. Belgæ intrantes omnia in prædam ver-
tunt, Arcemq̄ue incendunt, ac diruunt. Interea Robertus Marcanus
Esdainum magnis operibus munierat, habebatq̄ue milites partim Ger-
manos, partim Anglos ac Francos trecentos, quibus de rebus necessa-
rijs abunde prouiderat. Producit Marchio tormenta. Erumpunt Mar-
cani: multi ab vtraque parte sclopetis ac maioribus tormentis pereunt.
Lodowicus Vaudreius, viso in muris Marcano, vnus horæ iudicias ac
colloquium petit, impetratq̄ue. Tum Vaudreius: Marcane, nominis ac
familia tua causa fac deditionem, nec te hinc cum dedecore iniustam ob-
causam includi, ac tandem interfici, aut captiuum abduci sinas. Reddit
Marcanus: Vaudrei, ane aliter me facere debere censet? nõne hac
ratione militem hinc inde nutrio? vobisq̄ue non mediocris sum quæ-
stus ac magni nominis causa? Si enim hæc Arx vobis negotium nõ fa-
cesseret, quis esset ciendi martis locus? Proinde hinc vos exercete, dum
quætuosior ac gloriosior militia sese offerat occasio. Quinto Cal. Sep-
tembres, multis operibus ac tormentorum ictibus debellatus Mercanus,
deditionem facit: controuersia, quæ inter eum ac Badensem erat,
Procerum sententia committitur. Præsidiarij, dicto Archiduci sacramẽ-
to nemini se nocituros, in Arce mansere. Badensis exercitum, per solutis
stipendijs, dimittit. Archidux magno Procerum comitatu Bruxellam
ueniens, dicto acceptoq̄ue sacramento inauguratur. Mense Octobri
Legatos ad Francorum Regem mittit, petens, pacem Senliacam in-
uiolatam seruari curet. Ita se facturum Rex promittit. Pridie
Calendas Nouembres Cæsar Francofurti ad Mœnum Romani Im-
perij Senatũ, quem vulgo Cameram Imperialem vocant, insti-
tuit, dictoq̄ue die inter horam nonam & decimam antemeridia-
nam, in adibus Brawselijs, Iudices hos cum Assessoribus instituit, Eirel-
fredericum Zollernensem Comitẽ, Bernhardũ Ebersteinij Comitẽ,
Richardũ Neccardicensem Comitẽ, Theodoricũ Pleiminganum, Nico-
laum Heiurenũ, Georgiũ Neideccensem, Auringum Simanam, Marti-
num VValderodensem, Barones omnes. Mense Februario anno 1496. 1496.
Rex Carolus ad Archiducem Legatos mittit, petitum, sibi Mortangam

1496. Hannoniæ Oppidum restituat, si secundum formulam pacis Senliacæ, ante constitutum tempus, Airam, Hesdinum, ac Bethuniam recipere velit. Legati, liberaliter donati, in Franciam contenti reuertuntur. Post hæc Archidux à patre Cæsare iam antea vocatus in Germaniam, circa finem mensis Aprilis proficiscitur. Cal. Maij Traiectum ad Mosam veniens, cum ciues pro more ligneam auem è malo scorpionibus deijcere conarentur, rogatus è numero esse dignaretur, consentit, ac, post aliquot repetitos ictus, auem, magno ciuium gaudio, altissima arbore dericit, ciuesque huius Sodalitatis liberaliter donat. Inde Coloniæ Agrippinam profectus, magno cum honore recipitur. Idem fit in Ditione Ferrettana, à quibus in Principem inauguratur, quemadmodum & in alijs cognati sui Sigismondi Austriaci Ditionibus, patri iam antea concessis. Secundo Cal. Iulij Viennam ad Cæsarem patrem venit, ac secretis communicationibus per multos dies, remotis arbitris, tempus terunt, agentes de afferenda Geldria, recipienda sponsa, ac recuperandis Ditionibus, quas Francorum Rex summa cum iniuria, familiæ Burgundæ eripuerat, tum de conciliandis Heluetijs, de Archiduce in Romanorum Regem creando, ac multis alijs de rebus, vtrisque tantum cognitis. Hinc simul Insbrucum, id est, Oenipontem, perueniunt, ac in mensem vsque Augustum manent. Circa finem Iulij Lodowicus Sfortia Cæsarem in Germania inuisit, magnisque pollicitationibus ac muneribus in Insbres perducit, cumque omni comitatu honorifice excipit, eius amicitiam omni ratione ac arte procurans, quod non vanis coniecturis bellum Francicum, suorum defectionem, ac exterorum prodicionem, præfagire videretur. Adeo res misera est, nullique dolori comparanda, animum circumferre malè conscium, quemque terror ac formido iusta de causa perpetuo cruciatu diuexantes, nocte nec die quiescere permittunt. Archidux Austriacos suos inuisens, patrem Lintzij expectabat: qui à Lodowico Sfortia ad bellum contra Francos in Italia suscipiendum incitatus, ea tandem lege est assensus, ne filius Philippus ei se misceret, sed in Belgiū reuersus, pacis Senliacæ conditiones obseruaret. Rebus ad hunc modum cōstitutis, filio in Belgiū redeundi potestatem facit; dimissoque Aegidio Bullidio, Præposito Leodiensi, (sacre dignitatis apud Christianos vox est) filio alios adiungit comites ac Consiliarios: qui cum eo per celebriores Germaniæ Ciuitates profecti, à Principibus, ac liberis Ciuitatibus, magno cum honore sunt exculsi. Duodecimo Cal. Octobres in Zelandiam Hispanica classis centum triginta quinque nauium appellit, qua vehabatur Ioanna Arragona, Ferdinandi ac Elizabethæ Hispaniæ Regum filia, desponsata (vt diximus) Archiduci Philippo, ac non ita dudum per Legatum illi nupta. Venit Ioanna cum præcipua nobilitate Antwerpianam

werpianam (militibus ac socijs naualibus in Insula VValcherana ad classem manentibus) summoque cum honore ingenti que pompa omnium Nationum, in Vrbe mercaturam facientium, recipitur. Margarita Austriaca, fratri eius desponsata, Namurco Antwerpianam profecta, sponsa sponsæ felicem gratulatur aduentum, bonaque omnia precatur. Congressus harum duarum Principum fuit perquam suavis ac blandus: non enim multum ætate distabant. Archidux vix è Germania reuersus, Liræ, Brabantiæ Oppido, sponsam Antwerpianam venientem excipit, ac duodecimo Calend. Nouembres in vxorem ducit, iugente eos Heinricho Bergio, Antistite Cameracensi: nuptiæ verò exiguo cum comitatu ac parua pompa Liræ sunt celebratæ, sed postea Bruxellæ regia planè magnificentia instauratæ. Erat hoc tempore Cæsar in Ditione Mediolanensi, sociorum cogens exercitum. Euocarant eum in Italiam Lodowicus Sfortia, Veneti, ac Papa Alexander sextus, vt Carolo Francorum Regi, auxilio Florentinorum in Italia bellum renouati, obuiam iret. Sfortia cum vxore insignique comitatu Burmium vsque ad Abdæ fontes, in extrema Italiæ ora situm, Cæsari, qui ad Malzium Pagum peruenerat, in occursum proficiscitur; coramque cum eo transgens, ingenti numerata pecuniæ summa, Mediolanum redijt. Nactus erat Cæsar apud Italos, ob res fortiter ac feliciter in Austria contra Hungaros, ac apud Belgas contra Francos gestas, ingentem bellicæ virtutis opinionem, eiusque ductu facile Francos se Italia depulsuros, eorumque fautores in ordinem redacturos, ac ex vtriusque ruina limites se suos amplificaturos confidebant. Cæsar hac apud Italos innixus fama, ingentia ab ijs munera, veteraque Imperatoribus à Ciuitatibus cōferri solita expectabat tributa, aureamque à Romanorum Pontifice sperabat Imperij coronam. Sfortiæ pecuniâ militem in Germaniæ ac Italiæ finibus conscribi iusserat; præcedensque cum peditum legione vna, quingentisque lancearijs equitibus, per Rheticas Alpes, Lariumque lacum in Italiam descendit. Præstò ei statim adfuere, vt dixi, Lodowicus Sfortia, ac Bernardinus Caruaial, Papæ Alexandri Legatus; deque belli ratione differentes, numerata Cæsari pecunia, Florentinos aggredi statuunt. Cæsar septingentos sociorum equites copijs suis iungens, Genuam contendit; magnificeque ab Adurnijs exceptus, circa Nonas Octobres Pisas proficiscitur, summoque cum gaudio, tormentorumque reboatu, ad Nedichori ædes perducitur, vbi contractis percies Regis Caroli liliatis insignijs, ac in amnem Arnem præcipitatis, Aquilam Romanam eius loco substituunt. Oppugnabantur enim hoc tempore, auxilio Francorum, Pisani à Florentinis, ab omni antiquitate libertati eorum inuidentibus. Defendebantur verò à summo Pontifice, Venetis, ac Sfortia, qui Cæsarem in fœdus ac ad ferendum auxilium

1496. lium pertraxerant. Conueniunt omnium confœderatorum legationes, inter quos erat Philibertus Sabaudia Dux, ducentos adducens lancearios equites, ac clientale Cæsari sacramentum de Sabaudia dicens. Decernunt Liburnum Florentinorum Portum terra marique oppugnandum, ne eius opportunitate ad inuadendam Italiam Francorum classis vteretur. Cæsar Oppidi situ terra marique perlustrato, copias terrestres adducit: Veneta classis mari premebat. Florentini iustum Liburni habebant præsidium, cui nec commeatus nec tormenta deerant. Præerat eorum nomine Bettinus Ricafolis, qui mox adiutus Nortmannica naue, quæ secundo vëto, contemptis Venetis, in Portum se intulerat, ac octingentos Vascones, cum multo commeatu exposuerat, insigniter se defendebat, tanto felicius, quod Veneti & Sfortiani malis artibus Oppidum oppugnarent, dissidentes de Liburni possessione, quæ nondum erat in potestate. Sed cum media hieme Oppidum obsidentes, sæua tempestas aliquot Venetorum trirèmes perfregisset, cæterasque in altum eiecisset; milites terra Liburnum prementes, eadem coacti tempestate, è castris magno numero Pisas perfugere. Quare Cæsar, soluta obsidione, reductisque copijs, Ticinum ad Sfortiam, indeque per Larium Lacum in Germaniam est reuersus. Apud Belgas Hispaniæ Proceres, qui Ioannam Arragonam comitati erant, cum Margarita

1497. Austriaca mense Februario anno 1497. naues Vlielsingæ in Hispaniam traiecturi conscendunt, vt Ioanni Arragonio, Hispaniarum Principi, nuberet. Comitatus est Archidux sororem Middelburgum Zealandiæ vsque, mansitque, donec vento flante secundo classem ascendisset, ac è Portu soluisset, tum Bruxellam reuertitur. Hispanica classis Angliam in conspectu habens, subita ac periculosissima oborta tempestate, haud procul naufragio abfuit: quo tempore Margarita, naturali hilaritate non destituta, cum, iuxta nautarum in eo periculo morem, manus sibi, ac in ijs aliquot aurei obligarentur, vt erat Gallica lingua prosa ac rhythmo facunda, hoc sibi ipsi Epitaphium lusit, atque chartæ cereæ inclusum, alteri manui cum aureis alligari voluit, vt postea ab vndis ad littus eiecta, cognitaque, honestè terræ mandaretur:

Cy gist Margale, noble Damoiselle,

Deux fois mariee, & morte pucelle. Quod Latinè sonat:

Margaris hoc tegitur iumulo clarissima: que bis

Nuptia quidem, mensit sed sine labe pudor.

Tandem multis superatis difficultatibus, ac aliquot amissis nauibus, cæterisque ferè omnibus onere liberatis, ægre Portum Angliæ Oppidi Hamptonæ tenuit. Honestè ac pro dignitate à Rege Heinricho septimo excepti, rebus necessarijs sunt adiuti. Quumque per tres septimanas ventum ex Oriente flantem expectassent, eo se exhibente dant vela, magnum-

magnumque maris emensi spatium, valida iterum cogente necessitate, Gallicia Portum, qui à D. Andrea nomen habet, intrant, Regesque Ferdinandum ac Elisabetham certiores de aduentu suo faciunt. Properat eis statim cum multa nobilitate obviam Castellæ Conestablius, ac haud procul Vrbe Burgenfi Rex Reginaque Margaritam amplexi, ad Urbem deducunt. Postero die eam Princeps Ioannes cum magna solennitate in vxorem ducit, celebranturque ingenti Hispanorū gaudio sumptuosissimæ aliquot diebus nuptiæ. Mense Maio Carolus Crouiacus, Chimai Princeps, in vxorè ducit Lodowicam (alij Carolam vocat) Albretram, quæ ei in dotem attulit Oppidum ac Ditionem Auennensem; eratque vidua Ioannis Burgundi Com. Neuersij, Estampij, Eulij, ac Retelij, postrema è tribus eius vxoribus. Postridie Cal. Iulij fortuito igne Anghiani periere quingentæ ædes, extincti fumo ac flamma plus quam quinquaginta homines. Obijt sine huius anni febre ardenti Ioannes Arragonius, Hispaniarum Princeps, relinquens vxorem Margaritam Austriacam grauidam, quæ paulo post animi dolore immaturum edidit fœtum masculum; altera Hispaniæ mœroris causa. Celebravit solennes ei exequias Bruxellæ Archidux Philippus. Oppidum Diestum, in Brabantia situm, hoc tempore sub Imperio erat Ducis Iulix, vt beneficium Ducis Brabantix. Iusserat Dux Iulix Diesti leui de causa ciues aliquot capite plecti. Horum propinqui ad Procuratorem negotiorum ac causarum Brabantix Ducis de supplicij iniquitate erant conquesti. Is die dicta Ducem Iulix coram Senatu Ducis Brabantix in ius vocat. Defendebat is se per Procuratorem: sed tandem causæ diffidens, Oppidum Diestum, cum omni quod in eo habebat iure, Eingelbertø Nassauij Comiti vedit, cuius exinde id posteri ac hæredes possedere. Eodem ferè tempore Ioannes Carondeletus, Champuanfij Dominus, Burgundiæ Cancellarius, dignitate exuitur, non meritò, (vt fama erat) sed inimicorum calumnijs circumuentus; promotusque in eius est locum vndecimo Cal. Ianuarij Thomas Plai-nius, Maignij Dominus, natione (vt Carondeletus) Burgundus, cuius consilio mox statutum ac publicatum fuit, ne quis fericis aut laneis vteretur vestibus, nisi ex apud Belgas factæ textæque essent: quæ lex mercatorum astu ac donis parum diuturna fuit. Paulo post Balduinus Lanoius, Molenbaifij Dominus, cum honorifico comitatu in Franciam ad Regè ab Archiduce mittitur, vt Ducatum Burgundiæ, Airam, Hesdinum, ac Bethuniam, cæterasque Ditiones ac Vrbes, quas Rex eiusque pater iniuste matri suæ Mariæ post aui Caroli mortem eriperant, repeteret. Honorificè à Rege excipitur, legationeque in secretiori Concilio audita, speciosis Lanoius verbis ducitur. Cumque discedendi tempus aduenisset, frigidò scripto remissus, facilè Franci de-

1498. monstrarunt, sese Burgúdia nisi per vim non discessuros. Septimo Idus Aprilis anni 1498. obiit Francorum Rex Carolus octauus, annos natus viginti & octo, è quibus regnavit tredecim. Anna Britona ter ei peperit, sed infans obiit. Erat enim Rex corpore & animo infirmus. Fessus ludo parux pilæ, in quo se cum reticulo exercuerat, in cubiculo non secedit; cæterosque è fenestra ludentes aspiciens, subito nervorum stupore, quem Græci apoplexiam vocant, corripitur; priuatusque sensu ac motu, ingenti que casu in terram decidens, paulo post expirat. Hænetonnius scribit, ab astantibus Regem à casu sustentatum ac seruatum. Quinto Cal. Iunii eius loco Rhemis inungitur Lodowicus Aurelianorù Dux, Rex huius nominis duodecimus. Comparat interea Cæsar iustum ex Heluetijs exercitum, cum quo in Burgundiæ Ducatum, filij sui maternam hæreditatem, quam Franci vi occupatam tenebant, contendit. Præerat Francorum nomine Burgundis Tramuilius, Dux vetus; qui cum in Urbem Digeonensem se cum copijs includere esset coactus, Cæsari sine dubio celsisset, nisi pecuniâ corrupti Heluetij, subito stipendia ac missionem petiissent. Carolus quoque Egmondus, à Francis concitatus, magnisque pollicitationibus ad suscipiendum bellum inflammatus, contempra Septem-virum Germaniæ sententia, quod contra se fuisset, Belgis è Geldria bellum infert. Quare facile Cæsar cum Rege Lodowico, id summopere exoptante, inducias aliquot mensium, dimissa exercitus maiori parte, facit; quumque Louanium peruenisset, Ioanna, filij Philippi vxor, filiam parit Leonoram, matris Cæsaris Maxæmiliani nomen referentem. Præsul Cameracensis infantem sacra lauit aqua, eam inde suscipiente, nomine Cæsaris, Marchione Badenensi. Huic assistebat Margarita Eboracensis, ac Anna Burgunda, Adolphi Cliuij vidua, nomine Elisabethæ Hispaniarum Regiæ. Hoc anno Albertus Saxo, Ernesti Saxonie Ducis ac Septem-viri germanus frater natus minor, Belgicæ militiæ nomine Cæsaris eiusque filij Præfectus, de quo supra sæpe scripsimus, titulum perpetui ac hæreditarij Frisiæ Orientalis ac Occidentalis Gubernatoris à Cæsare Maxæmiliano hac ratione obtinuit. Narrauimus sub annum 1494. Groninganos partim amicitia, partim armis, Dominos totius Ditionis quæ à Groninga nomen habet, (quam veteres quoque *Grimnes* appellasse non pauci volunt, allegantes in hodiernum adhuc diem Frisios antiqua lingua Groninganos *Grim* vocare) ac Amisia Lauraque amibus cõcluditur, fuisse factos, deinde & vniuersam ferè VVestfrisiã imperio suo adieciisse, sed ob insolentiam, excepta Leuwarda ac Oostergoia, operâ Sciringicæ factionis iterum eictos. Diuisa enim eo tempore erat Frisia in duas factiones præcipuas, quæ inuicem Variiniano prosequabantur odio, insignesque calamitates, cum domi ab ex-

teris

1498. teris pax esset, vtrimque inferebant. Norant sese mutuo etiam taciturni, ac maximè si hominem in familiari foco ignem cespitibus ac lignis inferre vidissent. Vna factio se Vercoperos appellabat; hanc Groningani fouebant: altera Sciringanos; hanc persequebantur: quanquam in Ciuitate vtriusque factionis essent complures. Nullum genus hominum, nulla conditio inter Frisios ab hac miseria erat libera: eademque inter se ratione sauebant, qua eodem tempore apud Hollandos Houkij ac Cabbellauij, apud Brabantos ac Flandros Austriaci ac Raunastainij, apud Hannones ac Atrebates Burgundi ac Franci; apud Geldros Hecherij ac Bronchorstij; apud Italos Guelphi ac Gibellini. Considerantes igitur Sciringani sese potentiâ Groninganos à Vercoperijs opprimi, instigâtibuscum Francis, Duce Gotscalco Ion-gema, de quo scripsimus pauca supra sub annu 1494. aduocata è Belgio peditum Guardianorum legione, Groninganos, excepta Leuwarda ac Oostergoia, omni Frisia pellunt; verentesque, dimissis Guardianis, eorundem potentiam, inito consilio Franciæ concludunt, Principem aliquem potentem, illustri familia natum, belli que peritum, esse quarendum, ac in Frisiæ absolutum Dominum, dicto ei sacramento, inaugurandum. Quumque aliquandiu dubij hæssissent, quem sibi Dominum constituerent, tandem maturo consilio animis inclinant in Albertum Saxonem, cuius fama per hominum ora, ob res fortissimè contra Turcas, Hungaros, ac rebelles Belgas gestas, volitabat. Mittunt ad eum in Hollandiam, vbi contra rebelles pugnabat, Legatos, qui Frisia illi Imperium offerant, priuilegijs, immunitatibus, ac maiorum consuetudinibus, quæ legis vim dudum obtinuerant, manentibus. Communicat is legationem Cæsari, eiusque filio Philippo, cui sciebat, iure Comitatus Hollandiæ, antiquissimum in Frisios extare ius ac Imperium. Austriaci Principes considerâtes sese Duci Alberto, propter bella contra Belgas ac alios gesta, ex stipendio vltra trecenta florenorum millia debere, nec sese, illis persolutis, vel teruncium gratuiti muneris pro immensis eius meritis ac laboribus adhuc obtulisse, in Frisiorum legationem consentiunt; traditoque Diplomate, Albertum Saxonem, legitimosque eius hæredes, perpetuos ac hæreditarios Frisiæ Orientalis & Occidentalis Gubernatores (hoc enim tantum titulo est decoratus) nominant, ea conditione, vt hanc donationem tam pro debitis in hunc vsque diem stipendijs, quam pro præstitorum officiorum munere honorario, acciperet, seseque Cæsaris, Comitisque Hollandiæ, cum omnibus posteris, Clientem profiteretur, restitutori Hollandiæ Comiti Frisiã; quum ei, aut eius hæredibus, dicta trecenta florenorum millia, cum omni pecunia quam ipsi, aut eius posteris, domâdis rebellibus Frisij, extruendis necessarijs munitioibus, alendisque perpetuis stipendijs,

1498. diarijs, erogassent, essent restituta. Recepto Dux Albertus hisce conditionibus Cæsaris Diplomate, tabulisq; Archiducis Philippi, vt Hollandiæ Frisiæque Comitibus ac Domini, hæc per nobilem Equitem VVigboldum Scaubergium in Frisiam mittit. Venit is Snecum apud VVestergoios, vbi eum VVitterfoxius cum legione quatuor millium Guardiarum peditum expectabat, iam dudum Ducis Alberti stipendijs clam ascriptus. Exhibitis Diplomatum, statim Scaubergius à Snekijs ac VVestergoijs, dicto ei nomine Ducis Alberti sacramento, inauguratur, vt etiam paulo post ab Oostergoijs, qui tum primum à Groninganis defecerant. Sequuntur hos Zeuenwoldij ac Sciringicæ factionis nobiles ignobilesque omnes. Groningani idem facere iussi, recusant, quemadmodum Leuwardij ac Vetcoperij omnes. Scaubergius cogendam ad officium contrariam factionem videns, VVitterfoxium cum octingentis veteranis peditibus apud se manere iubet, reliquos Guardianos in Belgium remittit. Satis enim virium à nouis subditis sibi accessurum, domandis Groninganis, cæterisque contumacibus, existimabat. Armandis verò Frisijs Sneco Staueram proficiscitur, sed statim eorum leuitatem est expertus. Zeuenwoldij enim, eorumque vicini, prædæ, quam VVitterfoxius iam dudum congesserat, inhiantes, eum cum octingentis tantum veteranis Staueræ agentem, multis hominum millibus in vnum coactis, obsidere ac in potestatem redigere statuunt. Ille de eorum aduentu tempestiuè admonitus, e ductis Staueræ copijs, ac aliquot tormentis, munito eos loco expectat. Adueniebant Frisij, numeroque fidentes, loca ingrediuntur vliginosa ac paludosa, quibus ægenua vsque ac vltra implicitis, aperit aciem, ac tormentis tantam eis cladem infert, vt, antequam ad manus venire possent, fugam capesserent. Langewoldij ac Fredewoldij insigne detrimentum acceperunt. Partim enim paludibus absorpti, partim à tormentis discerpti, partim ab insequentibus legionarijs sunt interfecti. Slota ac Takezilum fugientes receperunt, captiui magno se redemere. Post hanc pugnam Scaubergius ac VVitterfoxius, adiuti auxilijs Oostergoicis ac VVestergoicis, cum victore legionario milite, qui ad duo virorum millia creuerat, Leuwardam obsidione cingunt. Properant his auxilio Groningani, omnium confœderatorum copijs maximaque ciuium parte egressi, quibus nongentos pedites ac quinquaginta equites stipendiarios iunxerant; ducebatque omnes Ioannes ab Ittersum, Zallandij Præfectus: qua cum multitudo non confligendum Scaubergius censens, motis castris, obsidionem soluit. Groningani, de rebus necessarijs prouisa Leuwarda, domum reuertuntur. Scaubergius ad vetera castra cum exercitu ad obsidionem redit, continuisque excursionibus minutisque prælijs adeo ciues præfidiariosque vexat, vt tandem, res omnes incolumes pacti, Groningam, tradita

1498. tradita Leuwarda, abirent: qui, dicto Duci Alberto cæterorum conditionibus sacramento, eum Principem recipiunt: præficiturque Oppido VVitterfoxius, qui, contrariae factionis aliquot diebus, Arcem Leuwardæ ædificat, quæ etiam nunc hodie extat. Etzardus Frisiæ Orientalis Comes, quem alio nomine Ouermæ Comitem vocant, secundus suæ familiæ, dudum ægerrimè tulerat, Groninganos partim vi partim astutia Ommelandios sibi subiecisse, dominarique eos Ditioni omnique Amisia ac Laura fluminibus continetur; potentiamque ambitiosæ Urbis fractam conspiciere cupiebat, vt ex eius ruina aliquid suæ Ditioni accresceret: paraueratque in hanc rem eorum sibi amicitiam Nobilium ac Pagorum, qui foederi Groningano infensi, nunquam illi ascribi voluerant, intulerantque ante Saxonis aduentum bellum Groninganis infestissimum, magno vtriusque partis cum detrimento. Sub Saxonis aduentum non nihil conquieuerant, consideraturi quò res eius essent euasuræ. Sed Comes Etzardus certior factus, Albertum Saxonem à Cæsare, eiusque filio, vtriusque Frisiæ Imperio esse donatum, rebus suis timere incipiebat. Tandem negotio probè ponderato, prudenti nixu consilio, Saxoni operam auxiliumque domandis Occidentibus Frisijs, Groninganis, ac Ommelandijs offert, si se apud Orientales Frisios, secundum donationem Cæsaris Frederici tertij, regnare permittat. Conueniunt tandem inter se certis conditionibus Albertus Saxo ac Comes Etzardus, inter quas præcipua, sed arcana, erat, Com. Etzardus suis sumptibus Groninganos ac Ommelandios Saxonico subijceret Imperio; Mariani verò ac Oltamptum Oostfrisiæ Comitatus iungeret, eamque cum dictis Ditionibus à Saxone, eiusque successoribus, in clientelam acciperet: quæ conditiones, vt postea narrabimus, non diu sunt seruatae. Aspirabat enim profunda ambitione Etzardus ad Imperium Ciuitatis agrique Groningani, quem Ommelandiam vocant, ea ad Oostfrisiam spectare iudicans; Saxoni verò VVestfrisiam domandam statuerat: sperabatque se eò facile peruereturum operâ Nobilium à Groninganis Ditione ac bonis exutorum, qui nullo modo Saxonem ferebant, Etzardus verò magnis beneficijs eos sibi deuinxerat: exules enim, rerumque omnium indigos, benignè sua in Ditione receperat, fouerat, ac iuuarat. Conueniunt igitur ad Etzardum Abbas Adewartij, Rottumij, ac Tesingæ, Commendator Oostervirumij ac VVarsumij, Præpositus Loppersumij, Abkenus, Rodolfus, ac VVigboldus Eusluma, Hainus Fermsonij Præfectus, huiusque frater Eggerius Ripperda, Azinga Hanninus, Dittmarus Rengerus, Ioannes Rengerus, Albertus Guikuma, Hillebrandus Entes, ac cõplures alij dominationis Groninganae hostes capitales, Comitemque Etzardum, sua sponte dudum contra Groninganos irritatum, ad bellum eis inferendum omni

1498. arte cōcitant, corpora opeſq; in hanc rem ſinguli offerentes. Is, re bene examinata, clam cum Saxone conſpirat; auxilijsque ab eo acceptis, cum ſuas iunxiſſet copias, bellum ſubitò Groninganiſ infert. Defendūt illi ſe ſtrenuè, donec varijs fracti cladibus, ad Fredericum Badenſem, Præſulem Ultraieſtinū, donatione Cæſaris Heinrici quarti Groningæ Dñm, ſe conferunt, auxiliūq; petunt. Is partes auditurus, eos Vollenhouā cōuenire iubet. Cum fruſtra pro pace laboraſſet, inducias in menſem uſque Martiū anni 1499. facit: quibus ſtantibus, iterū pro pace in Hollandiā cōueniunt Albertus Saxo, cum filio Georgio, & Comes Etzardus; è Groninga Ioannes Schatterus, Lucas Horenkens, Conſules, Guilihelmus Frederici, Paſtor Eccleſiæ D. Martini; ab Ommelandijs Abbas Selwarti, Commendator VVarſumij, ac Albertus Guikuma. Sed cum nochic conuenire poſſent, prolongat Præſul inducias uſque ad ſeptimum Cal. Iulij. Poſtridie Cal. Iulij Archidux Duaci inauguratur; indeque Atrebatum profeſtus, Franciæ Cancellario cliérale ſacramentum, ſolita cum cæremonia, de Flandria ac Arteſia dicit; is verò Archiduci, nomine Regis, de Bolonia (quanquam id clierale beneficiū Rex Lodowicus vndecimus obliterare, occupata Bolonia ac Arteſia, eſſet conatus:) petens, ſecundum formulam pacis Senliacæ, Aira ſibi, Heſdinum, ac Bethunia redderentur; quod ſtatim Rex Lodowicus, miſſis ad horum Oppidorum Præfectos in eam rem literis, fieri iuſſit. Exinde Atrebatum in Arteſia Comitem, magno omnium Ordinum gaudio, inauguratur. Erat enim Princeps formoſiſſimus, annorum viginti & vnius, Regiam Maieſtatem ore, vultu, totoque corporis habitu referēs. Atrebatum, eo viſo, adeò ſunt larati, vt miſeriarum ac ærumnarum, quas longo tempore eius nomine pertulerant, obliuiſcerentur; omniſque ſexus ac ordo, in gaudium effuſus, omnia ſibi eo Principe felicia promittebat. Exinde Cæſar è Germania in Geldriam cum copijs descendens, Duci Carolo, nunquam à latrocinijs quieto, bellum infert, Oppidumq; Arkelenſium capit. Defendit ſe Gelder quantum poteſt, acceptis à Francorum Rege quingentis lancearijs equitibus, Ducibus notho Borbonio, ac Roberto Marcano, Eſdainæ Domino, ne pacem Rex violare videretur. Cæſari quoque Cliuiæ ac Iuliz Ducum auxilia non deſuere. Sed paulo poſt res ex parte componitur, Cæſar in Germaniam reuerti coacto, propter nouum inter conſederatos Sueuos, ſubditos ſuos, ac Heluetios ortum bellum, de quo ſequenti anno plura ſcribemus. Finitis inter Groninganos, eorumque hoſtes, menſe Iulio huius anni inducijs, bellum vtraque pars ſummo ſtudio apparabat. Eligunt Groningani quatuor Tribunos militares, Redmarum Heralma, Ioannē Schatterum, Lulolum Comerum, ac Nicolaum Comina, qui educto milite Damnum, Fermſonium, Otterdumium, Rheidam, V Varenarum, ac

loca

1499. loca vicina præſidiario milite occupar, Arcemque Ripperdanam Fermſonij, Ioannis Rengeri Poſta, cæterasque Hammij, Derſumij, ac Sticæ incēdunt. Etzardus Ducibus Groningane Ditionis Nobilibus in Oltamprium octingentos mittit veteranos pedites, ac bis mille armatos ſuæ Ditionis ruſticos: qui V Vinſcotam ac Slohteram prætergreſſi, ad Abbatiam V Virvirum confident, partemque Oltamprij ſacramētum dicere, ac ſtatim Etzardo numerare bis mille ducentos daleros cogunt. Groningani qui Damnij in præſidio erant, eos expectare nō auſi, deſerto oppido Groningam reuertuntur. Nobiles, eo occupato, foſſa valloque inſigni muniunt. Poſtero die Etzardus, comitatus mille alijs armatis ruſticis, Damnum venit; Oltamprios nō parētes, populationibus ac incendijs vexat. V Vitterfoxius, intellecto Etzardi aduentu, cum ducentis quinquaginta veteranis ad eum contendit: ſed prope Colhanum à Groninganis numero longè ſuperantibus victus, inter primos præliando cadit, ac cum eo circiter centum quinquaginta è Guardianis. Corpus eius cum aliquot captiuis Groningam perductum, apud Fraciſcanos eſt ſepultum. Venerat interea Albertus Saxo in Friſiam Occiduā, cum filijs Georgio ac Heinrico, primumque Leuwardæ in Principē inauguratur, deinde cæteris in oppidis, hoc præſtito ſacramento: Nos Albertus Saxoniz Dux, Lantgrauus Thuringiæ, ac Marchio Miſniæ, nos etiam volumus omnibus ac ſingulis, tenore præſentium tabularum, nos etiam in protectionem deſenſionemque noſtram accepiſſe ac accipere omnes etiam ac ſingulos cuiuſcunque generis ac ordinis homines Ditionis Friſiæ, etiam eorum Oppida, Ciuitates, Pagos, Munitiones, Caſtella, ac incolas: pro etiam mittimusque, exactiſſima eorum habita cura, extra Friſiam ad cōuen etiam tus agendos eos nos nunquam euocatuſ, ſed ius omnibus ſinguliſque etiam æquiſimè domi dictuſ, iuſticiamque æqualiter adminiſtratuſ. Ca etiam tatactas verò ac aggeres, mari fluminibuſq; conſeruadæ Friſiæ cauſa etiam extructos, ſartos tectos curabimus. Priuilegia ac immunitates om etiam nium ſingulorumque conſeruabimus, nouas leges ſine eorum aſſenſu etiam nullas feremus. Atqui hæc omnia & ſingula Diplomate Cæſaris ea cō etiam ſentientis approbantique confirmari curabimus, Friſiſque in manus etiam trademus. Exinde Friſij, traditis Duci Alberto tabulis, in hanc ſenten etiam tiam cum eo conuenere ac iurauere: Nos homines ſacri ac profani or etiam dinis, nobiles ac ignobiles, Ditionis V Veſtfrisiæ, vt ſemel ciuili bello etiam hoſtibuſque externis liberati, in pace ac tranquillitate viueremus, fa etiam temur nos omnium Ordinum communi conſenſu elegiſſe, miſſa lega etiam tione euocaſſe, enixè rogaſſe, ac in auxilium imploraſſe, illuſtriſſimum etiam ac nobiliſſimum Albertum Saxonem, Thuringiæ Lantgrauū, Miſniæ etiam Marchionem, ſacri Imperij Principem, ſequentibus conditionibus: etiam Agnoſcimus, eligimus, ac recipimus in abſolutum Principem, Ducem etiam Albertum

1499. Albertum Saxonem, eiusque legitimos haredes, conditionibus descrip-
 tis in Diplomate Cæsaris Maxæmiliani nominis primi. Si necessitate
 pressi Dux Albertus eiusque haredes in Frisia gubernandi causa ha-
 bitare non possint, nosque eam ob causam eum eiusque haredes pro
 Principe agnoscere nec recipere amplius voluerimus, promittimus nos
 illi, aut eius legitimis haredibus, soluturos eam pecunię summam, quam
 durante gubernatione nutriendis militibus, erigendis munitionibus
 ac Templis, muniendis Oppidis, iaciendis molibus, aut quibusuis
 alijs de causis Regioni necessarijs impenderit: quo facto, integrum no-
 bis erit, deserto Duce Alberto, eiusque haredibus, alium pro arbitrio
 eligere Principem. Pollicemur nos illi, eiusque successoribus aut Lega-
 to, aperturos Vrbes, Oppida, Munitiones, Castella, Arces, ac similia, vt
 ijs more absoluti Principis vtatur, nullo tamen rebus nostris priuatis,
 agris, nec annuis redditibus illato incommodo. Consentimus, Dux
 Albertus, eius haredes ac Legati, noua Castella, Arces, & Munitiones,
 vbi eis in Frisia visum fuerit, ac placuerit, erigant ac ædificent. Dona-
 mus ac consentimus Duci Alberto, eiusque haredibus, vt vitam abso-
 luti Principis splendide ac pro dignitate agant, Dominia, tributa, ac
 annuos redditus sequentes. Singulis recipient annis à singulis Friso-
 num ædibus duos Flandricos grossos, stufferum Brabanticum cõstituen-
 tes. Singuli equi, singulaque pecora biennium excedentia, grossum v-
 num soluent. Anni Frisonum redditus, ac agrorum annuę locatio-
 nes, singulis annis centesimum Principi soluent nummum. Qui pro-
 prios colent agros, soluent habita ratione vicini agro conducto vtent-
 tis. Singula cereuisiæ dolia, aliunde in Frisiam aduecta, octo soluent
 grossos, è quibus Princeps sex, ærarium loci, vbi à tabernario diuenden-
 tur, duos recipiet grossos: qua seruitute liberi erunt homines sacri ac
 nobiles, modo eam non vendiderint, sed in familiæ tantum vsu com-
 pararint. Vini vigesimam Princeps habebit mensuram. Pannus la-
 neus, cuius vna triginta vendetur stufferis, ac lineus qui decem, singula
 vna quatuor soluent grossos; quæque dictam summam non attinget,
 duos grossos. Harum rerum solutio hoc anno ac die initium sumet.
 Contenti sumus ius nobis Princeps dicat secundum leges Imperiales,
 quæ statutis ac moribus nostris contraria non sunt, auxilioque ei, vt ita
 fiat, erimus. Permittimus Principi iura quæ vocant Regalia, vt in rem
 mercatorum, omniumque iter facientium, terra, mari, flumine, ac sta-
 gnis tuta præster itinera, vtens eam in rem operâ tantum eorum qui
 in Frisia sunt nati. Poterit Princeps pro arbitrio cudere monetam au-
 ream ac argenteam, eiusque valorem suo iudicio augere ac minuere.
 Contenti sumus, clientalia Imperij beneficia, siue ea sacri siue profani
 iuris fuerint, à Cæsare, præstito ei sacramento, recipi curet. Pollicemur
 hæc

hæc omnia & singula, sine vlla violatione, pro nobis successoribusque 1499.
 nostris, obseruaturos nos, non obstantibus priuilegijs nec immunita-
 tibus præsentis nec futuri temporis. In cuius rei testimonium hæc Sene-
 chi subscripsimus, ac sigillo ordinario Ditionis VVestergoicæ muniui-
 mus, pridie Calendas Maij anno 1499. Vigesima prima mensis Augusti
 vendidit Fredericus Badensis, Antistes Vltraiectinus, Ordinum Ditionis
 consensus, Ioanni Rouero, Montvoortij Burhgrauio, supremâ iurisdic-
 tionem, quæ ipsis in Oppido ac Ditione Montvoortiana ab omni
 antiquitate competeat, seruata patronali præeminetia, ac imperandi
 tribuci potestate, semel acceptis quatuor millibus aureorum Rhenen-
 sium florenorû: quibus ei aut successoribus redditis, cedere, ac Antistiti
 Ordinibusque Vltraiectinis Montvoortianam Ditionem reddere cogi-
 tur. Hactenus enim Burhgrauij infimam tantum iurisdictionem habue-
 rant, ac Burhgrauij Mõrvoortiani titulo noti, partim Vltraiectensium,
 partim Hollandiæ Comitum nutum obseruabat. Anno enim 1323. mense
 Aprili Henricus Rouerus Montvoortij Burhgrauus se, Oppidum ac
 Ditionem Montvoortianam patrocini ac defensionis Guilielmi Hol-
 landiæ Comitum libera voluntate subiecit, vt literæ ea de re confectæ
 (quarum legi exemplum) etiamnum testantur. Rebus Groninganis
 ac Frisicis in eo, quæ diximus, statu cõstitutis, Antistes Fredericus pri-
 mum Leuwardæ, deinde Gerriclosteri, conuentu partium habito, frustra
 tertio de pace agit. Groningani enim, Duce Vlrico Ezens, Olderfomio
 à Comite Etzardo bonis pulso, Guardię legionem è Belgio euocaram
 stipendijs suis addixerant. Iungunt his veteres Vrbs stipendiarios mi-
 lites; coactisq; in vnum quatuor virorû millibus, Vlricus, vt Comitem
 Etzardum Dammo, Delfzilam, Otterdomio, cæterisque locis pellat, in-
 deque bellum in Frisiam Orientalem transferat, proficiscitur. Sed in-
 gruente tempestate, ac apertis ab Etzardo cataraetis, ob repletos aqua
 marina agros ulterius progredi non potuit. Accessit mox defectio
 Guardię Legionis, quam Comes Etzardus pecunia corruptam ad sua
 stipendia traduxit. Quare coactus Vlricus cum quingentis tantum mi-
 litibus Groningam, nulla re memorabili gesta, est reuersus: quo rerum
 irrita conatu Senatus ciuesque nil animis consternati, recenti educta
 manu, mense Ianuario anni secularis à nato Christo 1500. muniunt 1500.
 Arces quæ sunt Vtwardi, Muedæ, Zudenburæ, ac Slohteræ, vnde factum
 est, vt ruto rustici comneatum in Vrbes venum adueherent; indeque
 cum iustis copijs ac aliquot tormentis denuo Dammum, Dichusam, ac
 Delfzilam tentant. Sed continuæ pluuiæ, ac per cataraetas procura-
 tæ agrorum inundationes, eos domum redire coegerunt. Tum Et-
 zardus, suis eductis copijs, incendit VVageburgum, Vthusam, ac Mue-
 dam. Vtwardij, tradita Arce, præsidium admiserunt. Marnij, rebus suis ti-
 mentes,

1500. mentes, arma capiunt. Mittunt eis auxilia Groningani, ceterique Ommelandij, ac simul castra VVinsumij locant. Sed appropinquante cum copijs Etzardo, oritur inter socios dissensio. Groningani domū abeunt, militibus stipendiarijs munito VVinsumij loco relictis. Etzardus dissentientes inuadit: repugnant nonnulli, alij seruato ordine discedunt, tertij fugam capiūt. Marnij, non paucis desideratis, malè habiti domum rediere. Per idem tempus rebellant contra Ducem Albertum Oostergoij, VVestergoij, ac Zeuenvoldij: Franikeram obsident, quod in ea esset Henricus Saxo, Alberti filius, cum trecentis quinquaginta veteranis pedibus, à patre ac Erico Duce Brunsuicano (qui Alberti filiam uxorem duxerat, ac cum socero in Germania militem conscribebat) breui auxilium expectans. Cumque in Frisiam electa cum manu venissent, reperiunt fideles Frisios VVinsumij ultra quatuor virorū millia coëgisse, pontemque in Reidipio fecisse, vt, traiecto antne, cum rebellibus confligerent, ac Franikeram obsidione liberarent. Habebant rebelles circiter decem armatorum millia, castraque Bomsterzila munierant. Dux Albertus, in vnum coactis veteribus ac nouis copijs, ad hostem pergit: cumque eos, instructa acie, in conspectum haberet, per sclopetarios leuibus vexat diuersis locis pugnis. Interea idoneo loco constitutis tormentis, tantam à latere eis cladem infert, vt vix tentata pugna omnes fugam arriperent. Multi capiuntur, plures interficiuntur, aquisque merguntur. Tum Dux castra Vraucloosteram transfert, expectans quid consilij rebelles, qui Franikeræ filium Henricum obsidebant, essent capturi. Quum eos in castris manere intellexisset, premereque Oppidum velle, eò contendit. Illi, re intellecta, simulque de sociorum clade ad Bomsterzilam certiores facti, concepta formidine, impedimenta conuasant, ac non expectatis Ducibus ad sua quisque, dissipato exercitu, dilabuntur, manente in obsidione Praefecto Suckero, cum mille quingentis veteranis, pudore magis quam spe victoria ductus: in quem obscura nocte erumpēs Henricus Saxo, Suckero cum ducentis quinquaginta viris interficit, ceteros omnes in præcipitem fugam agit; superuenientesque summo mane Duces, tormenta quæ rebelles Groningæ emerant, commeatum, ac impedimenta, sui iuris faciunt. Inde Duces cum Henrico Saxone Leuwardam ac ad cetera Frisiae Oppida proficiscuntur. Nullus non portas aperiebat, veniam clementiamque petens, obuiam Ducibus veniebat. Tanta enim Dux Albertus in rebelles vsus fuerat seueritate, atati nec sexui parcens, vt ad eius nomen viri horrerent, iuniores fugam inirent, imbecillior verò sexus ferè exanimaretur. Rebus in VVestfrisia in veterem statum constitutis, ad domandos obsidendosque Groninganos Dux Albertus animum conuertit. Locat Adewarti castra, bellicum apparatus ac tormenta maiora

ta maiora nauibus Reidipio aduehi curat, tandemque septimo Cal. 1500. Martij eadem ad Abbatiam Selwartum, haud procul Groninga parte Septentrionali sitam, transfert; continuisque prælijs, ac opportuna occupando loca, tantum efficit, vt vndique serio obsiderentur. Tum maiora profert tormenta, ac omnia ad oppugnationem necessaria parat, nocte dieque ciues tormentorum globis vexans, quibus tamen eos plus terruit quam nocuit. Cumque aliquando superbæ Ciuitatis situm incautiùs speculatur, appropinquante suprema hora, totque fortium bellicorum facinorum sine, tormenti manualis globo leuiter in capite fauciat: cuius curandi causa cum se Dammum contulisset, accedente febris decumbere senex cogitur. Interea Fredericus Badensis, Praeful Ultraiectinus, summopere pro pace satagebat. Idem studebat Georgius Thurenus, Cæsaris in Frisia Legatus, qui post multas disceptationes, variaque colloquia, tandem Groningæ iuxta Elbingæ portam, vndecimo Cal. Septemb., hisce legibus conuenere. Groningani Ommelandios sacramento, quod sibi inita confœderatione dixerunt, liberant. Ommelandij ac Groningani, donec Imperiali sententia de iure Ducis Alberti ac Ciuitatis Groninganae sit decretum, liberi manent. Interea Georgius Thurenus Ommeladios gubernato, dicto sacramento, se in nullius eos constituturū potestatem, nisi quem Imperialis sententia Dominum declarasset. Pendente lite, Groningani iuribus, priuilegijs, ac immunitatibus consuetis, quod attinet ad summam auctoritatem, ac libertatem emendi, vendendi, coquendæ cereuisiæ, ac similia, vtitor, ita vt nemini liceat alibi vendere butyrum, caseum, equos, boues, vaccas, frumenta, grana, legumina, oues, verueces, porcos, quam in Ciuitate ac foro Groningano, exceptis sacris hominibus, Nobilibus, ac Damnijs, qui ea quæ ager eorum proferet, vbi voluerint, vendere poterunt. Eadem libertate Oltamptij, durante sequestri tantum tempore, vtuntur. Vnusquisque rebus suis liberè vtitor fruitorque. Exulles ad sua redeunto, contenti statu quo ea sequestri tempore reperient. Creditores Groningæ debitores suos sequestri tempore in ius non vocant, sed apud Ducem Albertum, aut eius Legatum. Groningani Com. Etzardo summā quatuor millium quingentorum Davidicorum florenorum, quam eis in summa necessitate mutuò dedit, restitunt: & si vsuram de dicta summa debeant, ex sententia Antistitis Ultraiectini, ac Ducis Alberti, soluunt. Quod attinet ad damna belli tempore Duci Alberto & Nobilibus exulibus illata sententiæ Imperiali stant. His rebus postremum cum laude perfectis, ac Groninganis in ordinem redactis, ingrauescente febris, leue per se vulnus in decrepito corpore putrescere cœpit. Quare soluta obsidione, maiorem exercitus partem in VVestfrisiam mittit, iustum Dammi præsidium relinquens: ipse cum

1500. cæteris in Oostfrisiâ contendit, vbi paulo p̄st Emdæ supremū diem claudit, plenus annorum ac honorum. Intestina in summi Templi sinistro latere ad altare sunt condita, cadaver in Misniam ad sepulturam missum. Successit ei filius natu maximus Georgius Saxo, Marchio Misnie, Langrauius Thuringiæ, ac vtriusque Frisiæ perpetuus hereditariūque Gubernator. Fuit Dux Albertus Princeps sui temporis clarissimus, omnium ore merito celebratus. Adolescens enim in Germania, Hungaria, ac Italia secunda militauit fama: quumque nomen efficacis esset adeptus Ducis, Imperatore Frederico tertio contra Flandros cum exercitu profecto, Regi Maxæmiliano relictus, rebellantes Belgas domuit. Flandria enim, Louanium, Bruxella, Thena, Niuella, Airschorum, ac Arces quamplurimæ, cum Philippo Cliuio, Marcans Leodien-sibus, ac Gandensibus sentiebant. Dux Albertus Louaniū obsidet, hostes in pugnam allecturus. Nemine prodeunte, Airschorum occupat, spoliât, ac incendit. Cliuius Centrones Belgas obsidet, discedere eum Albertus cogit, ac Thenam in eius oculis capit, diripitque. Gêblosium obsessum liberat. Arces Asquam ac Ischem expugnat. Hallam obses-sam, fugato Cliuio, liberat, eumque tandem Sluzæ inclusum ad pacis conditiones compellit. Ziriczeam in potestatem redactam composuit, Arcemque in Oppido ædificauit. Rebellantes Aquilonares Hollandos domuit, Arcemque Harlemi construxit. Exercitum contra tumultuan-tes Geldros duxit, ac Bateburgum cum arce cepit. Vtriusque Frisiæ Imperium à Cæsare Maxæmiliano primo, eiusque filio Philippo, acce-pit, rebellantes Frisios domuit. Groninganis ferme ad deditionem coac-tis, quibus voluit cōditionibus pacem dedit. Oostfrisiæ Comitem Et-zardum nutum suum obseruare coëgit. Nullus eo in verbis nec pericu-lis constantior, nec in armis fortior, adeo vt Achilles Germanicus etiã viuis sit appellatus. Rebelles cuiuscunque Principis naturã oderat, lu-benter oppugnabat, authores seuerè puniebat. Mechliniæ domum ædi-ficauit, hodie conuersam in Xenodochium pauperum Hispanorum, vbi suo tempore tanti fuit nominis, vt cum petulantem, ferocem, animo-sum ac inuictum significare volunt, dicere sua lingua soleant: *Ghy Zassenaer als ghy zijt*: hoc est, O Saxo, Heus tu Saxo. Deinde: *Hoe zijdy dus zassem?* id est, Quare tam es ferox, petulans, animosus, intrepidus? Extinctis fratris sui Ernesti Saxonie Ducis ac Septem-viri liberis, nepotes è filio Henrico nati, Mauritius ac Augustus, in Ducatum Saxo-niæ, ac Septem-viri dignitatem, successisse hodie vidimus. Guardiani milites pacem inter Groninganos ac Saxonem factam ægre ferentes, ad tria millia Drentam inuadunt, rapto viuunt, stipédia se querere di-centes. Groningani cum Comite Etzardo nondum pace inita, eos hac conditione recipiunt, vt Dammum, Delfzilam, Otterdumium, reli-

quaque

1500. quaque vicina loca à Com. Etzardi præsidij infessa expugnent, capto- rum locorum prædam eis concedentes. Accipiunt conditionem legio-narij, iunctique veteri Groninganos præsidio, ac ciuibus quampluri-mis, ad bellum prædamque alacriter separât. Mortuo enim Duce Al-berto, Groningani pacis conditiones contemnebant, omni se liberatos belli molestia arbitantes, eo è medio sublato. Etzardus etiam, veteri innixus consilio, pacem sincerè non colebat. Sexto Cal. Martij, qui D. Matthiæ Apostolo tum erat sacer, quod annus esset bissextilis, alioqui quinto Cal. fuisset, natus est Gandau Archiduci Philippo filius natu maximus Carolus, postea Cæsar nominis quintus. Nonis Martij sacro fonti præsentatur, Margarita Eboracensi infantem vlnis gestante, cui dextrum latus claudebat Margarita Austriaca, Hispaniarū Principis vi-dua, quæ non ita dudum ex Hispanijs cum Ioanna puerpera redierat; sinistrum latus claudebat Carolus Crouiacus, Chimai Princeps, qui infantem è sacro fonte susceperat, accedente quarto Ioanne Bergarū ad Scaldim Domino, patre Anthonij primi Marchionis. Antistes l'orna-censis infantem lauit, nomen Caroli indidit Chimaus, in memoriam proau Caroli Pugnacis. Rectores Urbis Gandensis infanti obtulere nauem argenteam, quinquaginta pondo, omen futuratum opū, quas eī successoribusque naues incognitis Insulis ac Terris repertis essent aduecturæ. Ter post hæc in populum aurea argenteaque spargitur mo-neta; primū ab Archiduce, infantis patre; deinde à Senatu Gandensi; tertio à mercatore panni serici, Urbis Gandensis ciue, qui ante ades suas, quæ infanti iter erat, scenam erexerat, in qua quinquaginta stabat viri, singuli singulis manibus ardentis redas tenentes. In medio con-spiciebatur filius eius, ac filia vnica, quæ prætereunti infanti vas au-reum magni ponderis dono dabat. Mensè Maio Archidux Bethuniæ ac ad Fanum Audomari inauguratur, indeque Dunkerkam peruenit, tum Greuelingam, vbique liberaliter donatus. Hic, missis ad eum Ang-lorum Rex Legatis, statuunt colloquij diem ac locum in Templo D. Petri, vnico distans Caletio milliari. Prior venit cū Regina Rex Hein-ricus septimus. Quinto Idus Iunij eodem contendit Archidux, Anglo-rum Proceribus obuiam prodeuntibus, deinde Rege Henrico. Quum inuicè honorassent, amplexiq; essent, Archidux Reginã eiusque comita-tum inuisit salutatque. Tum Principes per tres & ampliùs horas soli colloquuntur. Absoluto prædio, cum hinc inde Comites donis onera-sent, ac inter se muneribus certassent, ad sua rediere. Archidux Greue-lingam, Veurnam, hinc Niportum, tum Ostédam, tandem Ardèburgum peruenit, vbiq; summo cū honore exceptus, muneribusque excultus. E Flandria Lutzenburgum proficiscitur, vbi dicto acceptoq. sacramento in Ducè inauguratur, relicta Dirionis gubernatione Marchioni Badési.

H h 3

Sub

1500. Sub idem tempus iacta præcedenti anno belli inter confœderatos Sueuos ac Heluetios femina, miscente non parum secretò se Cæsare, ad maturitatem peruenere. Quum enim per autumnum Engadini Athesianos limites infesta populatione statim post mortem Sigismundi Austriaci, Comitibus Tyrolis, vexassent, inuidetes Cæsari Maxamiliano tãte hæreditatis accessione, ac proinde partem rapere conati, bellum auxilio Heluetiorum, quibuscum clam conspirarât, aggrediuntur. Sed primo congressu victi à Carolo Comite ab Arcqu, Cæsaris ijs in partibus Legato, ab Heluetijs auxilium postulant. Illi iam dudum parati militem educunt, Oppidumque Meinsfeldium ac Munstertallum, Ditionis Austriacæ, in Comitatu Veldkirchenfi occupant. Contra hos Cæsar, missis è Geldria, vbi tum bellum gerebat, copijs, collata cum Heluetijs acie superatur. Hoc bellum secretis artibus, magno astu, Lodowicus Francorum Rex procurabat, ne sibi in Italia bellum gerenti, Cæsar aut Heluetij (vt aliquando fecerant) negotium facefferent. Atqui hac ratione ad bellum ab vtraque parte inflammati, tandem & Sueuici fœderis Proceres Ciuitatesque ei se miscuere. Anno enim præcedenti nonnulli Proceres Sueui occuparant Arces aliquot Antistitis Curienfis, sui eas iuris esse asseuerantes, pluribusque ijsdem locis frustra erant conati, Rhetis (qui nunc Grifones dicuntur) sese opponentibus, qui Præsulem suum ad Cæsarem de illata iniuria conquestum misere. Sed is in Belgium profecturus, Antistiti Constantienfi ac Augustano mandarât, causa bene perpensa, partes hinc inde conciliarent. Inducunt Antistites conuentum vtriusque partis Procerum Feldrichi. Legati Cæsaris ac Sueuorum Oeniponti congregati, eò Rhetos ac Heluetios honorandi Cæsaris causa euocant. Dicebant illi eundem Feldrichum, loco ab Antistitibus constituto. Augetur his nugis verus simultas, ac quotidianis conuicijs in immensum excrescit odium, adeò vt tandem qui Oeniponti erant congregati, Legatos ad Principes ac Ciuitates Sueuici fœderis mitterent, rogantes Cæsari contra intolerabilem Heluetiorum arrogantiam ac contumaciam auxilium ferre vellent. Facile ad hoc Sueuici fœderis Proceres ac Ciuitates inclinant: armata breui non contemnenda manu, recipiunt Meinsfeldium, diripiunt Monasterium Munstertallum, interficiunt complures, capiunt non paucos, prædâque magnam præ se agentes abeunt. Heluetij, subitario milite coactò, abeuntium insistant vestigijs, adeptosque pugna superant, ac prædâ recuperant. Inde Sueuorum agros inuadunt, par pari referunt, ac ferro flammaque sauiunt. Interea Cæsar cum filio expeditione contra Geldros parabat. Sed ij vim nec belli calamitates expectandas sententes, impetrata pace, euasere; Cæsare facile in eâ consentiente, quòd non exiguam animo iram contra Heluetios cõcepisset, vindictamque à rebellibus flagran-

ter, sed

1500. ter, sed teçtè expeteret. Quare cum mediocribus copijs in Germaniam properat, simulans ægre ferre suo iniussu susceptum bellum. Accusant Sueui grauitè Heluetios, quòd contempta eius Maiestate Oeniponti conuentum contempserint, nec adhuc Legatos mittere dignati sint. Veteres Cæsar familiæ Habsburgicæ illatas ab Heluetijs iniurias animo reuoluens, vniuersi Imperij vires domandis Heluetijs mouere statuit, ac se de rebellibus insigniter vlscisci, voti que haud dubiè compos factus fuisset, nisi fatum obstitisset Helueticum, cui vt adhuc pluribus, nõ vni feruiant, est visum. Maior enim pars Imperij, Principum non esse iustam contra Heluetios belli causam dicebat, quum nulla in re Imperij Maiestatem læssissent. Singularum enim Prouinciarum Principumque similtates ac controuersias non Imperio, sed eius Senatui (Cameram Imperialem vocant) committendas, aut eorum damno, qui bellum cupiunt, relinquendas. Cæsar Principes inuitos ad bellum suscipiendum cogendos non iudicans, suas voluntariorumque copias contra Heluetios mittit. Pugnatur non semel iustis viribus diuersis locis; multoque effuso sanguine, pro maiori parte Heluetij vincunt. Lodowicus Sfortia, Dux Mediolani, Tiguri pro pace, vtriusque partis consensu factis inducijs, conuentum indicit. Sed turbulentorum hominum operâ nil efficitur. Sueui enim, incensis aliquot Heluetiorum Pagis, prædâ abigunt. Insequenti Heluetij pugnam committunt: victi, desideratis centum sexaginta viris, fugam capiunt. Elati victoria Sueui, vltèrius pergunt: sed à maiori Heluetiorum manu victi, ægre cum prædâ in tutum perueniunt. Rheti, coactò milite, recuperant Meinsfeldium, mox Brádis Baro id eis iterum eripit, iusto imposito præsidio. Rheti, accepto ab Heluetijs auxilio, expugnant Castellum Vadusium; Baronemque Brádisij repertum, captiuum abducunt. Mense Februario Tigurenses, Bernenses, Friburgenses, Solothurenenses expugnant ac incendunt in Hergouia decem Castella, multis cum Pagis; cumque Cæsarianis congressi Lucernates, Vrani, Suitenses, horumque vicini, trecentos interficiunt, ceteros in fugam agunt. Cæsariani, qui V Valshuti ac Laufenbergij circa montem Vocetium castra habebant, magna damna Bernatibus intulere, sapiusque eorum milites malè habuere. Sed instante mense Aprili Cæsarianos circa Basileam in nemore Brudersholt repertos, erepta prædâ, multisque occisis, in fugam agunt. Ortum hoc bellum, vt scripsimus, apud Athesinos, Basileam, Constantiam, ac Curiam usque serpsit. Sueui interea nouem virorum millia in vnum coegerant, incendunt Ermatingam; præsidium Helueticum, interfectis septuaginta viris, in fugam compellunt. Inde ad maturas conuersi segetes, pars eas falce rescare, reliqui in acie constituti expectare si Heluetijs defendendis in pugnam essent prodituri. At ij in silua Scawaderloch:

1500. lochia clam abditæ expectabant, donec demessæ segetes plaustris effene impostæ. Tum vnde non expectabantur erumpentes, viratis Sueuorum tormentis, aciem eorum magno impetu inuadunt. In silua decrepiti Helueticorum senes, ac adolescentuli bello adhuc inutiles, tubis tympanisque strepitum tumultumque ingentem edentes, magni exercitus speciem faciebant. Sueui cum aliquandiu acriter pugnassent, territi noua (vt putabant) è silua adueniente acie, in fugam conijciuntur. Heluetij demessas segetes, tormenta bellica, multos captiuos, pluribus occisis, abducunt. Prope Oppidum Fraßrentz paulo etiam post pugnantur, sed minoribus cum copijs, victoriâ Heluetijs obtinentibus. Exinde Heluetij Oppidum Tungenum cum Arce, Cussenbergam, Stulingam, ac Blombergam expugnant, incenduntque. Bernenses, Friburgij, ac Solothurenses profecti in Sungouiam, exusserunt Pagos ac villas quæ erant sub præfectura Lanarana, occiso ijs in locis Comite Ortenburgensi. Mense Iunio Tyrolenses, collecto non mediocri exercitu, in Ditionem Engedinensem irrumpunt, Pagos ac villas exurunt, prædamque magnam abigunt. Sed Rheti, coactis in vnum octo virorum millibus, eos prope Munstertallum inuadunt. Non detrectant pugnam Tyrolenses, sed cruento proelio decertantes, æquata clade abactaque præda discedunt. Rheti tamen victoriæ famam reportauere, quod superum Tyrolense vexillum cum aliquot signis militaribus vi abduxissent, quam tamen nec Tyrolenses in fugam agere, nec prædam recuperare potuerint. Cecidere ab vtraque parte circiter quinque virorum millia, exustaque sunt Oppida, Glarus, Mals, cum tredecim Arcibus. Cæsar de suorum aduersis prælijs aut cruentis victorijs certior factus, recentem mittit militem. Iungunt auxiliares copias Argentini, ac Alfatij, obsident Arcem munitissimam Dornec. Heluetij copias cogunt, vt obsessos liberent. Adsunt primi Lucernates, dein Zuggij, Tigurini, ac Selofurnij. Sequuntur Suintenses, & qui longius aberant. Consultant sintne ceteri expectandi socij. Decernunt minimè, ne interim Cæsariani, perfectis munitionibus, Arcem Dornec expugnēt. Adscendunt Heluetij proximum Dorneco montem, ac è notis callibus semitisque tanto imperu in Cæsarianos feruntur, vt, interfectis quatuor virorum millibus, ceteros in præcipitem fugam agerent, vix centum desideratis viris, inter quos fuit Ainuolebanus, copiarum Helueticarum Imperator, qui intemperantijs aliquot Germanorum cohortes sese recipiētes insequutus, tormenti manualis plumbea pila caput ictus occubuit. Pugnatum est iuxta nemus dictum Swartserwolt. Præda fuit magna tam bellici apparatus, quam impedimentorum. Periere viri aliquot clari, Comes Bitschij, Henricus Frustenbergij Comes, Casteltwartij Comes, ac plerique alij. Tot pugnis aduersis Cæsar

non

1500. non animo sed viribus debilitatus, cum sine Imperij auxilio domandis contumacibus non sufficeret, Germania verò Principes se bello Heluetico implicare nollent, ne vltiorem existimationis iacturam faceret, intercedente iterum Lodowico Sfortia, ascitoque communi consensu in sequestrum Comite Palatino Rheni, conueniendi dies Basileæ constituitur. Mittit Cæsar honestissimam legationem. Idem faciunt Heluetij. Vterque iniqua petit, vt æqua obtineat. Tandem conditionibus per pacis sequestros moderatis, firma stabilisque pax sancitur: Cæsar certa formula Heluetijs conciliatur: cui etiam sunt ascripti Basileenses, qui hoc bello neutram sequuti partem, magna tamen per biennium detrimenta, ad Urbis vsque portas depopulati, pertulerāt. Quare anno sequenti, ab Antistite ac Imperio secedentes, perpetuū fœdus cum Heluetijs pepigerunt.

VITAE MAXAEMILIANI PRIMI CÆSARIS, AC PHILIPPI Austriaci filij eius, pars sexta, HISTORIÆ LIBER SEXTVS.

Hoc rerum Cæsarianarum statu, Lodowicus duodecimus Francorum Rex Alexandriam, deinde Mediolanum, eiecto Lodowico Sfortia, copiisque eius ad Padum amnem profligatis, occupauit, fugiente Sfortia cum liberis, fratreque Ascanio Cardinale, in Germaniam ad Cæsarem: vnde post quintum mensem à Mediolanensibus, Francorum insolentiam fessis, reuocatus, cum forti Heluetiorum manu, quam mercede conduxerat, Mediolanum est reuersus. Sed paulo post nouus Francorum exercitus Duce Tramulio rediens, ac se veteribus Lignij, Trivulrij, ac Venetorum copijs iungens, Heluetijsque, qui Sfortiæ militabant, pecunia corruptis, Mediolanum Franci cum vniuerso Ducatu recuperauere, Lodowico Sfortia, ita vt inter pedites Heluetios, eorum more vestitus ac armatus, Nouaria per medium Francorum exercitum exire, ac in tutum ignotus effugere conabatur, capto in Franciam abducto, ac tristi carcere Lugduni incluso, perquam exiguo scribendi ac legendi concessu solatio, vbi tandem post decimum captiuitatis annum miser periit, relictis duobus filijs, Maxæmiliano ac Francisco, qui in Insubrū Imperio inuicem succedentes, cum summa miseria exiguo tempore

Ii

regnauerunt.

1500. regnauere, tandemque sine liberis obiere. Ascanius Sfortia Cardinalis à Venetis captus, tandemque Regi Lodowico, minis eum depositi, traditus, ac in Franciam quoque perductus, Biturigibus in turri, qui Regis aliquando per biennium carcer fuerat, cum Hermete nepote ex fratre, concluditur; vnde iterum paulo post educti, in libertatem sunt restituti. Has ob res Cæsar animo planè à Francis ac Venetis alienatus, eorum Legatos audire nolebat, causatus eos Imperij iura, nulla Maiestatis ratione habita, occupare. Quare in diuersis Principum Germaniæ conuentibus contra vtrumque auxilia petit, nisi, inani retento Imperij titulo, Ditiones eius ac Vrbes præcipuas ab exteris occupari possiderique mallent. Archidux Philippus Bruxellæ Brabantia 14. Cal.

1501. Febr. anno 1501. in Templo Carmelitarum, sacro ac cæremonijs pro more peractis, Equitum Aurei Velleris numerum supplet. Aderat Beluillæ Dominus, à Francorum Rege missus, petens, Archidux per Franciã terra in Hispaniam proficisci dignaretur. Sciebat enim Rex eò illi necessarium eundum, quòd vxor Ioanna Arragona, fratre ac sorore natu maioribus sine liberis defunctis, parentum hæres necessaria esset. Cupiebat Rex Archiducem summo sibi beneficio ac honore deuincire, ne Cæsarem ob occupatum Mediolanensem Ducatum, Imperij clientale membrum, difficile in Principatus collatione approbationeque experiretur. Constitutis in Carmelitarum Bruxellæ Templo Equitum Aurei Velleris gentilitijs in singulis tabulis armis, additaque inscriptione, supra Archiducis tabulam, quæ primo semper loco conspicitur, hæc Gallicis verbis erant scripta: Potentissimus, Excellentissimus, ac Illustrissimus Philippus, Dei gratia Princeps Castellæ, Legionis, Arragonis, ac Siciliæ, Archidux Austria, Dux Burgundiæ, nobilissimi Ordinis Aurei Velleris Dominus ac Princeps. Operam Legati Francici tabulæ arma continententes inuersa eorum Procerum, qui post mortem Pugnacis ad Francos defecerant, solito loco sunt repositæ. Rei ordo nunc postulare videtur, ad Groningensium res vt reuertamur. Legione igitur Guardianorum, quæ in Drenta inuaserat, stipendijs Groninganis ascripta, iunctaque eorum præsidarijs ac confederatis, decimo-quarto Cal. Iunii Dammum arcta obsidione cingit, frustra que aliquandiu oppugnat. Erat enim Dammi maior pars Nobilium Urbis ac Ditionis Groningana: habebant Germanos milites centum quinquaginta, ac armatos agrestes permultos: miseratque secretò Com. Etzardus scloperarios septuaginta, cum multo puluere tormentario. Groningani, educta ciuium dimidia parte, ac noua Ommelandorum forti manu, cum expugnandorum Oppidorum apparatu, legionarijs auxilio proficiscuntur, ac duobus diuersis locis oppugnationem instaurant, denuoque strenuè repelluntur, desideratis ducentis viris fortibus, ac multis sauciatis. Quare partem exercitus Delfzilam mittunt,

tunt, quam Engericus Ripperdanus, cum triginta quinque viris in præsidio collocatus, concepta formidine dedit. Munitio direpta exurit, soloque æquatur. Eggericus cum præsidarijs Groningam ducitur. Etzardus cum mille quadringentis militibus ac quingentis rusticis Amisiam traiecit, & Fermsonij castrametatur. Groningani ac Guardiani, relicto Dammo, instructa acie obuiam proficiscuntur. Expectat idoneo loco Etzardus, tormentisque maioribus præ se actis, adeò Groninganos ac Guardianos, à duobus proprijs Præfectis proditos, perturbat, vt orta dissensione, vixque tètata pugna, Seltwartum reuenterentur. Sed rupto in itinere ponte, per quem necessarium iter erat, multi exijs qui nondum transferant, sunt submersi ac cæsi, ceteri fuga Groningam versus sibi consulere. Periere è Groninganis circiter septingenti, ac inter hos Courtius Conradus, qui, abiecto Ciuitatis signo, inter primos fugerat, Albertus ac Hartmannus farges, Goswinus Schatterus, Ioannes Diepshæus, ac Ioannes Mepshæus, Consulium filij. Captiui sunt abducti Bernardus Conders, Egbertus Coninx, ac Reinerus Hungens, Consules. Accepta est hæc clades prodicione Euershofdij Buschij, ac Kindij VVordani, quorum postremus, id in vinculis passus, in foro Groningano capite est plexus. Post hanc victoriam Hugo Lisenachi Burchgrauus, Saxonis in Frisia Legatus, ceterique eius Præfecti, cum multa Germanorum ac VVestfrisorum nobilitate, Adewartum, Etzardus verò suis cum copijs VVinsumium venit, ac communi consilio Adewartum insigniter muniunt, coactis Ommelandijs suo sumptu operas facerent, insuperque magnam pecuniæ summam conferrent, in recusantes igne sauentes. Inde ad portas vsque Groninganas excurrunt, omnia igne ferroque vastant, Drentamque vniuersam depopulantur. Sub idem tempus Comiti Etzardo contra Heinricum Brunswichi Ducem, Ioannem Oldéburgi ac Dulmenhorsti Comitem, Nobilesque Butiagerlandios, nouum domi nascitur bellum: qua vsus occasione Fredericus Badensis, Præsul Vltraiectinus, inducias inter Saxonem, Groninganos, ac Etzardum facit, quæ initium essent habituræ Cal. Octobris huius anni, finituræ sexto Cal. Maij anno 1504. sapius interea diuersis locis frustra pro pace satagentes. Saxo enim absolutum in Ciuitatem Groninganam ac Ommelandios, omni sublata libertate, imperium pertinaciter petebat. Archidux pacem inter partes facturus Gandauum euocat. Georgius Saxo cum centum quinquaginta equitibus venit: Groningani misere Ioannem Schatterum, Lucam Horenkens, Courtum Conradum, Consules, ac Guilihelmmum Canterum, Urbis Secretarium, qui Archiduci insignes ac generosos equos Ciuitatis nomine dono tulere. Supra summum absolutumque Imperium Saxo petebat, pro belli impensis in hunc diem factis solue-

1501. rent quadraginta millia dalerorum, adderentque auream viri imaginem, certæ mensuræ ac ponderis, epuro puto factam metallo, in memoriam patris Alberti, bello Groningano interempti. Offerunt Groningani honorificam pecuniæ summam certo temporis interuallo persolvendam, ea conditione, Ditionem omnem, quæ Amisia ac Laura annibus continetur, ab eo, eiusque successoribus, vt clientale beneficium possiderent. Sed ne id Saxo (malè à plerisque consultus) admitteret, Com. Etzardi pro parte impediuerunt Legati. Illi enim Ommelandiorum Imperium Comiti, Groningana Ciuitatis ac Oltampitij Saxoni destinarant, non nihil à veteri ambitione remittentes. Breui verò debellari posse Groningam Saxoni persuaferant. Cum igitur re infecta partes in Frisiam rediissent, Saxo, vt patris Alberti legitimus successor, ab Occiduis Frisij dicto acceptoque sacramento inauguratur, prolongatque Antistes inducias in tertium vsque Iduum diem Nouembris anni 1504. Aestate huius anni in Ditione Leodiensi ac vicinis reperta sunt in hominum vtriusque sexus vestimentis signa Crucis, adeo exactè expressa, vt nullus pictor melius posset. Varia de his hominum erant iudicia. Maior pars celo demissas Cruces affirmabat: alij ab artificiosis pictoribus delineatas dicebāt, quo Principes ostenti terrore ad bellum Turcis inferendum animarentur ac incitarentur. Decimo quinto Cal. Augusti nascitur Bruxellæ Archiduci filia Elisabet, quam Henricus Bergius, Antistes Cameracensis, lauit. Pridie Idus Augusti Archidux Lugdunum ad Regem Lodovicum mittit Ægidium Bullidum, Archipræsulem Bisontinum, virum apud se primæ authoritatis, cum Cheruræ ac Verrij Dominis, vt filiam natu maximam Claudiam, ex Anna Britone natam, filio suo natu maximo Carolo, Duci Lutzenburgensi, ex promisso conuentoque despondeat. Promittebat Rex cum filia maternam hereditatem, Britonum Ducatum. Cæsar Regem Lodovicum Mediolani Ducem, concessio Diplomate, ac sacramento clientali accepto, ea conditione renunciarat, vt si dictæ nuptiæ Regis culpa effectum non fuissent fortitæ, concessio dicti Ducatus nullius foret momenti, sed omnis actio, quam iure Imperij in Ducatum Mediolanensem Cæsar habebat, ad Carolum Austriacum, Lutzenburgi Ducem, rediret. Exinde desponsatur Margarita Austriaca, Ioannis Hispaniarum Principis vidua, Philiberto Sabaudia Duci: qui ad eam accersendam honorificam ad Archiducem mittit legationem ducentorum quinquaginta equitum. Verrij Dominus, Margaritæ domus Præfectus, constituta eius familia, itineri cum ea, nobiliq; comitatu, se committit, in mandatis habens Margaritæ comitatum Geneuam vsque Archiducis sumptu deduceret, reduceretque. Decimo Cal. Nouembres Bruxella discedunt, perque Hannoniam, Picardiam, ac Franciam Digeonum Ducatus Burgundia caput perueniunt, indeque

1501. indeque Dolâ in Comitatu Burgundia, vbi eam, nomine Ducis Sabaudia, frater eius nothus in vxorem ducit, ac cor ex adamante factum, in cuius acie appendebat maxima immensi pretij margarita, præsentauit, addens matronale cingulum, in quo viginti sex visabantur adamantes, carbunculi ingentes decem, ac quæ plurimè margaritæ. Choreis ad sariatatem ductis, itur cubitum. Nothus Sabaudia iuxta sponsam semarmatus, more Principibus consueto, decumbit. Aderat Proceres vtriusque sexus, qui sponsalibus præsentés fuerant. Posteaquam Sabaudus paululum decubuisset, ac iocis facetiisque, loco, personæ, temporisque congruentibus, sponsæ somnum impediisset, surgens, verbis admodum honestis pro mercede osculum petit. Annuuit illa. Sabaudus in genua se conijciens, seruiturum se illi per omnem vitam promittit. Illa surgere eum iubet, noctemque felicem precata, pro exhibito officio adamantem magni pretij, aureo annulo ex parte inclusum, dat dono, cum osculo. Dola profecti, tandem perueniunt ad Abbatiam duobus miliaribus Geneua distantem, dictam Roma Moustier. Hora vix elapsa, eodem venit Philibertus Sabaudia Dux, sponsus; salutataque sponsa, eiusque comitatu, ocreatus ad hospitium reuertitur. Absoluta cœna, ad ædes sponsæ post mediam noctem reuertit, musicisque incitantibus instrumentis, reperunt distinctis sexibus choreas, aut bini, diuersi sexus, pedes corpusque musica proportione, cum honesta ac decenti membrorum conuersione, demonstrandæ valetudinis prosperæ causa, mouent. Idem singulares diuersi quoque sexus homines faciunt. Appropinquante aurora, Moriennæ Antistes Missam celebrat: qua finita, iunguntur, præeunte Antistite, statimque eunt cubitum, non surgentes quàm meridie campana sonuisset duodecies. Pridie Nonas Decembres Geneuam contendunt, veniuntque eis obuiam Ducis Philiberti fratres; Carolus, post Philiberti mortem Dux, quatuordecim tum annos natus; Philippus decem annorum puer, Archipræful ac Comes Geneuæ. Comitabantur eos equites trecenti, deducuntque nouam nuptam ad ædes Ducales, vbi Lodovicam Ducis sororem repperit, decem quoque annos natam: erant enim Philippus ac Lodowica gemelli. Rebus omnibus paratis, Geneuæ inauguratur, ac cum magna pompa lætitiæque recipitur. Paulo ante has nuptias Bruxellam fuerat reuersus Bellevillæ Dominus, à Rege Lodowico iterum missus, instanter rogans, ac vrgens, Archidux cum eo quo vellet comitatu, stabiliendæ pacis ac amicitia causa, per Franciam in Hispania terrestri itinere proficisceretur. Habito diu super hac re cum Proceribus, Consiliarijs, ac Ordinum Ditionum suarum Legatis consilio, diuersorumque auditis sententijs, duorum eo tempore clarissimorum virorum orationes referre placuit, diuersa suadentium, quod præter cæteras posteritatis me-

1501. *mortia dignæ sint visæ. Ægidius Bussidius, Archiantistes Bisontinus, per Franciam eundem suadebat: dissuadebat Carolus Crouiacus, Chimai Princeps, ab initio recensens bella, eorum causas, ac artes quibus à quadringentis annis Francorum Reges, nullis percentes sumptibus nec molestiis, Belgas, præcipueque Artesios ac Flandros, opprimere ac subigere essent conati, inprimis verò ea, quæ tempore Philippi Audacis, successorumque eius, Burgundionum Belgarumque Principum, sunt gesta. Persuadere conabatur, vix fieri posse, vt Rex cadem aui sui Lodowici Aureliani, operâ Ioannis Intrepidi interfecti, obliuisceretur; multo minus excidisse eius animo extremas miseras, quas Pater Carolus, ac vterque patruus, ductu Intrepidi sensere ac pertulere. Hinc ad cætera digressus, mutua ab vtraque parte narrat parricidia, cades Parisianas adhuc ante oculos versantes, fluentem calentemque etiamnum in Vrbe Lutetiana Aurelianorum sanguinem, Burgundionum manibus profusum. Proinde ingentis animi Regem tantos tam subito citoque clades non obliuisciturum; & si vellet cuperetque, domesticos familiares memoriæ eius mille artibus insinuatuos, renouatuosque animo capitale odium, quod Philippus Bonus, sexdecim continuis annis bello ferè in perniciem Francici nominis gesto, exercuerit. Fieri non posse, vt Caroli Pugnacis, Lodowici vndecimi, ac Caroli octaui tempora, acceptarumque sub his calamitatum memoriam animo deposuerit. Superesse in pectore acerrimi Regis scintillas inueterati odij, ac capitalium inimicitarum, quæ vel inuito subinde bilem moueant, vindictam expetere querereque cogant. Non instar vertiginosi hominis oblitum esse, quid Philippus ille Bonus aut miseris Franciæ incolis rauerit, aut infortunato calamitosoque Regi Carolo septimo extorsit, sed si vir est (vti certè est) eum maiorum suorum amicitias ac inimicitias cum Regno hæreditarias habiturum. Non esse nobis persuadendum, in Regis Lodowici animo sepultas iacere pacis Atrebatensis conditiones, cum Philippo Bono indecorè, quaquam necessariò, initas. Recordari eum optimè, toties ab eodem Philippo data Anglis, ad interuersionem ferme Regni Gallici, veteranorum peditum equitumque auxilia. Scire eum quàm flagranti animo Carolus septimus, Lodowicus vndecimus, ac Carolus octauus, vindictam à Burgundis sumere quoquo modo ac ratione desiderarint. Non esse putandum alio hunc Regem futurum animo, quem priuata sanguini ac familiæ illata irritet iniuria. His addebat veterem augendæ gloriæ æmulationem, promouendorum finium flagrantem cupiditatem, inuidiam, quæ neminem potentia, dignitate, nec autoritate parem, nedum superiorem, ferre potest, nisi cogatur; toties à Francis neglectam fidem, decus, pudorem, nulla de causâ, quàm vt vicinos omnes infra se constitutos viderent, soli que ab-*

soluturè

1501. *solutè imperarent. Hæc vera esse, rem ipsam loqui, quum toties violatis fœderibus (vel minima opprimendarum Belgarum spe proposita) ab ijs decepti, à Deo autè vindicati essemus. Diem citius defecturâ, anrequam hæc vera esse ex Annalium fide recitari posset. Vnius Lodowici vndecimi res gestas in mentem reuocandas, qui Carolo Pugnacis fidem millies datam viuo nec mortuo seruare potuit. Pauca hunc Regem vera virtute obtinuisse, perfidia plusquam Punica multa rapuisse. Nil ex his omnibus Regè Lodowicum duodecimum restituisse, minus ex ijs quæ filius Carolus octauus successori Lodowico huic nostro iniustissimè reliquit. Proinde citius aliquem Herculi clauam erepturum, quàm Lodowico duodecimo extorturum, quæ contra omnem rationem eius prædecessores Mariæ Burgundæ ac Belgis abstulere. Quas ob causas Francicum sibi iter non placere, sed vt Archidux Caletio in Angliam traiciens, expectata Belgarum iuncta; beneuoli Regis Henrici classe, mari tutissimè in Hispaniam eat, se suadere. Verendū enim esse, ne Rex Lodowicus Archiducem blandis amicisque verbis in potestatem allectum, donec voti compos factus fuerit, custodiat, ac ijs quæ mala fide, nullo iure possidet, in perpetuū renūciare, sibi que ius Burgundicum cedere, quasque voluerit Vrbes Oppidaque ante dimissionem reddere, quum serum erit penitere, violenter cogat. Quam maiorem partem in Chimai sententiam pedibus ituram Archipræsul Bisontinus videret, petita loquendi acceptaque potestate, vera Chimaum narrasse ait, quod ad actæ rei historiam attinet: sed an in eum sint omnia sensum accipienda, aut potius detorquenda, se plurimum dubitare. Quid enim noui, si Francorum Reges ab hinc quadringentis annis Belgarum Imperio ac libertati sint insidiati? Esto, adhuc idem moliantur. Et nos Francorum Regno leges, si liceret, dare cuperemus, cæteri que Reges Principesque omnes desiderio augendi Imperij, potentiæ, ac extendendæ famæ ducuntur. Scire se cupiditatem ac ambitionem omnium animis diuersa ratione ac modo innatas insitasque, insatiabiles esse belluas, nec vnquam recta suadere, præcipitare magnos, vana spe lactare mediocres, vulgus innumerabilibus irretitum nugis captiuū tenere. Naturam paucis esse contentam, cupiditatem limites non agnoscere. Querere se an his inter magnos homines dominantibus affectibus, propterea & fidè & generositate exulare debere omnes existimè? Non se putare. Imò si vera sit prudentum virorum sententia, habere nimirum vitia & virtutes indiuiduas semper comites, specie se mirabilem in modū referentes. Ambitio, cupiditas, & auaritia, magnanimitatem, modestiam, ac liberalitatem socias habebunt. Hæc autem à fide, fides à veræ laudis decorisque societate nunquam deferretur, quæ sua pulchritudine ac claritate illarum tenebras discutiet, sordes ac turpitudinem*

1501. dinem teget. Calamitates ortæ è superiorū temporum disidijs, bella,
 » cædes, odia, inimicitia capitales, Ditionum Oppidorumque direptiones,
 » nes, ac excidia, extorsiones, exilia, populationes, ac similia bellorū vitia,
 » ut ortum, ita & finem suum habere; neque fieri posse, ut eorū semper
 » homines recordentur. Ut enim morborum initia plerumque sunt
 » vehementissima, ac toleratu difficillima, successu verò temporis mediocria,
 » circa finem leuia; ita restituta sanitate, morbi narratio nonnunquam
 » pro fabula terendi temporis causa seruire solet, tandemq; profusus
 » in obliuionem venire. Eadem ratione calamitates humanas ac res omnes
 » aduersas vrere in accessu, postea mitescere, tandem vix sui memoriam
 » relinquere. Obliuionem temporis senectutem, remedium esse miseriarum
 » vitæ humanæ. Hæredes nos esse debere non minus amicitiarum
 » inimicitiarumque, quam fortunarum, parentum, auorumque nostrorum,
 » qui contendunt, nisi hanc sententiam distinctione sanarint,
 » periculosissimam humano generi vocem edere. Amicitiarum enim
 » hæreditatem se lubenter amplecti, quod sine hoc vinculo societas
 » humani generis diu consistere non possit: inimicitias verò ut non
 » temendas contra cõrumaces, ac maligni distortique ingenij homines,
 » ita omnino dimittendas, planeque ex animo eruncandas, inter sani
 » iudicij rectique animi homines vel tum maximè se censere, quum nec
 » malitiosa nec capitalis in aduersario pertinacia, vllaque maior animi
 » acerbitas apparuisset. Verè sapientis sibi videri sententiam, Amicitias
 » immortales, inimicitias mortales esse debere. Et aliquid se existimare
 » ad cõmunis vitæ vsus hoc dictum, etsi à Cicerone irrisum, attulisse:
 » Ama tanquam osurus, odi tanquam amaturus. Quod ad vindictæ
 » cupiditatem attineret, imbecillum, pusilli animi, vereque foemineū esse
 » affectum, ac mori plerumque cum eo qui est aut sibi videtur læsus: ad
 » hæredes tantæ miseræ successione, conditionis nostræ misertum clementissimum
 » Deum peruenire noluisse. Hinc tam facile summas extremasque inimicitias,
 » modò prudentes adhibeantur pacificatores, primum componi, deinde obliuisci,
 » tandem plane obliterari indices videmus. Si qui reperiantur tetrici
 » peruersique iudicij homines, a corrupta Urbis Regionisque suæ tyrannica
 » consuetudine in transuersum acti, ac iudicio decepti, qui difficulter
 » aut nūquam inimicitias ponere didicerunt; paucorum peruersitatem
 » (qui necessariò generositate, magnanimitate, ac vera fortitudine carent)
 » in exemplum non esse trahendam: neque existimandum, id proprium
 » esse hominis ac rationis, quod quorundam cæca pro vero habet ignorantia.
 » Exemplis hæc magnorum virorum comprobare se facile posse, nisi omnibus,
 » non minus quam sibi, nota esse sciret. Sed nullum illustrius extare testimonium,
 » quam Caroli Aureliæ Ducis, Regis Lodowici duodecimi patris, qui iniustissima
 » ac ferè

ac ferè pia inimicitiarum causa, facile tamen sincereque cum Philippo 1501.
 Bono in gratiam redijt, ac in amicitia perseuerauit, adeò vt ea de causa
 » non solum Franciæ Procerum, sed etiam Regis indignationem incurrerit,
 » contempseritque. Non trahendam in exemplum, multo minus alicui
 » imitandam, simulatam, peruersam, Regioque nomine indignam
 » Lodowici vndecimaturam. Habuisse Francos Reges complures, cum
 » quibus Lodowicus vndecimus (absit verbo iniuria) ne minima quidem
 » in re comparari possit, vel debeat. Non esse quod adhuc de Lodowico
 » duodecimo nec Rege, nec Aurelianorum Duce, meritò conqueri possimus,
 » gratulari certè nobis & Belgis omnibus bene quidè. Quod Reges
 » Regna plerumque sua in eo, quo reperiunt, statu lubenter conseruent,
 » naturale esse, & ad publicam tranquillitatem conseruandam, (in qua
 » Regum Regnorumque opes consistunt) priuatorumque fortunis non
 » perturbandis plurimum conducere. Proinde si Principem Philippum
 » Rex Lodowicus contra datam fidem in Francia detinuerit, non eum
 » mox limites suos aucturum, eiusque diminaturum, sed Franciam
 » ingenti perfidiæ nota maculaturum, existimationem suam in æternum
 » læsurum, omniumque Christianorum Principum indignationem
 » perfida impietate contra se concitaturum. Quare tantum Regem
 » sinistri aliquid animo concepisse, ac tot missis legationibus
 » amicitiam Archiduci, iterque tutum, nisi animi sinceritate inductum
 » obtulisse, sibi nulla ratione persuadere posse. Nouisse omnes, qui
 » præsentibus essent, naturam ac conditionem Regis Lodowici, qui
 » subito, præterque spem, è Duce Aureliæ tanti Regni successor factus,
 » non tam turpi perfidia noui Regni limites proferendos censebit,
 » multo minus præteritorum bellorum tristi memoria in transuersum
 » actum iri. Interuenisse enim amicitiam cum summa beneuolentia
 » coniunctam, subsequitam esse pacem, ex ingenti beneficio ortam,
 » confirmatamque omnibus diuini humanique iuris sanctionibus
 » ac vinculis, ipsumque tempus, quod pestilentissima etiam
 » vlcera tractabilia facit, factionesque tandem omnes sopit,
 » sepelitque, vires suas ad extinguenda odia, simultates, ac
 » inimicitias exercuisse. Quare ab animi Regis Lodowici
 » magnitudine generositateque alienissimum esse quod plerique
 » formidarent, quæ eum hoc tempore nulli Principi inferiorem,
 » parem certè omnibus faceret. Fugere eum ac odio habere
 » peruersam calliditatem, perfidam astutiam, distortam
 » prudentiam, affectatam prouidentiam, ac simulatam humanitatem.
 » Probos, doctos, sinceros, generosos, ac fortes amare, sibi
 » conciliare. A vindicta adeò esse alienum, vt vel ob hanc
 » solam virtutem illi omnino fidendum censerem. Exemplo
 » esse, quod ante adeptam Regiam dignitatem Parisijs in ludo
 » paræ pilæ cum Reinero Lotharingiæ Duce reticulo se
 » exercens, quum, orta de pilæ casu controuersa, pertinaciùs

1501. pertinaciùs disceptarent, exardescensque Lotharingus parum ei honorificè responderet, dimisso reticulo, ad rem pauca respondens, abiit. Rex factus, cum Lotharingus ad Aulam cum cæteris Proceribus gratulatum aduenisset, rogassetque obliuisci vellet verborum quæ in ludo parua pile, nimio ludendi ardore correptus, temere ac incòsideratè protulisset, iocundum respondisse. Non æquum esse vt Rex Franciæ memor sit iniuriæ Duci Aureliæ illatæ. Quòd verò tam enixè desideret, per eius Regnum iter Archidux faciat, non aliam subesse causam, quam quòd eum omni ratione summo beneficio deuincire, ac ad perpetuam amicitia iaciendum fundamentum rationem solidam inire cupiat, quo Cæsare eum Imperiali authoritate apud Insubres, deuictò Sfortia, imperare permittat, concessioque Diplomate, acceptoque clientali sacramento, Ducem Mediolanensem cum successoribus renunciet.

Archipræsulis oratione Archidux Proceresque cõfirmati, per Franciam eundem communi consensu decernunt, eo magis, quòd similitè uerentur tempestatem, quæ Margaritam Austriacam in Hispaniam nauigantem ferè cum omni comitatu aquis obruerat. Offerebat Rex Lodowicus Archiduci præsidium quadringentorum lanceariorum equitum, quod per vniuersam eum Franciam contra omnium iniurias protegeret. Præficit Archidux Belgis Eingelbertum Nassauium, ei à consilio iungens, ac sine quorum sententia nil eum facere volebat, Ioannem Hornanum, Præsulem Leodiensem; Cornelium Bergium; Berselij ac Cheuræ Dominos. Liberos verò Mechliniæ educari præcipiebat, curâ Margaritæ Eboracensis, Pugnacis viduæ; Thomæ Plainij, Burgundiæ Cancellarij; ac Dominæ de Rauestain. Exinde quarto Nouëbris cù Ioanna vxore Bruxella discedens, Bergas Hannoniæ venit, qua Vrbe, quòd Ioanna nunquam intrasset, liberaliter est donata. Sequuntur eos Ægidius Bussidius, Archipræsul Bisontinus; Henricus Bergius, Antistes Cameracensis, Cancellarius Ordinis Aurei Velleris; Carolus Rancicurtius, Præpositus Canoniorum in Collegio D. Virginis Atrebat, supplicum libellorum Præfectus; Ioannes Bergius, Ioannes Lutzenburgius, Villæ Dominus; Philippus Burgundus, Hugo Melunius, Equites Aurei Velleris; Fredericus Bauarus, Palatini Comitiss filius natu secundus; Bernardus Badensis, Henricus Nassauius, Balduinus Burgundus, Florentius Buranus, Iselsteinij Dominus; Anthonius Maillius, Claudius Pontailierius, Philippus Bossus, Philibertus Verrius, cognominatus Musca; Ioannes Halewinus, Anthonius Lalanus, Montignij Dominus, primus Hoochstratæ Comes, qui hanc profectiõnem oculatus testis duobus libris Gallica lingua diligenter & eleganter conscripsit, ex cuius autographo, quæ nunc narrare incipio, habeo; Carolus Poupettus, Ioannes Trazignius, Eustacius Brimæus, V Vezemalæ Dominus, Adrianus

nus Longeuallius, Maxæmilianus Hornius, Gaesbecanus. Hos secundi loci Nobiles magno sequebantur numero. Bergis Hannoniæ tendunt Valenchenas, inde Cameraçum, tum ad Fanum Quintini in Veromanduis, vbi à Rege ad eos missus Lineij Comes, cum multa nobilitate, ac vxoribus Comitum Vendomij ac Dunosij, præstò fuit. Hinc Nouiodunum proficiscuntur, tum Compengam, Senliacum, Fanum Dionysij, Parisios, Aureliam, postremò Blosum, vbi Rex ac Regina eos expectabant. Procedunt eis obuiam ad aliquot milliaria Proceres Regij sanguinis; cum quibus ex equo Archidux descendens, Palatium intrat. Viso Rege, caput nudat, corpus inclinat; paululumque retrocedens, reuertensque, vt tum moris erat, iterum se inclinat. Terriò idem parans, Rex ablato capitis tegumento non fert, sed obuiam veniens, Archiducem arctè amplectitur, ac per duas ferè horas soli deambulant. Lætabantur Principum congressu plerique, dolebant nonnulli, quisque pro ingenij ac iudicij capacitate præfagiens. Deinde Archidux à Comitiss Neuersij, Valentinosij, ac Candalæ vxoribus ad Reginam deducitur; exhibitoque ei ter decentissimè summo honore, cum osculo suscipitur: eademque ratione Rex Archiducem Ioannam honorat. Deinde inuisunt Claudiam Francicam, desponsatã Carolo Austriaco, Archiducum filio, cui adamantem auro inclusum, æstimatum mille quingentis aureis lilijs, Archidux Ioanna dat dono. Post decem feltos Blofij exactos dies, Ambofiam Archiduces, comitante huc vsque Rege, proficiscuntur: hinc in Turones, Pictauos, Congacos, ac Vascones. Initio mensis Ianuarij anno 1502. Garumnam amnem traiciunt, veniuntque Castellonium, Candillacum, Langonum, Carisum, deinde Requefortium, Regni Nauarræ Oppidum, inde Tartasium, tum Arquesium, vbi Regem Nauarræ ad se venientem salutant. Hinc Baionam proficiscuntur; valedicentesque Nauarro, pergunt ad Fanum Ioannis Lusij, postremum hoc loco Francici Regni Oppidum; indeque Fontarabiam apud Cantabres, nunc Biscaia dictos, vbi supremus D. Iacobi Commendator (nomen est sacræ apud Hispanos dignitatis) cum filio, qui Regno Beticæ, nunc Granada appellatæ, præerat, ac multis Hispaniæ Proceribus, eis obuiam procedit, felicemque gratulatur aduentum. Inde Riuam, Victorium, Mirandam, tandemque circa Idus Februarij Burgos perueniunt. Conestablis Castellæ, Archiduces cum omni comitatu Fontarabia huc vsque suis sumptibus deduxit, ac tractauit, muneraque per ampla, vt & Proceribus Belgis, dedit. Burgis Valledoletum veniunt, obuiumque habent Naiaræ Ducem, Castellæ Admiralem, Præsides ac Cõsiliarios summi Hispaniæ Concilij, Ordinè sacrû, tandemque effusum incitatumque visendi noui Principis studio populum. Hinc Medinam, tunc Segouiam veniunt; vnde pridie Cal. Maij Toletum ad Hispaniæ

1502. Reges contententes, coacti sunt aliquot dies hærere in Pago Ollies, duobus Toletis milliaribus, correpto Archiduce morbo puerili, sed periculoso, quem eo tempore lingua appellabant Gallica, *Rougerole*, è calore præter naturam maculis toto corpore scedè erumpentibus; medici Variolos vocant, Belgæ, *de maeselen*: quo Rex Ferdinandus audito, Olliesium contendit, generumque lecto decumbentem inuisit, ac nudato capite salutato aduentum gratulatur. Ille idem faciens, ægæ sed tandem impetrat, se focer ad manus osculum admittat. Regina Elizabeth, non satis prospera vtens valetudine, Toleti generum ac filiã expectabat, vt etiã Rex Ferdinandus, eò Olliesio reuersus. Septimo Maij Archiduces Toletum pergunt, dimidioque ab vrbe milliari obuiã habent Regem Ferdinandum, cuius dextrum latus tenebat Regis Frãciæ, sinistrum Venetorum Legatus, subsequens omnibus ferè vtriusque ordinis Hispaniæ Proceribus, Urbiumque Legatis, adeò vt Regis Ferdinandum comitatus ultra sex virorum millia haberet, tubis tympanisque tantum edentibus strepitum, vt se inuicem alloquentes non intelligerent. Archidux, viso focero, ex equo descendit. Is mandat ne vltèrius nisi eques pergat: quod tandem non vt focero petenti, sed vt Regi iubenti, se facere obtestatur. Tum omnes Belgarum Proceres ex equis descendentes, Regis manum osculantur, Archiduce ex equo primùm id faciente. Urbis portam intrantes, à Magistratu sub aurea receptus umbella, Rege ad dextram, vxore Ioanna ad sinistrã equitante, ad summum eunt Templum; factaque prece, Deoque actis gratijs, ad Palatium contendunt, Reginamque Elizabetham in sedem magnificam sedentem, iuxtaque filiam Regis notham, Hispaniãque Principes foeminas conspiciunt. Viso Regina genero, ac filia, surgens obuiam venit, generumque ad oris, Belgarum Proceres ad manus osculum admittit. Deinde filiam amplexatur: simulque quatuor Principes vna mensa prandentes, ea remota, Rex generum, Regina filiam ad secreta colloquia abducit. Decimo Cal. Iunij Rex & Regina in generali Ordinum Hispaniæ Castella dependentium consensu declarant Archiducem Philippum, eius vxorem Ioannam, cõmunesque liberos veros legitimisque Castellæ, eoque spectantium Hispaniæ Regnorum, hæredes, statimque eis Principum Hispaniæ titulum tribuunt. Tum Nobiles vtriusque ordinis, Urbium Ordinumque Legati, solèni eis ritu sacramentum dicunt. Prima autè ac præcipua huius rei est cæremonia exhibitio ex osculandæ manus. Vigesima tertia Augusti moritur Toleti in Monasterio D. Bernardi, vbi diu ægrotus decubuerat, Aegidius Buffidius, Archipræsul Bisontinus, olim Archiducis Philippi in pueritia Pædagogus, ac linguæ Latinæ institutor, vnde ad summas opes dignitatesque felici cursu peruenit, ac tandem secretorum eius omnium conscius, primisque cubiculi Consiliarius est factus.

1502. est factus. Sepultus est eodem loco, corde Bisontium misso. Sacris locis quamplurimis regia dedit dona, pauperibus verò distribui iussit viginti millia aureorum liliorum. Sacerdotia maiora ac minora apud Belgas, Burgundos, Hispanos, Francos, ac Anglos multa possedit. Paulo ante obitum à Papa Alexandro sexto Cardinalis erat declaratus; sed morte præuentus, purpureum non vidit galerum. Ortus nativusque erat apud Lutzenburgios familia honesta, quæ ex se claritatem ac opes splendidiores est nacta, promotusque erat è Canonico, deinde Præposito Leodiensi, in gratiam Archiducis ad tantas dignitates, vt etiam in Hispania Coriæ Præfatu à Regina Elizabetha ornaretur. Eo mortuo, Consilij sui Caput Archidux esse iussit Balduinum Burgundum, filium nothum aui materni Philippi Boni. Septimo Octobris Archiduces se parant, vt in Arragoniam inaugurandi causa contendant. Præcesserat ad res necessarias Rex Ferdinandus. Relicta igitur Regina Elizabeth Madrili, die decima-septima Medinam-Celi veniunt, vigesima-sexta Saragossam, (olim Cæsar-Augusta) vbi à Rege Ferdinando, ac vtroque ordine, summo cum honore ad quartam milliari partem obuiam prodeuntibus, excipiuntur, & ad Urbem deducuntur; actisque in Templo Deo gratijs, Archiduces obseruationem Priuilegiorum Arragonijs iurant. Tum ad Ædem publicam profecti, declarant Ordines voce Prototonarij ad hoc commissi, agnoscere se Archiducem Ioannam veram legitimamque Regni Arragoniæ, indeque dependentium Prouinciarum ac Regnorum, hæredem, & Archiducem Philippum, eius verum legitimumque maritum, liberos vtriusque sexus ex ijs natos nascendosque, iustos legitimosque Regni Arragonici, eoque spectantium Prouinciarum ac Regnorum, hæredes. At si cõtingeret Regem Ferdinandum alteram ducere vxorẽ, ac ex ea filiũ gignere, tunc sese præsentis sacramento absolutos haberi velle obtestabantur, Regique Ferdinando liberũ manere, filium secundis nuptijs natum Arragoniæ Regẽ constituere. His factis, vtriusque ordinis Proceres ad Archiducũ manus ex osculandæ admisi, sacramentum cum Urbium Oppidorumque Legatis dixerunt: ac proinde eos posthac non amplius Archiduces, sed Hispaniæ Principes appellabunt. Iamque in Belgium reditũ, Rege Ferdinando Madriliã reuerso, parabant, cum subito eius literis eodem vocatur. Modico cum comitatu Madriliã reuersi, petunt Reges, ea hieme in Hispania maneat, quod Princeps Ioanna haud procul à partu abesset, bellumque inter Francos ac Hispanos renouatum in Italia arderet. Docet Princeps Philippus id res Belgicas non permittere, sed se vxorem, donec peperisset, relicturum, tum petere bona eorum cum gratia ad se in Belgium reuertatur. Cum consensissent, noluit Rex Ferdinandus eum per Franciam in Belgium redire, nisi securitatis causa Rex Lodovicus obsides Belgis tradidisset.

1502. differ, donec eò Princeps sine iniuria peruenisset. Mittit statim Rex Lodowicus Valenchenas Gastonem Foxij, Carolum Monspererij, ac Carolum Vendomæ Comitem, vixdum pubescentes Regij sanguinis adolescentes. Exinde decima-nona Decembris Princeps Philippus, valedictis Regibus ac vxore, tenerè plorante, Madrilio Saragossam redit, aliquotque diebus excultus, tandem septimo Ianuarij anno 1503. venit Laridam Cathalonix Ciuitatem ac Academiam, decima-octaua Barcelonam, vigesima-quinta Garonnam, octauo Februarij Perpuuanum. Pridie Cal. Martij, transitis Salsis, Sigam Languedoci Oppidum intrat: cumque intellexisset Francos obsides apud Belgas esse, proficiscitur Narbonam, tum Montpellerium, vbi Legatos patris sui Cæsaris Maxamilianij, Furstenbergij Comitem, Domprostium Vitraiectinum, ac Dominum de Fay, repperit. Nona Martij Mincium venit, decima Auignonem, decima-quarta Aurantium, inde ad Pontem Sancti Spiritus, vbi ei nunciatur, vxorem Ioannam Alcalæ peperisse filium Ferdinandum. Decimasexta venit Turnoni, vitans Valéciam, ob pestem valde grassantem; vigesima Viennam Prouinciæ Lugdunenlis, vigesima-secunda Lugdunum eiusdem Prouinciæ. Huc mox venit Rex Lodowicus cum Regina vxore, multisque Franciæ Proceribus: aliquotque diebus se recreantes, pacem concludunt inter Regem Franciæ & Hispaniæ, adiudicantes Regnum Neapolitanum Carolo Austriaco, Principis Philippi filio; de qua pace mox plura. Decima Aprilis Burgium in Sabaudia Princeps proficiscitur, à Duce, eiusque vxore, sorore sua, magnificè exceptus. Sed mox vterque Princeps acri corripitur febrì. Paulo melius habens Princeps Philippus, Lugdunum ex promisso reuertitur, Regi ac Reginæ valedicturus. Sed in febrim recidiuus, tam grauius ægrotauit, vt de vita omnes medici desperarent. Vulgus venenum ei datum aiebat. Sed mox paululum conualescens, desijt plebs inconsideratè loqui. Rex verò ac Regina ei valedicentes, in citeriorem abiire Franciam. Princeps lectica vectus ad Sabaudum reuertitur: vnde, confirmata valetudine, ad Fanum Claudij Ditionis Comitatus Burgundiæ venit, vigesima Iulij Salinas, vigesima-secunda Vaudreium, vigesima-tertia Dolam, vbi alios patris Cæsaris Legatos audit, ac remittit; deinde Heluetiorum. Decima-tertia Augusti Graiam venit, vigesima Haricurtiū, inde Iuxā: tum Brisfachi Rhenum transiens, Friburgum intrat, inde Neustattum Comitatus Furstenbergij; vigesima-nona Semeringā, vbi à VVirtembergij Comite lautè cum comitatu excipitur. Pridie Cal. Septembris intrat Ritelingam, tum Eilingam, Austriaci Imperij Oppida; Cal. Septembris Oulinam, tum Augustam VVindelicorum; octauo Septembris Lauffenbergam: inde Oenipontem tendens, iuxta Urbem Cæsarem patrem obuiam habet,

seque

1503. seque mutuo ex equo amplexantur. Noluerat enim Cæsar filium ex equo descendere. Tum ab Imperatrice Maria Blanca Sfortia, omnibusque Aulicis ac Principibus, honorificèissimè excipitur, ac per mensam partim Oeniponti, partim Hallæ propinquo ei Oppido, cum patre egit, varijs exercitijs sese recreantes. Tandem sexta Octobris, obtenta abeundi facultate, ac multis ingentibusque muneribus bellicisque ingentibus tormentis à patre donatus, è Comitatu Tyrolis in Bauariam, Ditionemque VVirtembergensem reuertit, inde Bruxellam Sueuiæ, tum Heidelbergam Comitatus Palatini, exinde Vlnam, Oppenheimium, Maguntiam, tandemque pridie Cal. Nouembres Colonia Agrippinam; tertio Nouembris Duram Iulix, inde Aquisgranū, Traiectum ad Mosam, ad Fanum Trudonis, Louanium. Nona Nouëbris Mechliniam intrat, tanta perfusus imbri, vt toto corpore moueret, cogerenturque Mechliniani ignes gratulatorios, ac similia lætitiæ signa, in proximum differre diem. Hic amplexis liberis, eorumque nutritijs salutatis, aliquandiu ex tanto itinere requieuit. Hoc anno, ac præterito, sæpius varijsque artibus Rex Franciæ conciliare sibi studuit animum Cæsaris, firmamque ac diuturnam, quod ad res attinebat Italicas, (apud Belgas enim pax erat) pacem cum eo facere. Sed de conditionibus conuenire non poterant, quanquam ijs moderandis summi à Rege Lodowico viri essent præfècti. Alienato enim erat Cæsar à Francis animo, ob Sfortianorum calamitatem, ac indies magis magisque crescentem in Italia Francorum potentiam; qui non contenti, eiectis Sfortijs, Insuorum Imperio, Regnum quoque Neapolitanum sui iuris facere conabantur, ambitiosoque conatu ad vniuersæ Italiæ Regnum, magno Romani Imperij cum dedecore, aspirare videbantur. Obijt hoc anno Mechliniæ Margarita Eboracensis, Pugnacis vidua, prouectæ ætatis femina, nullis ex eo relictis liberis, qua in Vrbe iam dudum habitacionem delegerat, sepultaque est apud Franciscanos. Eodem quoque anno Franci ab Hispanis, ductu Ferdinandi Consalui, è Regno Neapolitano eijs pellique cœpere: quam si quis exactè historiam scire cupit, legat Paulum Iouium in vita dicti Ferdinandi, ac Historiæ Tomo primo, Franciscum Guicciardinum Historiæ libro quinto & sexto. Per idem tempus in Germania, ac præcipue circa Spiram Nemetum, multa hominum millia conuenere, Duces ac Præfèctos è plebe habentes, qui se liberos esse natos affirmantes, à Cæsare, nec vllò alio Principe, ad seruilis cogi debere opera dicebant. Bona sacra omnibus communia volebant. Singulis diebus certum numerum precationum Dominicalium, ac Salutationum Angelicarum, cum præscriptis alijs aliquot precibus recitabant, nouumque Regnum, cum notis legibus ac Religionis forma constituere conabantur, crescebatque adeò indies obtentupietatis

1503. tatis ac libertatis eorum numerus, ut Caesar exercitum conscribere, dissipareque lymphaticum agmen cogereretur: quod non difficile fuit, quum homines inermes frustra armatis resisteret. Pauci caesi, capta ingens multitudo. De Praefectis, ad aliorum exemplum, supplicium sumptum: inconditum vulgus asperrimis castigatum verbis, ac de obedientia: sacris voluminibus admonitum, domum sine pretio dimittitur. Haec sponsalia Martini Lutheri fuere. Eodem tempore Anthonius Laua, sub Praefecto Manuella Benauida gregarius miles, ex Hispania primum in Italiam venit, qui postea per omnes conscendens militiae gradus, tandem Caroli quinti Caesaris summus per Italiam copiarum Dux ac Infubrum Praefectus euasit; multisque contra Francos praелиjs fortiter feliciterque gestis, clarus illustrisque est factus. Quum Princeps Philippus Lugduni inter Reges Hispaniae ac Franciae pacem fecisset, vterque virum nobilem citatis equis in Regnum Neapolitanum mittit, petentes ac iubentes ab armis discedant. Franci praелиjs inferiores parere cupiebant, Hispani superiores recusabant, allegantes de pace a Hispania se nil accepisse. At secretior suberat causa. Erant enim Hispani confirmati auxilio trium millium peditum Germanorum, qui Caesaris iussu conscripti, ac Tergesti nauibus impositi, (agerrime ferente Rege Lodowico) ad Hispanorum castra peruenerant: cieciti que paulo post Franci a Ferdinando Consaluo Vrbe Neapolitana, Rex Lodowicus cum Principe Philippo, qui Lugduno de Sabaudia Regi ac Reginae ualedicturus redierat, grauissimè exostulat, quod pacis secum initae fiducia a socero eius, Rege Ferdinando, esset deceptus. Scribit Lugduno in Hispaniam ad socerum Princeps Philippus, se Francia non discessurum, antequam Regi Lodowico esset satisfactum. Mittit Rex Ferdinandus in Fraciam Dominum Fani D. Grairij, cum Iuris Doctore. Declarant hi, pacem a Principe factam Regem Ferdinandum probare non posse, quum Princeps mandati sui limites excedens, id, quod ei Reges Hispaniae per Abbatem Figierae scripto iusserant, non obseruasset. Respondet Princeps Philippus in praesentia Regis Lodowici, eiusque Consiliariorum, id scriptum nec a Rege nec a Regina Hispaniae fuisse sub signatum, ac proinde eam se sequutum formulam, quam Reges in Hispania signarant, sigilloque munierant. Hac se Regi Lodowico obrulisse, exhibuisseque, & ex eius capitibus cum eo tractasse, teste Rege ipso, mirarique se Hispaniae Reges hac se afficere ignominia. His dictis, uti nondum a morbo plane conualuerat, animus eum deserit. Desertur in proximum cubiculum; sibi que restitutus, ad Regem Lodowicum Procereque redit. Tum Grairius a Rege petit, secum in communicationem descendere, commonstrata communicandi ac transigendi potestate, velit. Quo Princeps audito ait: Vidisti, Rex, quid ego hac in re potestatis habuerim, quamque sincero tecum

animo

animo procul omni dolo fucoque egerim, scisque me huc non sine vite 1503. periculo, asperrimo detentum febri, reuersum, ut acta transactaque confirmarentur: quod quum per me, quo minus fiat, non stet, reiuudicium tue committo prudentiae. Sciens Rex Principem vera loqui, iniuriamque illi a Rege Ferdinando fieri, amplius Grairium audire nolens, ne ultra tertium in Francia diem maneat, iubet. Exinde Princeps cum Grairio (verene an simulatè, multi postea dubitarunt) insigniter exostulat, conquerens socerum ac Reginam sibi Hispania discedenti disertis verbis declarasse, pacem se cum Franco cupere, gratum fore, si controuersiam de Regno Neapolitano sopiisset, rataque se habituros quae cum Franco hoc in negotio egisset. His se confisum, Diplomateque insuper eorum confirmatum, cum Rege Lodowico non sine consilio duorum magnae autoritatis virorum, quos sibi comites ac Consiliarios socer in hanc rem dedisset, tractasse (ignoro quinam hi fuerint viri.) Consilium certe Regem Ferdinandum ex tempore, rerumque euentu, (ut mos eius erat) cepisse, facile apparet. Etenim ante Germanorum aduentum de Consaluo rebus desperans, pacem quaesierat: mutatam eorum praesentiam Consaluo fortunam, sententiam mutauerat, verbis dissimulans, re palam faciens. Neque enim a bello abstinuit, donec omni Neapolitano Francos exturbasset Regno. Satisfecit quidem Princeps Philippus Regi Lodowico, qui eum honorifice multis diebus tractatum, aegrotantem singulis diebus cum Regina inuisit, omniaque, quae ad sanitatem procurandam facere poterant, liberaliter administrari iussit; cumque ferè conualuisset, regie donatum in Sabaudiam reuerti est passus. Mox terra marique bellum contra Hispanos magno animo reparans, suis per Italiam in angustias reductis ingentia mittit auxilia. Ut verò Hispaniae Regis vires, diuersis locis distractas, imbecilliores in Italia redderet, duobus iustis (excepto Italico) exercitibus Hispaniam terra aggreditur, hoc Rusionensem Comitatum, altero Cantabros (nunc Biscayos) inuadens, ac versus Fontarabiam properare iubens; instructaque valida classe, Cathaloniae ac Valenciae oram omnicalamitatis genere infestare praecipit. Anno 1504. Princeps Philippus, intelligens Carolum Egmondium contra aui Arnoldi venditionem testamento approbatam, confirmatamque Caesaris Sigismondi Diplomate, in Geldria vi regnare, eum debellare, vniuersaque Geldria pellere, (ut patri, postremò a Germania discedens, se facturum fuerat pollicitus) constituit. Praemitit cum tribus virorum millibus in Geldriam Legatum Vergij Dominum, Burgundum, qui, indicto per Legatum Castrensem bello, Arces aliquot expugnat, Praefectis ac praesidiarijs in vincula coniectis, quod non ita dudum dicto Principi sacramento iterum defecissent. Interea Princeps, iusto exercitu coacto, Mosam Graue trajicit; expugnatisque

L I

tribus

1504. tur enim ne ab Hispanis Neapolitano Regno eiectus, à Cæsare Mediolano totaqué pelleretur Italia. Numeratis igitur Palatino aliquos aureorum millibus, iustaqué promittens auxilia, ad suscipiendum contra Cæsarem bellum inflammabat. Accedebat quòd Ladislaus, Hungaria ac Bohemia Rex, non exigua Palatino promississet auxilia, Cæsari inensus, ob inuasam Hungariam. Consideras igitur Cæsar, Philippum Palatinum nil æqui admitturum, neque vllis rationibus à peruicaci obstinatione diuerti posse, eum cum filio Roberto proscribit: armaque ab vtraque parte summa cum diligentia parant. Palatino auxilia Bohemica non defuere, nec Cæsarem Vricus VVirtembergij Dux, Guilihelmus Hasiæ Lantravius, Albertus Bauarus belli causa, Alexander Bauarus Veldentia Comes, Albertus Fredericus Marchio Brandenburgij, Georgius Saxo Marchio Misnia, Burhgravius Leinichenensis, deseruere. Misere & Cæsari auxilia Vlma, Norimberga, Augusta VVindelicorum, multaque alia Ciuitates ac Principes. Horum auxilijs Cæsar bellum gerebat contra Robertum, Bohemicis suisque copijs fidentem; eumque bis pugna superatum omni Bauaria eiicit, eamque Alberto restituit. Interea VVirtembergius, Hassus, ceterique Principes cum Philippo Roberti patre acriter certabant, eumque, collata acie, aliquoties superatum in fugam egerant, Palatinatumque insigniter depopulati erant. Quibus Cæsar cum victore exercitu in auxilium properans, munitioraque Palatinatus loca expugnans, effecit, vt Comiti Philippo animi ferocia caderet, maxime quòd Francica promissa verbis tantum constare didicisset. Interueniente igitur Christophoro Badensi, tandem Palatinus gratiam pacemque à Cæsare obtinuit, qui, Colonia Agrippina hac de causa conuentu indicto, ei è Principum sententia conditiones ac leges prescripsit, posteaquam bellum quinque mensibus durasset. Principes qui Cæsari auxilia adduxerant, domum proficiscentes, ingentem è Palatinatu prædam præ se agebant. Robertus pauper ac exul ad patrem reuersus, animi mœrore vitam cum morte commutauit, ætatis anno vigesimo tertio. Post hæc Cæsar, aucto exercitu, in Bohemiam contendit. Proscriptus enim fuerat cum Philippo ac Roberto Rex, ob missa contra Cæsarem auxilia. Sed Ladislaus corpore animoque æger, Cæsarique omnibus rebus impar, aduentum eius non expectandum censens, missa honorifica legatione, vsusque deprecatoribus aliquot Principibus, pacem petit, impetratque, multatus certa in militum stipendium pecuniæ summa. Hoc Cæsar defunctus bello, mox pacem sancit cum Lodowico duodecimo Francorum Rege, hac formula: Claudiam Regis filiam Carolo Austriaco desponsatam, ratum maneto. Rex eiusque Proceres ei sanguine iuncti sponsalia subsignant. Cæsar, rescisso Diplomate Sfortianis concessio, nouum Regi,

Regi, eiusque masculis legitimis liberis; ijsque deficientibus, è filiabus nati maximæ Carolo Austriaco nuptæ, aut eius fratri, concedito: quæ nuptiæ si Francorum culpa effectu caruerint, tum Carolus Austriacus, eius frater, & ex ijs nati liberi, nepotesque, in Ducatum Mediolanensem, omnibus alijs aliorum actionibus ac iuribus cessantibus, soli succedunt. Fœderi cum Papa Iulio contra Venetos icto Cæsar accedito. Pro Diplomate Ducali Ditionis Mediolanensis Cæsari ducenta millia aureorum liliorum soluto. Palatinum contra Cæsarem iterum rebellantem re nec consilio iuuato. Lodowicum Sfortiam carcere liberato. Quamquam hæc conditiones non diu sint seruata, nec Sfortia carcere emissus, fuit tamen post hæc multo mitius habitus, facta scribendi ac legendi libera potestate. Quinto Calend. Decembres Medina-Capi, quinquennio post filij Ioannis mortem, obiit Elizabetha Hispania Regina, Ferdinandi Catholici Arragonia Regis vxor, vita ac moribus fœmina alijs multis præstas, quæque apud suos ingentis prudentiæ nomen obtinebat, ad quam spectabant Castellæ Regna, Hispania longè maxima præstantissimaque pars. Quumque Ferdinando in Arragoniam, ea mortua, iure esset migrandum, ac relinquenda Principi Philippo Austriaco, eiusque vxori Ioannæ, Regnorum Castellæ gubernatio; hac de causa se Rex Ferdinandus opposuit, quòd factò Elizabethæ testamento sibi Castellæ gubernationem ad vitam legasset. At eam id iuris non habuisse, Hispania Proceres differebant: à quibus Princeps Philippus concitatus, iter in Hispaniam, inuito socero, adornabat, Castellæ hæreditatem vi vel amicitia aditurus. Sed tandem Fredericus Toletanus, Alæ Dux; Franciscus Pauenensis, Archipræsul Toletanus, Castellæ Cancellarius; Ioannes Lutzeburgius, Villæ Dominus; ac Ioannes Emanuel, Ararij Præfectus, controuersiam inter socerum ac generum his conditionibus composuere: Princeps Philippus nil sine soceri Ferdinandi voluntate nec consilijs in Hispania agito. Hispania Regni titulus communis esto. Regni vectigalia æqua portione diuidunt, idemque de nouarum Insularum in mari Indico repertarum redditibus faciunt. Donatio munitiorum Diuicobi Calatrauz, ac Alcantara, iuris Ferdinandi manento. Alter alteri militum auxilia, belli tempore, recipientis sumptu submittit. Cæsar his conditionibus comprehenditor. Pax cum Geldropaulo antè inita, rupta ab eo fuerat, fauiebatque in Hollandorum ac Brabantinorum fines. Hi rursum Geldros insigniter depopulabantur. Nam ad Isalam amnem Geldri ab Hollandis superati, non paucos, exceptis captiuis, desiderauerunt. Illi occupata Arce Proia, egregieque munita, Hollandis graues calamitates intulere, ac, ne Mosa liberè vterentur, effecere, vniuersamque Ditionem Lancstratianam latrocinijs infestam.

1504. reddidere, ad portas vsque Buscodūcanas quotidie excurrentes. Cum-
 que armatis aliquot Hardarwichi nauibus Hollandos ad sinum
 Meridionalem habitantes depopulari instituisent, ij de eorum confi-
 lio certiores facti, armatis ex aduerso nauibus, commissaque in al-
 to pugna. Geldros superant; naues septem, aliquot submersis, capiunt.

1505. Postridie Idus Ianuarij anno 1505. celebrat Princeps Philippus Bru-
 xellæ Brabantix, in Templo Diuæ Cudilæ, exequias Elizabethæ Re-
 ginæ Hispaniæ; cuius caremoniæ in longum tempus extractæ, quum
 tandem essent finitæ, Principis Philippi Legatus Castrensis alta
 voce in Templo proclamat: Obijt piæ memoriæ Illustrissima, Ex-
 cellentissima, Potentissima, Catholica Elizabeth, Regina Castellæ,
 Legionis, Toleri, Granadæ, &c. Quibus verbis ter repetitis, scipio-
 nem, quem manu tenebat, in terram conijcit; accedensque ad Prin-
 cipem Philippum, ter flexis genibus honorem ei ac reuerentiam ex-
 hibet, umbellamque, sub qua sedebat, auferens, in summo deponit al-
 tari, deinde iterum alta voce proclamat: Viuat Dominus Philippus,
 ac Domina Ioanna, Rex ac Regina Castellæ, Legionis, Toleri, Gra-
 nadæ, &c. Quo etiam ter factō, ad Principem redit, aitque: Illustris-
 sime Domine, more Imperatoribus ac Regibus consueto, iuberis
 Ducale capitis tegumentum deponere. Non enim te, qui Rex es, id
 posthac gerere decet. accedensque eodem momento summus Ar-
 chiducis Consiliarius, cum dicto Castrensi Legato, ei, quem posthac
 Castellæ Regem nominabo, Ducale capitis tegumentum auferunt; re-
 diensque Legatus ad altare, nudum gladium acie arreptum, ostenso
 capulo, in altum effert, ac inquit: Domine, hic gladius tibi est datus,
 vt iustitiæ sis patronus, ac Regna, Ditiones, subditosque tuos defen-
 das, non vt opprimas. Tum Rex Castellæ, ad summum altare facie
 versa, in genua procumbit, factaque prece surgit, ac gladium capulo
 arreptum, sublata acie, aliquandiu ostentat. Interea omnes Legati Ca-
 strenses, qui que eorum more vestiri sunt soliti, exutis togis quæ Archi-
 ducis referebāt insignia, quibus eo tempore erant induti, ac capitis ijs-
 dem tegumentis, nouis Regijque vestiuntur, quemadmodum & qua-
 tuordecim Regij tubicines. Finitis caremonijs, Castellæ Rex posthac in
 Tabulis & Diplomatum titulū mutauit, hoc modo scribens: Philip-
 pus Dei gratia Rex Castellæ, Legionis, &c. Princeps Arragoniæ, Sici-
 liæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Quarto Idus Septem-
 bres obijt Philibertus Dux Sabaudix, nullis è Margarita Austriaca
 relictis liberis, ætatis anno vigesimo-quarto, Regni nono, rediens à
 venatione, qua ad eò corpus incaluerat, vt, cum parum frigidæ hau-
 sisset, continuò animam efflaret. Exinde Rex Lodowicus Geor-
 gium Ambosium, Cardinalem Rotomagensem, ad Cæsarem in Germa-
 niam,

niam, Hagenauæ comitia celebrantē, mittit, suo ei nomine clientale sa-
 cramentum de Ducatu Mediolanensi ac Comitatu Ticinensi Anglerię-
 que diceret, quemadmodum pacis conditionibus superiori anno con-
 ceptis erat conuentum, præsentatque dimidiam promissæ pecuniæ par-
 tem, reliquum ex pacto numeraturus, quum Cæsar in Italiam venisset.
 Ambosius Diploma à Cæsare Hagenauæ accipit, quo conditionibus pa-
 cis anni præcedentis Rex in possessionem Ducatus Mediolanensis, vt
 cliens à patrono, constituebatur. Huius Diplomatis exemplum, Ha-
 genauæ dictis legibus septimo Aprilis huius anni exaratum, legi. An-
 no ad finem vergente, Reges Hispaniæ ac Francię pacem faciunt, cuius
 condiciones, quòd parum ad nostrum faciant institutū, sciens (his ex-
 ceptis) omisi. Cedit Rex Lodowicus Regi Ferdinando integra pos-
 sessione & titulo Regni Neapolitani ac Hierosolymitani. Ducet Rex
 Ferdinandus in vxorem Germanam Foxam, Regis Lodowici ex so-
 rore neptem. Numerabit Rex Ferdinandus Regi Lodowico, decem
 annorum inuicem succedentium spatio, decies centena millia ducato-
 rum, singulis annis centum millia, pro sumptibus eius Regni causa à se
 factis. Hæreditate adibunt id Regnum Ferdinadi & Germanæ vtrius-
 que sexus liberi. Si nulli fuerint nati, Regi Lodowico sua actio, resti-
 tuto auro, maneto. Actū Blossij duodecimo Octobris. Sub idem tem-
 pus Rex Castellæ ad patrem Cæsarem in Germaniã proficiscitur. Ha-
 genauæ propinquus, Furstenbergij Comitem cum multa nobilitate
 ac ducentis equitibus à patre obuiam missum excipit. Tandē ipse Cæ-
 sar cum Germaniæ Principibus adueniens, filiumque Regem ample-
 xus, in Ciuitatem deducit, vbi sæpius habito consilio, tandem pacem
 cum Francorū Rege à filio factam approbat, in eam præsentē Ambosij
 Cardinalis iurans. Tum patri clientale dicit sacramētum de Geldria,
 Zutania, ac pro filio Carolo de Lutzenburgo. Finitæ erant hoc anno
 festo Paschatis inter Groninganos, eorumque hostes, induciæ. Ter
 diuersis locis pro pace frustra egerant. Postremo conuentu Guilhel-
 mus Truccius, à Duce Georgio missus, tribus propositis hisce cōditio-
 nibus pacem, nulla alia conditione expectandam asserens, obtulerat:
 Ommelandios in libertatem restituito; à dicto mutua cōfœderationis
 causa sacramento liberato. Fori ac nundinarum in emendo vendendo-
 que vsurpato priuilegio cedito, idque Dammum transferri finito. Duci
 Georgio in vrbe locum munitum salubremque, vbi Palatiū se dignum
 ædificare munireque posset, assignato, in quo ipse, aut eius Legatus, cō-
 tinuò habitet. Courtius Conradius, Groningensium Legatorum vnus,
 rei indignitate ad iram commotus, reddit: Non opus erat hisce condi-
 tionibus pro pace conuentum egisse, sed tribus verbis respondere, Bel-
 lum, non pacē, cupimus. Nam quod ad superbissimas iniquissimisque
 petitiō-

1505. petitiones attinet, quàm diu Groningæ vir supererit, cui manuum officio fungi licebit, ijs legibus Ciuitatem non intrabit. Quod in vobis est facite, nos nobis, iuuante Deo, non deerimus. Statimque Dammum excurrentes, viginti-quatuor præfidiarios leui pugna captos Groningâ perducunt. Saxones Adewarti præfidium augent, quotidieque ad portas vsque Groninganas excurrunt: venitque eodem Comes Etzardus, relicto Dammij fratre Vckone cum mille præfidiarijs. His non obstantibus, Groningani, cum quingentis armatis egressi, spoliant exuruntque Oosterwirum, Heuescham, VVeivartû, domumque cum magna præda reuertuntur. Etzardus, armatis ter mille quingentis viris, munit Templum Slohterantum, Zuitlarantum, Terpuntantum, conatus vndique impedire ne commeatus Groningam deferretur. Aperuerat etiam cataractas aliquot, aquaque marina loca decliua inundarat. Ad hæc, rogante Duce Georgio, Cæsar Groningam scribit, secundum donationem Duci Georgio à se Principem admittant. Sed quod semper se excusantes, nullis obedirent literis, hoc anno Groninganos proscribit, misso ad Saxonem ac Groningam exaratis in Tabulis eius rei exemplo. Groningani, proscriptione parum moti, auxilium ab Ultraiectinis expectabât; quod haud dubiè Antistite Duce venisset, nisi eodem tempore Cæsar cum filio Philippo, iustis instructus copijs, bellum cum Geldris gessisset. Timens igitur Antistes ne bellum Cæsar è Geldria contra se verteret, vel inuitus quiescebat. Paulo post secunda Groningensium fortuna est pugnatum. Cecidere Saxones sexaginta, multi capti, cæteri fuga Adewartum, vnde venerant, peruenere. Cæsar certior factus Antistitem Ordinesque Ultraiectinos se parare vt Groninganos auxilium ferant, literas ad Antistitem Ordinesque hoc exemplo mittit: Notum vobis est, ob certas vrgentesque causas constituisse nos patruelem nostrum, Albertum Saxonem, perpetuum hæreditariumque vtriusque Frisix Gubernatorem. Cui nostræ constitutioni, mandato, ac voluntati solos nolle obedire Groninganos, spe auxilij quod à vobis expectant, certiores facti sumus: bellumque contra Ducem Albertum, eiusque filium Georgium Saxonem, infestissimis animis gessisse ac gerere intelligimus, nullo calamitatis genere in Frisios, subditos nostros, omisso: quod Maiestatem nostram, Imperijque, cuius perantiqui sunt subditi, vel maxime fugillat. Huius inobedientix ac contumacix causâ eos proscripsimus; eamque iterantes, vim eius auxiliamus. Quapropter vobis nomine sacri Imperij mandamus, (nisi ijsdem beneficijs priuari, nostramque Maiestatem insigni vestro malo lædere malitis) ne vlla ratione Ciuitati aut incolis Groninganis auxilium feratis; contentique sacra iurisdictione, Duci Georgio, nec eius fratri Heinricho, vtriusque Frisix perpetuis Gubernatoribus, vim aut impedimentum vllum adferatis, sed

eos

eos omniratione ac modo quo poteritis contra Groninganos iuuetis. 1505. Datû Argentorati, sexto Cal. Octobres, anno 1505. His Antistes Ordinesque Ultraiectini acceptis literis, Cæsari obsequi, à bello abstinere, rationemque ineunda pacis querere statuunt. Proficiscitur hac de causa Antistes Bruxellam ad Castellæ Regem, vt moderatore Cæsare pax inter Saxonem ac Groninganos fiat. Interea Dux Georgius Adewartum in supplementum mille pedites Germanos mittit: qui, in Reidipio ponte factò, Selwartum occupant, præsidioque octingentorum peditum muniunt, quos Groningani singulis diebus minutis vexant prælijs. Adhuc laborabat Antistes Fredericus pro pace. Conueniunt Hartemû Cæsaris, Castellæ Regis, ac Groninganos Legati, tandem & Com. Etzardus. Cæsaris Legatus verbis minacibus cum Antistite & Groninganis agit, iubens corpora, fortunas, Ciuitatem, libertatemque in potestate Saxonis constituant, suisque illi sumptibus Arcé Groningam (quæ rebellibus dominari posset) ædificent. Antistes sedatè ac grauius respondet: Ecclesiæ D. Martini Ultraiecti ante annos quadringentos donatam esse à Cæsare Heinricho quarto Urbem agrumque Groningam, in qua prædecessores sui essent recepti, Principesque inaugurati; sperans Cæsarem Maxæmilianum, tati nominis Imperatorem, non violaturum constitutiones donationesque prædecessorum suorum, neque claris illustribusque familijs sua erepturum, vt Saxones ditando, potentiam cum aliorum iniuria augeat. Quod si ea animo Cæsaris sederet sententia, non se tam degeneri ortum familia, quæ iniuriam contumeliamque ferre sit solita. Proinde extremis se precibus rogare, ne temere Cæsar odia ac controuersias inter germanos excitet. Groninganos verò admonebat, Ommelandios in libertatem restituerent, rationem, quare facere deberent, allegans, quod nulla confœderatio ius præscriptionis alicui dare posset. Non enim eos ab Antistite aut Ultraiectinis iure defendi posse, nisi in ea Ommelandij conspicerentur libertate, qua tempore Cæsaris Heinrichi quarti fuerant. Legati Groningani re infecta abeuntes, promissere Antistiti, de liberandis, aut non, Ommelandijs breui responsum. Quum constitutum aduenisset tempus, respondent, nulla ratione à sacramento Ciuitati dicto Ommelandios liberare Groninganos statuisse, quàm diu vir vnus in Ciuitate sui iuris armorumque potens esset victurus. Si verò hac de causâ ab Antistite ac Diuo Martino desererentur, iusta se tum ratione alium Principem Diuumque tutelarem questituros. Reddit Antistes, id eos sine perfidia ac periurio facere non posse. Ommelandicum enim eos fœdus sine Ultraiectini Antistitis autoritate ac consensu ad tempus fecisse; quo elapso, re ipsa Ommelandios fieri liberos, nullo sacramento nec iurifurandi vinculo teneri, rebusque suis pro lubito vti posse. Quod si Groningani cum in-

M m

iuria

1705. iuria temporarium fœdus perpetuam legem facere conarentur, idque
 „ Antistes nec D. Martinus consentire, neque interposita autoritate ap-
 „ probare velint, videant qua ratione sine perfidia ac impietatis nota de-
 „ ficere, aliumque Principem, aut Diuum tutelarem querere possint.
 Hac cū admonitione Legatos Groninganos dimittens, pollicetur, con-
 uocatis Ultraiectionis Ordines, sese eorum responsum ac po-
 stulationes communicaturum. Incipiebant Groningani laborare ino-
 pia frumenti, ac cespitum, quibus in foco lignorum vtuntur loco. In
 Drentam militem emittunt, qui magnum vtriusque cogentes numerū,
 sacris nec profanis abstinentes, in Ciuitatem conuehunt. Scribit Anti-
 stes, à Drenta, Prouincia sua, sacrisque subditis abstineant, nisi aliud se
 remedium querere malint. Rescribunt, facto literarum initio ab his
 Euangelicis verbis, Dominus his opus habet: tum rationes suas ape-
 rientes, concludunt, in extrema necessitate tam amicorum quam ho-
 stium bona esse cōmunia; facta pace, singulis se satisfacturos. Instante
 mensis Aprilis fine, Rex Castellæ, impetrata à patre Cæsare potestate, in
 Belgiū reuertit, iterum pollicitus, non se quieturum donec Geldriā ven-
 dicasset. Literas igitur in omnes Belgarum Prouincias statim mittit,
 quibus beneficijs clientibus expressè iubebat, armarent se, aut pecu-
 niam expedirent, qua ijs, qui eorum loco essent militaturi, stipendia sol-
 uerentur, magna constituta pœna qui non paruissent. Coactō hac ra-
 tione apud Belgas non contemnendo exercitu, Geldros inuadit. Graua
 portas aperit, idemque faciunt minora omnia pro maiori parte Op-
 pida. Restabant Neomagum, Rurmonda, Venlonium, Zutania, Bom-
 melium, Arnhemum, ac Tilerum. Rex castra ad Arnhemum ponit.
 Carolus Egmondus ad omnes ferè Germaniæ Principes literas dede-
 rat, causam suam exposuerat, ac commendarat. Sed quod à maxima
 parte parum probaretur, nulla auxilia impetrarat. Quare cām postre-
 mō ad Brunswichi Ducem hoc etiam anno frustra scripisset, (litera-
 rum enim exemplum legi) dimissis ac ex animo planè abiectis Germa-
 norum auxilijs, suis Francorumque copijs, vi ac arte, fide ac perfidia,
 bonis malisque artibus resistere statuit; missoque ad Francorū Regem
 clam Legato, impetrata pecunia ac auxilijs, æternum cum eo fœdus
 pro se posterisque firmissimum sanctissimumq. (sic enim fœderis ver-
 ba sonant) sancit. Sed quod se rebus adhuc omnibus imparatum Cas-
 tellæ Rex non expectatus iustis cum copijs inuassisset, natura leuis ac
 inconstans, sed bellicosus ac inquietus, pro tempore arte ac dolo agen-
 dum ratus, accepta fide publica, ad Castellæ Regem in Arcem Rosenda-
 „ lam venit, ac in hunc ei modum adulatur: Tuus ego sum, Domine, hu-
 „ milis famulus, venique huc, declaraturus me vires non habere, quibus
 „ tibi resistere velim, aut possim: proinde positis armis pacem amicitiamq;

certis

certis conditionibus rogatum veni. Burgundi Principes me ab anno 1505.
 ætatis septimo ad decimum quintum enutriuere: deinde ad Bethuniam à
 Francis captus, ac ad annum vsque ætatis vigesimum honesta in cu-
 stodia asseruatus, Principis in morem sum institutus; non tamen illis
 quod familiæ tuæ debeo. Confictis ad beneuolentiam captandam ver-
 bis, obtinuit quod cupiebat, vt nimirum, dimisso Rex exercitu, bello ad
 tempus liberaretur, nil minus quàm quod promittebat seruare cogitās.
 Rex Castellæ ad eius verba subridens, arrepta manu, è terra eum leuat,
 iuxtaque se sedere iuber; factisque inducijs, Carolus promittit (præficto
 iureiurando, ac sumpto Iesu Christi corpore sacro) se Castellæ Regem,
 breui in Hispaniam proficentem, cum honesto comitatu secuturum,
 statimque Bruxellam venturum, se suosque ad iter instructurum: quam
 in rem tria florenorum millia ei Rex dat dono, ac Ducatus Geldriæ re-
 ditibus vti sinit. Exinde quarto Cal. Augusti Tiletæ induciæ duorum
 annorum his legibus publicantur: Liberè vtrimque subditi commeato, ac
 ac mercaturam aliæque negotia exercento. Iudices certo numero hinc
 inde leguntor, qui durantibus inducijs de absolutâ pace tractent, ac de
 ea intra anni spatium sententiam ferant. Quod tempus si non suffecerit,
 induciæ iisdem conditionibus in alium prolongentur annum. Partes
 vltro citroque spatio duorum mensium Tabulas omnes proferunt,
 quibus ius suum tueri volunt. Quod si non fecerint, causa cadunt, ac
 condemnantur. Durantibus inducijs, vtraque pars Munitiones, Castel-
 la, Oppida, ac Ciuitates quas in potestate habet, seruato. Dux Carolus
 Castellæ Regi Bommelum, Tilerum, ac Arcem Hartemiam tradito, ijsq;
 è locis Præfecti ac milites cum omnibus fortunis, quò velint, incolunt,
 discedunt. Castellæ Regi cōtra omnes hostes seruito, stipendiumq. ab
 eo accipito. Omnes Geldriæ Ordines eum Ducem habēto, ac sacramē-
 tum dicunt, quem dicti Iudices, lata sentētia, Geldriæ Ducem pronun-
 tiabunt. Cæsar his conditionibus subscribat. Si velint, Duces Cliuæ,
 Iuliæ, Comes Meursij, Antistites Ultraiectionis, Leodiensis, ac Robertus
 Marcanus cōditionibus comprehenduntor. Præfecti rerū ciuiliū in
 Oppidis manēto, ac munia more solito obeūto. Qui fortunis sunt pulsi,
 aut in voluntarium abiere exilium, ad sua redeunt, contenti sorte ac
 conditione qua ea reperient. Dux Carolus Castellæ Regem in Hispani-
 am proficentem, honoris causa, cum honesta familia comitantor. Ex-
 inde simul ad Oppidum Sactium Ditionis Cliuæ proficuntur, in-
 uisuri Cæsarem, qui eò non ita dudum cum exiguis venerat copijs. De-
 cimoquinto Cal. Octobres nascitur Regi Castellæ Bruxellæ filia, cui no-
 men est inditum Maria. Testes sacre ablutionis fuere Cæsar, ac vidua
 Engelberti Nassauij. Narrauimus sub finem anni 1504. Regē Castellæ
 cum socero Ferdinando de gubernatione Hispaniæ conuenisse, quibus

M m 2

condi-

1505. conditionibus quamuis eum Rex Ferdinandus vix staturum crederet, naues tamen multas, quibus cum vxore in Hispaniam veheretur, mittit. Iungit Belgicas Castellæ Rex quinquaginta, ac cum vniuersa familia, Reginaque Ioanna, maximam ornatissimamque; Middelburgi (vbi paulo antè in Abbatia Equitum Aurei Velleris numerum suppleuerat) 1506. in Zelandia confidens, quarto Idus Ianuarij anno 1506. sublatis velis in altum contendit. Dederat illi Casar comitem ac Achatem indiuiduum VVolfangum Comitem Furstembergij, virum multem animi corporisque dotibus insignitum. Cumque Angliam in conspectu haberent, naus Regia fortuito corripitur igitur, tanta omnium consternatione, vt extremam adesse horam vererentur. Sed sociorum naualium diligentia ignis restinguitur. Exinde tempestas adeo horribilis ac saeva eos excipit, vt haud procul naufragio abessent, ægreque in Portum Oppidi Hamptonnæ (quod est in Anglia) naus Regia paucis comitata appellit, tribus cum omnibus rebus ac hominibus fluctibus absorptis, cæteris per varios Britonum Anglorumque Portus varia fortuna, magno cum incommodo, disiectis. Excepti sunt à Rege Henrico septimo summa cum beneuolentia ac humanitate, maris tranquillitatem ac vêtum secundum expectantes. Rogatus Castellæ Rex inuisit Angliæ Regem in Arce VVindesora, haud procul Londino sita, ac post aliquot dierum festiuitatem renouant pacis conditiones ante multos annos inter Hispaniæ Angliæque Reges conceptas. Cumque earum Tabulas Angliæ Cancellarius attulisset, Castellæque Rex perlegi iussisset, statim propria manu subsignat; neque vlla in re sese difficilem præbuit, quam in traditione Suffolciæ Ducis, quem bello Geldrico Hattemi captum, in arce Namurcensi honesta custodia detinebar. Eum enim Rex Henricus summopere expetebat, quod in Regno Angliæ, è contraria factione natus, ius prætenderet, pollicitus sese eum non interfectorum; quod, dum vixit, seruauit: sed filius Henricus octauus, crudelis tyrânus, infelicem senem mox post patris mortem securi percussit. Deinde Rex Angliæ, in perpetuæ amicitie testimoniû, Castellæ Regem in ordinem Equitum qui Periscelidis gestatione gaudent, asciscit. Rex Castellæ eodem momento in Aurei Velleris Equitum numerum legit Arthû, Regis Henrici filium natu maximum. Posteaquâ Rex Castellæ ferè per tres menses apud Angliæ Regem summo cum honore ac lætitia exceptus fuisset, secretoque de nuptijs Caroli Austriaci ac Margaritæ filie dicti Regis Henrici natu maximæ tractassent, vento ex Oriente flate, naues instrui iubet. Certiores enim iam facti erant, Francorum Regem Lodovicum filiam Claudiam secreto despondisse Francisco Engulemæ Comiti. Nono Calend. Maij consensu nauibus in Hispaniam dant vela; adeoque felici vtuntur nauigatione, vt quinto Cal. Maij Corongam in Gallicia appellerent, vbi

vbi cum summa lætitia ab omni hominum sexu ac genere sunt excepti. 1506. Accurrere ex vniuersa ferè Hispania Proceres, quique dudum Regi Ferdinando non admodum æqui fuerant, Regi Philippo, nouas focero condiciones extorqueat, suadent, fore asseuerantes vt nil neget: quod astutus senex aperte perspiceret, Procerum populique maiorem partem animis ad generum defecisse. Paret horum consilio Castellæ Rex, nouas focero adferens difficultates, cui id minus durum fuit, quod iam tale quid euenturum animo præuiderat, certoque futurum statuerat. Ne igitur inuitus cogeretur, oblatas condiciones, paucis mutatis, subsignat, ac in hanc formulam, genero consentiente acceptanteque, mutat: Rex Ferdinandus Castellæ Regnorum administratone, omni que iure quod in ijs habere potest, cedito, è Castella migrato, nec se amplius regnandi causa reuersurum promittito. Regnum Neapolitanum cum Sicilia Rex Ferdinandus habeto. Indiæ Occidentalis vectigalia Regi Ferdinando cedunt. Donatio dignitatis Equitum Ordinis D. Iacobi Alcantaræ, ac Calatrauæ, iuris Ferdinandi maneto. Quotannis è Regno Castellæ viginti-quinque millia aureorum ducatorum recipito. Reliqua sub finem anni 1504. Lector reperies. Post hæc statim Rex Ferdinandus in Arragoniam, indeque paulo post Neapolim est profectus, constiturisque eius Regni negotijs permansit, donec, mortuo Rege Philippo, ad Castellæ gubernationem reuocaretur, abducto in Hispaniam magno Consaluo, quod eum ad Regnum aspirare Neapolitanum suspicaretur. Augebatur interea indies Groningæ rerum omnium inopia. Habebant enim Saxones præsidia Terburæ, ac Germerwoldæ, adeo vt difficulter necessaria ad Ciuitatem perferri possent. Mense enim Februario Saxones, villicos aliquot pauperes, res viles Groningam venum apportantes, ceperant. Ex his virum ac fœminam, ligatis in dorsum manibus, ad Ciuitatem mittunt. Fœminæ vtramque malam candenti ferro inusserant: viro vtramque aurem absciderant, easque capitis sui regumento assuerant: in pectore gerebat duo haleca salita, ad cingulum paruus pendeat sacculus, in quo panis crustula cum salis erat manipulo, quæ Consuli Hertmanno Leuwen adferre iubebatur. Sic multi indies miseri tractabantur rustici. Groningani ad hæc pecuniæ inopia pressi, præsentem publico rebellionem, ac testibus fide dignis, arcam referant, in qua summi Pontificis Legatus pecuniam deposuerat, toto hoc anno ex vniuersa Germania in bellum Turcicum collectam, ex Indulgentiarum (vt sacri homines loquuntur) concessione. Soluunt hac pecunia debita prædialijs aliquot mensium stipendia, ac hebdomadatim inde distribuunt pauperibus ciuibus, vt hordeum ac auenam, panem confecturi, emant. De his enim duobus frumenti generibus mediocriter adhuc Ciuitati erat pro-

1506. uisum, cæterorum summa erat inopia. Tum stipendiarij milites læti
 exeunt, ac Adewartios, postis insidijs, in pugna allectos superant, mul-
 tosque capiunt, interficiuntque. Sed in reditu alijs trecentis obuiam
 facti, cum acriter confligerent, superuentu recentium ex Adewarto
 militum superantur, hostesque primo prælio captos cum omni præda
 amittunt; multisque desideratis, decem Adewartum captiui abducun-
 tur. Fame ac aduersis prælijs domiti Groningani, seque desertos ab
 Antistite, Ultraiectinis, ac Trans-Isalansis conspicientes, vnanimi om-
 nium Ordinum consensu, post multorum dierum maturas deliberatio-
 nes, cum Comite Etzardo Oostfrisis imperante transigere, eumque
 odio Saxonum, cogenteque necessitate, Principem recipere decernunt;
 quod tandem his est factum conditionibus: Groningani nomine Sacri
 Romani Imperij Comitem Etzardum cum fratre Vckone ac mille ar-
 matis peditibus in Ciuitatem recipiunt, ac sacramentum dicunt, no-
 mineque Imperij Principem inaugurant. Partem Ciuitatis quam petet,
 in eius potestatem constituunt, ubi pro arbitratu Arcem ædificare,
 sine Ecclesiæ Ultraiectinæ ac Antistitis præiudicio, possit. Comiti no-
 mine Imperij ius omne, quod sibi in Ciuitate ac Ommelandijs esse
 contendunt, cedunt, eumque Ommelandios ac Ciuitatem pro arbi-
 trio regere sinunt, exceptis causis ciuilibus ac capitalibus, de qui-
 bus populo secundum veteres consuetudines, vim legum obtinentes,
 ius summa cum æquitate dicit. Quod ad bellicas attinet impensas,
 quæ à Groninganis ac Saxonibus sunt factæ, sententiæ Septem-virum
 Imperij stant; quæ ut quam moderatissima obtineatur, Comes cura-
 to, quemadmodum etiam ut æquis conditionibus cum Nobilibus pa-
 tria ac fortunis per Groninganos belli tempore pulsus transigatur.
 Cum nullo Principe nec Vrbe, palam nec clam, de Ommelandijs, nec
 Ciuitate, sine Com. Etzardi consensu, Groningani tractant. Comes
 ac Groningani modum quærent soluendorum militum, qui in Muni-
 tionibus, quæ sunt apud Ommelandios, in præsidio fuere, & etiamnum
 sunt, ut primo quoque tempore dimittantur, Munitionesque diruan-
 tur. Comites nomine Imperij promittunt, se seruatuos uerita Gro-
 ninganorum priuilegia, ac opificum constitutiones, confirmatas ma-
 gno Ciuitatis Groninganz sigillo. Comes singulis annis certos Ciui-
 tati Iudices, qui res ciuiles ac capitales administrent, legit. Comites
 non permittunt, ut aliquod frumenti genus, natum apud Ommelan-
 dios, alio quam Groningam aut Damnum uenum aduehatur. Ciues
 Groningani liberè merces quascunque omni loco ac tempore sine vl-
 lo portorij aut tributi solutione, quod uoluerint, uehunt. Ut cere-
 uisiam Groningani veteri solitoque more ubique vendant, Comites
 permittunt. Ius Stapelæ (sic appellant Belgica lingua seruitutem re-
 rum

rum nusquam vendendarum, quam in foro Groningano) quod ad bu- 1506.
 tyrum ac caseum attinet, Comes in ordinem reducito, quem Gronin-
 ganis ac Ommelandijs maximè expedire iudicabit. Caueto ne vel
 ciuium minimus præteriti belli causa in corpore, neque fortunis, de
 illata re vel verbis iniuria meritò conqueri possit; & si id euenit, ad
 aliorum exemplum seuerè in transgressorem animaduertunt. Qua-
 cunque belli tempore hinc inde euenere, obliuioni tanquam nunquam
 facta danto. His conditionibus in Tabulas relatis, partiæque vtrique
 exhibitis, ita Comes Etzardus, eiusque frater, iurat: Nos Etzardus ac
 Vcko, nati Comites Frisiz Orientalis, virtute iurifiurandi quod Impe-
 rio Cæsarique diximus, pollicemur pro nobis, hæredibus, ac successori-
 bus nostris, nos conceptas pacis leges sine vlla infractione obseruatu-
 ros, completurosque. Idem deinde promittunt Consules, Consilia-
 rij, Tribus, Cohortes, ac tandem plebs pro se, hæredibus, ac successo-
 ribus suis, Tabulasque pro vtraque parte confectas subignant, ac
 sigillis muniunt, hinc Etzardus ac Vcko Comites, inde Ioannes
 Scatterus, Lucas Horenkens, Ioannes VVoldentius, ac Petrus Sickin-
 ganus, Urbis Groningæ hoc tempore Consules, septimo Cal. Maij.
 Tum Comes Etzardus sex millibus peditum equitumque suæ Dicio-
 nis septus, Calendis Maij Groningam in Principem inaugurandus ve-
 nit. Castra habebat Hogerbruggij iuxta Urbem, vnde cum sex tan-
 tum equitibus cataphractis discedens, ad Dwaswegam Groningæ Re-
 ctors ac ciues ferè omnes obuiam habet, qui extemplo altis ei voci-
 bus, eleuatisque manibus, sacramentum dicunt. Comes verò eos al-
 loquens ait: Amicissimi ciues, adduxi ampliolem, quam in ita permit-
 tunt conditiones, militum numerum, ut Saxonibus, si negotium mihi
 facessere conentur, resisterem. Verum cum se non moueant, remissa
 maiori parte, eos tantum introducā, quos pacis leges præscribunt.
 Deinde Otto Papensis, Præfectus Emdanus, (Drossartum vocant) cum
 centum viris iussu Comitris Poulportam occupat, quem quinque statim
 militum sequuntur cohortes, numero mille: hos ipse Comes cum no-
 bilitate ac Consilio Oostfrifico, armis omnes resplendentes, præceden-
 tibus tubicinibus, ingentemque clangorè edentibus. Propinquus por-
 tæ, claues ei Ciuitatis Consules in proprias tradunt manus; equitan-
 que per medios ciues militesque, in viam Seltingiam, ubi hospitium
 erat paratum, diuertitur. Comites ac famuli pro conditione hospites
 habuere. Postero die in Choro Templi D. Martini, sub umbella ma-
 gnifica, Missæ sacrificio interest. Quo peracto, populus omnis eleua-
 tis in aëra manibus, in Cœmiterio D. VValburgæ, denuo sacramen-
 tum altis vocibus dicit. Ciues Groningani in portis (vna quam Et-
 zardus tenebat excepta) ac vallis solito more excubias agebant: Et-
 zardus

1506. zardus pro suo hospicio. Simulabat enim se Saxones qui Selwarti, Adewarti, Vogelzanckij, ac vicinis locis in præsidij erant, suspectos habere, cum tamen sæpius inter se communicarent, nemine quid tractarent gnaro. Groninga omnium rerum copia abundabat, neque vllum à Saxonibus damnum ciues, quò vellent euntes, accipiebant. Etzardus Arcè in Vrbe moliebat, eò loci, qui est inter *Steinentijl, Dreinke-luers-toren, ac Oosterpoort*, (vt hæc sua appellant lingua) diruens extra ac intra Ciuitatem ea de causa complurium, persolutis dominis, ædes. Ommelandij suo sumptu fossas, vallum, ac extantes è gleba cespitæque munitiones facere coguntur, maiori quidem parte non grauatim, ob odium contra Groninganos conceptum. Dux Georgius, qui hoc tempore in Germania erat, in Frisiam mittit Marscalcum suum, Henricum Stalburgij Comitem, cum aliquot Consiliarijs, qui, persolutis militi stipendijs, præsidia Selwarto, Adewarto, ac cæteris munitionibus deducunt, sæpius cum Etzardo communicantes, genioque indulgentes; ac sine maleficio discedentes, ne vnum quidem militem in Ditione Groningana reliquere. Munitiones enim partim demoliuntur, partim integras sine præsidio deferunt. Idibus Iulij Adewartum venit dictus Marscalcus; Comes Herinkus, Vitus Drakéburgius, Præfectus Emdanus, cum Cancellario ac Consiliarijs Com. Etzardi, conuocantque Langewoldios, Fredewoldios, Hummeischaos, ac Middagios; commemorant quam calamitose bello sint liberati, ac, ne rursus in præteritas recidant ærumnas, Ducem Georgium in Frisia duos constituisse Legatos, donec perfectis in Germania negotijs in Frisia redeat, è quibus Comes Stalburgius eius nomine V Vestfrisios esset gubernaturus, Comes Etzardus Groningam cum Ommelandijs. His eum velle ac iubere non minus quam sibi ipsi obediât. Quòd si quis ab his præter æquum ac iustum haberetur, is ad Ducem Georgium mitteret, aut veniret, eum neminem inauditum dimissurum, sed, cognita causa, etiam infimæ sortis homini æquisimè ius dicturum. Tum Præfectus Emdanus, (Drossarium vocant) ac Etzardi Cancellarius, exhibita potestate absoluunt Ommelandios à præstito Comiti sacramento, eosque sub Imperium Ducis Georgij, hæreditarij perpetuique nomine Imperij Frisicæ Gubernatoris, constituunt. Accipiunt hi conditione, ac Duci Georgio nouum dicunt sacramentum. Idem mox à V Vinsumijs, Marnijs, Husinganis, Vptgadijs, ac Halstamptijs peritur, sed qui dictum Etzardo sacramentum se non mutatuos prædicabant. Idem Dammijs, quò vicini conuenerant Pagi, responsum Saxones referunt, insuperque facta cõspiratione, occlusisq; Oppidi portis, Saxonibus publicas extorquent Tabulas, sigillo Ducis Georgij munitas, quibus docebatur, Ducem Georgium Ommelandios Dammosq; in veteri libertate relinquere, nec quicquã è veteribus statu-

tis mu-

1506. tis mutare: quæ res post paucos annos (vt suo narrabimus loco) magno Dammijs cõstitit; adeò res est nõ exigui momèti, Principes irritare viros. Tum liberati Saxones è seditiosorum Dammiiorum manibus, in V Vestfrisiam male haõiti reuertuntur, Etzardo in cordis arcano recessu admodum latante. Initio mensis Augusti inter Ducem Georgium ac Comitem Etzardum certæ hæc formula conditiones cõcipiuntur: Comes Etzardus titulo Legati Ditionis Frisicæ, quæ Amissa ac Laura fluminibus continetur, Ducis Georgij Gubernator esto; ac quicquid faciet iubebitque, nullo alio titulo effectum sortitor; dictique Ducis com- modum procurato, vtq; eius autoritas facta recta maneat, enixè operam dato, nec quicquam sciens volensque cõtra molitor. Ius dictæ Ditionis incolis ex prouocatione Prouincialium Iudicum litigare volentibus dicturus, binos sibi viros litteratos nobiles rotidemque Frisios iungito, ipse quintus esto; terque singulis annis V Vinsumij nomine Ducis Georgij ius dictari conueniunto. Etzardus Ommelandijs Griemmannos (hoc nomine Pagorum ac Oppidorum Iudices, amplissima potestate præditos, sed ciuilia tantum negotia tractantes, Frisij appellant) qui Ducis Georgij ius defendant, populumque ferre Imperium affuescant, constituito. Nil noui apud Ommelandios molitor, sed pacis inita legibus insistito, nisi Dux Georgius aliud iusserit. Nulla Ommelandijs noua priuilegia, nec immunitates, nisi consensu nomineque Ducis Georgij, eiusque sigillo confirmatas, concedito. Groninganos nec Ommelandios multato ob transgressionem decreti per Ducem Georgium V Vestfrisij lati causa ponderis, nec ob aridam liquidamve mensuram, antequam ea communi consensu sit recepta. Non licebit Etzardo agros hæreditarios apud Ommelandios emere, antequam conuersæ omnes iuridica sententia aut cõmuni consensu sint sopitæ. Munitiones omnes quæ sunt intra Amissam ac Lauram, Ducis Georgij manento; Etzardus præsidarios quos voluerit in ijs cõstituito. Exactio- nes ac tributa, quæ Dux Ommelandijs imperabit, summa diligentia colligito, vt ea quæ Duci ab initio iure ordinario concessere; quibus recipiendis Quæstorem Dux, Etzardus verò Legatum, qui præsidarijs Munitiones custodientibus stipendia persoluat, dato; qui Legatus rationem acceptorum expensorumque Ducis Quæstoribus reddito. Vt Dammijs ac Oltrampij, qui non ita dudum in Ducis Georgij nomen iurare recusarunt, id ante instantem mensem Octobrem vi aut amicitia inducti faciant, Etzardus sedulo curato; admonito V Vestfrisicæ Gubernatore, Ducis Consiliarium mittat, qui eius nomine sacramento ab ijs accepto, mox inauguretur. Hæc cõditiones Comes Etzardus ac Comes Stalburgius mense Augusto Harlingæ subsignarunt, minoribusque sigillis, quibus ad literas utebantur, in margine impressis confirmarunt,

Nn

sacra-

1506. sacramentoque se eas obseruaturos promiserunt. Si verò Etzardus, necessitate aliqua coactus, stare per omnia legibus non posset, se Ducem in tempore de difficultate admonituum. Quod nequaquam fecit, sed transuersis rationibus, variisque artibus, fidem ac conditionum obseruantiam simulare conatus quàm poterat secretissimè, retruso in V Vestfrisiâ Saxone, si obsequi animo suo fortuna voluisset, Groningam ac Ommelandios suo adijcere Imperio satagebat. Per idem tempus Cæsar Legatos ad Franciæ Regem mittit, petitum sibi in Italiam traiekturo promissam pecuniam ac auxilia mittat, exules Mediolanenses è postremæ pacis formula restituat. Quæ cum Rex differret, facile Cæsar est nil facturum prospiciens, filium Castellæ Regem admonet, Francum fœdus violaturum; eo id facile credente, quòd mense Maio Rex Lodovicus literas cum Legatis in Hispaniam ad Castellæ Regem, ac alias ad Belgarum aliquot Ciuitates misisset, (dissimulare enim diutius rem nequibat) significans se rationibus ac precibus Ordinum Regni sui inductum, consensisse in nuptias Francisci Valesij, Engulemæ Comitis, ac Claudiæ Frâciæ, filix suæ natu maximæ, Carolo Austriaco desponsatæ, nulla alia de causâ, quàm quòd filium sibi nasci nullum videret, nemoque propinquior Salicæ legis decreto ad Regni successiõem, quàm Engulemæ Comes, esset. Proinde quanquam Claudia Carolo Austriaco esset promissa, quum tamen nullo arctiori vinculo vincirentur, ægre ferre eos non debere, neque ad iniuriam cõtumeliamque trahere, quòd causâ boni publici, cõmunisq; tranquillitatis ergò, extorquente ratione ac necessitate, facere cogeretur. Statuisse conditiones postremæ pacis non aliter seruare, quàm si nuptiæ inter Carolum ac Claudiã iam iam essent implendæ. Læsi fœderis iniuriam Austriaci Principes dissimulabant, quòd cum exercitu in Italiam indeque Romam proficisci Cæsar constituisset, vt corona aurea à summo Pontifice redimitus, Regem Philippum Romanorum Regem renunciaret. Sed hæc consilia morbo Ladislai Bohemiæ ac Hungariæ Regis, cui certo iure Cæsar succedere, si sine liberis diem obijisset, debebat, euanuere. Exinde Castellæ Rex litteras Valledoleto ad Carolum Ambosiũ, Cardinalem Rothomagensem, Franciæ Regis non ita dudum ad Cæsarem ac se Legatum, mittit, quibus certiore se factum asseuerabat, Carolũ Egmondium, Regio auxilio ac promissis cõsistum, ruptis inducijs, Belgas, subditos suos, è Geldriã oppugnare, ac contrã quàm promississet, varias necentem moras, tandemque morbum simulatẽ, Hispanicam profectiõem omisisse, quo, se absente, auxilio Regis Belgis bellum inferret. Petere se ab eo, qui apud Regem Lodovicum plurimum posset, ne postremæ pacis leges solemniter sancitæ Francorum culpa violarentur. Si id facere nolit, aut non possit, infontem se ac inculpabilem haberi velle de subsequituris calamitatibus,

calamitatibus, quas Christianæ Reipublicæ innocens populus Francorũ 1506. culpa foret laturus, ac de vindicta quam aliquando iustissimus Deus ob violatam fidem, ac sine causâ illatas innocenti populo clades, esset repleturus. Testem inuocare summum Numen, nil se præter pacẽ tranquillitatemque vtriusque Regni petere. Non esse tam imbecillis se animi, vt illatam vim iniuriamque repellere, iuuante Deo, non auderet, certus eum perfidiam nunquam reliquisse inultam. Proinde cum multum Rex eius consilio vtatur, annitendum vt suã operã ac prudentiã pax facta recta maneat. Fine mensis Augusti Rex Castellæ, cum vxore Ioanna, urbem Burgos intrat, statimque loca pia Mirafiorã ac Carthusianos inuisit. Post dies aliquot ad ludum parux pilæ cù reticulo se exercitaturus contendit: quumque pomeridiano tempore, summis cœli caloribus, nimio exercitio sanguis æstualet, ac stomacho, humorem petenti, frigidã auidius infudisset, statim malè habere cœpit. Inualecente morbo, decumbere cogitur; animumque extemplo ad Deum conuertens, testamentum condit ac consignat, Sacramentis Ecclesiæ Catholicæ se munit: tantaque fuit interea continuò, sine vlla intermissione, sauientis validissimi morbi vis, vt paucis diebus virum robustissimũ, in ipso ætatis flore constitutum, corporis tẽperatissima cõpagine, ac elementorũ admirabili proportione dissoluta, summo omnium cum dolore septimo Calendas Octobres è vniũs violenter raperet, anno ætatis vigesimo-octauo, relicta vxore Ioãna grauida, quæ posthumã paulo post peperit Catharinã: intellectaque Regis mariti morte, adeò intemperanter doluit, vt ex eo tẽpore nunquã amplius mente satis valuerit, quum tamen septuagesimũ prætergressa sit ætatis annum. Scio esse qui aliam vitiati in Regina cerebri causã adferant, à Rege marito profectã, quòd zelotypiæ vitio laborãs, eum importuno tempore ac loco ad iram prouocasset. Sed quoniã mihi de huius rei veritate parũ constet, malim ab alio quã à me asseuerari ac narrari. Conditũ est Regis corpus apud Carthusianos, iuxta Urbẽ Burgensem. Cor Brugas Flandriæ, in Templo D. Virginis Mariæ, matris eius sepulchro est illatum. Mortem eius Cometes magnus in Occidentem per aliquot dies flammescens præcessit, ac prædicere est visus. Diuerse de eius morte hominum fuere opinioniones, variæque eius causã in vulgus sparsã: de quibus cum nihil certi affirmare possim, subticendas duximus, ne imprudenter tenerarias opinioniones efferendo, hominibus credulis, ac ad sinistra interpretaciones admittendum pronis, causã allicuius famæ lædendæ præberemus. Sunt enim qui datum ei venenum à non parui nominis hominibus eo tempore fuisse, dicere ausi fuerint.

VITAE MAXAE MILIANI PRIMI CÆSARIS,

pars septima,

HISTORIÆ LIBER SEPTIMVS.

SPARSA per terrarum Orbem mortis Philippi Austriaci, Castellæ Regis, fama, variè Principes affecit, ac si quis alius, Cæsar Maxamilianus, tanto orbatu filio, in primis iustè doluit. Deinde Anglorum Rex Henricus septimus, missis ad Guilihelmum Crœuiacum Cheueræ ac Arschoti Dominum, tum temporis Belgarum ac Regionum liberorum Gubernatorem, literis, ostendit, se Regis Philippi morte non parum doluisse, res Ditionesque liberorum eius curæ sibi esse, ac futuras. Litterarum hoc est exemplum:

» Intelleximus, summo animi cum dolore, mortem Castellæ Regis, Domini tui, eamque ita tulimus, ac si filius noster proprius, diem obiisset.

» Verum obediendum omnibus est, omni momento, diuinæ voluntati, cuius nobis sapientissima consilia sunt abstrusa. Petimus igitur à te

» Consilio Ordinum (quos conuenisse intelleximus) pacem tranquillitatemque Prouinciarum Belgicarum summa cum diligentiâ procuratis, liberisque Principis, vestri, eorumque res, fideliter ac diligenter gubernetis, imprimis verò finibus vestris bene prospiciatis, nequid vicini Franci per iniuriam occupent. Quod ad nos attinet, si ratione, cõsilio, aut re, Principi Carolo adhuc puero, eiusque sororibus ac fratri, Belgarum Prouincijs ac Ordinibus, gratificari possumus, non id aliâ ratione, quàm si eorû pater Dominusque, Castellæ Rex adhuc in viujs esset, summo studio libenter faciemus: qui si viueret, non dubitamus quin ea quæ inter nos tractari cœpta erant, ac de quibus propria manu plus quàm semel ad nos scripsit, effectum iam fuissent sortita. Sed morte eius non obstâte, in animi nostri decreto persistimus, quemadmodum discretiùs eadem de re egimus cum Aurei Velleris Legato, què expressè hac de causa dimisimus, vt tibi ac Ordinibus referret ea quæ inter me Regemque Castellæ acta transactaque fuere. Interea aliquè Angliæ Procerum ad vos Legatum mittam, qui mentem nostram vobis planissimè exponat. Certiores quoque facti sumus literis Cancellarij nostri, Francos, rupta fide, excursions, prædas, ac incendia facere, Brabantiam per Geldriæ Ducem deprædari, captiuos abduci, hostiliaque omnia moliri.

Decre-

Decreuimus igitur statim in Franciam Oratorem mittere, significare- 1506.
que, non rectè Regem facere, ac parum, rupta pace, honori suo consulere, remque nobis valde displicere. Scribimus etiam hoc tẽpore ad Cæsarem Maxamilianum, eum admonentes adhortantesque, primo quoque tempore in Belgiû proficiatur: esse eum suis nepotibus neptibusque perquam necessarium, non solum causa præsentis status rerum Belgarum, sed quod, violata pace, bellum Franci Belgis inferant. E Castro nostro Cingio, deci. no. quarto. Cal. Nouembres. Subscriptum erat, Rex Henricus. Actum ac transactum erat inter Castellæ ac Angliæ Reges de nuptijs Caroli Austriaci ac Margaritæ Regis Henrici filiz natu maximæ, posteaquam vterque certior factus esset, Regem Lodowicum, repudiato Carolo Austriaco, filiam Claudiam promississe. Francisco Valisio, Engulemæ Comiti, eaque de causatam benignè Rex Henricus Belgis scribit: summopere enim has apperebat nuptias, non parû enim ad confirmationem noui Regni facturas intelligebat, si stemma suum Austriaco hac affinitate inferuisset, quod non solum in Germania amplissimis dominarentur populis, sed etiam apud vicinos Belgas ac Hispanos potentissimarum Prouinciarum per nuptias Domini ac Principes essent effecti. Initio huius anni in Hollandia, Pago haud procul Oppido Beuerwico, mulieris vterum gerentis fœtus, quatuordecim diebus antequam in lucem, ederetur, à non paucis viris ac fœminis in materno vtero flere vagireque est auditus. Anno. 1507. Cæsar (frustra post filij mortem expertus Belgarum gubernationem sibi committi) acceptis à Pontifice Iulio ac Venetis literis admonebatur, dignitati Imperioque consuleret. Lodowicum enim Francorum Regem cum ingenti exercitu in Italiam descendisse, Insubriam Imperio suo adiecisse, Genuam rebellantem domuisse, Cardinalem Rothomagensẽ astu vel armis Papam facere constituisse, vt, accepta ab eo Imperij corona, à Germanis ad Francos dignitatem transferret. Commotus literis Cæsaris, Imperij Germanici Comitia Constantiæ indicit, menseque Iunio Principibus dictas literas recitari iubet. Ardentissimis Principû sententijs, summaque animorum consensione, ad defendendam Imperij Germanici dignitatem, Cæsari ingentia promittuntur auxilia, quæ non solum pellendis Italia Francis, recipiendaque aurea Romæ corona, sed ad recuperandam per vniuersam Europam veteris Imperij Maiestatem amplitudinemque videbantur suffectura. Rex Lodowicus, his rebus intellectis, quum nulla ratione bellum cum Germanis cuperet, dimisso post receptam Genuam exercitu, in Franciam reuertitur, extincto sopitoque apud Germanos ac Italos rumore, quem Pontifex ac Veneti de se sparserant. Aderat hisce Comitijs Georgius Saxo, qui, cum de rebus priuatis Principes agerent, suas de Groninganis querelas in mediû attulerat.

Nn 3. tulerat.

1507. tulerat. Euocantur Constantiam Groningani, ac Etzardus: mittit is Consiliarios aliquot, Groningani Secretarium Guilhelmum Cantorum, ac Heinricum Eiderwoltium, Theologiæ Doctorem. Dantur eis à Cæsare Iudices. Allegant Saxones, Groninganos, à Cæsare proscriptos, in iudicio recipi non posse, eorum bona corporaque occupantis esse. Groningani negant, seque in iudicio audiri que debere affirmant, quod à Cæsare citati se sisterent, constitui osque ab eo Iudices non detrectallent. Cum ter autoritate Cæsaris Iudices iudicijque locus mutatus, multisque ac verbosis disceptationibus res vltro citroque agitata esset, tandem re infecta discessere, alios à Cæsare Iudices expectantes. Illud memoria dignum: Quum Saxones Cæsaris donum extremè vrgerent, tandem Canterus inquit: Et nobis dato Diplomate Cæsar anno 1494. Ommeládorum ac VVestfrisiæ concessit Imperium, eaque de causa illi decem millia dalerorum, ac Duci Alberto Saxoni duo millia aureorum florenorum persoluimus, operam suam nobis pollicitus domandis paucis refractarijs, qui in fœdus nostrum concedere nolebant. Iure igitur Groninganos, summaque cum æquitate, armis belloque superbissimis restitisse Saxonibus, potestatemque habere legendi Principis quem vellent, posteaquam suo iure, concesso Diplomate, semel Cæsar celsisset. Respondent Saxones, ad tempus id Imperium, vt eorum confœderatio, non in perpetuum, à Cæsare fuisse concessum, vt disertis in Diplomate verbis exprimitur: quo tempore elapso, iniuriam eis nullam à Cæsare fieri, si Imperiali vsus autoritate, vtriusque Frisiæ Imperium, cui fuerit visum, concessisset. Acceptæ à Groninganis pecuniæ veritas Cæsari ac Saxoni in amplissimo Principum confessu sine dissimulatione exprobrata, pudore confusos insigniter contra Groninganos irritauit. Id enim Cæsari priuatim & honestè per literas demonstrare debuissent, ac obseruata opportunitate, accedentibus alijs quinquaginta millibus dalerorum, rogasse, vt Ciuitati Groninganae, cæterarum liberarum Vrbium modo, libertatem relinqueret, aut si id obtinere nequiuissent, beneficiarij tantum Saxonum clientes manerent, non nihil de summo iure, quod in Ommelandios prætendebant, cedentes. Non parum enim decoris ac potentie Saxoni maximorum etiam meritorum respectu accessisset, si VVestfrisorum absoluta ac libera electione, Cæsarisque dono, Princeps efficeretur, nomineque Imperij Oostfrisorum ac Groninganorum patronus mansisset; rebusque hoc modo prudenter moderatis, Groningani modesta prudentia obtinuissent, quod vi ac armis obtinere nunquam potuerunt: memorabile ijs exemplū, qui ambitioni, iræ, ac odio limites ponere nolunt, sed vi conscendere, vnde mox ingenti cum dedecore ac ruina decident. Nil enim vi violentiaque partum stabile nec diuturnum vnquam fuit: moderatio

1507. moderatio ac æquitas rebus diuturnitatem adferunt. Interea Fredericus Badensis, Antistes Vltraiectinus, missio Romam Legato, apud summum conqueritur Pontificem, Oostfrisiæ Comitum Etzardum, occupata Groninga, suæ Ditionis ac Diocesis Ciuitate, Arcem in ea adinicare. Pontifex tres Louanij nominat Iudices, qui examinata causa, dictante æquitate, sententiam ferrent. Citant hi vtramque partem, iudicio se Louanij sistant. Fit ita: causaque probè discussa, Groningani ac Etzardus condemnantur. Prouocant extemplo Romam ad tribunal summi Pontificis, eoque Legatos mittunt. Ab alia parte Cæsar, sua vsus autoritate, controuerliam Groninganam Philippo Archiepiscopi Colonienfi committit, ei que Consiliarios attribuit. Hi vtramque partem citant, vt pridie Nonas Augusti Nucij compareant. Etzardus eò mittit Huckonem Emdæ Præfectum, Cancellarium suum, ac duos vtriusque iuris Doctores; Groningani Pastorem regionis D. Martini, Petrum Sickinga, & Lulolfum Conradæum, Ciuitatis eo tempore Consules, cum Secretario Cantero: qui Nucium venientes, reperiunt pro Duce Georgio Benthemij Comitem, cum viris aliquot doctis. Sed cum ijsdem hic rationibus, quibus cæteris in iudicij, digladiaretur, ac verbosissimis scriptis vltro citroque adductis rem potius obscurarent quam elucidarent; nil aliud est effectū, quam quod Saxones, dimissis Groninganis, insigniter Comitem Etzardum accusarent, quod non instar Legati, sed in morem absoluti Principis omnibus se in rebus, contra datam fidem ac condiciones non ita dudum conceptas, gereret. Misit & Antistes Vltraiectinus Nucium Legatos, qui grauitè Groninganos de defectione, ac Etzardū de alterius Ditionis per vim ac iniuriam occupatione, accusabant. Respondent, sese eam ob causam Louanij inique condénatos Romam appellasse, Legatosque defendendi iuris sui causa ibi habere, vt omnium accusationibus è sententia summi Pontificis, æquissimi Iudicis, satisfaciant. Quare cum Iudices Nuciani prouocationem Romanam ad se trahere non possent, sed Pontifici sententiā rem definiendam iudicarent; soluto iudicio, dimissisque partibus, ad Cæsarem reuersi, rem ei omnem, vt acta erat, sigillatim exponunt. Mense Septembri Carolus Egmondus, morte Castellæ Regis, liberorum eius pueritia, Cæsaris in Germania negotijs, promissisque Francicis confidens, rupta pace, Brabantiam inuadit; aduenienteque è Francia Roberto Marcano, cum quadringentis galeatis equitibus, ac bis mille peditibus, cum suum his iunxisset militem, Turnholtiū spoliat ac incendit, Diestum frustra oppugnat, Dalenum ac Theznam expugnat, spoliat, ac incendit; vniuersamque peruagatus Campiniam ac Halbaniam, cum immensa præda Rurmondam reuertitur. Sed quod ei pecunia soluendis Francis deesset, neque, vt Marcano promiserat,

1507. miserat, bellū Antistiti Leodiensi inferre vellet, Marcanus cum Francis præda faturis domum contendit. Cumque in silua Arduenna iuxta D. Huberti Fanum castra haberent, equosque reficerent, maximè quos è Geldria, Frisia, Brabantiaque abegerant, subito à ducentis Namurcentium pedibus, totidemque equibus, nocte opprimuntur. Cadunt triginta quatuor Franci, reliqui in proxima silua fuga elabuntur. Quingenti equi cum omnibus impedimentis capiuntur, cæteri que seminudi in Franciam reuertuntur. His rebus non obstantibus, pax inter Francos ac Belgas, non cessantibus commercijs, manebat; tanta erat inde, presentis temporis commodi causa, simulatio. Egmondij Dominus, Hollandiæ Gubernator, Arcem Poroiam obsidet. Sed aduolans omnibus cum copijs in auxilium Gelder, discedere cogitur. Cumque Poroia præsiarij omnibus vicinis essent infestissimi, sequenti anno ab Anholtij Domino, Geldria Ditionis Regulo, expugnatur, Præfecto Swewindio cum duodecim præsiarijs strangulato, cæteris singulari cum veste dimissis. Initio anni 1508. considerantes Belgæ esse cum Geldro, instare bellum cum Franco, Legatos in Austriam ad Cæsarem Irnstij agentem mittunt, rogatum (quod ante sesquiannum recusarant) dignaretur ad Belgas proficisci, nepotisque ex filio Caroli Austriaci Ditiones regere ac defendere. Legationis Principes erant Guilhelmus Crouiacus, Cheuræ ac Arschoti Dominus; Ioannes Hauthemius, Brabantia Cancellarius; qui elegantissima oratione ad Cæsarem habita effecit, statim cum eis itinere se accingeret, inque Belgium veniret: vbi rebus omnibus ex Ordinum consilio consensuque constitutis, bona eorum voluntate iterum in Germaniam reuertit, commissa Prouinciarum Belgicarum cura filia Margaritæ, cui ex Ordinum sententia Consiliarios Belgas dedit. Orationis autem sententia quam Hauthemius lingua Gallica ad Cæsarem habuit, hæc ferme fuit: Venimus, Cæsar, ad Maiestatem tuam Legati, ab omnibus Belgarum Ordinibus admirabili animorum consensu in hoc descendentes missi, rogati ac oratum quod ante sesquiannum, te liberaliter ac benignè offerente, imprudenter recusauimus, aut stultè reiecimus, te imperitiam ac indecoram rusticitatem nostram non ægre ferente, sed, consilio pro tempore dato, suauissimè humanissimeque Belgis valedicere: qua de re cum plebs, verè multorum capitum immanis bellua, parum miraretur, dici tamen non potest, quo modo viri probi, experti, docti, ac prudentes obstupuerint, collatisque inter se sermonibus diuinam Maiestatis tuæ prudentiam in cælum laudibus extulerint, prospexisse eam verè referentes breui fore quod tum stultè reiciebamus, vt acceptares, oratum nos aliquando venturos. Dolere certè Nobiles Belgæ, ægre tulere Urbium Oppidorumque Rectores populi incōsiderantiam ac factum, in memoriam reuocant-

uocantes superiorum temporum ex populi gubernatione calamitates. 1508. Verissimam experiebantur eius sententiam, qui scripsit: Homine imperito nihil iniustius, qui nil, quàm quod ipse intelligit, rectum putat. Tre- mebant Rectores, adhuc ante oculos videntes prædecessorum aliquot suorum calentem fumantemque sanguinem, qui nulla sua culpa à populari gubernatione laniati excruciatique, vitam carnicum manu miserè perdidissent. Quid his restabat spei, ipso ætatis flore è viuis sublato Castellæ Rege, filio tuo, Principe nostro clarissimo, frenadis domandisque turbulentis, seditiosis, ferocibusque ingenijs nato factoque; teque generosissimo Cæsare inter Belgas veratissimo, qui que eorum mores, cōditiones, ac naturas dudum habuisti perspectissimas, operam que tuam, donec adoluerissent ex filio nepotes, ad Prouinciarum tutelam ac defensionem humanissimè offerebas, indecorè, ingratiè, ac imperitè reiecto? Pudet hæc referre, imò recordari, nisi culpæ stultitiæque nostræ agnitione veniam gratiamque citius apud Maiestatis tuæ clementiam merituros eos non dubitarem, qui hac in re offēdere. Non enim omnes eo tempore Belgæ Maiestatem tuam reiecere; sed quum Prouinciæ trium Ordinum consilio, antiquissimo more, regentur, sacrorum nimirum virorum, Nobilium, ac plebeiorum sententijs calculisque, quis ignorat saniora vt plurimum sacrorum nobiliumque hominum consilia ab incondita plebis multitudine superari? Id si vnquam, certè eo tempore violentis clamoribus sacrorum nobiliumque virorum sententijs explosis, plebs, à paucis turbulentis concitata, obrinuit, ac ne Maiestas tua ad Belgarum gubernationem admitteretur, sola impediuit. Cessisti tempori, lugentibus sacris hominibus, freudentibus Nobilibus, ac saniori plebis parte ex animo dolente, vnoque ore omnibus quod nunc euēnit ominantibus ac præfagientibus, ante elapsum biennium plebem animos sententiamque mutaturam, ac Maiestatem tuam, vt, procellis quassato Belgarum nauigio, manum clauo apponeret dignaretur, missis Legatis submissè rogaturam. Respondet euentus omni ac præfagio: vndique Belgis iniqui imminēt vicini, nec inter se domi feriantur; dumque Maiestatem tuam ferre nolunt, infimæ sortis hominibus, factu turgentibus, auaritia famelicis, ambitione inflatis, inuidia cæcis seruiunt. Hi publica priuataque munia vendunt, sui similes ad honores opesque promoueunt: hinc scēmina procax, inde adulescens salax, quiduis obrinet; non eò tendentes, vt aliquando tui nepotes, nostri Principes, Rempublicam bene, rectè, piè, sancteque constitutam reperiant, sed tantum vt tempus suæ potentia seruiens, maximo suo suorumque cum emolumento, experiantur ac transigant. Non enim diu hunc rerum statum perdurare posse, intelligere sentireque incipiunt, quod Principes nostri, nepotes tui, ad pubertatem vergentes, pro-

1508. res, probis adiuti Consiliarijs, ab hinc paucis annis Belgarum admini-
 strationem necessariò suscipient. Interea nemine iusta plenaque cum
 autoritate præsidente, sed singulis ob existimationis facultatisque
 paritatem sua tantùm curantibus, inque rem propriam satagentibus,
 publica in deterius ire conspiciunt. Idem olfaciunt Belgarum hostes, ac
 præcipuè vicini Franci, libertati nostræ ab omni antiquitate nati iura-
 tique perduelles opumque nostrarum liuidi inhiatores, omni arte, nul-
 lis parcentes sumptibus, vt deterrimus hic Belgij status indies augea-
 tur laborantes, eoque rem perduci desiderantes, vt nedum populus re-
 rum ignarus, aut pueri Principes nostri, malo intricatissimo mederi
 possint, sed nec expertissimi in rerum publicarum gubernatione viri,
 neque sapientissima Maiestatis tuæ senescens ætas necessarium immi-
 neribus malis remedium adhibere valeat, nisi maturato nobiscum iti-
 nere ad Belgas proficiscatur, ac, antequam Francorum consilij arti-
 busque morbus immedicabilis fiat, salutarem diuina ope manû admo-
 uear. Franci enim rerum omnium abundantia florentes, dulci concor-
 dia quiescentes, vni Regi obediens, malis nostris ad summum per-
 ductis, opprimere nos ac subijcere decreuere. Turbulentorum enim
 Belgarum animos sibi deuinxere: ambitiosos ingentibus promissis in-
 flatos in partes traduxere: auaros aureorum liliorum cumulis emere.
 inuidos promissa vindicta suos fecere: malos improbosque, rerum om-
 nium impunitate proposita, vt se expectent effecere: bonos probosque
 omnes, immenso peditum equitumque exercitu ob oculos posito, in-
 genti formidine concussere. Horum tantum nomine Legati ac depre-
 catores ad Maiestatem tuam missi, cum Latinorû Poëtarum patre di-
 cimus: Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Rogamus intimo
 cordis affectu obliuisci digneris iniuriæ Maiestati tuæ à sola plebe illatæ.
 Ne recorderis læsæ Authoritatis in tanta Maiestate crimen: crimen ab-
 ijs commissum, qui verè ignorant quid ac vbi vera solidaque sit Autho-
 ritas Maiestatisque, proinde facillè lenissimoque iudicio hos prudentiæ,
 sapientiæ, veræque virtutis Thronos, Sceptra, ac Diademata indignis
 vilibusque aliquando homunculis attribuentes, dignis magnisque viris
 eripientes. Verè dixit post Hesiodum Tirus Liuius, Populum aut su-
 perbè imperare, aut humiliter seruire, medium non nouisse: causa quod
 ob rerum imperitiam inexperientiamque, affectuum violentia raptus,
 pauca iudicio, pauciora maturo consilio agat: rapitur instar procello-
 sæ turbini quò affectuum fert impetus, quò agunt venti turbulentor-
 um oratorculorum, cum fœminis de præsentibus iudicantes, ac si ali-
 quis in hoc orbe status constitui posset perpetuus, & non continuò re-
 rum vicissitudines mortalia gubernent: ignorant præterita, non recto
 oculo aspiciunt præsentia, hinc malè iudicant futura, & de futuris. Non
 igitur

igitur immeritò maiores nostri plebem belluam multorum capitum 1508.
 appellarunt. Cum hac bellua, hoc cum monstro, probis moderatiffi-
 que Belgis, Maiestatis tuæ obsequio ab initis cum Maria Burgunda
 nuptijs in hoc vsque momentum additissimis, adque sanguinis pro-
 fusionem deuotis, continuum fuit & etiamnum manet bellum, ali-
 quando (vt Maiestas tua est experta) cruentum, subinde incruentum.
 Cruentum, cum ad arma animis consternuntur, acies aciebus opponuntur:
 incruentum, cum temeritati opponimus consilium iudiciumque, affe-
 ctibus rationem, impetui ac violentiæ temperantiam patientiamque,
 Stentoreis clamoribus modestiam ac suauiloquium, iræ ac minis pa-
 catum intrepidumque animum; omniaque fimus, vt omnes singulos-
 que in partes meliores traducamus, non nostra, sed illorum, ac maximè
 communis Republicæ causa. Hinc subinde contra nostram naturam,
 contra decus, generositatem, ac liberalis ingenuique animi conditio-
 nem, vili belluæ adulari, amen fiatque dicere, ad improba dissimula-
 re, laudare non laudanda, fateri rationem, æquum, iustumque cum eis
 stare, quum nil stet minùs, cogimur. Hac patientia, adulatione, dissi-
 mulationeque tandem apud nos diuina miseratione est effectum, plebis
 vt oculi aperiri inceperint, agnoscereque eos non pudeat, indigere se
 omnesque Belgas Maiestatis tuæ operâ, auxilio, ac consilio. Experien-
 tia docti fatentur, verissimè vulgò dici, Neminè curare, quod multi cu-
 rat. Odio habere cœperunt, quam summo optarant desiderio, Aristocra-
 tiam, multoque magis Democratiam: agnoscunt apud Belgas nec hanc
 nec illam propter Prouinciarum, sermonis, conditionis, ac naturarum
 diuersitatem constitui posse. Regnum Belgicum Monarchiâ, pruden-
 tibus probisque Consiliarijs fultâ, stare durareque, multorum sæculo-
 rum experientia est comprobatum. Dico fultam probis Consiliarijs,
 quod populus natura generosus, animi excelsi, mortis, fortunarum,
 imò vxorum liberorumque facillè contemptor, si ingenerosè seruili-
 terque habeatur, citò in vindictâ exurgat. Nec aliud Belgarum Regi-
 bus est expectandum, (quacunque etiam se muniant ratione, arte, ac po-
 tentia) si contra leges durè, inhonestè, ac superbè imperare cœperint,
 quàm continuæ coniurationes, rebelliones, cædes, sanguinariæque
 secessiones. Contrâ si secundum leges leniter, honestè, humanitèrque
 tractentur, nulla natio, nulla Prouincia fidelius Principes suos agnos-
 cit, colit, reueretur, ac iuuat. Experti sunt huius rei veritatem Princi-
 pes Burgundi, sola Belgarum ope auxiliòque florentissimo Franco-
 rum Regno non solùm resistentes, sed ad quas voluere pacis conditio-
 nes aliquando cogentes. Experientur & Austriaci tui, clementissime
 Cæsar, si vt tu fecisti, & nos non dubitamus facturos, nepotes tui, Prin-
 cipes nostri, viri facti eadem ratione imperarint. Eos igitur ac nos iu-
 uatum

1508. uatum venire digneris oramus. Indigent pueri Principes tuo auxilio,
 ,, tremulaque id voce per nos nunc eblandiuntur, nos verò omnesque; pro-
 ,, bi rogamus, supplicesque insistimus: plebs erroris sui, imperitiamque
 ,, culpam deprecans, vixque hincere audens, demisso vultu, oculisque in
 ,, terram coniectis, qua potest ratione eadem deprecatur: natura subdi-
 ,, torum tuorum te efflagitat: Deus venire Cæsarem iubet: Christiana
 ,, dilectio ad hoc Maiestatem tuam perurget: extrema rerum Belgica-
 ,, rum necessitas, nuditate imbecillitateque sua ante pedes Maiestatis
 ,, tuæ deposita, vel tacens extorturam se sperat. Inuenit, rogamus, aliquid
 ,, nunc lachrymæ omnium Ordinum nomine contra ætatis nostræ decus
 ,, dignitatemque erumpentes: impetrent, quæ petimus, verba ad expu-
 ,, gnandum Maiestatis tuæ clementissimum benignissimumque animum.
 ,, qua potui ratione quaesita, utque ego collegaque mei hoc legationis
 ,, munere feliciter defuncti domum redeamus, pro solita serenitate
 ,, tua concedito, si nulla alia, saltem hanc ob causam, quod publici boni
 ,, causa, unde priuata omnia dependent, à nobis parato animo sit susce-
 ,, ptum. Silente Hauthemio, cæteri Proceres Legati paucis verbis ad
 ,, eandem rem facientibus, ut consentiat, rogant. Promittit statim Cæsar
 ,, se cum eis in Belgium iturum. Quumque, ut diximus, sublatis factio-
 ,, nibus, rebusque necessarijs constitutis, Belgarum Ordinibus per omnia
 ,, satisfecisset, nepotis Caroli curam dicto committit Cheuræ Arschori-
 ,, que Domino: ut verò Latinis literis veraque pietati assuesceret, Adria-
 ,, no Florentio Ultraiectino, qui postea summus Pontifex nominis sex-
 ,, tus est factus, erudiendus datur. Exinde Cæsari bellum cum Venetijs
 ,, oritur, varium, graue, ac diuturnum. Causa fuit arrogantia Germa-
 ,, norum, ac ambitio Venetorum, ortumque est apud Austriacos Carnias.
 ,, Alpes vicinaque Ditiones incolentes. Paulo antè recusarant Veneti
 ,, transitum Cæsari, Romam cum exercitu, ut aurea à summo Pontifice
 ,, redimeretur corona, tendenti. Cæsar armis viam facturus, mensè Fe-
 ,, bruario cum mediocribus copijs Tridento profectus, per montes Vi-
 ,, centiam contendit; ac Rouereto per Marchionem Brandeburgi frustra
 ,, tentato, captisque Septem Communitatum aliquot Oppidis (Ditionis
 ,, Venetæ nomen est) quarto die ex quo Tridento excesserat, in Germa-
 ,, niam magna omnium admiratione per Bolgianum est reuersus. Miserat
 ,, illi Pontifex Tridentum vsque Diploma aureis exaratum literis, qui-
 ,, bus eum Cæsaris titulo ornabat, non aliter quam si auream eius ca-
 ,, pitum imposuisset coronam. Id autem ea Pontifex faciebat de causa, ne
 ,, cum exercitu vltius tenderet, verens ne antiquum in Italia ius autori-
 ,, tatemque, ut prædecessores aliquot Cæsares conati erant, afferendum sibi
 ,, censeret, dignitatem ac libertatem Italiæ minuendo. Tributo igitur ei
 ,, Cæsaris titulo, coronationem in aliud reiecit tempus. Veneti Cæsaris

discessu

discessu animis elati, conscriptis decem peditum duobusque equitum 1508.
 nullibus, Duce Bartholomæo Luiano, (alijs Aluiano) Nicolao Vr-
 fino, Vitellio Tifernate, ac plerisque alijs veteranis Ducibus, hæredita-
 rias Cæsaris Ditiones ad Athesim sitas inuadunt, Carnos, Histrios, ac
 Foro-Iulienes vastant. Ab alia parte Andreas Grittus, cum quinque
 peditum millibus, ac equitibus leuis armaturæ Epirotis ac Macedoni-
 bus, (quos hodie Albanos vocant) Alpes Athesinas inuadit. Ducit con-
 tra Grittum partem Cæsarei exercitus Sixtus Trantsonius. Sed in val-
 le oppidi Codoriani, niuosis Alpium anfractibus, vbi explicare aciem
 non poterat, à Veneto exercitu deprehensus, inita pugna Trantsonius
 superatur, maiori parte cum eo caesa, captoque Barone Turriensi, ac
 Melchiore Masmunsterensi Alsata, cum alijs plerisque viris præclaris.
 Altera Cæsariani exercitus pars, in Italiam se dimittere conata, ad Ar-
 cem Petronianam à Nicolao Comite Petiliano Venetorum, ac Triultio
 Francorum Ducibus, quibus aliquot mercenariæ Hispanorum cohor-
 tes accesserant, accepta clade, est repulsa. Veneti partim fuso, partim
 repulso Cæsaris exercitu, ad deditionem compellunt Clusum, Ca-
 doram, Gradiscam, Cormonom, Goriciam, ac VVipachum. Antho-
 nius Conzarenus, educta classe, occupat Dumum, Tergestum, ac
 Bistoniã; & nisi vltius Triultius procedere recusasset, sciens Regem
 irritari nolle Cæsarem, Tridentum cum vniuersa subiecta Ditione Ven-
 neti in potestatem redegressent. Cæsar enim eo tempore imparatus
 Colonię Agrippinę res priuatas ac Imperij tractabat. Quas ob causas
 facillè Paulus Lichtensteinius, Præsul Tridentinus, inducias inter Cæsa-
 rem & Venetos in triennium pangit, ea lege, quæ quisque tenebat, in-
 terea temporis possideret, ac pro arbitrio muniret: quibus inducijs
 Cæsariani nulla ratione induci potuerunt ut Geldrię Dux comprehēde-
 reretur. Quarebat interea Cæsar rationem qua acceptum à Venetis detri-
 mentum ac dedecus sarciret. Irrigarant enim hoc bello Veneti, nimia
 dominandi detecta libidine, non solum Cæsarem, qui eos prior non læ-
 serat, sed etiam Papam Iulium, & hætenus socium Lodovicum Fran-
 corum Regem, maxime ob arrogantes induciarum condiciones, quas se
 inconsulto neglectoque Geldro præscripserant. Retundendam igitur
 superbæ Urbis ambitionem Pontifex Iulius, Cæsar, Francus, ac Hi-
 spanus iudicantes, contra Venetos cõiurant, ac Cameraci apud Belgas
 locum mittendorum Legatorum, sancienti que foederis, tanto silentio
 constituunt, ut, cum fama tale quid agi spargeret, Veneti non crederet.
 Venit Cameracum pro Cæsare filia eius Margarita, Belgarum Gubernatrix,
 Matthæus Langius, Cæsari ab Epistolis, ac Nicolaus Frisius, pro
 Rege Lodowico Georgius Ambosius, Cardinalis Rothomagensis, tan-
 demque & Ferdinandi Hispaniæ Regis Legatus; sparserantque famam

O. O. 3

se.co.

1508. se coijisse, vt pacem inter Castellæ Principem Carolum Austriacum ac Geldriæ Ducem facerent, factis inter eos hac de causa quadraginta dierum inducijs; tractantque multa variaque de rebus Geldricis ac Nauarræ, sed adeò frigidè multis verbis chartas implentes, vt facile appareret, non hisce de rebus eos conuenisse. Decimo Decembris die scædus Cameraci concluditur, ac in summo Templo publicatur, nō tamen diuulgantes bellum communibus viribus in Venetos decretum. Repebat ab ijs Pontifex Iulius, vt ab iniustis possessoribus, Fauentiã, Ariminium, Rauennam, Ceruiam; Cæsar Imperij nomine Patauiu, Vicentiam, Veronam, suo nomine Forum-Iulij, & Taurisum; Francorū Rex, vt Insubrum Dux, Cremonam, Ciardadam, Brixiam, Bergomum, & Cremam; Hispaniæ Rex Portus & Oppida à Ferdinando Neapolitanorum Rege bello Francico Venetis oppignorata, Sipōtum, Tranium, Monopolim, Brundusium, ac Hidruntum. Vt autem Cæsar legitimo titulo inducias cum Venetis factas rumpere posset, cautum fuit, Pontifex ab eo, Pontificatus Patrono, auxilium contra Venetorum iniurias imploraret. Francorum Rex ipsemet ad bellum primus omnium sociorum proficisceretur, tum Cæsar sequeretur. Alter alteri, ad sua recuperanda, auxilio esset. Pax cum Venetis, nisi communi cōsensu, non fieret. Tres menses concessi, qui rebus suis recuperandis fœderi vellent adscribi. Francorum Regi Cæsar Diploma confirmaret de Ducatus Mediolanensis iusta possessione. Scisis enim nuptijs Caroli Austriaci ac Claudiæ Francicæ, conditiones hac de causa conceptæ censebantur irritæ. Rex Cæsari persolueret quingenta millia florenorum. Addita est & fœderi pax inter Principem Carolum ac Geldriæ Ducem; quæ non fuit diuturna. Pontifex Iulius, ingentem imminere Italiæ tempestatem hoc fœdere vidēs, Venetis obrulit, se fœderi non subscripturū, si Ariminium ac Fauentiam sibi reddidissent. Qua de re diu deliberantes, tandem magno suo malo feraque cum pœnitentia negauerunt. Tanta eo tēpore inerat Venetis ferocia, ac, è paruo successu, virium suarum fiducia, vt Christianæ Europæ vim se facile sustēturos ac repulsuros confiderēt. Tum Iulius fœderi Cameracensi subscribit. Semel Veneti, instantis belli mole perculsi, Legatos ad deliniendum Cæsaris animum mittūt. At ille ingenti, incensus ira, audire eos, nec in conspectum admittere voluit. Interea Legatus castrensis à Rege Lodowico Venetias missus, Duci ac Senatui ferocibus verbis bellum indicit. Respondetur illi à Duce animosè, retortis in Regem calumnijs, quibus Senatum onerabat. Exinde Veneti, maximis collectis copijs, Regem Lodowicū, cum non minoribus in Italiam properantem, ad Abdnam expectant. Anno 1509. decimoquarto Maij ad Geradadam inter Francos & Venetos, collatis signis, concurritur. Superantur ingenti peditum cum iactura Veneti,

1509. neti, egregiè aperto in campo vincentibus Francis. Capitur Bartholomæus Liuianus, amisso altero oculo, ac cum eo non pauci primæ nobilitatis ordinum ductores, ductique in Franciam liberantur, quū, rupto Cameracensi fœdere, nouum Franci cum Venetis inijsent. Post hanc victoriam Rex Lodowicus spatio quindecim dierum Oppida quæ repetebat omnia in fidem accepit; insuperque Pontifici ac Cæsari occasionem dedit, nullo negotio sua recipiendi, refugiente Comite Nicolao Petiliano, Venetorum Imperatore, cum maxima exercitus parte, Meistrum, quod est extremum Venetæ Ditionis in continente Oppidum. Veneti, rebus afflictis aliud remedium non reperientes, Pōtifici ac Cæsari, quæ repetebant, frustra offerunt. Tātus enim eos ex aduerso prælio incesit terror, vt Urbem munit, subditos nomina dare cogerēt, ac, ad conciliandam benevolentiam, portoria remitterent, leges frumentariæ tollerent, ad Germaniæ Septem-viros, liberaque Ciuitates, Legatos mitterent, vt apud Cæsarem pro pace interpellarent; misso eadem de causa ad ipsum Cæsarem Anthonio Iustiniano, qui oratione ad prouocandam commiserationem eximie composita, promissisque Cæsari singulis annis aureorum nummūm quinquaginta millibus (authore Francisco Guicciardino Historiæ libro octauo.) frustra, vt infra narabimus, laborauit. Cæsar enim supra modum contra Venetos exacerbatus, cum Lodowico Francorum Rege in exitium Reipublicæ coniurarat. Vna in re laudata semper existet Venetorum eo tēpore prudētia, ac animi magnitudo, quòd oblata à Turcarum Rege, in tanta rerum acerbitate, parata auxilia repudiarent, non paucis tamen nec parui nominis Senatoribus accipere suadentibus. Exinde Veneti Legatum in Apuliam misere, Regi Ferdinando eius Ditionis Oppida, quæ præsidijs obtinebant, liberaliter restituentes; pauloque post aliquot ciuim operā, ductu verò Andreæ Gritti, Patauium recuperant. Aperta enim porta, vt plaustra aliquot frumento fœnoque onusta intromitterēt, Gritus, cum peditibus equisque succedens, eam occupat, pauloque post Arcem expugnat, Leonardo Trifino cum quatuor alijs, qui Urbē Cæsari tradiderant, Veneto in foro strangulato. Exinde oppugnant Ligniacum, Patauio propinquum. Cæsar suorum negligētiā amissum recuperaturus Patauium, iusto cum exercitu, sociorum auxilijs, magnoque tormentorum apparatu obsidet, frustra que oppugnat. Erat enim in Vrbe Comes Petilianus cum firma electaque peditum equitumque manu. Quare de expugnatione diffidens, pecuniæque inopia pressus, dimisso exercitu in Germaniam regreditur, Marchione Brandeburgio cum præsidio Veronæ relicto. Moritur hoc anno Anglorum Rex Henricus septimus, successitque ei filius Henricus octauus, quem Arthus natus maior aliquot annos ante patrem sine liberis obiisset. Regnavit Henricus

1509. Henricus octauus aliquot annis Regiè, vtque moderatum decet Principem: sed mox animo ad intemperantiam, libidinem, & sauitiã conuerso, crudelissimus ac impijssimus est factus tyrãnus. Sub huius anni finem, Cæsar ac Rex Ferdinandus, inter se ob Castellæ gubernationem dissidentes, conciliantur, ea lege, Rex Ferdinandus Castellam regeret, donec communis nepos Princeps Carolus annuæ ætatis vigesimumquintum attingeret; abstinereque Carolus Regio in Hispania titulo, quãdiu mater eius Ioanna viueret. Rex Ferdinandus Cæsari quinquaginta millia ducatorum numeraret, eumque, donec sua à Venetis recuperasset, Hispanicis copijs iuaret. Principi Carolo singulis annis ducenta millia ducatorum penderet. Facile vtroque Principe in hoc fœdus consentiente, quòd communis nepotis Caroli amor in vtriusque animo vigeret, quem potius aliquando in Italia, quàm Francos, rerum potiri malebant. Has res subsecuta est mors Nicolai Comitis Petiliani, Venetorum Imperatoris, cui paulo post Bartholomæus Liuianus, aut Aluianus, qui hæctenus Magister equitum fuerat, in Imperio à Venetis est substitutus. Anno 1510. Cæsar Augustæ VVindelicorum Imperij Comitia celebrat, Pontificisque Iulij Legatum, Pisaurësem Præsulem, discedere iusserat, quòd eius operã Septem-viri prius de pace cum Venetis ineunda, quàm de ferèdo auxilio, agendum censuissent. Mese Febuario Pontifex Iulius, rupto Cameracensi fœdere, nouum cum Venetis pangit, eosque iam antea diris deuotos, sacris restitucis, quibus voluit conditionibus in gratiam recipit. Ne verò Cæsarem hac re offenderet, stipulatur, certo Veneti tempore Cæsari Teruisiũ, Tergestum, ac omnia quæ in Foro-Iulij, Carnis, ac Histris occupant, redderent. Tabulas, quibus se in posterum ab alienis temperaturos promittebant, darent. Extorsere hanc Iulio Veneti pacem magna cum difficultate. Omnibus enim artibus, ne concederetur, Cæsaris ac Regis Lodowici Oratores erant conati. Impetrauere eam Dominicus Triuisianus, Leonardus Mœccenicus, Paulus Pisanius, Hieronymus Donatus, (qui apud Pontificem Venetorum nomine Legatus mansit) Paulus Capella, ac Lodowicus Maripratus, prouectæ ætatis Venetorum Patricij. Pontifex, horum autoritate motus, non solum Venetis pacem dedit, sed eorum etiam partes fouendas iuandasque (vt bello Ferrariensi apparuit) suscepit. Exinde Cæsaris Legati Vicentiam armis captam militi concedunt diripiendam, agre vita ciuibus concessa: insignia enim sæpius odij testimonia in Cæsarianos demonstrant. Interea in Foro-Iulij maximè calamitosum gerebatur bellum: nunc Germani, nunc Veneti erant superiores: aliquando à propria nobilitate indignis tractabantur modis: vbique clades, mœror, luctus, cædes, direptiones, incendia, vis, ac iniuria conspiciebatur. Pontifex, occasionem secessionis à Franco

1510. Franco quærens, clam palamque bellum Ferrariensibus ac Genuensibus, Francorum clientibus, inferri curat, sperans ea ratione facile Cæsarem à Francica amicitia diuelli, ac sibi Veneticisque coniungi posse. Sed ij, nouo inter se fœdere sancito, separari nondum poterant. Interea Francorum Rex Pontifici in sequentem annuam clam bellum parat, vniuersamque Italiam Cæsari, vt iumulabat, (excepta Mediolanensi, Genuensi, Florentina, ac Ferrariensi Ditione) occupandam præbere, cogereque Aurelijs cõtra Pontificem omnium sacrorum sui Regni Procerum Concilium statuit. Ardebat contra Ferrariæ Ducem bellum, quem Pontifex Iulius, cum Francorum Rege, omnibusque qui ijs adharebant, aqua ignique interdixerat. Anno 1511. Cæsar, persuasus à Rege Ferdinando, pacem ferme cum Venetis fecerat, mittens ad Pontificem ac Francorum Regem Legatos, qui testarentur se nil, quàm vt pax & quies Christiano Orbi daretur, dudum cupisse, adnixurumque omnibus animi corporisque viribus, eò aliquando vt perueniatur. Nullus non, præter Francorum Regem, hæc lato audiebat animo. Malebat enim Cæsarem secum in fœdere contra Venetos icto permanere, non dubiam ex pace contra se tempestatem Pontificis operã emerfuram conspiciens. Varijs igitur artibus pacis mentione oblitterata, Cæsareque in fœdere confirmato, per Triuultium Pontifici bellum infert, ac mense Maio illi Bononiam multaque alia loca eripit. Eodem ferè tempore Cæsar ac Franciæ Rex, nullis sper vniuersam Germaniam, Italiam, ac Franciam Oratoribus, in proximum Septembris mensem Pisis Concilium autoritate sacrorum hominum, ac Cardinalium secum facientium, indicunt, Pontificem Iulium autoritate ac potestate exuturi, quem, vt Pisis se præsentem sistat, citauere. Sed Pontifex contrarium in Laterano conuocat, eosque ad id citat; confirmatusque tribus Hispanorum peditum millibus, quos Rex Ferdinandus ex Hispania Neapolim miserat, veteres resumit spiritus. Interea Cæsariani modicis copijs Veronam contra Venetos tuebantur, diuersisque partibus prælijs vario se euentu exercebant. Cæsar enim iuxta Tridentum sedens, suisque necessaria suppedians, ad res magnas consilia non explicabat, sibi quidem saluari, at socio Franco graui molestoque consilio, adeò vt coniecturã causam non satis assequi valens Rex, Lugdano Blossum ad Regni interiora reuerteretur. Interea consueto more, ac pecunie extorquendæ causa, Foro-Iulienses, Histri, Tergestini, ac Flumienses omni bellica calamitate peruastabantur, diripientibus eodem tempore Cæsarianis Vrinam, Foro-Iulij caput, Venetis timore fugientibus, ac paulo post vniuersum Foro-Iulium Cæsari relinquentibus; excepta Gradisca, cui Lodowicus Mœccenicus cum iusto præsidio ac tormentorum apparatu præerat. Sed cum muri insigniter verberari ingen-

1511. tem fecissent ruinam, præfidiarij timore correpti, tradito Cæsarianis Mœcœnico, deditionem fecere. Sed hæc omnia paulo post, excepta Gradisca, Veneti recuperarunt. Carolus I. gmondus, tanta belli mole pressum in Italia ac Foro-Julij Cæsarem videns, rupta iterum pace, Brabantia fines depopulabatur. Hi iussu Margaritæ Austriacæ contra se armant; acceptisque ab Angliæ Rege mille quingentis peditibus, Venlonijum obsident, promotisque tormentis, muri aggerisque partem in fossam deiiciunt; acceptoque signo, Angli Brabantis mixti, alacriter ad ruinas peruolant. Defendunt se præfidiarij omnibus instructissimè strenuè, ac post aliquot horarum pugnam Anglos Brabantosque in fossam detrudunt, multis ab vtraque parte desideratis ac sauciatis. Eadem fuit alterius oppugnationis fortuna. Sed tertio sine dubio Oppidum expugnassent, nili obscura nocte Geldri, in omnem occasionem intenti, recentem militem ac puluerem introduxissent. Quam ob causam Brabantia, soluta obsidione, dimissoque exercitu, domum reuertuntur. Idem Angli instantibus Cal. Decembris faciunt. Tum Gelder, in vnum suis coactis copijs, recuperat Hattemium, Hardarwicum, Bommelium, Tiletum, ac alia omnia superiori tempore erepta. Inde agrum Buscoducanum infestissimè depopulatur; excurrésque ad Urbis vsque portas, molas omnes quæ vento circumaguntur, ac ædes delictij causa extructas incendit. Secundo Nonas Octobres, nouum fœdus inter Pontificem, Venetos, ac Regem Ferdinandum contra Francum sancitur, in quo Cæsari, ac Heinricho octauo Angliæ Regi, locus, si ascribi vellét, sicuti paulo post euénit, ad certum tempus relinquebatur, vtroque apud Belgas Franco bellum inferente, dum cæteri confœderati Gastoni Foxæo, Francorum in Italia Imperatori, resistunt. Post hæc Cæsari ac Veneti, interpellante Pontifice ac Rege Ferdinando, octo mensium inducias hac lege faciunt: Veneti Cæsari numerarent quinquaginta millia aureorum Rhenensium; vterque quæ tenebat possideret. Pontifex Iulius, Venetis iunctus, acriter Ferrariæ Ducem oppugnabat. Hunc Francus defendendum suscipit. Iulius, se Regi imparem sentiens, omnes Europæ Christianos Principes ad opem contra Francum ferendam implorat, Regemque Lodovicum, ac omnes qui cum eo faciebant, publicè magna cum solennitate grauissimis Christianæ disciplinæ censuris oneratos proscribit, animas inferorum diris deuouet; ac post varios duorum mensium spatium belli morus, ad Rauennam vndecimo Aprilis, qui tum Iesu Christi Resurrectionis è mortuis festus Christianis erat dies, Hebraicè dictus Pascha, ac Phase, memorabile illud prælium committitur, vincentibus cum interitu Imperatoris sui Gastonis Foxæi, egregiè Francis: sed illud admiratione dignum, Francos duabus ingentibus pugnis in Italia superiores, (hac contra Pontificem, illa

contra

contra Venetos) paulo post non solum bello mansisse inferiores, sed vniuersa Italia exactos, domum inglorios rediisse; adeo etiam admirabili Deo ratione per res sepe aduersas felicia ac salutaria nobis procurat. Apud Belgas Geldri, Brabantia, ac Hollandia inter se potius latrocinabantur, quàm bellabant. Buscoducenses, e ductis ciuibus ac Lancstratianis, Insulam Bommelanam inuadunt, ingentemque abigunt prædam. Sed Serberæ Comes, Geldro militans, in palantes seque agentes subito inuectus, commisso proelio partem prædæ recuperat. Id vindicaturus Iselstein Dominus, militem educit, prædas agit, agros vastat, capriuos abducit, Arcesque aliquot expugnat, cumque omni præda Iselsteinum reuertit. Gelder duo virorum millia in vnum coacta Amsterodamum mittit, qui Sub-urbiorum partem, ac viginti duo naues in Portu repertas exurunt; abactaque diuiti prædæ, in Geldriam sine detrimento redeunt, ex itinere Bodegrauiam spoliantes, ac exurentes. Id ægerrimè fert Vassenarij Regulus, inter Hollandiæ Proceres facile primus, vir bellicosus. Certior igitur factus, parrem Geldrorum, qui Amsterodami fuerant, apud Carthusianos Ultraiectinos confedisse, cum exiguis eos copijs inuadit, maioremque partem interficit. Inde varijs locis ab vtraque parte igne crudeliter est seuitum. Insula Bommelana cum vniuersa Velua immane etiam incendium patitur. Geldri qui è clade Carthusiana effugerant, suis paucitate Vassenariorum exponentes, Carthusiam simul reuertuntur, indeque ad nobilium Virginum Abbatiam, Dalam dictam, quod Vassenarius concesserat, peruolant, eumque sine custodijs agentem, ac nil minùs quàm Geldros expectantem, opprimunt, cumque multis alijs, omni que prædæ, Arnhemum captiuum abducunt. Sed mox factis in sexennium inducijs, quæ decimo Augusti die anno 1517. finirentur, Vassenarius, ac hinc inde omnes captiui, gratis liberantur. anno 1512. nono post pugnam Rauenensem die, Pontifex Iulius cum Rege Lodowico æquifimis conditionibus pacem facit, eumque sacra profanaque proscriptione liberat. Exinde Confœderatorum in Italia copiæ, Lodowici Sfortiæ filios in Ducatum Mediolanensem restitutum, (Francorum exercitu Gastonis Foxæi morte dissipato, equitatuque omni in Belgiu dimisso) aliquot eius Ducatus Oppida occupauere. Cumque quatuor millia peditum Tyrolensium apud Francos mercede militarent, Cæsaris mandato domum redire. Atqui hac ratione diu dissimulata inter Cæsarem ac Francum animi alienatio tandem in lucem erupit, quanquam summis huc vsque Rex viribus esset annexus, ne ictum cum Cæsare fœdus rumperetur. Sed is nil minùs quàm Francorum opes ac potentiam in Italia crescere volebat. Vnde non mirum si post Rauennensem pugnam vniuersa (paucis Ciuitatibus exceptis) Italia Franci à confœde-

P p 2

ratis

1512. ratis pellerentur. Interea Cæsar Coloniam Agrippinam profectus, eorū
ram se fisti iubet Georgium Saxonem, ac Comitē Etzardum. Quum
vterque Legatos misisset, nil vel præfente Cæsare effici potuit, tanta
erat ab vtraque parte innata ambitiosis animis è diuturno odio perui-
cacia. Tandem controuersiam definiendam permittunt iudicibus neu-
tri parti addictis, quos Cæsar esset daturus. Quòd si nec hi causam
finire possent, volebat Cæsar, renunciantes vteriori prouocationi, Se-
natus Imperialis iudicio, quod tum V Vormatiæ erat indicturus, om-
nino stare. Circa huius anni finem Leuwardæ in Frisia capite ple-
ctuntur viri nobiles duo, ac mercator vnus, quòd cum Comite Etzar-
do, Groninganis, multisque alijs, de pellendis vniuersa Frisia Saxoni-
bus coniurassent. In Italia restituti à Confœderatis Florentiæ Medi-
cei numerant Cæsari centum quinquaginta millia ducatorum; coacti-
que ad deditiōem Brixiani, ac Lineaci, Germanos ac Hispanos mili-
tes admiserunt. Exinde Gurcensis Cardinalis, Cæsaris Legatus, Romam
ad Pontificem profectus, summo cum honore est receptus, actumque
magna animorum contentione de pace inter Cæsarem ac Venetos
ineunda, sed frustra. Quare nouum Pontifex cum Cæsare facit fœdus,
quo vtriusque consensu Maxæmilianus Sfortia in Ducatum Mediola-
nensem restituitur, Cæsare tamen neque Diploma neque titulum eū
concedente. Sub idem ferè tempus Rex Hispaniæ Ferdinandus, ac An-
gliæ Henricus, consociatis mari viribus, Guiennam, veteris Aquita-
niæ partem, inuadunt; fugienteque ad Bearnios Ioanne Albretho, Rege
Nauarræ, vniuersum id Regnum Ferdinandus occupat. Proscriptus
enim Nauarræ fuit à Pontifice Iulio, cum Francorum Rege Lo-
dowico, quòd ei contra Pontificem in auxilium esset profectus. Mit-
tit statim Rex Lodowicus Duce Palicia, circa huius anni finem, iustum
Ioanni Albretho peditum equitumque auxilium, quo Regnum suum
recuperet: sed quòd virtute Frederici Toletani, Albæ Ducis, repulsum,
re infecta in Franciam redijt, relicta Regi Ferdinando quietam Regni
Nauarræ possessionem. Geldri hoc anno cum Aristite Ultraiectino
bellabant, multasque inuicem calamitates inferebant, quarum par-
tem Brabanti ac Hollandi propter vicinitatem sentiebant, eo magis,
quòd Iselsteini Dominus, Belgarum Principis cliens, per se etiam
bellum Geldris certis de causis intulisset. Sed instante Bruma, cum
vtroque Gelder transigit, subditisque suis nonnihil quietis tribuit.

1513. Vere anni 1513. Cæsar acceptis ab Angliæ Rege centum quinquaginta
aureorum liliorum millibus, ac pro reliqua solutione eodem Rege
fideiubente, conducit viginti-quinque millia peditum Helueticorum;
addit bis mille equites, duceque Vrico Principe VVirtembergico in
Ducatum mittit Burgundiæ, eum nepoti Carolo Hispaniæ Principi
vendica-

vendicaturus. Præerat eodem tempore Burgundiæ Regis nomine Tra-
mulius; qui tantæ multitudini se imparè non videns, cedendo, instando,
iter carpendo, leuibus prælijs laceffendo, iter morando, rem frumen-
tariam impediendo, aciemque ostentando, pugnae spem, non faculta-
tem, faciebat. Sed tandem instantibus vrgentibusque Heluetijs, Di-
geoni, Ducatus Burgundiæ Vrbi primariæ, cum copijs se includit. Pro-
fert VVirtembergius tormenta, omniaque ad expugnationem necessa-
ria parat. Equites itinera, ne commeatus aut recens miles introduce-
retur, obsident. Quumque perfractis muris, deiectoque vallo, ac reple-
ta fossa, irruptionis signum VVirtembergius esset daturus, Francicis
dudum artibus resistens Tramulius, maiorem Helueticorum Præfecto-
rum partem, non ita pridem auro corruptam, immensisque promissis
inflatam, ad seditionem cum vulgo militum concitat. Petit Tra-
mulius ab Heluetijs, ac impetrat, renitente frustra que reclamante VVir-
tembergio, ad Helueticorum castra Legatos mittere liceat; qui largi-
tione ac promissis efficere, vt inter Heluetios Francoque pax fieret.
Præfecti Bernensium, Lucernensium, ac Friburgensium, non vocato
nec adhibito VVirtembergio, hisce legibus Franco impositis, pacem
faciere: Rex cum Romano Pontifice in gratiam redito, nec postea ab
eius autoritate discedit, ei omnia sua restituit. Eam Burgundiæ
partem, quam Iure-consulti æquum iustumque iudicabunt, Carolo
Austriaco restituit. Ex Arce Mediolanensi ac Cremonensi, cæteris-
que Insubiæ locis, præsidia deducit, omni que Insubria in posterum
abstineto. Heluetijs pro huius belli stipendijs, impensis, ac molestijs
quadringenta aureorum liliorum millia persoluit; VVirtembergio,
eiusque equitatu, octo millia. Obsides quatuor Nobiles, qui capite
luant, si Rex conditiones reiecerit, dato. Hi paulo post è Heluetia in
Germaniam fugere. Timebant enim capitis pœnam, Rege arrogantes
leges irridente ac explodente. Exinde Tabulis rite consignatis, per
Comitatum Burgundiæ Heluetij sine iniuria domum rediere, Cæsarem
eadem animi leuitate ac perfidia hic deserentes, qua anno 1498. fecerant.
Rex enim Lodowicus lectis conditionibus risit, omnesque reiecit; Tra-
mulium rectè fecisse dicens, quòd arte Helueticum dissoluisset exerci-
tum, Burgundos graui bello liberasset. Postridie Nonas Iunij Tra-
mulius ac Triuultius, Francorum Regis Duces, ab Heluetijs (quòd eos
Burgundicæ pacis, à Rege se irrideri conspicientes, pudebat, ac proinde
pro Maxæmiliano Sfortia arma sumpserat) ad Nouariam insigni præ-
lio superantur; qua dere Paulum Iouium consule Hist. libro vndecimo.
Obierat paulo antè supremum diem Pontifex Iulius, vir immensi vastique
animi; successeratque illi Ioannes Medices, assumpto Leonis decimi no-
mine, à quo Cæsar grauis armaturæ equites in auxilium cõtra Venetos
petit,

1513. perit, hac ratione experturus quo erga se animo nouus foret Pōtifex, ac an inicū cum Iulio fœdas seruare constituisset. Mittit Leō equitū auxilia, quæ res non parū Venetos ac Francos mouit. Paulo pōst Raimōdus Cardonius, Hispaniæ Regis nomine Pro-Rex Neapolitanus, cū Hispanorū ac Germanorū copijs Parauitū obsidet. Aderat Cardinalis Gurcēlis, Cæsaris Legatus. Sed post decimum-octauum diem, ob varias expugnationis difficultates, obsidionem soluit, ducens exercitū Vicentiam, inde Veronam, tum in alias partes, quòd nec Cæsar, nec Rex Ferdinandus, pecuniam expediret. Hoc anno Rex Lodowicus, omnesq; Frāci, eiurato Pisano Concilio, paceq; cum Romana Ecclesia inita, ei se submisere. Dum Heluetij in Burgundia pro Cæsare malis artibus bellum gerunt, Henricus octauus Angliæ Rex pro Pontifice contra Francum arma capit; ingentiq; coacto exercitu, cui Germanorum auxilia Cæsar, ac Belgarum eius filia Margarita iunxerat, Talbotum, impigrum ac belli gnarum Ducem, cum parte copiarum Caletum transmittit, Terouanamq; obsidere iubet. Dum is in hoc totus est, Rex ipse, viginti quatuor annos natus, cum reliqua exercitus parte in continentem trajicit, pauloq; pōst Terouanam ad castra Talbotti peruenit, serioq; tandem Oppidum obsideri & oppugnari est cœptum. Præerat Terouanæ Pondormius ac Tilignius, iusta cum peditum equitumq; manu; nec quicquam eis deerat, quòd ad perferendam vel mediocris temporis obsidionem erat necessarium. Tribus locis Terouana oppugnabatur. Ad Orientem Rex Henricus premebat, ad Meridiem Talbottus, inter Occidentem & Septentrionem Carolus Somerseti Dux vim inferebat. Cæsar, conscriptis re subita aliquot peditum cohortibus ac equitum alis, magnis itineribus è Germania in Belgiū ad Anglica castra contendit, vt memorabili aliquo interesset prælio. Pro certo enim fama adferebatur, Francorum Regem, natura pugnacem, pro Terouana pugna aleam subiturum. Cæsari in Belgiū appropinquanti non defuere nouæ peditum equitumq; iussu filia conscriptæ veteranorum manus, cum quibus (omnibus ignorantibus, exceptis Proceribus, quis esset) ad Regem tendens Henricum, eum ad Fanum Audomari obuium habet; salutatusq; ac Pater appellatus, ad castra perducitur. Postero die, mutatis vestibus, Cæsar ac Rex Oppidi munitiones, oppugnantium apparatus, situs naturam inspiciunt. Sed cū de expugnatione deliberant, subito exploratores renūciant, Francorum Regem, qui hactenus apud Ambianos federat, ingentemq; comæatus vim, quo laborare obsessi incipiebant, parauerat, post biduum equitatum omnem cum comæatu transmissurum. Cæsar longa belli exercitatione doctus, ac loci notitia præditus, quòd & olim his in locis, ætatis anno decimonono, feliciter contra Francos pugnasset, Regi Henrico suadet, in vltiorem Lysæ flumi-

1513. fluminis ripam exercitus partem traducat, ac ad hostes inopinato aduentu opprimendos summa cum celeritate contendat. Paret lenioris consilio Rex iuuenis, quatuorq; pontibus hora spatio contactis, Cæsaris, suas, ac Somerseti copias transmittit, Talbotto in obsidione relicto. Cæsar duas ex omnibus copijs instruit acies, vnam equitū, alteram peditum, vtramque quadratam fronte angustiori ob hostium equitum multitudinem. Cæsar equites, quamuis ætate grandis, ob locorum notitiam; pedites cum tormentis Rex Henricus ac Sommersetus ducebant. Cæsar Germanos ac Belgas ad virtutem animans, quoties se ductore Francos vicissent, memorabat, comamq; ac barbam bellado canescentem, nec se tamen animo vel minimum deficientem, aspiceret admonebat, interq; primos in hostem euntem fortiter sequerentur imitarenturq; adhortabatur. Germani Cæsarem in castris fuisse ignorantes, (huc vsque enim clam esse voluerat) vt eum deposita caeside, Imperatorio ornatum paludamento, orantem conspexere, magnis sapiusq; iteratis acclamationibus salutem precantur, ac aduentum gratulantur, duciq; in hostem magno animorum ardore perant. Non deerat adhortandis Britannis Rex Henricus, corporis proceritate, animi vigore, ac innata facundia admirabilis. Quumq; eis quid Germani incondito subitoq; clamore voluissent, exposuisset, ardore Germanorum excitati Angli, vix quin iniussu ad pugnam ruerent contineri poterant. Appropinquabat interea Piennæ Regulus, Francorum Regis Legatus, ac Picardiæ, mortuo Creueceurio, prefectus, adducēs octo millia veteranorum equitum, sarcinarijs iumentis in medio receptis, subsequente magno plaustrorum comæatu onustorum numero. Prefecti Francorum omnes veterani erant, multisq; victores interfuerat prælijs, nunquam præterquam ad Nouariam victi, quòd nunc fortiter nauata Regi operâ vindicare statuerant; tantisq; animis ad perumpendam Anglicorum aut Cæsarianorum castrorum partem incitati adueniebant, vt iam vicisse se existimarent. Nil enim de aduentu Cæsaris nec Henrici Regis sciebant, sed eorum tantum Legatos in castris adesse existimabant. Cæsar, ardore equitum Germanorum ac Belgarum vtendum ratus, cum quatuor millibus ad hostem pergit. Subsequitur incitato gradu cum peditatu, tormentis, ac sagittarijs Rex Henricus. Pars Francorum equitum à sinistro latere comæatum introducere conata, à Talbotto, qui suos omnes paratos in acie habebat, repellitur, accepta etiam ex itinere non parua ab Anglicis tormentis clade. Cæsar, conspecto fatali colle Guinegatana, Adeste, inquit, Diui Diuæq; omnes, meq; Deum pro victoria precantem pijs votis adiuuate, vtq; militum nostrorum animis vigorem afflare, hosti timorem injicere, locumq; antiqua victoria me adolescente clarum, seni illustriorem reddere:

1513. reddere dignetur, puris precibus impetrare: tunc enim me inter pedites pugnantem iuuit ac protexit, nunc cum equitibus in hostem vadentem ne deserat, pij piæque interpellatores efficere. datoque eodem momēto tubis pugna signo, concitato calcaribus equo in hostem incurrit, ac nobilem Francum equo deiecit. Cumque reflectere equos. iterumque hostes inuadere Casariani conarentur, dissolutis eos ordinibus vndique fugam capere conspiciunt: quanquam fortissimi promptissimi que Duces, acerrimè pugnantes, Casaris impetum egregiè sustinerent, reparareque suorum aciem conarentur. Videntes enim equites Regem Henricum cum instructissimo peditatu ac tormentis haud procul abesse, concepta formidine, vrgēti cessere Casari, ac in varias partes fuga abire, Ducibus dedecoris metu resistentibus, ac pro maiori parte captis: inter quos fuere Marchio Rottelinus, qui, fratre paulo antè sine liberis mortuo, Dux Longevillæ à Rege fuerat renunciatus; Palicia, Imbercurtius, Baiardus, ac Busiuus; è quibus Palicia ac Imbercurtius ab equitibus Belgis, veteris amicitia causa, ac data fide se certam pecuniæ summam statuto die numeraturos, sunt dimissi. Signa militaria ferè omnia ad Casarem sunt relata. Piennæ Regulus, paucis desideratis, cum maiori equitum parte Blangisium peruenit, prælioque elapsos è fuga recipit. Peditatus enim non confligit, nec tormenta damnum intulere, cum mixti inter se equites vsui vix fuissent. Colluctati enim inter se cataphracti, ruptarum lancearum frustis ac mucronibus maiorem motum ac tumultum quàm eadem edidere, ita vt eodem tempore pugna hæc, Calcarium, lingua Francica appellaretur, quod etiamnum me adolescente nobiles senes narrare solitos memini. Commeatum omnem, tormenta, ac impedimenta Franci perdidere. Tertio à pugna die Terouana deditionem facit, præfidiarijs cum armis ac impedimentis liberè abeuntibus. Rex Henricus, à Flandris exoratus, Terouanâ disiectis mœnibus, repletis fossis, ac dirutis ædificijs, solo æquari (summo excepto Templo, ac Canonicorum ædibus) permisit. Sed anno 1517. Francorum Rex Franciscus primus, loci opportunitate motus, Oppidi fossas purgari, murum ac vallum restitui cum iussisset, multo quàm nunquam antea fuerat, munitius reddidit, ei præficiēs Fresnoij Dominum, filium nothum Moreullij Reguli. Tum Casar ac Rex Insulas, nobilem Flandriæ Ciuitatem, contendunt, reperiuntque hæc cum præcipuis Belgarum matronis Margaritam Casaris filiam, que Gandauo Reges salutatura aduenerat. Multi hic dies cum summa letitia peracti, data epula, certatum personarum ambulationibus, ac ducendis choreis. Tum ludicra belli certamina, concurrentibus inter se Germanis, Belgis, ac Anglis, vario armorum genere eduntur. Rex Henricus cum exercitu Tornacum profectus, breui Urbem deditione in potestatem redigit,

1513. redigit, Francico præsidio liberè quò vellet cum armis impedimentisque abire permisso. Tum ad Flumen Scaldim Arcem ædificari iussit, cuius pars extra, pars intra Urbem sita ducit. Hic primùm Casar ac Rex per literas certiores fiunt, Heluetios pecunia corruptos è Burgundia domum rediisse, pacemque cum Franco, desertis Cōfœderatis, iniisse. Quare inuicem complexi, Casar in Germaniam, Rex Henricus in Angliam reuertitur. Interea Raimondus Cardonius, Cōfœderatorum contra Francum in Italia nomine Regis Ferdinandi Dux, frustra, vt diximus, tentato Patauio, Medoacum Annem transmittere, ac cum exercitu in agrum Venetum proficisci, impedimentis omnibus Veronæ relicta, constituit. Habebat in exercitu duodecim peditum millia, ac bis mille ducentos equites, partim Germanos, partim Hispanos, veteranos omnes, qui que multis prælijs feliciter cōfectis victorias insignes reportarant, Casaris ac Regis Ferdinandi stipendia merentes. Transmisso igitur Anne Medoaco, primo aggressu Oppidum Beuolentum opulens diripit, ac longè lateque bellum in agrum Venetum circumfert, ferro flammaque in obuia quæque sæuit. Euertit Oppidum Plebifaci, tandemque in Sub-urbano Venetæ Urbis littore peruagatus, superba, ad luctum opeisque ostentandas, Procerum Venetorum ædificia igne consumit, supellectilem diripit, armenta pecoraque maiora minoraque abigit, exustisque Villis, longa pace collectas agrestium opes rapit, aut exurit. Germani Oppidum Mestrium, Margaræam, ac Lucifulinam capiunt, spoliant, ac incendunt. Piscarius ac Prosper Columna, in proximi littoris aggere tormenta maiora disponentes, ad ipsam Venetorum Urbem ignominia causa explodi iubent, globos per Diui Secundi Templum adigentes. Ardebant omni ex parte Vici, Villæ, Castella, Oppidaque, paruumque maris spatium Venetos ab eadem calamitate tuebatur, videbantque sacris è turribus Patricij ac ciues res suas cremari, hostemque impunè per fertilissimum agrum vagari. Quare tandem Senatus, Liuiani Imperatoris sui literis excitatus, nec diutius ignominiam iniuriamque animo sustinens, rescribit, iunctis cum Baleonio viribus, pro loci temporisque opportunitate, cum hoste confligit. Liuianus Venetorum copijs ad Medoacum, vbi Casarianos reuersuros existimabat, adductis, transitu prohibere conatur. Sed tercio supra Citadellam milliari, ad nouæ Crucis Vadum, ignaro Liuiano, noctu exercitum Cardonius prædamque Medoacum transmittit, ac idoneo loco castra facit. Liuianus, prima deceptus opinione, Vicentiam contendit; fossis aggeribusque factis, iter Casarianis ad Barchilionis transitum impedire statuit. Sed paulum retrocedens Cardonius, ad dexteram via Bassiana iter instituit, vt si Liuianus sequeretur, æquo cum eo loco confligeret; sin minùs, ad Tridentinos

1513. montes circumuectus, relicta Vicentia, incolumis Veronam perueniret. Hac ratione Cardonio iter faciente, Liuianus, à Lauredano Venetorum Legato importunis adhortationibus ferme coactus, aciem instruit, ac haud procul Vicentia, æquo loco, liberoque campo, dubio aliquandiu Marte cum Germanis ac Hispanis signa confert: sed tandem vera virtute superatus, fuga Patavium defertur; Lauredanus interficitur, ac cum eo maiores minoresque Duces complures. E militum vulgo circiter quinque millia cecidere, cataphracti equites quingenti; quæ maxima Venetorum fuit clades; tormenta viginti-quatuor capta. Andreas Gritus Vicentiam indeque Taruisium venit, infelicis exercitus reliquias cum Liuiano colligens. Germani hac pugna insigniter sauiere, vt commilitonibus clade Codoriana à Venetis interemptis parentarent. Exinde Cæsarianus exercitus, duplici præda ditatus, circum Vicentiam in hiberna est deductus. Sub idem tempus Suenici fœderis Proceres, auspicijs pecuniæque Cæsaris, capiunt ac diruunt inexpugnabilem (vulgi opinione) Hergouia Arcem, editissima rupe sitam, nomine, *Hohenkreigen*, quam Cæsarei nominis hostes infederant, itinera infestantes, ac Austria superiori incredibilia damna inferentes. Mense Septembri Comes Etzardus literas manu ac sigillo Cæsaris munus accipit, quibus disertis ei verbis, magna ne paruisset addita pœna, iubebatur, conditionibus cum Ducis Georgij Marscalco conceptis sub signatisque per omnia satisfaceret, restituens. Duci Georgio Groningam, Dammum, ac cæteras quas præsidio tenebat Munitiones, rationemque redderet de acceptis expensisque pecunijs, quas Groningani, Ditionesque intra Amisiam ac Lauram sitæ contulissent, inprimis verò Duci Georgio, perpetuo ac hæreditario vtriusque Frisia, Imperij nomine, Gubernatori sacramentum clientale de Oostfrisia diceret. Conueniunt hac de re vtriusque partis Legati Adewarti. Cumque Saxonis Quæstores æreis orbiculis, papyro, pennis, atramento, ac arena instructi, ad audiendas ac ad vnguem discutiendas rationes consedissent, Legati Com. Etzardi cum publico tabellione ac testibus aduenientes, de dictis Cæsaris literis ad Senatus Imperij Tribunal & ad præsentem Cæsarem prouocant. Itaque re infecta, irritisque Saxonum Quæstoribus, singuli vnde venerant rediere. Initio anni 1514. Cæsariani ac Veneti in Foro-Iulij bellum renouant. Occuparunt enim non ita pridem Germani Oppidum Morauum, ad Aquileenses paludes situm. Veneti id statim propter opportunitatem terra marique obsident. Opponit secum Cæsaris copijs eius Legatus Comes Christophorus Francapanes, cuius aduentu Veneti numero longè inferiores obsidionem soluant, ac discedunt. Erumpunt in postremos prædij Germani, instat à fronte Francapanes; vulneratur Scipio alter Venetorum Dux, cæteri fugam capiunt.

1514. capiunt. Veneta triremis vnâ capitur cum aliquot onerarijs, omnibusque hominibus ac impedimentis, cætera magno cum discrimine in altum euasere. Desiderarunt hic Veneti mille ducentos viros, cum Oppido Monfalconio. Post hæc Cæsariani vniuersum recipiunt Foro-Iulium, excepto Osopho. Paulo post amissum denuoque receptum Bergomum, Venetos mœrore ac gaudio affecit. Interea Georgius Saxo, cõscriptus quinque millibus peditum, paucisque equitibus, in Vestfrisiã ad veterem exercitum mittit, cuius Duces, comparatis scalis, vimineis pontibus, salignis cratibus, ac alijs rebus expugnandis Oppidis Arcibusque necessarijs, Adewarti castra locant, omni que bellico calamitatis genere Groninganos, & qui cum ijs Comitæque Etzardo faciebãt, peruastant. Ab Idibus enim Nouembris anni præcedentis vsque in finem Ianuarij sequentis tam pertinaci gelu hiems sauierat, vt flumina paludesque equitibus peditibusque mediocribus cum copijs peruia fierent. Quare Etzardus, Saxonis vim timens, Dammum ultra ordinarium præsidium quingentos mittit viros, Groningam centum. Sed ijs Saxones omisis, Selwartum, VVirwirum, ac in Oltanptium contendunt, qui agrorum depopulationem duobus florenorum millibus redemere. Exinde Saxones in Oostfrisiã, Com. Etzardi Ditionem, eam vastaturi proficiscuntur, Hagebundam, Stapelmurum, Reiderlautum deuastant, pecuniaque multant. Iemmingæ castra muniunt, omnia circumquaque deprædantur, nulli sexui, conditioni, nec ætati parcunt, Tempia, Monasteria, ac Arces spoliant, diruuntque. Etzardus Groninga in Oostfrisiã profectus, castra Niorti locat, Saxonibus militum numero non inferior, ac proinde pugna aleam experturus, si in æquum descendissent locum. Sed illi studio pugnam vitabant, expectantes Heinricum Brunswichi Ducem, cum magna militum manu aduenturum, quo iunctis viribus Comitem inuaderent, Oostfrisiãque pellerent. Certiores igitur de eius aduentu, explicatis signis Denteram contendunt. Brunswichius Butiagerlandios inuadens, omnia in prædam vertit, coactus paulo post pedem referre, ob continuas pluias, militem iter facientem morantes. Etzardus Groninga ac Dammo noua accersit auxilia. Statuerant enim eum Saxo ac Brunswichius inuadere, nisi mense Februario eadem obstitissent pluias, quæ non minus, quam antea gelu, continuæ fuere. Ad hæc Etzardus, persossis aggeribus, aqua marina Saxones, qui Denteræ ac Stichusæ erant, obsedit. Brunswicani aqua impediti, auxilio Saxonibus venire non poterant. Quare necessitate coacti, in Ditionem Ioannis Comitæ Oldenburgij, veteris amici, Saxones se conferunt, eosque paulo post Brunswicani subsequuntur, mansereque aliquandiu sine maleficio, commeatum pecunia mercantes. Reliquerant Saxones Adewarti mille quingentos Vestfrisios, ac tre-

1514. centos milites Germanos, qui eos Ommelandiorum Vicos hebdomadati pecuniam soluere coegere, qui Duci Georgio iurare noluerant. Oostfrisij qui Groningæ pro Etzardo erant, idem exigebant. Interea Cæsar literis Templorum valuis affixis Comitem Etzardū proſcribit, Oostfrifios à dicto illi ſacramēto liberat. Is verò ad prima Imperij Comiticia prouocat, non ceſſantes interea ab vtraque parte idonea munire loca, prædas ſine commiſeratione facere, ac aurum ſeueriſſimè extorquere. Saxones ac Brunſwicani, qui hæctenus in Ditione Oldenburgana confederant, in Oostfriſiam reuertuntur. Sequitur eos Etzardus cum quingentis equitibus, ac mille ſexcentis peditibus, magnaq; multitudine agreſtium ſibi ſubditorum, ita vt Brunſwicani Oldéburgum, Saxones in Ditionem Ieueranam ac VVitmondanam contenderent, incredibilia vbique ruſticis damna inferentes. Etzardus cum duobus peditum millibus Amiſſiam traiſciens, Saxones Reiderlando, Otterdomio, Fermſonio, ac Delftzila eiicit. Groningani eoſdem pellunt Zuitwolda, muniunt Slohteram, Hogekerkam, ac Bouri Monasterium. Menſe Aprilii inducias trium ſeptimanarum faciunt, conuenientes Selwarti pro pace. Volebat Dux Georgius Etzardum Groninga omnibuſque Ditionibus inter Amiſſiam Lauramque ſitis cedere, ac pro Comitatu Oostfriſiæ clientale ſacramentum, vt Friſiæ (nomine Imperij) Domino, cum ſucceſſoribus ſibi dicere, quorum aliqui ſi ſine legitimis liberis diem obijſſet, Ducis tum Georgij ſucceſſores hæreditatem Oostfriſiæ adirent. Ad hæc vt Etzardus nigro veſtitus panno, in genua prouolutus, à ſe veniam præteritorum peteret, ſex millia florenorum, quæ ei ex mutuo debebat, remitteret, inſuperque multa cauſa viginti millia florenorum perſolueret, cederetque in perpetuum Arce Freburga, ac pro harum cōditionum obſeruatione pignori Arcem Berumiam, Strichuſam, ac Nortum traderet. Quum Etzardus non ſine ratione iniquiſſimarum cōditionum propoſitione ad iram commoueri potuiſſet, offerebat tamen Duci Georgio, vt Imperij Legato, non tanquā Saxoniæ Duci, aut hæreditario Friſiæ Governatori, clientale pro Comitatu Oostfriſiæ Imperij beneficio ſacramentum. Cupiebat perpetuus, aut ſaltem in longum tempus, Groningæ ac Ommelandiorum Governator conſtitui, ſingulis annis certam pecuniæ ſummam Duci hæc de cauſa numerando, quam neutri parti addicti arbitri eſſent præſcripturi. Reiectis conditionibus, finitiſque inducijs, Etzardus cum Groninganiſ ſuſtra Adewartum tentat. Saxones ac Brunſwicani Ieueræ ac VVitmondæ prædas agentes, aucti nouo è Germania militum ſupplemento, cum viginti virorum millibus ac circiter quinquaginta varij generis tormentis iterum Oostfriſiam inuadunt, expugnantque Nobiliū Arces, qui cum Etzardo faciebant, Konſium, Merhuſam, Dornum, Knipenſam

pēſam, è qua Arce Portus in Amiſſiam excurrit non contemnendus; tum 1514. Oppidum Auricum, captos his locis Etzardi præſidiarios ad vnum interficientes; qui tantæ multitudini impar, cum omnibus copijs Emdam profugit. Saxones qui Adewarti erant, his rebus cognitis, forti manu exeuntes, Delftzilam expugnant, exurunt Heueſcham, V Virtwartum, Methuſam, tandemque cum ingēti præda Adewartum reuertuntur, Groninganiſ contra exire ob militum paucitatem non audentibus. Paulo poſt Dux Georgius, ac Ericus Luneburgi Dux, Adewartum veniunt; exeuntesque cum quatuor virorum millibus, expugnant Hogekerkam. Brunſwicani in Oostfriſia capit Strichuſam, ac Vplengemium: in quas Arces, quòd inexpugnabiles iudicaſſent, proximi agreſtes opes omnes congeſſerant. Habebant etiam Saxones ac Brunſwicani armatas in Amiſſia naues non paucas, quæ Emdaniſ ac Groninganiſ mercaturæ exercitium impediabant: munitoque Selwarto, pontem iuxta Gruntzilam per Reidipium faciunt, vt Selwarto Adewartum liber eſſet commeatus. Deinde Germerwoldam muniunt, congeſtaque terra ac ruderibus mixta in Dampſterdipio, viciniſque ſoſis, diſpoſitis tignis, quæ longurionibus interſepiebantur, vias faciunt. Interea Henricus Brunſwichi Dux ad Arcē Nortum caſtra locat, maioribuſque tormentis mirum in modum quatit. Quum parato hiatu ſuos ad irruptionem animaret, fortuito tormenti ictu in capite ſauciatus occūbit; perditoque Duce, eius exercitus deſerto Nortò diſſipatus, pro maiori parte in Germaniam redijt, cateri nomina Saxoni dederē, ac è captis Arcibus (excepto Dorno ac Vplengemio quæ diruere) inſigniter Oostfrifios vexarunt. Etzardus à Cæſare, Saxone, Brunſwicano, Luneburgio, Ultraiectiniſ, horumque amicis, ſolo Groningano reſiſtēs auxilio, continuo oppugnatus, cum ſe diu reſiſtere poſſe diſſideret, dimittere Groninganos, ac in potentioris Principis poteſtatem conſtituere, redire in Oostfriſiam, parte Ditionis Groninganiſ pro mercede ingentium laborum occupata, conſtituit. Proſiſcitur igitur clam, inſcia plebe Groningana, ad Carolum Egmondium, Geldriæ Ducem, certiſque ab eo conditionibus impetrat ducentos quinquaginta equites, ac ſexcetos pedites Francos, ſtatimque in Oostfriſiam mittit. Saxones, eius intellecto conſilio, firmatis nouo præſidio Arcibus, ex Oostfriſia Adewartum, vexato indignè Oltamprio, contendunt. Etzardus hoſte Brunſwicano liberatus, cum mille trecentis peditibus Groningam reuertit; ac prope Selwartum cum Saxonibus congreſſus, pari Marte diſcedunt. Tum Dux Georgius menſe Iulio; coacto è Saxonibus, Brunſwicaniſ, ac Belgis iuſto exercitu, Dammum obſidione cingit, vt opportuno Oppido Etzardus ac Groningani priuarentur, tum vt veteres à Dammijs illatas contumelias ac iniurias vindicaret. Inerat Etzardi præſidium

1514. octingentorum peditum, ciues hunc numerum æquabant. Vallum tribus locis tormentis verberatur, Munitiones inutiles redduntur: mox dato inuasionis signo, tribus Saxones vno tempore locis Dammum inuadunt. Defendunt se stramine mixti militibus ciues, ac ter Saxones insigni illato detrimento repellunt. Sed cum irritatis ad vindictam animis, ac pro obtinenda Oppidi præda à Duce Georgio concessa, quarto ad expugnationem ruerent, recentisque fessos obruerent, diutius vim Dammij sustinere non valentes opprimuntur ac obteruntur, Saxonesque per corporum acervos in Oppidum peruadentes, sexui, ætati, nec ordini parcunt, obuios sternunt, ijs exceptis qui ad sacra confugere loca. E tanta hominum quæ in Oppido erat multitudine, ducenti tantum viri sunt capti, effugere circiter centum quinquaginta, ceteri omnes trucidati. Captiui tormentis coacti, sacrum profanumque aurum mundumque muliebrem omnem exhibere coguntur. Deinde feminae omnes feminudæ Oppido pelluntur: adolescentulas salax miles seruauit. Præda adeo ingens fuit, ut militem ditaret. Dux Georgius sibi tantum vacuas domos retinuit, quas paulo post reuertentes aut liberati vinculis ciues, eorumque cognati aut affines, à Duce emere sunt coacti. Vagabantur Groningæ per plateas pulsæ Dammo feminae feminudæ, rerumque omnium egentes perijissent, nisi earum miserti ciues in ædes recepissent. Dux Georgius ob hanc victoriam manu viri nobilis Eques fieri voluit, idque eodem gladio quo pater Albertus factus fuerat, huncque Nobilem propria manu Equitem creat. Tum ipse sua manu Equites facit Heuricum Iuniorum Brunswichi Ducem, Ericum Luneburgi Ducem, Philippum Grubbenhagensem Ducem, ac quadraginta Nobiles, inter quos erant Rodolfus ac VVigboldus Eufuma, cui VVigboldo Dux gladium, quo Equites creat, donauit. Exinde Ericus ac Heuricus Duces cum mille quingentis viris tertio in Oostfrisiã tendunt. Dux Georgius totidem Dammij relinquit, ac Delftzilam insigniter munit. VVinsumij viros bis mille manere iubet, cum cæteris Adewartum, indeque paulo post cum ducentis equitibus Leuwarda reuertit. Præsidij VVinsumij dimidia pars Selwartum migrans, à Groninganis frustra oppugnatur. Saxones verò Selwartum multo quam vnquam fuerat munitionibus reddunt. Fredericus Badensis, Antistes Ultraiectinus, videns Groninganos neglecta fide ad Etzardum defecisse, persuasit Ultraiectinum ac Trans-Isalanorum Ordinibus, cum Duce Georgio pacem fœdusque facit, promittentes se vltro citroque sexcentis cum peditibus auxilio ituros cum necesse fuisset. Qua de re Etzardus ac Groningani certiores facti, missis literis bellum eis indicunt, statimque alias ad Drentios exarant, iubentes menstruam Groningæ pecuniam soluant, nisi exuri malint. Illi, consilio inter se habito, pro maiori parte sua

Gron-

Groningensium arbitrio redemere. Ericus ac Heuricus Brunswicani, 1514. Dammo cum mille quingentis viris profecti, in Reiderladiam descendunt. Sed certiores facti incolas sua omnia Asschendorpium ac Renesium in Ditione Monasteriensis contrulisse, eò profecti, cum ingenti præda Reiderlandijs erepra in Oostfrisiã contendere, ac ad portas usque Emdanas ferro flammaque omnia peruallauere, Oldersumium, Petcumium, Borssumium, Larreltum, Huitam, Ophusam, Critam, ac V Volt-hulsum occupauere, nemini parcetes, nisi qui Arcium Pagorumque vastitatem præsentem pecunia redemissent. Exinde iusto relicto præsidio in Ditione Dominum Domken, Christophori ac Ioannis Comitum Oldenburgensium, cum incredibili præda ad Ducem Georgium in VWestfrisiã reuertuntur. Paulo post Legati Antistitis Monasteriensis, Osenbruggensis, Comitum Lippij ac Scouwenbruggij frustra pro pace laborant. Groningani liberum sibi iter terra Emdam facturi, Middelwolda ædes Hartmanni Benskema incendunt, ac Pagi Templum, imposito præsidio, muniunt. Exinde expugnant Templum Slohteratum, captosque quinquaginta Saxones Groningam abducunt. Huius anni Vere Liuianus Venetorum Imperator, reparatis non nihil è Vicentina clade copijs, ad recuperandum Foro-Iulium, à Francopane Cæsaris Legato paulo antè in potestatem redactum, proficiscitur. Solum Oso-phum Hieronymus Sauorianus, loci opportunitate cõsensus, cõtra Cæsarianos defenderat. Id Francopanes cum duobus peditum millibus, septingentis equitibus, ac aliquot tormentis acriter oppugnabat. Liuianus, Sauoriano auxilium laturus, è Patauio cum mille ducetis equitibus Taruissum contendit; vnde sex eductis campestribus tormentis, ac aliquot peditum cohortibus, Portum nouum cum Arce expugnat ac diripit. Francopanes militum numero Liuiano multo inferior, relicto Oso-pho, in Austriam redijt. Sed Liuiani præcursores, extremum eius agmen adepti, angusto in loco, vbi aciem pro rei necessitate instruere non poterat, prælium committere cogunt: quo superatus, relicto impedimentis ac tormentis, saucius Francopanes, cum maxima militum parte, locorum notitiã in montes euasit. Hoc prælio ad Venetos defecere oppida omnia, quæ non ita pridem Francopanes vi aut metu in potestatem redegerat, excepta Goritia, ac Gradisca; quæ intentata Liuianus non reliquisset, nisi Hispani, motis castris properantes, eum Patauinis mœnibus excludere essent conati. Quare relicto Foro-Iulio, Patauium, ut Hispanis resisteret, redijt. Tum reuerfi Germani recuperant Cromonum, ac Monfalconium, Venetosque à Mõraui obsidione discedere cogunt. Interea Francopanes nunquam quiescens, montanos agrestes armarat, ac in Carniola nouum militem conscribens, Venetorum præsidia pellere statuerat; sed in eorum præcipitatus insidias, à Vecturio,

1514. à Vetturio, ac Epirotis, ijs in locis vagantibus, fortè fortuna capitur, cum frustra summo studio, ne viuus in hostium potestatem veniret, fortiter aliquandiu repugnasset; Venetiasque perductus, in carcerè concluditur. Per quinquennium enim Venetis infestissimum vir militaris intulerat bellum. Duxerat in vxorem Cardinalis Gurcensis sororem, ad hæc forti fidelique eius operâ Cæsar semper fuerat vsus. Quare spes Venetos habebat, paci eum aliquando occasionem daturum. Vetturius paulo post per impedita Foro-Iulij auiâque cum ala equitum suorum discurrens, à Cæsarianis quoque capitur; qui casus Foro-Iulio aliquantulum quietis attulere. Sub idem ferè tempus Carolus Geldriæ Dux, ac Etzardus Comes Oostfrisïæ, Romano Germanicoque renunciantes Imperio, beneficiarios se clietês Francorum Regis constituunt. Etzardus Geldro triginta millia aureorum florenorum numeraturum se promittit, quo is suo sumptu ac milite vtraque Frisia Saxones pellat, eamque cum Vrbe agroque Groningano Regi subijciat. Pollicetur quoque Etzardus cum hæredibus se Regem patronum vtriusque Frisïæ agiturum, ac ab eo Ciuitatis agrique Groningani gubernationem recepturum: quam ob causam nil Geldro persolueret, Rex verò omnes bellicos sumptus in hanc rem necessarios faceret. Hæc in Tabulas relata, Geldri ac Oostfrisij manu subscribuntur, sigillisque confirmantur, vt opportuno tempore in Franciâ missa, à Rege, quod nunquam est factum, signarentur. Etenim quum Gelder Etzardum dictam pecuniam constituto tempore numerare non posse videret, malignè ei sua Franciâque mittens auxilia, causa fuit, tandem Groninga cum Ommelandijs cedere cogere. Interea nouus hostis Benthemij Comes Etzardo nascitur, qui nomine Ducis Georgij V Vestfrisij præerat. Venerat cum Etzardo è Geldria Groningam Hoij Comes, Ditione ab Heinrico Duce Brunswicano pulsus; qui cum cæteris Imperio renuncians, in Francorum quoque se clientelam dederat. Hunc Etzardus in Geldriam mittit, Francica Geldricaque auxilia quamprimum adducturus. Ea autem erant quatuor peditum millia, ac quingenti equites, qui Benthemios omni bellica clade peruastant. Contra hos Dux Georgius militem educit, reuocatque nigram ex Oostfrisïa legionem; quæ cæteris iuncta Saxonibus, obuiam Geldris ac Francis proficiscitur. At illi eos expectare non ausi, in Twentam (olim Tubantes) concedunt, Oppidisque Otmersum ac Delden se includunt. Auxilia verò quæ Trans-Isalani Saxonibus mittebant, Oldenzalæ (veteres sonat Salios) subsistunt. Ipse Saxo circa Couvordam sedebat, ad quos tribus peditum millibus, qui, deserto ob non soluta stipendia Etzardo, ad se transferât. Gelder Marscalcû suum Guilihelmum Ojum in Frisiam nouo cum milite suis in auxilium mittit; qui iuncti

his qui

his qui Otmersum iac Deldæ erant, Zuitlaram ac Noortlaram contra 1514. nigram legionem contendunt. Sed ea Terpuntâ sub Munitione VVardebrassenti castra locat. Marscalcus Zuitlaræ ac Noortlaræ in eorum veteribus confidet castris, ac cum Etzardo & Groninganis tandem hisce conditionibus transigit: Etzardus Oostfrisïæ Comes absolute cæ omni Imperio ac iuri quod in Ciuitatem Groninganam ac Ommelandios habere potest, renunciato, eosque à dicto sibi sacramêto absoluto, cæ vt nouum suo successorumque nomine Carolo Geldriæ Duci, Francorum Regis Legato, dicant. Dux Geldriæ Etzardo auxilium fert, cæ donec in plena liberaque possessione Comitatus Oostfrisïæ fuerit restitutus, quem exinde cum successoribus, vt clientale beneficium, à Geldriæ Duce, Francorum Regis nomine, repetet, postea verò quid hæc cæ de causa Etzardus singulis annis Geldro persoluet agito. Groninganis cæ priuilegia omnia, tam quod ad fori attinet prerogatiuam, cereuisiæ cæ coctionem, extraneæ venditionem, de non vehendo extra Groningannam Prouinciam vlllo frumenti genere, quam quod spectat ad annuorum reddituum ac aliorum debitorum solutionem, secundum morem cæ consuetudinemque literis constitutam, quas Urbis Præfecti (Hofmannos vocant) in manus habent, salua manento. Hofmanni hanc cæ potestatem suo nec Urbis nomine exercento, sed autoritate Ducis cæ Geldriæ, qui è ciuibus Groninganis viros ad hanc rem exequendam cæ idoneos constituet, vt cum Ducis Consiliarijs decernant, quid Groningani ac Ommelandij singulis annis hac de causa Geldro persoluent. cæ Arx quam Comes Etzardus Groningæ ædificauit, diruatur, soloque cæ æquetur. Ædificabunt Groningani Geldro nouam in Ciuitate domum, cæ è qua contra centum ad minus rebelles se tutari poterit. Posteaquam cæ hæc scripta, subsignata, ac sigillis munita essent, Groningani ac Ommelandij Cal. Nouembribus, a Comite Etzardo soluto dimissoque sacramento in libertatem restituti, nouum Duci Geldriæ Francorum Regis nomine dicunt, primùm in Æde publica Urbis Rectores, deinde vniuersus populus in cœmiterio Diuæ VValburgæ congregatus. Receperat interim nigra legio è V Vestfrisïa à Saxonibus auxiliû; Geldroque infecuta, partim in Geldriam reuerti coegerant: quam ob causam Groninganos animis consternatos Marscalcus videns, promittit ipsum Ducem iustis cum copijs breui adfuturum. Obsidebant per id tempus agrestes Oostfrisij Etzardo subditi Arcè Stichusam, ac Vplengemium, à fundamentis restitutum, quibus liberandis nigra mittitur legio, sequente Etzardo, vt agrestibus suis auxilio esset, posteaquam Groninganis edificata m à se Arcem in manus dedisset, ac, ne vlli vnquam Principi simile permitterent, consulisset: qui eam statim solo æquauere, coacti insuper dissoluere æs alienum ab Etzardi militibus in Vrbe con-

R r

tra-

1514. tractum. Constat nigræ legio quatuor millibus virorum, quos cum Etzardus in duo se agmina scidisse intelligeret, inuasa per noctem altera, circiter septingentos occidit. Quumq; reliqui, Saxonico auxilio freti, eum insequerentur, tentare pugnam non ausus, Emdæ Oppidi mœnibus se includit, Saxones verò Arces obsidione liberauere. Mittit interea Gelder nouum in V Vestfrisiâ militem, occupatq; Sneccam, Bolswartum, ac Slotam. Saxones, motis Essenæ castris, Smalemraium ac Bogenclosterum veniunt; nullisque recepti Oppidis, sed rebus tantum necessarijs adiuti, in Monasterijs ac Pagis castra faciunt, vliginosas prætergressi paludes operâ viminearum cratium, quas miles fecerat. Dux Georgius diuturno cum contumaci gente fatigatus bello, viribusque ferè exhaustis, quum se rebellibus Geldri auxilijs innixis, ac Francico auro subleuatis imparem sentiret, cum trecentis equitibus in Germaniam ad Cæsarem proficiscitur, iniuriam, quam Gelder sibi ac Imperio inferebat, exponitur, eius amicorumque auxilia imploraturus. Sed cum frustra se illi opem ferre considerarent, Frisicâ exosi militiam, petitionibus eius frigide responderunt. Præsidarij Saxones, qui Gernerwolda ac Selwartierant, vim Geldrorum verentes, in V Vestfrisiâ, exultis munitionibus, ad cæteros Saxones contendunt. In Italia adhuc Cæsaris præsidio tenebantur Brixia, Verona, ac Bergomum. Obsidebatur Cœfœderatorum copijs Crema, Veneto præsidio munita, quam Cæsar sui iuris esse, non Sfortiæ, contendebat, è formula fœderis, quo Cæsari, quicquid Abdua flumine terminatur, erat attributum: quæres Sfortiæ animum non parum commouebat, existimans Cæsarem se simulare in Ducatum Mediolanensem restituisse, eum aliquando nepoti Carolo asserturum. Sciebat enim, pulsas Italia Francis, Cæsarem non sibi, sed nepoti Carolo, Hispaniarum Principi, Ducatum Mediolanensem, Imperiali authoritate innixum, tradere aliquando voluisse, nisi Pontifex Iulius ac Heluetij obstitissent. Atqui hæc erat causa quare Sfortia studio obsidionem Cremensem traheret, maligneque promissa militi stipendia transmitteret. Mense Augusto pax inter Franciæ ac Angliæ Reges sancitur, ducitque Rex Lodowicus vidius in vxorem Mariam, Heinrici octauæ Angliæ Regis sororem. Terowana & Tornacum Regi Lodowico ea conditione reddita, vt Francus Anglo tam pro Arcis ædificatione, bellico apparatu, ac commætu, quam pro militum stipendijs, numeraret quadringenta millia aureorum liiorum, traderetque Anglo octo Nobiles obsides, Francico sumptu vades permansuros, donec aurum esset numeratum. Exinde Rex Lodowicus Tornaco præficit Isparum Colligniacum, Chastillonij Dominum, Franciæ Marscalcum. Sunt qui scribant, Tornacum dictis conditionibus redditum Franco anno 1518. sub Rege Francisco primo, sed falluntur. Hac

pax

pace Cæsar ac Rex Ferdinandus soli excluduntur: Rex enim Lodowicus, nullam reconciliationis rationem videns cum Cæsare, magna multorum cum admiratione fœdus cum Venetis, Cæsaris hostibus, init. Ex aduerso Cæsar, vt Pontificem Leonem deuinciret, acceptis quadraginta millibus ducatorum, Mutinam ei reddit; qui eam Parmæ, Placentiæ, ac Rhegio iungens, fratri Iuliano Medicæo tradere, eumque Ducem nominare statuit. Anno finiente, Cæsar Oenipontem venit, vbi secretorum consiliorum causa eum inuisunt Raimondus Cardonius, Pro-Rex Neapolitanus, ac Prosper Columna, peditum in Italia Hispanorum Regis Ferdinandi Imperator, multa de instantis belli ac pacis rationibus inter se agitantes. Calendis Ianuarij anno 1515. obiit 1515. Lodowicus duodecimus Francorum Rex pugnacissimus, magni inuictique animi Princeps, in cuius mox locum successit eius gener Franciscus Valeſius, Engulemæ Comes, annos viginti & vnum natus, sanguinis iure inter Regiæ stirpis Proceres Lodowico proximus. Ad hunc è Belgio à Principe Carolo Aufriaco (qui paulo antè tutelam erat egressus, ac ab auo Cæsare Maxamiliano emancipatus, & à Belgis in Principem dicto acceptoque sacramento inauguratus, Cæsare in Germaniam redeunte, ac filiam Margaritam cum nepote Carolo in gubernatione relinquente) gratulatum missi veniunt Heinricus Nassauius, ac Michael Crouiacus, Fani D. Piatæ Regulus, cum aliquot Consiliarijs, qui vigesimo-tertio Martij cum Rege Francisco fœdus ineuntes, in summo Parisiensium Templo Cal. Aprilis publicè iurauere, Belgicæ Franco de Flandria, Artesia, alijsque Ditionibus huic seruituri subiectis, clientale nomine Principis Caroli sacramentum dixere. Dantur Cæsari ac Regi Ferdinando (sine quorum authoritate fœdus fiebat) tres ad consultandum menses, si ascribi cuperent, desponsaturque eodem tempore certis legibus Principi Carolo Reineræ Regis Lodowici defuncti filia natiua minor, nondum septennis, postea Herculi Estensi, Ferrariæ Duci, nupta; addunturque pœnæ graues, si quis Reineræ ætatis anno duodecimo nuptias recusasset. Vt verò Princeps Carolus in has præfens consentiret nuptias, cum Nassauio in Belgium proficiscuntur Dux Vendomæ, Stephanus Poncæus Antistes Parisiensis, Antistes Ienlij, cum Eschenæi Domino, qui Carolum in Haga Comitæ apud Hollandos mense Iunio reperire, ac, vt in dictas consentiret nuptias, persuasere. Egerat interea & rem suam Heinricus Nassauius, ducta Claudia Challonica, Ioannis Challonnij Aurantij Principis filia, sorore vnica Philiberti Challonnij, Aurantij Principis; qui cælebs bello Florentino in Italia occumbens, dictum Nassauium vxoris causa Aurantij Principem effecit. Tum Carolus Aufriacus in Angliam ad Regem Henricum mittit Cheure ac Fani D. Piatæ Regulos, qui

Rr 2 nono

1515. nono Martij antiquum fœdus renouant, nouumque, solennibus exaratis Tabulis, ac præsinito vtrimque iureiurando, ineunt. Quærebat enim Carolus vicinorum omnium amicitiam, ne sibi Hispanicam profectio- nem impedirent, aut molestis excitatis negotijs moram inijcerent. Francico fœderi ascriptus fuit in gratiam Regis Francisci Carolus Dux Geldriæ. Et quanquam conditiones cum Franco initæ pro Prin- cipe Carolo essent iniquissimæ, præsentis tamen temporis commodi causa Consiliarij admittendas censuere, gnari non minùs Regem Fran- ciscum quàm Principem Carolum ineundi fœderis necessitate vrgeri, quòd Franciscus hoc anno ingentem expeditionem in Italiam decre- uisset, vt, pulso Maxæmiliano Sfortia, Ducatum Mediolanensem ven- dicaret, indeque sibi iter in Regnum Neapolitanum faceret, quæ & præcipua in arcano fuerat causa, vt cum Venetis nouum fœdus sanc- ret. Rebus igitur omnibus ad Italicam profectio- nem paratis, Rex Franciscus cum lætissimis copijs in Insubres contendit, ac ingenti ad Marinianum pugna Heluetios Sfortiam defendentes fundit; celebri- que, sed cruenta obtenta victoria, vniuersam ferè in potestatem redi- git Insubriam, Maxæmiliano Sfortia Vrbe ac Arce Mediolanensi ce- dente, certisque conditionibus in Franciam migrante: quibus de rebus consule Paulum Iouium Historiæ libro decimo-quinto. Militauit hoc bello Regi Francisco Carolus Egmondus, Dux Geldriæ, sex mil- libus Germanorum peditum præfectus, eratque eius Legatus Tauen- næ Dominus. Quumque paucos ante pugnam Marinianam dies Regis consensu in Geldriam citatis equis esset profectus, quòd Brabantis Geldriam oppugnare didicisset, intellecta Lugduni Regis victoria, animi mœrore, quòd eo tempore dimissionem petiisset, in periculosis- simam incidit febrim: qua tandem liberatus, ac in Geldriam reuersus, primo quoque tempore Principi Carolo bellum intulit, ac per omnem ferè vitam gessit. Rex Franciscus, recuperato Mediolano, in Franciam reuertitur, tradita Triuultio exercitus parte, vt Venetis iunctus, quæ restabant, in potestatem redigerent. Triuultius ac Veneti ad Brixiam, Cæsaris præsidio firmatam, castra ponunt. Adducit eis in auxilium Re- gijs è copijs Sabaudia ducis Nothus tria equitum ac sex millia Ger- manorum peditum: qui cum contra Cæsarem se mitti audirent, pro- gredi nolere, restati se Regi Franciæ nomina dedisse, non vt Cæsari bellum inferrent, sed vt Regem contra quosuis vim inferentes de- fenderent. Reuocatis igitur Rex Germanis, Petrum Nauarrum cum decem Vasconum cohortibus ad castra Brixiana ire iubet, certiorque factus, Cæsarem, Regem Ferdinandum, Heluetios, ac Angliæ Regem, nouo inter se inito fœdere, contra se arma parare, in interiorè Franciam proficiscitur. Triuultius verò, Veneti, ac Nauarrus, quotidie magis magisque

1515. magisque Brixianos vrgebant, tormentis murorum pinnas deterferat, actisque varijs locis Nauarri industria cuniculis, ingressum militi para- bant. Sed Brixiani, repertis cuniculis, contrarijs obuiam iere. Præerant Cæsaris nomine Brixia Richartus ac Rodolfus Hala, Germani, & Hu- bertus Gambara, Hispanus. Quum aliquandiu se fortiter defendissent, deficereque commeatus, pecunia, vestes, ac puluis tormentarius incipe- rer, miles in seditionem versus, triginta dierum inuitis Ducibus cū ho- ste factis inducijs, transigit, si his elapsis Cæsar auxilium non misisset, Urbem, accepto trimestri stipendio, dederent, ac cum armis omnibusque impedimentis incolumes, quòd vellent, abirent. Coëgerat iampridè Cæ- sar circa Augustam VVindellicorum septem peditum Germanorum mil- lia, ac quingentos equites, qui cum magno iumentorum numero, pul- ueris tormentarij copia, ac aliquantulo pecuniæ Brixiam, Duce Gui- lihelmo Rochandulfo, ac Lodowico Lodronio, contententes, recepta Arce Ansa, Brixiam, nemine impedire auso, commeatu rebusque necessa- rijs reficiunt, ac discedunt, maiorem quàm attulerant pecuniæ sum- mam in itinere esse afferentes: quæ cum Lodronio esset tradita, isque cum bis mille quingentis peditibus Brixiam contenderet, ferè in ho- stium manus peruenit. Nocturno enim prælio ad Arcem Ansam à Ve- netis victus, cadente Ioanne Stenio, desideratisque trecentis viris, capitur. Quæstore, nō sine summo discrimine, hostium manibus elaben- te, ac ad Cæsarem cum pecunia redeūte. Quare ciues Brixiani, in capita taxati, militi pecuniã numerare coguntur. Præsidarij verò quotidianis excursionibus inopiam commeatus prædado subleuabāt. Longo enim Fræci ac Veneti obsidionis instituto genere, quintoque ab vrbe milliari sedentes, ne quid rerum necessariorum inferretur prospiciebant. Ger- mani verò ac Hispani nocte dieque excurrentes, res necessarias, nullo vnquam accepto detrimento, comportabant. Idem Veronam pro Cæ- sare defendēs faciebat Marcus Anthonius Columna, fretus non exiguo Germanorum ac Hispanorum præsidio. Eodem enim Cæsar ac Rex Ferdinandus tendebant, mutuisque armis Principi Carolo, huic è filia, illi è filio nepoti ac successori, Regnum Italiae procurabant, nec aliud quàm vt in ordinem coactis Venetis, Francos Italia eijscerent, eamque aliquando Carolo nutum respicere cogerent, studebant. Obsessa in hâc modum Brixia, Cæsar ac Heluetij, coniunctis viribus, expeditionem in Italiam aduersus Francos Venetosque suscipiunt. Promiserat Rex Angliæ Heluetijs per literas ac Legatum, instigante socero Ferdinando Hispaniæ Rege, magnum auri pondus, partemque repræsenterat. Rex verò Ferdinandus per Legatum Petrum Burraam Cæsari auxilia non exigua promiserat, cum ornatissima classe, quam, ad res in Italia varijs locis nouandas, ad Liguriæ ora se transmisorum pollicitus fuerat. Hoc

1515. anno Saxones, facta deditioe, Groninganis reddunt Adewartum, ac Adewartzilam, qui harum munitiones statim diruunt. Nigra legio, in Germaniam profecto Duce Georgio, res Saxonum in peius ire considerans, VVestfrisos depopulata, in Drentam, Tventam, ac Zailandiam profecta, fortunis rusticos exiit; iuxtaque Dauentriam inter se prædam partiti, ruptis signis militaribus, in diuersas abiere partes. Hac legione Geldri, Groningani, ac Etzardus liberati, collatis in vnum viribus, Delftizilam ad deditioem compellunt. Inde castra Damnum, vbi Marscalcus Ducis Georgij cum sexcentis veteranis agebat, transferunt: qui paulo post commeatus inopiâ Oppidum, rebus omnibus saluis, dedit, promittens se duodecim dierum spatio ditione Groningana, Frisia, ac Geldria excessurum. Nobiles Damnij habitantes ad Arces suas bonaque reuertuntur, polliciti se nil contra auctoritatem Ducis Geldriae tentaturos. Groningani ac Geldri promissa Saxonibus seruauere; Etzardus verò Groninganis ac Saxonibus tormenta, quæ Damnij habebant, eripit, insuperque militem Saxonem à suis spoliari permittit, Damno præsidium imponit, quanquam communi sociorum decreto statutum fuisset, Oppidi vallum munitionesque omnes diruerentur, fossæque complanarentur. Interea Dux Georgius, expedita re pecuniaria, milites nigrae legionis, Duce Tengenagelo, denuo in vnum cogit, cumque sex millibus peditum ac sexcentis equitibus circa finem mensis Aprilis in VVestfrisiâ venit, recepereque eius præsidia Leuardij, Franikeri, Harlingij, ac plerique alij. Sed hæc in speciem tantum faciebat, vt occupata Principi Carolo redderet, cum quo clam de cedenda illi Frisia, ac omni in eam actione sua, non ita pridem conuenerat: acceptaque pecunia, veteres in ciuitatibus amicos excitat, qui Geldrorum arrogantiam ac rapacitatem experti, imperium eorum oderat. Occupant enim Geldri Bolswartum, Straueram, Snecam, Slotam, ac VVorcomium. Iuuabantur à Zeuenwoldijs, Acht-Caspelij, Colmerlandis, Groninganis, ac Etzardo, qui ipse in VVestfrisiâ cum non contemnenda manu eis auxilio erat profectus. Expugnat munieratque Doccomium, nigraque legioni bellum intulerat acerrimum. Interea Saxones in Batauico Meridionali sinu (lingua eorum *Zuiderzee*) quadraginta naues armant. Geldri cum socijs se contra instruit. Concurritur ab vtraque parte acriter, victoria tandem ad Geldros inclinâte. Capitur dimidia pars nauium Saxonicarum, paucaque depressæ, reliquæ fuga euasere. In continenti nigra legio damnum mari acceptum, expugnato, direpto, incensoque VVorcomio ac Bolswarto, (qui Geldrorum naues pro maxima parte instruxerant) vindicauit. Idem ferè omnibus Pagis ijs in partibus ad sinum sitis euénit. Etzardus Doccomio ad Senatam Groningantum scripserat, etsi Ciuitatis eorum imperio,

rio, non tamen se iuri quod in Ommelandios habebat cessisse, sed his se præfuisse Lucam Horenkens, ac Bernardum Coradæum, ciues Groninganos, quanquam ij, præfesto sibi sacramento, postea officium deseruissent. Quid non molitur ambitio? Considerans enim Etzardus Geldrum non ijs viribus Saxoni bellum facere, quibus promiserat, sed verba dando, copijs pecuniaque Oostfrisca ac Groningana bellum circumferre, Geldrum quoque, vt Saxonem fecerat, decipere ac fallere conabatur. Sed Dux Georgius, rebus omnibus compositis, hæc eum consilia dimittere coëgit. Desperans enim se suis viribus vtramque Frisiâ retinere posse, quod varijs addicti Principibus, nunc huic nunc illi adhererent, nec vnquam, nisi coactos, vni se submissuros, ius omne quod in vtramque Frisiâ trasactione, libera eorundè acceptatione, emptione, aut Cæsaris dono habebat, Principi Carolo Austriaco cedit; confectisque in eam remrite Tabulis, subsignant, sigillorumque appensione muniant, quarum hic est tenor. Georgius Dei gratia Dux Saxonie, Lantgrauius Thuringie, Marchio Milnie, omnibus præsentibus literas inspecturis salutem. Quum publicarum literarum potestate, quas in Opido nostro Dresdeni secunda Aprilis exarari iussimus, ob causas in ijs expressas, commiserimus ac instituerimus dilectos ac fideles Consiliarios nostros, Rodolfum Scheinkium, Taurenburgæ Dominum, Sifridum Vichauum, Equitem; Simonem Riscachum, Cancellarium nostrum, & Henricum Sleitizium, vt nostro nomine cum Illustrissimo Potentissimoque Principe, dilecto quoque consanguineo nostro, Carolo Austriaco, Hispaniarum, Austriae, ac Belgarum Principe, vel cum eius Legatis, agerent tractarentque de donatione, cessione, ac translatione, quam dicto Principi Carolo (constituta in eius successorumque potestate vtraque Frisia) fecimus; exhibitaque à parte nostra requisita tractandi potestate, tandem cum Ioanne Sauuagio, Escatibechi Domino, Burgundie Cancellario, Anthonio Lalaino, Montignij Domino, Adriano Florentij, Aerarij Præfesto, ac Nicasio Hackeneio, Principis Caroli Consiliarijs, cum absoluta trasigendi potestate ab eo missis, ac ad acceptandam Frisiae cessionem, donationem, ac translationem constitutis, ratione ac modo quo inter se vtrinque Legati conuenere, vt euidentissime plenissimeque ijs declaratur Tabulis, quæ vtriusque Principis Legatorum consensu sunt coceptæ, subsignatæ, ac sigillis communitæ, negotium concludere, idque hoc exemplo: Illustris ac Præpotens Germanie Princeps Georgius Saxonie Dux, &c. considerans varias ab omni retroacta antiquitate Frisonum contra Principes suos defectiones, sanguinarias cædes, intestina bella, & præcipue quæ aduersus patrem nostrum Albertum ac nos concitarunt, frequentes quoque ac graues eorum coniurationes, seditiones, perfidasque secessiones, vt innatam.

1515 innatam hanc genti perfidiam semel eruncaret, aut compesceret, ani-
 » morum ferociam domaret, collaque debito obedientiæ iugo subdere
 » assuesceret, immensis ac continuis sibi opus fore impensis vidit. Quare
 » tandem consultum necessariumque planè censuit, Frisiam in validi ali-
 » cuius vicini Principis potestatem transferre, qui potentia ac authorita-
 » te indomitam peruicacemque gentem frenare, coercere, ac in ordinem
 » cogere continereque posset. Cumque nemiñe Carolo Austriaco, Hi-
 » spaniarum Belgarumque Principe, potentiorē validiorēque eis vi-
 » cinum conspiceret, hunc sibi eligendum duxit, quippe cuius pater Phi-
 » lippus Austriacus, Castellæ Rex, Frisiam, hæreditariarum suarum Di-
 » tionum vnam, Alberto Saxoni patri suo, dum viueret, celsisset, ac hac
 » lege tradidisset, quòd persolutis sibi aut hæredibus trecentis quinquaginta
 » millibus aureorum Rhenensium florenorum Frisiam reperere, ac
 » sui iterum iuris facere posset, restitutus ad hæc impensis, quas Albertus,
 » eiusque successores, iustis de causis ad Prouinciæ defensionem fecissent.
 » Ob has igitur rationes Dux Georgius deliberato animo Carolo Au-
 » striaco Frisiam (translato in eum omni iure ac actione, causa tra-
 » ditionis defuncti Philippi Austriaci, ac donationis à Cæsare ac Im-
 » perio factæ, sibi competentibus) liberali ei manu donare ac restituere
 » constituit decreuitque. Vt autem hæc translatio celsioque à Cæsare
 » rata firmaque habeatur, Princeps Carolus ac Dux Georgius diligenter
 » curabunt, quemadmodum vt Dux Georgius à præfrito de Frisia Cæ-
 » sari sacramento absoluitur. Exinde vigesimo-secundo Aprilis Dux Geor-
 » gius Legatos ad Cæsarem cum literis sua manu exaratis sigilloq. mu-
 » nitis mittit, Rodolphum scilicet Scheinkium, Tautëburgæ Dominū, cum
 » cæteris paulo antè memoratis, qui potestate literarum à Duce Georgio
 » sibi traditarum, post varias vltro citroque habitas cum Ioanne Sau-
 » uagio, Escaubechi Domino, ac cæteris suprâ nominatis Principis Caroli
 » Legatis communicationes, hac ratione de tradenda Principi Carolo
 » vtraque Frisia conuenere: Georgius Dux Saxonix, &c. ob memoratas
 » causas, ac singularem, quo Principem Carolum ex animo prosequitur,
 » amorem, ei donat ceditque vniuersam Frisiam, purè libereque omne
 » ius, quod in hanc habet Prouinciam, in eum transferens, tam quod eius
 » pater Philippus Austriacus Alberto Saxoni patri suo donauit, quàm
 » quod habet in Prouinciam, vulgo, *Bilt*, dictam, quam Duces Alber-
 » tus ac Georgius è maris tyrannide & inundatione in libertatem af-
 » fertam aggeribus circumsepsere, sementi faciundo ac pecori alendo
 » idoneam reddidere, cum omnibus iuribus ac actionibus, prærogatiuis
 » ac titulis sibi ab Imperio ac Cæsare in Frisiam collatis ac donatis, cum
 » Oppidis, Vicis, Arcibus, Munitionibus, ac Castellis omnibus, Stagnis
 » quoque ac Paludibus, eum in iurisdictionem supremam, mediam, ac
 » infimam,

infimam, imperiumque merum ac mixtum, & alia omnia iura tam in 1515
 vniuersam Frisiam, quàm eius partes, sibi competentia, quas hæctenus
 Dux Georgius aut alij violenti possessores tenuere occupauereque, ac
 ius suum temere inuasere; nil sibi in dicta Frisia, partibusque eius, ser-
 uans, siue proprietatem, siue vsufructum spectes, præter bellica tor-
 menta, quæque ad hæc spectant: quibus cum anno vno Princeps Caro-
 lus fuerit vsus, quòd voluerit Dux Georgius abuhere aut vendere, di-
 ductis præfidijs, poterit: Princeps tamen Carolus stipendia militibus
 in hunc diem debita persoluet. Carolus, his intellectis, præfatam do-
 nationem, celsionem, ac translationem dictis conditionibus accepta-
 bit, promitteretque Duci Georgio in militum stipendia, suo damno per-
 soluenda, ducenta aureorum Rhenensium florenorum millia, è quibus
 statim septuaginta millia præsentabit, octoginta millia, æquis termi-
 nis, spatio octodecim mensium, proximè à numerata prima summa in-
 uicem subsequenti, soluet. Restantia quinquaginta millia soluen-
 tur traditione lanei panni, qui militi pro parte stipendij distribuetur:
 nihilque ex his summis Duci Georgio numerabitur, antequam in Ca-
 roli potestatem Ciuitates ac Munitiones Frisix omnes quæ in sua sunt
 potestate, cum Biltâ Oppidoque Medenblikio, constituerit: ac post
 duos à numerata pecuniæ prima summa menses Carolo in manus tra-
 det Tabulas, Diplomata, Literas, ac quicquid sibi sit traditum à Cæsa-
 re, Imperio, Philippo Castellæ Rege, aut alio Principe, Frisiam pro
 parte aut in integrum concernens, renunciabitque Dux Georgius, in
 rem ac commodum Principis Caroli, pro se, hæredibus suis successo-
 ribus, ac actionem habentibus, omni iure actioneque quam in Frisiam,
 aut eius partem, quocunque titulo, occasione, ac colore allegare præ-
 tendereque possit, nil omnino in ea sibi retinendo. Ac quoniã Egmon-
 dæ Comes ius in Biltam allegat, cõstituet assignabitque ei Dux Geor-
 gius pensionem quadringentorum aureorum Rhenensium florenorum,
 singulis, donec viuet, annis tantum persoluendam, qua se cedere actione
 omni declarabit, ac declarat. Quæ verò in dicta Biltâ Dux Georgius
 amicis suis donauit, rata dataque in sempiternū manebunt. Tradet quo-
 que Henricus Saxo, Ducis Georgij germanus frater, Carolo Tabulas
 vt decet exaratas, eadem, quæ superius de celsione ac translatione
 Ditionis Frisix in rem Caroli sunt narrata, continentes, idque intra
 proximos tres menses, cedens, vt frater Georgius, omni iure, ac actio-
 ne, quam in Frisiam sibi iure diuisionis, successione, aut alia quacun-
 que ratione, competere ac allegare posset. Quòd si Dux Henricus
 dare has recusat Tabulas, ac ipse, aut eius successores, ob hunc Frisix
 Ditionis celsionem ac translationem negotium Principi Carolo, ac
 aut eius successoribus, facessere, litem intendere, aut bellum aliquando
 S f inferre

15. inferre voluerit, traditis publicis literis, Dux Georgius se suaque omnia, quocumque terrarum existentia, deuinciet, obligabit, ac transferet in potestatem Principis Caroli, successorumque eius. Atque hæc omnia solēnibus missis Tabulis Dux Georgius proximo bimestri spatio confirmabit, rataque habebit. Benthemij Comitem Princeps Carolus in amicitiam recipiet, quod fidelissimus belli socius Duci Georgio contra Geldros ac rebelles Frisios fuerit, eumque fœderi inferendum, quod posthac cum Geldro, Etzardo, ac Groninganis faciet, curabit. Hæc acta transactaque Middelburgi Zelandiæ decimononemēnsis Maij, subsignataque ab vtriusque Principis Legatis supra memoratis, vndecimo autem mensis Octobris, missis Tabulis, à Duce Georgio approbata fuere. Postremò authoritate Cæsaris Maxæmiliani (quum prius Ducem Georgium à dicto Frisiæ causa Imperio sibi que sacramento liberasset) confirmata, ac pro rite beneque factis habitis, Principique Carolo, tam ratione dictæ cessionis ac translationis, quam causa occupationis Frisiæ, adiudicata fuere. Proscripti enim dudum à Cæsare, vt rebelles contumacesque, Frisij erant, corpora, bona, iura, actiones, priuilegia Imperiali fisco addicta, causaque læsæ Maiestatis Carolo eiusque successoribus adiudicata fuerant, vt que ex arbitrio de rebellium Frisonum bonis ac corporibus disponderet, euulgatis Oeniponti vigesimo-quinto Octobris literis, Cæsar disertis verbis concesserat. Exinde Princeps Carolus in Frisiam Florentium Egmondium, Buræ Comitem, mittit, cui Saxo statim Leuwardam, Franicam, Harlingam, ac alias aliquot Munitiones Oppidaque aperit, persolutisque Saxonis militibus stipendijs, omnes dimittit. Dux vero Georgius, eiusque frater Henricus, in perpetuum Frisiæ valedicentes, in Thuringiam ac Misniam reuertuntur. Mense Iunio Buræ Comes, nomine Principis Caroli dicto acceptoque sacramento, primùm Leuwardæ, deinde Franicæ, Harlingæ, ac alijs locis quæ hostes non tenebant, in Frisiæ Dominum inauguratur. Multi Saxones in Frisiâ mansere, quod emptis agris, ductisque vxoribus, liberos ibi genuissent. Exinde Buranus æs omne alienum à Saxonibus in tribus dictis Oppidis contractum dissoluit. Illi verò ei restitunt tormenta omnia, quæ à Belgarum Principibus, belli tempore, mutuò acceperant. Quibus rebus Comes Etzardus cognitis, relicta VVestfrisia, in Oostfrisiam suam contendit, stultum censens, cum potentissimo Hispaniarum ac Belgarum Principe bello contendere: sed Christophoro, Ieuera Domino, vir inquietus id inferens, accepto à Butiagerlandijs auxilio, Saxones ac Brunswicanos, qui munita adhuc aliquot loca apud Oostfrisios insidebant, persequi institit. Ericus Brunswicanus hac de re certior factus, collecta peditum equitumque iusta manu, Butiagerlandios in-

uadit;

uadit; ac quoniam dictum sibi sacramentum violassent, igne ferroque sexui nec ætati parcens, vastat. Inde vim in Etzardi Ditionem conuertens, eum pellere statuit. Sed is, perfossis Amisiæ Annis aggeribus, vniuersam Ditionem aqua marina inundat, ac Brunswicanum cum exercitu in Germaniam reuerti cogit, Arcemque Vplengemiam, ac alia quædam munita loca ei eripit, ita vt nil Saxonibus in Oostfrisia, præter Stichusam ac Fredeburgum Arces, remaneret. Per idem tempus Groningani certiores facti exiguum Dammi esse præsidium, iusta manu eò profecti, vallum deicere ac fossas complanare incipiunt. Sed Etzardus, traiecta cum forti peditum veteranorum legione Amisia, Groninganos Deltzila ac Dammo eijcit; literasque ad Ommelandios mittens, solui fortem sibi iubet & vsuras octo millium florenorum, quas singulis annis nomine Ducis Georgij gubernationem eorum suscipienti promiserant. Sed Groningani ac Ommelandij ad Geldrum has literas per Legarum mittentes, efficere, hisce de rebus silens, relicto desertoque Dammo ac Deltzila, in Oostfrisiam suam rediret. Dum mense Aprili ac Maio Cæsar Augustæ VVindelicorum Germaniæ Principum Comitia celebrat, Vladislaus Hungariæ & Bohemiæ, Sigismondus Poloniæ Rex, fratres, Posenij conuentum cum Cæsaris Legatis (quorum erat caput Hieronymus Bolbus, Præsul ac Cardinalis Gurcentis) agentes, varijs de rebus inter se quam amicissimè tractabant; tandemque Cæsar, negotijs in Germania ex animi sententia perfectis, magno Procerum comitatu Viennam Austriæ decima Iulij circa noctem ingreditur; auditisque Regum Legatis, cum muneribus dimittit. Paulo post certior factus, Reges decimo-quinto Iulij Posenio nobili cum comitatu exiuisse, Vienna profectus, ad quintum ab Vrbe milliare Regem Vladislaum cum filio Lodowico, ac filia Anna, Regemque Sigismondum, eius fratrem, est amplexus, ac tandem decimo-septimo Iulij, cum vniuersa subsequenti caterua, quæ quatuor equitum millia, exceptis peditibus, excessit, Viennam perduxit, ciuibus vniuersis sumptuoso vestitu extra Urbem sub vexillis obuiam Regibus certo ordine prodeuntibus, aduentumque gratulantibus. Postero die Cæsar Regi Sigismondo, Lodowico, ac Annæ Hungariæ pannum aureum rarissimi vsus, immensique pretij, dono misit, quo statim singuli sunt vestiti. Iulij die decimo-nono in Arcé Viennensem Reges cum Cæsare, Proceribus, ac Consiliarijs hora octaua matutina ad Concilium venire. Orat per integram horam Cæsar; Regibusque moræ suæ causa exposita, quod diuturniorem absentiam æquis tulissent animis, gratias agit. Deinde de bello Turcis inferendo, eius ratione ac via, deque constituenda Christiana Republica, dissidijs tollendis, coadunandisque Principum animis, tam prudenter, disertè, ac exactè oratio-

§ 2

nem ha-

1515. nem habuit, vt compluribus lachrymas extorqueret, inimicis verò, ac qui parum æquo in se erant animo, summam admirationem excitaret, mutareque sententiam cogeret, fatentes se nunquã tantum prudentiæ, grauitatis, eloquentiæ, nec humanitatis à Cæsare expectasse; dolereque se plurimum, quòd hunc conuentũ, vt Regibus parum tutum, dissuadere impedireque essent conati. Respondit Cæsari Regum nomine Cardinalis Strigonensis, summi tum Pontificis Legatus. Postremò verba facit Cardinalis Gurcensis: quo silète, Conciliũ dimittitur. Iulij die vigesimo-secundo Maria Austriaca (quæ superiori anno, deducente eam Carolo Croniaco, Chimai Principe, vigesimo-primo Iunij è Belgio Viennam venerat) in Tèplo D. Stephani, præfete Cæsare ac Regibus, despõsatur Lodowico Bohemiæ ac Hungariæ Regis Vladislai filio vnico: ac Anna, dicti Vladislai filia vnica, Cæsari: qui se eam in vxorẽ ducturum promissit, nisi ante exacti anni spatium alter illi è nepotibus desponderetur. Sed paulo pòst missi à Principe Carolo è Belgio Oratores effecere, vt Anna eius fratri Ferdinando Austriaco fidem daret, qui eam anno 1521. Lintzij, superioris Austriæ Oppido, in vxorem duxit, ac latam numerosamque ex ea sobolem progeniuit. Dederat Anna, patris iussu, Cæsari arrhæ loco annulum aureum; cui mox Cæsar coronam auream in caput imposuit; illa iterum eum seruo pretiosissimo, è gemmis rarique vsus lapillis confecto, honestauit. Virgines comitatus Annæ Cæsar sericis donauit vestibus. Regi Vladislao vas argenteum summa arte fabricatum donat, eius filio Lodowico equum cataphractum, ac deaurata arma ad corporis eius membra aptata. Regi Sigismundo mittit equos generosos cataphractos duos, quorum alter ad vngulas vsque, raro spectaculo ac arte, arte reclusus erat: quos Sigismundus lato suscepit animo, ac proprio ore Cæsari gratias agit. Dehinc Regum amicis ac Cõsiliarijs, Cæsaris nomine, per Ioannẽ Cuspinianum Historiographum (qui huic conuentui, Oratoris munere Cæsari fungens, adfuit, singularique libello hæc accuratissimè descripsit) dona sunt allata. Nec se vinci à Cæsare donis Reges sunt passi, muneribus sibi illique dignis præsentatis, quemadmodum & Cæsaris amicis Cõsiliariisque: iniroque inter se certo, secreto, perpetuoque fœdere, communes se hostes amicosque habituros recipiunt. Tum summa cum amicitia dissoluto conuentu, Cæsar Regesque pridie Cal. Augusti Vienna Neustatum (quod Neapolim sonat) Austriæ cum vniuerso comitatu sunt profecti, vbi ferarum venatione, alitumque aucupio, cum Cæsare aliquot dies exegere; tandemque inuicem amplexi, Rex Vladislauus cum filio Lodowico in Hungariã contendit; Cæsar Lintzium proficiscitur; Rex Sigismundus Viennã reuertit, mansitque, aquarũ Danubij inundatione coactus, in sextũ vsque Augusti diẽ, genio indulgēs, ac cum Proceribus nobili-

nobilibusque, matronis ac virginibus choreas, vnã eunte Maria Austria, ac Anna Hungara, ad satietatẽ in multã vsque noctem ducēs. Mense 1515. Iulio Christiernus secundus, Daniæ Rex, in vxorem ducit Elizabetam Austriacam, Principis Caroli alteram sororem, nuptiæque Copenhagenij magnificè celebrantur. Sed paulo pòst ob tyrannidem Regno pellitur. Mensis Ianuarij die vigesimo-secundo anno 1516. Madrigali apud 1516. Estremaduros obiit Ferdinandus Catholicus, Arragoniæ, Castellæ, ac Neapolis Rex, ardenti vehemēti que febris extinctus, ætatis anno sexagesimo quinto. Profectus fuerat è Celtiberia in Baticam, ad delectus habédos, ac classem, quæ nouæ Carthagini parabatur, inuisendã, quam Cæsari, cæterisque Italia Cõfœderatis superiori anno erat pollicitus; condito ante aliquot menses testamento, in quo Principem Carolum, è filia Ioanna nepotem natu maximum, hæredem in solidum instituebat. Sepultus est Granadæ, mausoleo pro se successoribusque ad hoc anno 1492. ædificato. Sub hoc Rege res quinque memoria inprimis dignæ contingere. Eius enim tempore ac auspicijs nouus ad Occidẽtem Orbis reperiri est cœptus. Iudæos omnes Hispania expulit. Regnum Granadæ, pulsus vniuersa Hispania Saracenis, cepit. Misso in Italiam Ferdinando Gonfaluio, ac in Nauarram Frederico Toletano, Albæ Duce, Regnum Neapolitanum ac Nauarræ Hispanico adiecit. Sed hoc maxime admirandum, quòd anno 1492. ab ignoto rustico breui lar-goque gladio in collo tam acriter sit cæsus, vt nisi interioris lineæ vestis collare, quod tum temporis artificioso fœmineo opere durissimum fieri ac geri solebat, obstitisset, caput illi sine dubio amputasset, nunc leuiter tantum vulneratus euasit. Captus rusticus nullis tormentis adigi potuit vt causam facinorisque authorem proderet, sed in extremis cruciatibus semper stultitiam simulans, aut verè amentiam prodens, contumaci silentio, laceratis omnibus membris, vita se tandem priuari est passus. Eodem ferme tempore Cæsar, non obstante intempestiua socij Regis morte, cum quatuordecim peditum Heluetiorum millibus initio Veris in Italiam transcendit, subsequeuteque ingenti multitudine, partim voluntariorum, partim mercede conductorum militũ Germanorum, per Tridentinas Alpes ad Marcum Anthonium Columnam, maxima præsidij parte ad se Verona exeuntem, cum ala equitum peruenit. Frustra ex itinere tentato Oppido Asula, transmissio Ollio, ad Soncium militari seditione ob debita laborat stipendia, quam mox interfecto propria manu milite, qui arrepto pulsatoque iniussu Centurionis tympano milites ad tumultum concitabat, sedauit. Hinc, motis ad Oppidum Ripam castris, tandem ad Vicum Piocellum, sex milliariibus Mediolano distantem, peruenit; missoque ad Vrbem Legato castrensi, Cæsari portas aperiri iubet. Præerat Mediolano Francia Regis

1516. nomine Borboniæ Dux, aderantque illi Triuultius, ac Grittus, cum iusto equitum peditumque præsidio. Sed metu cōsternatus Borbonius, suadente Gritto, dissuadente Triuultio, pulcherrima Suburbia incendit, ac deinde Cæsaris Castrensi Legaro respondit, Mediolanenses Franciscum Francorum Regi sacramentum dixisse, quod postremus Dux Maxæmilianus Sfortia omne ius suum in Regē contulisset. Quod si Cæsar cum ordinario comitatu intrare cuperet, ac inermis coronari, patere illi portas ac Urbem, armato minimè. Promoto igitur propius Urbē exercitu, cum iam-iā irrupturus vimque facturus Cæsar expectaretur, Francique intus de fuga cogitarent, nunciatur, iustā Helueticorum manum, quæ Francis studebat, è Sedanis ac Bernatibus Borbonio in auxilium properare; eos verò qui suis militabāt in castris, discessionem aut quid peius meditari. Accedebat summa pecuniæ inopia, quod nec socij Itali, nec confœderati Reges, morte Ferdinandi Catholici, pollicitum aurum expedirent, multo minùs Hispanica terra marique promissa auxilia aduenirent. Proinde antequam inter medios hostes circumuentus, dedecus ignominiamque acciperet, motis Cæsar ex Urbis conspectu castris, cum exercitu, eò quod venerat itinere, in Germaniam reuertit, tanta Borbonij ac Triuultij lætitia, vt non de persequendo Cæsare, laceffendis carpendisque postremis, moti militiæ, semel cogitarent. Cæsar, administratè Anthonio Columna, ex itinere capit Laudis Pompeiæ Arcem, Frærico inessam præsidio. Exinde Anthonius Columna cum Marco Sithio Veronam iussu Cæsaris ingressus, ad finem usque huius belli in præsidio mansit. Mense Ianuario Groningani cū Comite Benthemio transigentes, ab eo recipiunt Munitionem que V Vardenbrasi erat, eamque diruunt. Eodè tempore Comes Etzardus Sticlus obsidione cingit. Mittit obsessis auxilium Brunswicanus, pugnatur nudo capō acriter. Sed desideratis Etzardus mille ducentis viris, soluta obsidione, Auricho ac Emde suos includit: qua de re Groningani certiores facti, munitionem Delfizilanam demoliuntur, ac vallum quod denuo Damij Oppido circumdederant, deiiciunt, fossasque replēt. Interea rebelles Frisij, auxilio ac autoritate Geldrorum freti, multis coactis nauibus, sinum Batauicum Meridionalem latrocinijs infestum reddiderant, ac aliquoties proximos Hollandorum agros depopulati, homines ac pecora abduxerant. Instruit contra hos Einchusæ Hollandiæ Oppido classem Florentius Buræ Comes; Frisiosque prope Oppidum V Vorincomium adeptus, prælium committit. Pugnatur decimo tertio Maij vltro citroque à veteranis aliquandiu strennuè, rem tandem Burano obtinente. Hostium aliquot naues depressæ, aliquot incensæ, ac abductæ. Periere Frisij octingenti, captiui omnes Einchusæ capite plexi. Huius anni ætate Geldri Leuwardæ obsidione cingūt. Sed cū

mensē

1516. mense Augusto Ioannes V Vassenarij Regulus cum centum circiter varij generis nauibus, in quibustria erant veteranorum peditum millia, itemque Nassanius, Brandeburgius, Comes Felix, Philippus V Vassenarius, V Valainius, Cortgenius, Zeuenbergius, Flettraus, multique alij viri nobiles è Hollandia Burano in auxilium venissent, relicta Geldri Leuwarda, Snecam ac Bolswartum se recepere. Paulo post V Vassenarius Doccomium occupat: quod cum recuperare Geldri voluit, omnibus in vnum coactis viribus, commissa pugna superantur, Groningamque versus fugam arripiunt. Exinde V Vallenarius Arcem Euuflum expugnat, captosque prædarios ad vnum omnes carnificis gladio aut laqueo necat: qua seuitia & alijs locis vsus, causa fuit, vt statim Stauera, V Vorcomium, ac Hindelopa deditionem facerent. Lemmeram ac Takezilam V Vessenarius, imposito præsidio, muniti iubet. Comes Etzardus considerans Geldrum Groninganos pecunia emungere, ac interim larrocinari potius quam bellum gerere, resistere autem Austriacis, vetus nouumque ius in Geldriam ac Frisiam prætentibus, nulla ratione diu posse, clam cum Florentio Buræ Comite ac V Vassenario transigens, pacem pro se suaque Oostfrisiam facit, cōditionibus quas sequenti anno narrabimus, hoc verò tempore palam minimè factis. Renouatur hoc anno pax ac amicitia inter Franciscum Franciæ Regem, ac Carolum Hispaniarum Belgarumque Principem, desponsata Carolo (dimissa Reinera) Regis Franciscirecens nata filia Lodowica, cui dotis nomine ius actionemque, quam in Regnum Neapolitanū prætentebat, celsit. Deinde in Angliam missis Oratoribus, Cæsar ac Princeps Carolus cum Rege Henrico octauo æternum fœdus faciunt. Quum deserto Mediolano Cæsar in Germaniam redijisset, copiarumque partem Veronæ Anthonio Columnæ reliquisset, Odetus Lotrechius, Borbonio à Rege Francisco in Italia suffectus, omnes vires ad Brixiam expugnationem confert, ybi nomine Cæsaris vetus Præfectus Richartus Germanus præerat, vix septingentos habens tam Germanos quam Hispanos milites. Deficere incipiebat puluis tormentarius, pecuniæ nihil erat: quas tamen difficulrates Richartus ita dissimularat, vt nec prædijarij nec hostes resciscerent. Lotrechius cum Fræcorum Venetorumque copijs, quinque locis positis castris, Brixiam murum totidem partibus tormentis aperit, ac mox dato signo inuadi iubet. Cū multa Fræci Veneti que frustra essent conari, tandem repelluntur. Sed alteram expugnationem sustinere se posse Richartus diffidens, deditionem honestissimis facit conditionibus, res omnes tam ciuibus quam militibus incolumes pactus. Exiere Cæsariani cum armis ac sarcinis, ad tubarum ac tympanorum sonitum explicatis vexillis, non omnino septingenti milites, Franco Venetosque pudore confundentes, quod tantillæ co-

piæ

1516. pia duorum exercituum vim quinque locis expectassent, ac repulissent. Brixia Venetis ex foedere reddita, copia omnes Veronam ducuntur. Præerat ibi, ut diximus, Marcus Antonius Columna, cum iusto peditum equitumque præsidio. Habebat enim mille octingentos Hispanos, quibus præerant Maldonatus ac Morellio; ad hæc quatuor millia Germanorum peditum, Duce Georgio Franisbergio; tum quingentos Heluetios, veteranos omnes, ac diu in Italia militare assuetos; deinde suam cataphractorum equitum alam, ac alias leuis armaturæ turmas, ex Hispanis, Italis, Germanis, ac Belgis collectas, quibus imperabant Valastichinus Cantaber, Succarus Belga, ac Gurlottus Rauennas; cum Græcorum alis tribus, Ducibus Constantino ac Emanuele Boccalis, veteri Achaia Principum familia ortis, ac Andrea Bua. His fretus Columna copijs, Venetis Vicentiam eriperat; omniaque quæ in Oppido ac agris erant, Veronam plaustris conuexerat. Obsessi à Francorum ac Venetorum exercitibus, qui ingentem tormentorum vim in castris habebant, post varia fortiaque belli facinora semel tantum oppugnati, hostem, illata ingenti clade, repulere. Deinde propius obsessi, fame ad deditiōem fuissent compulsi, nisi Cæsar, misso Guilihelmo Rocandulfo, Brixia liberatore, cum octo millibus peditum, ac mille ducentis equitibus, magnam pecoris, casei, farinae dolijs inclusa, vini, ac auri copiam eis misisset, hoste aleam pugnae tentare non auso. Recreata Verona, mutatisque aliquot militum cohortibus, Rocandulfus in Germaniam redijt. Veneti verò, Francique, diuisis copijs, ad Veronæ obsidionem rediere, ac alia parte aditus itineraque omnia, quibus è Germania commeatus ad Urbem perferri poterat, ita infedere, ut breui consumpro quod Rocandulfus adduxerat commeatu, ad pristinam rerum inopiam relapsi, deditiōem facere fuissent coacti, nisi subsequuta primùm inducia, deinde pax, obsidioni Veronensi ac bello Veneto finem fecisset, posteaquam illud cum incomparabili Reipublicæ, totiusque Italiae detrimento per octo ferme continuos durasset annos. Hoc bellum, harumque duarum Urbium obsidionem absolute descriptam habes à Paulo Iouio Hist. libro 18. In quantam rerum desperationem Veneti hoc bello aliquando fuerint redacti, patet ex oratione Anthonij Iustiniiani, Venetorum ad Cæsarem anno 1509. Legati, habita Latine pro impetranda pace: quæ à Petro Bembo silentio pressa, à Francisco Guicciardino, Historia Italica libro octauo, hoc ferè modo recitatur: Veteres Philosophos, summosque olim viros, qui gloriâ quæ ex sui ipsius victoria paratur, veram æternamque affirmarunt, ac supra omnia Regna triumphosque extulerunt, minimè errasse, manifestum est. Hinc Scipio maior, Alexander Macedo, Cæsar Dictator, etiam ex hostium suorum ore laudem meruere: cuius postremi cum tu, Cæsar, nomen

men habes, quemque liberalitate, clementia, aliisque præclaris virtutibus planè refers, veris meritis idem quod ille hominum es adeptus iudicium. Populus Romanus, Orbis terrarum domitor, cuius, Cæsar, hodie Maiestatem humeris iustines, mansuetudine ac clementia plures Prouincias, quàm armis, subiecit. Horum vestigijs te semper hæcenus instituisse vidimus, nomenque præclarum per vniuersum Orbem terrarum comparasse: quas laudes, clementissime Cæsar, cumulatissimè augebis, si victoria, quam de Venetis in manu habes, humanæ instabilitatis memor, moderatè vtendo, pacem (quam Reipublicæ Veneræ nomine supplex rogatum venio) incertis belli euentibus præferre volueris. Rerum enim humanarum conuersionem qui è veterum exemplis non didicit, è nostræ Reipublicæ statu hodie vel luce clariùs perspicere potest. E summo enim felicitatis gradu in extremam coniecta calamitatem ac miseriam, stupore Asiam, Africam, ac Europam tantæ rei vicissitudine repleuit. Restitit cerè non semel Reipublica Venera hostibus potentissimis. Turcarum ingentibus inuasionibus aliquando ferè oppressa, caput tamen semper extulit: neque nunc, mediocri à Franco clade accepta, animum desponderet, nisi nominis tui copiarumque inuicta virtute attonita obtupefactaque, non solum vincendi, sed ne resistendi quidem spem vllam sibi relictam videret. Quare abiectis armis ad Maiestatis tuæ clementiam tanquam sacram confugimus anchoram, confidentes nos rebus perditis non frustra pietatem bonitatemque tuâ imploraturus. Itaque Principis, Senatus, populi que Veneti nomine supplices rogamus ac obtestamur, clementiæ tuæ oculis afflictas res nostras aspicere digneris, iisque salutem adferre. Quasunque pacis leges nobis imposueris, amplectemur, easque iustas honestasque habebimus, digni qui nobis ipsi pœnam constituamus. Imperio ac Maiestati tuæ, ut legitimo Austriae Principi, omnia quacunque maiores nostri Imperio ac Ditioni Austriae ademerunt, restituumus; quæque in continenti possidemus, ijs coniungimus, earum rerum iuribus, quacunque ratione partis, cedentes. Addemus quotannis tuæ Maiestati, legitimisque Imperij successoribus, in perpetuum, tributum nomine, quingenta auri pondo: imperijs, decretis, legibusque tuis placidè obtemperabimus. Defende nos, quæso, à Francorum insolentia; qui cum paulo antè socij nobis fuerint intimi, nunc hostes infestissimi facti, Veneti nominis interneccionem querunt. Si nostri defensionem susceperis, Urbis te Veneti parentem ac conditorem celebrabimus, beneficia tua in Annales nostros referemus, filijs ea nostris memorabimus. Permite, quæso, ut sis primus, ad cuius pedes Veneræ Reipublicæ supplicè, impetrata salute, rerumque omnium incolumitate, coniecisse se verè ac cum laude gloriari possis, quemque à Deo ad defensionem liberorum vxorumque nostrarum darum colamus

1516. mus ac reuereamur. Si à Deo ea mens maioribus nostris tributa fuisset, ut presenti sorte contenti, alienis abstinuissent, glorię Respublica nostra plena, nemini de felicitate cederet, quæ nunc à fœda cupiditate decepta, squalida, ac miserabili habitu deformis, omnium ludibrio ac risui est exposita, tot tantisque paruo momento victoriarum laudumque orbata ornamentis. In tua igitur, clementissime Cæsar, est potestate, Venetis in gratiam receptis, laudem tibi nomenque æternum comparare, quo nemo vnquam vincendo maiorem splendidioremque est adeptus. Quod si feceris, tantæ clementiæ monumentum nec vetustas delere, nec antiquitas obliuioni tradere, nec temporum vicissitudo abolere poterit, sed omnia sæcula, tempora, ac momenta pietatem, clementiam, ac humanitatem tuam prædicabunt, gloriam concelebunt, ac Cæsariani animi magnitudinẽ cum summa mansuetudine coniunctam amplexabuntur, exosculabuntur, ac adorabunt. Veneti verò tui, quod vitam, fortunas, libertatem, liberos, vxores possideant, Maiestati tuæ secundum Deum in sempiternum acceptum referent, agnoscant, & in perpetuum confitebuntur. Quid potuit dici demissius, humiliter, aut desperatius? quodque magis animum fractum consternatumque cum presenti rerum omnium desperatione coniunctum exprimere potuisset? Certè nihil. Etenim quum Cæsar, oratione non morus, obstinate in proposito expugnandæ urbis Veneræ (ut clam cum Francorum Rege conuenerat) maneret, neque amplissima oblata reciperet, (quod tamen summus Pontifex Iulius ac Rex Ferdinandus Catholicus mox fecere) tandem quum variâ fortunâ bellum aliquandiu esset protractû, instabilisque fortuna Veneris non semper maneret iniqua, mitioribus multo conditionibus pacem eis concedere est coactus, cum prius quin-quennales inducias concessisset, quarum conditiones sub annum 1518. scripsi. Augusti die decimoquinto pax Nouioduni apud Belgas, qui nunc Picardi dicuntur, inter Franciscum Francorum Regem, ac Carolum Hispaniarum Belgarumque Principem, consensu Cæsaris concluditur, qua nil aliud de Venetis est actum, quam ut, numerata Cæsari pecunia, Brixia iuris eorum maneret, utque Rex Franciæ Venetos, Princeps Carolus auum Cæsarem iuuare posset: cæteræ verò conditiones ad eod pro Franco fuere, ut nullus eas diu duraturas crederet. Paulo post & Verona, ut paulo antè Brixia, Venetis restituitur, numeratis Cæsari pro belli expensis ducentis millibus aureorum ducatorum. Quibus rebus peractis, Marcus Anthonius Columna in Germaniam ad Cæsarem est profectus. Octobris die vigesimo septimo, Princeps Carolus, ut Burgundię Dux, primam sua authoritate Bruxellæ Brabantię numerum Equitum Aurei Velleris complet. Iam enim iter in Hispaniam apparabat, Regna ea ut natus scriptusque heres aditurus, eaque de causa omnium

1516. omnium vicinorum amicitiam ambiebat. Trãsegerat vel iniquis conditionibus cum Franco; fœdus illi erat cum Anglo, Dano ac Hungaro sorores collocarat; Gelder latrunculus potius quam verus hostis erat; restabant apud Leodios Marcani Proceres, clientelis ac amicitijs potentes, successeratque Erardus Marcanus Ioanni Hornano in Præsulatu Leodiensi. Mittuntur Legati ad Cêtrones, Oppidû Leodiense, pro ineunda amicitia. Tandem & eo venit Præsul Erardus, cum fratre Roberto Marcano. A parte Principis adfuerunt Carolus Croniacus, Chimai Princeps, Anthonius Lalainus, Montignij Dominus; Ioannes Jonglætus, ac Philippus Hanneronnius: qui iterum inter eos, eorumque Ditiones, his legibus fecere fœdus: Hostes ac amici cõmunes sunt. Vias publicas vtrinque tutas præstanto. Priuilegia secundum præcedentium temporû pacis leges sarta tecta manento. Mortuo Præsule Erardo Marcano, nullum, nisi è sententia Principis Caroli, Præsulem recipito. Princeps Præsuli Erardo singulis, dum viuet, annis sex florenorum millia numerato, aut in Hispania Præsulatum, quî tantum valeat, dato, cum duabus in Brabantia Abbatijs, non minoris prouentus: quibus auctus Sacerdotijs, mille tantum ac ducentos à Principe ad vitam recipiet florenos. Roberto Marcano singulis ad vitam annis octo millia florenorum dato, ac turmam ordinariorum equitum attribuito, cum quibus, vbi voluerit, sine Principis Caroli incommodo ac præiudicio militet, Ioanni Marcano, Roberti filio, annuam pensionem mille florenorum, totidemque eius matri, numerato. Præfecto Arcis Efdainæ trecentos in singulos annos florenos soluito. Comitatus Chinei apud Lutzenburgios Roberto Marcano deuinctus manetò, donec ei, aut successoribus, Princeps Carolus tria florenorum millia reddi iusserit. Hæc acta consignataque apud Centrones Belgas, vigesimo septimo Aprilis. Tanti hoc tempore emendi erant Marcani Proceres, ne aliqua ratione veterum controuersiarum memoriâ aut Patruï Guilihelmi morte irritati, bellum absenti Principi Carolo Frãcorum auxilio concitarent, aut omnino ad Francos deficerent. Idibus Nouembris in hoc fœdus consensere Ordines Ditionis Leodiensis, appensisque sigillis confirmauere. Paulo post iisdem ferè legibus fit fœdus inter Principem Carolum, Antistitem Erardum Marcanum, Ioannem Cliuix ac Iuliæ Ducem. Mense Ianuario anni 1517. Bolswarti in VVestfrisia præsidium Austriacum recipiunt, astu ad id literis Comitatis Etzardi inducti. Interea VVassenarius cum maiori militum parte in Geldriam profectus, Duci bellum domi facturus, cum nil memoria dignum efficere potuisset, dimisso milite in Hollandiam reuertit. Nigra legio aucta militum numero, iterum in vnum coacta, Geldro ea lege dato nomen, ut singulis floreno Arentsio semel numerato, exinde præda

1517. raptoque viuerent; iussisque suis obtemperarent. Numerata haud procul Dauentria promissa pecunia, in Friſiam Hollandiamque Auſtriacis bellum illaturi ire iubentur: vbi veteribus iuncti Geldris militibus, ad tempus superiores esse cœpere. Buranum enim Sneecam obſidentem, re infecta, discedere cogunt: Hindelopiam expugnant; Auſtriacosque in auxilium properantes, compluribus interfectis ac captis, in fugam agunt. Doccumiu sex septimanis obſeſſum, ac frustra aliquoties oppugnatum, fame ad deditiōnem adigunt. Tum Lemmeram occupant; collectisque nauibus, in Hollandiam, traiecto sinu Meridionali, proficiscuntur; Medenblikium expugnant, diripiunt, ac incendunt: Alcmarianos sine Iunij ad deditiōnem compellunt: multatisque pecunia ciuibus, ab incendio abſtinent: Sparendamum, Egmondam, Beuerwicum spoliant, ac exurunt: profectique per Ditionem Ultraiectinam ad Oppidum Culenburgium, Leccam Amnem traicientes, Niportum Hollandiæ tum Oppidum diripiunt, ac exurunt: tandemque ad Oppidum Asperam, non admissi, castra locant. Ter irrito conatu, desideratis quingentis viris, Asperanos oppugnant. Quarto omnibus annixi viribus pertinacissimè per aliquot horas pugnant. Fœminæ ac pueri nil, quod ad patriæ salutem facere poterat, omittunt. Sed quod nullo militari inuarentur præsidio, promptissimique vulneribus confecti iacerent, aut pugnando occubuissent, vndique obruti expugnantur, sternuntur, sexui, conditioni, nec ætati parcitur. Obtruncatur ad Templorum Aras imbellis sexus. Ludimagister cum impuberibus discipulis ad Musicum summi Templi instrumentum, quod ob sonorum varietatem Græca voce Organum appellant, confugit. Irruentes & hinc latrones, Magistri nec puerorum lachrymis mouentur, omnesque ad vnum mactant. Exinde sicarij ad curanda corpora se conferunt, faucios rescindunt; ac sedem Asperæ figentes, rusticos in circuitu omnes diripiunt, aut ad iniquissimas condiciones compellunt. Tandem Vassenarius ac Nassauus, subitario è Belgis collecto milite, nequid Asperam deferretur, impedire incipiunt. Latrones eorum numerum augeri indies conspicientes, ne obſeſsi fame ad deditiōnem cogerentur, ac inhumana sequitiæ pœnas darent, in tempore exportata præda, pars Amerſfortium ac Harderwicum, pars Delburgum, Hattemium, ac Vullepium tendit, scelerum conscientia nullibi sedes diu figere ausa. Princeps enim Carolus, intellecta Asperanæ expugnationis inhumana crudelitate, ad Hannones ac Atrebatas literas miserat, utque beneficiarij clientes omnes pro opibus instructi contra hostes proficiscerentur præceperat: iunctique vicini Principes Auſtriacis, latrones inſequebantur, nactos sine discrimine promiscuè trucidabant, captiuos tormentis excruciatos viuos rotis ad aliorum

exem.

1517. exemplum imponebāt, ita vt tandem infamis legio, deserta à Geldro, perque omnes sparsa Prouincias, insignes crudelitatis pœnas daret. Qui effugere, postea Geldro sub alijs Præfectis nomina dedere. Exinde Auſtriacus miles in Geldriam profectus, munitione Hulkesteiniam expugnat, diruitque, repertasque naues exurit. Dux Carolus Arnhemi se continebat, castraque in colle, qui Ciuitati à Meridie imminet, collocarat. Auſtriaci, cum vniuersam Veluam deprædati exuissent, vicinum occupat collem, qui Arnhemum ab Aquilone respicit, maioribusque inuicem tormentis impetebant. Hoc rerum apud Geldros statum, Cæsar postremum Belgas visurus in Brabantiam venit, pacemque inter Francorum Regem ac nepotem Carolum Nouioduni initam, ratam firmamque habet, eos comprehendens, qui vtriusque Principis partes sequuti fuerant. Qua re Arnhemi nunciata, miles Auſtriacus Geldriam deserit. Dux Carolus cum Principe Carolo in annum inducias facit, frustra Philippo Burgundo, Ultraiectinorum Præsule, pro pace sagæte. Exinde missa Imperiali citatione, ad Cæsaris Tribunal se sistere iubetur Etzardus Oostfrisiæ Comes, responſurus accusationibus Ducis Georgij Saxonis, ac Erici Brúſvicani, de ijs quæ contra eorum dignitatem, honorem, ac existimationem in Ditione Groningana ac VVestfrisia partim per vim fecisset, partim contra expressum Cæsaris mandatum tentasset; cui eò vsque eum restitisse dicebant, ac illato bello perduellem se exhibuisse, donec proscriptus, publicatis bonis, aqua illi ac igne à Cæsare interdiceretur. Etzardus, accepta à Cæsare fide publica, in Brabatiā, indeque Gandauum in Flandriam venit, dictosque Duces cum Cæsare reperiens, generose ac disertè se defendit, repetens bella, eorumque causas, quæ per octodecim ferè continuos annos, varijs agitatus iniurijs, à diuersis rogatus, ac in auxilium accersitus, domi forisque ingenti cum sumptu pertulisset, tum vt honori Oostfrisiæque saluti consuleret, tum vt Cæsaris dignitatem, suamque authoritatem, factam rectam conseruaret. Sua culpa non factum, vt peruerso delatorum ac adulatorum consilio deceptus Cæsar se proſcriberet, quum nunquam nec summi Pontificis, nec sacri Romani Imperij Tribunal declinasset, sed semper causam æquissimis neutrique parti addictis Iudicibus terminandam permisisset: quod cum sit, ex antiqua Imperij iuris legumque formula, in hos proſcriptionem locum non habere, sed erga peruiacaces, contumacisque animi homines, Iudicem præter ferrum non admittentes. Cæsar, his auditis, paucas pro conciliatione leges concipi iubet: quibus se responſurum Etzardus pollicetur, posteaquam cum Ordinibus ac Consiliarijs Oostfrisiæ super ijs consuluisse, relinquens eam in rem Cæsari obſeſſe filium Ennonem, cum aliquot viris nobilibus. Exinde Francico fœderi renunciāns, clam

T t 3

nouum

1517. nouum cum Cæsaris nepote Carolo Gandau in perpetuum sancit, cuius
 ius eo tempore cōditiones certis de causis in publicum non emanarunt.
 Fuere autem hæ: Carolus Austriacus, Hispaniarum Belgarumq; Prin-
 ceps, Comiti Etzardo, vt sibi pace belloq; operam præster, singulis,
 donec viuet, annis pensionem quatuor millium aureorum florenorum
 persoluet: quam is summam è Groningana Prouincia Frisæ Ditionis,
 eiusq; annuis prouentibus, recipiet. Etzardus Legati nomine Ditionis
 Groninganam pro Principe Carolo gubernabit, subditisque eius
 æqualiter administrabit, omnesq; sub potestatem ac obedientiam
 Principis Caroli, Prouinciæ sumptu, rediget. Annuos redditus ac pro-
 uentus, cuiuscunq; ij sint generis, Principi debitos, Comes Etzardus
 recipiet, ac recipi curabit: de quibus singulis annis Quæstoribus Prin-
 cipis Caroli rationem dabit, aut dari curabit; ablatisque in usum suum
 quatuor aureorum florenorum millibus, quod supererit, fisco Principis
 numerabit. Comes Etzardus Principi Carolo, vt Legatus, fidei sacra-
 mentum dicet, promittetq; eius sumptibus contra quosuis se milita-
 turum. Iselsteinij Dominum, Frisæ Governatorem, aliosq; Principis
 Caroli in Frisia ministros subditosq; consilio ac auxilio, quantum
 poterit, iuuabit, ijsq; omni tempore ac momento iussus vocatusq;
 contra quosuis opem feret. Idem omnes Principis Caroli Legati, mi-
 nistri, ac subditi Comiti Etzardo præstabit, eumq; ab omni iniuria,
 seditioe, damno, ac violentia pro virili defendent. Princeps Carolus
 Ioannem Oostfrisiū, Etzardi filium, inter cubiculi Nobiles solito cum
 stipendio recipiet, aut ea de causa singulis illi annis mille florenos nu-
 merabit. Comes Etzardus, cum successoribus, à Principe Carolo, eius-
 que hæredibus, Hollandiæ Comitibus, Oostfrisiā, vt clientale benefi-
 cium, quod Feudum voce Longobardica vocant, recipient, neque alia
 ratione possessionem adibunt; modò Princeps Carolus hac de re legiti-
 mum aui sui Cæsaris, ac Germaniæ Septem-virū, consensum impe-
 trare poterit. Quum Oltamptios ac Duerfwoldios, quæque in Ditione
 neagrōque Groningano huc spectant, à Principe Carolo sibi dono dari
 Comes Etzardus petat; hac de re Princeps tum decernet, quum de di-
 ctarum Ditionum statu, magnitudine, valore, ac natura edoctus, vt
 oportet, fuerit. Quod attinet ad sortem ac annuam vsuram quam Co-
 mes Etzardus Groninganos ac alias Frisæ Prouincias Ciuitatesq;
 sibi debere allegat, quæq; à Duce Georgio Saxone sibi donata, ac exa-
 ratis Tabulis relicta esse asserit, conuentum pactumque inter Prin-
 cipem Carolum ac Comitē Etzardum esto, Etzardo, eius hæredibus ac
 successoribus, Tabularum ius, actioque, vt ea nunc est, integra maneat,
 quo dictam actionem contra hos instituat, quos annum sibi redditum,
 datis Tabulis, debere affirmat, saluo iure, actione, ac defensione Prin-
 cipis,

cipis, si quid fortè exigatur in eius aut Prouinciæ Frisicæ præiudicium. 1517.
 Quibus omnibus visis, auditis, & probè examinatis, quicquid à nostris
 Legatis ac Consiliarijs hac in re actum & transactum fuerit, ratum
 firmumq; habuimus, ac præsentium tenore habemus, promittentes
 nos his conditionibus, sine vlla violatione ac infractione, in perpetuum
 staturos, nec vt ijs vlla ratione contraueniatur permissuros, præsentibus
 ea de causa Tabulis appenso sigillo nostro munitentes. Actum Gandau,
 Calendis Iunij, anno 1517. Regni nostri Hispanici altero. Subsignatum
 erat. Iussu Regiæ Maiestatis, Hanneton. Exinde decimo Iunij Comes
 Etzardus, vt Ditionis Groninganæ nomine Principis Caroli Gubernator
 ac Legatus, iurandum pro more dicit, id suscipiente summo
 Principis Caroli Cancellario Escaubechi Domino, ac cum his sub-
 signante Verderue. Comes Etzardus Cæsari Principibusq; concilia-
 tus, proscriptione liberatur, ac in Oostfrisiā reuertit: moxq; astu
 eiectis Brunswicanis, Arcem Fredeburgam recuperat, adè vt præter
 Stichusam in Oostfrisia Brunswicani nil retinerent. Rebus omnibus
 hac ratione compositis, Cæsar abitum in Germaniam parabat, Prin-
 ceps Carolus in Hispaniam primam profectionem instituebat. Quare
 Cæsar nepotem arctè complexus exoscularusq; pro ætate multis
 eum de rebus instruit; ac qua ratione Belgas, Hispanos, Germanos, ac
 Italos in sui amorem ac reuerentiam contineret, admonet: adiungens
 quo modo cum veteribus familiæ Austriacæ hostibus esset agendum, ac
 sibi de ijs cauendum, quique ij præcipuè essent. Belgarum verò Ordini-
 bus diu ac sæpe de officio erga adolescentem Principem admonitis,
 de Republica rectè constituenda, salubertima reliquit præcepta. Exin-
 de nepoti omnibusq; bene precatus in Germaniam contendit, Bel-
 gis eum veris lachrymis ac Cæsare dignis muneribus prosequentibus.
 Princeps verò Carolus instate mense Iulio in Hispaniam nauigaturus,
 Middelburgum, Zelandiæ Urbem primariam, vbi iustam classem, cui
 præerat Adolfus Burgundus, Beueræ Dominus, paratam habebat, pro-
 ficiscitur. Sed, aduersa coactus tempestate, in duodecimum vsque
 mensis Augusti diem expectare cogitur. Tum prosperum nactus
 ventum, dat vela; feliciq; vsus nauigatione, octo dierum spatio
 è Zelandia Villauiciosam apud Astures peruenit, vnica desiderata
 cum rebus omnibus nauis, quæ medio Oceano fortuito igne correpta,
 quum nulla ei ratione succurri posset, conflagrauit. Erat ea onera-
 ria ingens, generosos Procerum Belgarum vehens equos, qui omnes
 cum itabularijs, equisonibus, ac nautis ad vnum periere. Exceptus
 est Princeps Carolus summo Procerum ac populi gaudio, inter quos
 præcipui fuere qui primi accurrerant, frater Principis Caroli Ferdi-
 nandus Austriacus, Conestablis Castellæ, Dux Albæ, multique alij
 Proceres.

1517. Proceres. Adolfus Burgundus, Belgarum maris Præfectus, mense Nouembri cum Belgica classe in Zelandiam feliciter est reuersus. Arcis Stichusæ nomine Erici Ducis Brunswicani Præfectus, hanc
1518. Comiti Etzardo anno 1518. Ducis iussu restituit, persolvente Etzardo præfidiarijs debita in hunc diem stipendia, ac Duci Erico certam pecuniæ summam; discedentesque Brunswicani ac Saxones omnes, Etzardo Oostfrisiæ possessionem integram reliquere; qui viginti annorum laboriosissimo ac vario nil aliud est consecutus bello, quàm vt paterna Ditione (dum alienis cæca ambitione insidias tendit, ac inconsulte vicinorum bellis, seditionibus, ac tumultibus sese non sine periculo immiscet) ferme exueretur. Quumque pecuniam soluendis dimittendisque militibus non haberet, duo veteranorum peditum millia in Ditionem mittit Groninganam, extorsione à rusticis stipendia comparaturi, satis Ommelandios sibi ex præterita debere militia restaturos. Latini milites insigniter Ommelandios vexant, Drentiis nec Tuentijs parcentes (hos docti Tenchros ac Tubantes olim fuisse volunt: consule libellos nostros de veterum ac nostri temporis Belgio.) Iungunt se his tria peditum millia, quos Saxones ac Brunswicani exauthorauerant, noua quærentes stipendia; tum ij omnes qui è rapinis ac furtis viuere erant consueti, inprimis verò nigra legionis milites, expectantes donec induciæ inter Principem Carolum ac Geldriæ Ducem finirentur, quo recrudescente bello, huic aut illi parti nomina darent. Sed cum prolongatas inducias intellexissent, primùm in Geldriam, deinde in Cliuiam proficiscuntur, confissi Geldriæ Ducis protectione, qui clam eis stipendia erat pollicitus: violatis enim inducijs bellum resumere Gelder decreuerat. E Cliuia Meursij Comitum Ditionem inuadunt, miseros vbique rusticos fortunis exuentes, deinde magno libertatem redimere cogentes. Verebantur vicini Belgis Principes alteram Asperanam expeditionem, aut ne occupato munito aliquo Oppido, opportunè ad prædas faciendas sito, vicinas Regiones omni calamitatis genere peruastarent. Vni igitur in castris vires conferunt Belgæ, Cliuij, Iuliacenses, Colonenses, Monasterienses, VVestwali, ac Meursij, coniuratosque prædones pressis vestigijs insequuntur. Illi viribus impares, in Geldriam, portum tutissimum, citato passu contendunt. Subsequuntur maioribus itineribus Principum Legati, propeque Venlonium eos assequuti, circiter septingentos vna pugna interficiunt: periissentque plures, nisi Venlonij exoneratis maioribus tormentis eos protexissent: certissimum signum, Geldriæ Ducis autoritate fuisse latrocinatos, Ditionesque Principis Caroli vicinorumque vexare & depopulari. Quumque apertè Gelder inducias nondum violare auderet, prædones verò ac latrones recipere

pere in Oppidis multo minùs, illud in campo corpora non fidentes, obscura nocte, ruptis militaribus signis dispersi, in varias abiere partes. Capti instar latronum ac sicariorum tormentis lacerati, carnificis manu periere. Mensis Februarij die septimo Princeps Carolus Valledolerti apud Castellanos, in Templo D. Pauli, magna cum solennitate in Hispaniarum Regem inauguratur, ac cum matre Ioanna corona Regia redimitur, deducente eum ad Templum coronationisque locum, exceptis Hispaniæ Proceribus ac Ordinum Legatis, fratre Ferdinando, sorore Leonora, ac omnium ferè Christianorum Principum Legatis. Tum equestria belli simulacra eduntur, duobus Belgarum Proceribus, Baurini nimirum ac Zanzellæ Dominis, quosuis ad concursum pronocantibus. Hi cum biduum Hispanis ac Belgis dedissent, tertio die Princeps Carolus Regali more armatus in arenam descendit, ac quater cum Zanzellio fortiter animoseque concurrat. Primo congressu plumas è casside Zanzellij derexit: secundo in sinistra pectoris Zanzellij parte, haud procul humero, lanceam in multas partes confregit: tertio in fronte cassidis lanceam quoque non nihil lacerauit: quarto concursu summo cum honore lanceam rupit in circulari clypeo, quem Zanzellius, more tum consueto, circa sinistrum ferebat latus. Erat Zanzellius vir robustus, hisce decursibus exercitatusissimus, qui que in ijs parem non habere putabatur, Carolique Principis supremus stabuli Præfectus. Tum dimissis Nobilibus, quum Princeps Carolus, iudicum sententiâ, primam retulisset palmam, virgines matronasque magno numero præsentibus ad epulas ac choreas deduxit. Mense Junio Ferdinãdus Austriacus, Principis Caroli germanus frater, deducente eum Carolo Crouiaco Chimai Principe, è Hispania in Belgium profectus, paulo post in Austriam, seditionem rebellionemque sedaturus, contendit. Sed cum se frustra, ob exiguam in tenera ætate auctoritatem, id conari expertus esset, in Belgium est reuersus. Præter hoc anno nomine Principis Caroli VVestfrisijs Guilihelmus Roggendorpij Comes. Hic literas Groningam mittit, quibus continebatur, Principem Carolum ac Geldriæ Ducem pacem hac lege fecisse, Princeps Duci Geldriam restitueret, relinqueretque integram, omni in ea actione cedens; Dux verò Principi redderet VVestfrisiã, cum Vrbe ac Ditione Groningana, omni, quod in ijs habebat, iuri cedens, proinde se cum Principis Caroli præsidio admitterent. Groningani literas Geldro mittunt. Rescribit falsa esse Roggendorpij scripta, à dolo cauerent. Paulo ante pacem Nouiodunensem Veneti quinquenalescum Cæsare inducias sancierant, singulis ei annis triginta millia aureorum nummum, ac Ciuitatum suarum exulibus, Cæsarem secutis, quartam fructuum è proprijs bonis partem polliciti: hoc anno

6918. absolutam tandem pacem impetrant, grauiſſimòque liberantur bello; in quod non inſulſè Vlricus Huttenus his luſit verſibus:

*Rana procax nuper, Venetas egreſſa Paludes,
Auſa eſt, quam tetigit, dicere, terra mea eſt.
Quam procul ut vidit ſpectula Ionis Ales ab alta,
Conuulſam ad luteas vngue retruſit aquas.*

Cæſar interea de Imperij ſucceſſore ſollicitus, cum id efficere non poſſet, niſi prius aurea à Rom. Pontifice corona fuiſſet redimitus, ſatagebat eam ſibi in Germaniam per aliquot Cardinales miſſam (vtri præcedentibus cum Papa Iulio tentarat annis, obtinueratque tantum Diploma aureis exaratum literis, quo ſe ſcribere Cæſarem permittebatur) imponi iuberet, vt nepotem Ferdinandum, è filio natu alterum, Imperij ſucceſſorem nominaret. Sed perſuaſus à Sedunenſi Cardinale, ac hiſ quibus potentia Francorum grauis erat & ſuſpecta, conſulentibus vnum è familia, quem Francia ac Italia formidare poſſet, quàm maximè potentem relinqueret, nepotem Carolum ſucceſſorem deſtinat. Eadem ſemper fuerat Ferdinandì Catholici mens, eſſi natum educarumque apud ſe Ferdinandum, noménque referentem, tenerimè adamaret. Et quanquam nepotem Carolum nunquam vidiffet, præterito tamen Ferdinando, eum Regnorum omnium in alſem hæredem inſtituerat. Quum nominandi Romanorum Regis cauſa apud Pontificem ac Septem-viros, habitis Auguſtæ VVindelicorum Comitij, quæ Cæſari Maxæmiliano ſuprema fuere, laborare Imperatorem, nepotis Caroli, Hiſpaniarum Principis, ratio haberetur, Rex Franciæ Franciſcus certior eſſet factus, omnibus artibus, ne Carolus legeretur, ſtudebat. Pontifex dubius quid eſſet factururus, animi ſententiam non denudabat. Septem-viros ferè omnes Cæſar in ſententiam pertraxerat. Bina etiam millia auri pondò Princeps Carolus, in Hiſpanijs tum agens, per Germaniam hæc de cauſa miſiſſe dicebatur. Aſſulgebat & ſpes non exigua, Pontificem Leonem in Germaniam per aliquot Cardinales auream Imperij coronam Cæſari tranſmiſſurum. Agebatur enim in Comitij Auguſtanis inter cætera, vt iamprimum oriens inualeſcensque per Germaniam Martini Lutheri, aliorumque ambitioſorum hominum, noua de religione doctrina tolleretur. Cumque abſolutis Comitij enixè nepotem Carolum denuo Septem-viris commendaffet, iter in Auſtriam inſtituens, lenta febrì menſe Iunio Cæſar corripitur; VVelfamque, ſuperioris Auſtriæ Oppidum, veniens, febrem perpetua venatione ac aucupio pellere conabatur. Dumque aliquando à venatione reuerſus ardentem ſitim immoderato melopeponum eſſi

eſu ſedere ſtudet, ſumptoque inſuper dubiæ poteſtatis intempeſtuo medicamento contra morbum, ac quemadhuc inſtare ſibi perſuadebat, febris, quæ per interualla accedere ſolebat, fit continua; accedenteque ventris profluuiò, quum duplicis mali vim ſenile corpus perferre non poſſet, ſumpto Chriſtianorum certiffimo ſanctiffimoque viatico, compluribusque viris pijs ac doctis ad ſe conſolandi confirmandique animi cauſa accerſitis, teſtamento rectè confecto, vitam cum morte duodecimo Ianuarij anno Chriſti 1519. hora tertia poſt mediam noctem commutat, quum laborare cœpiſſet meſe Iunio anni præcedentis. Prædixere eius mortem viri eo tempore in Mathematicis diſciplinis peritiſſimi, ex inſigni Solis Eclipſi, quæ dicto meſe Iunio Viennæ Auſtriæ in cœlo apparuit, Cæſaris (vt volebāt) geneſim vehementer obſcuſcantis, ac proinde ei lethalis. Acceſſit eadem hora miſerabile ac horrendum, ignota de cauſa, in vrbe Vienna incendium, quo amœniſſima platea, Cantorū dicta, magna ex parte eſt conſumpta. Nihil omiſit Cæſar quod ad animæ ſalutem aliqua ratione face-re poſſet, aut poſſe putaret, teſtamento inferens quomodo ſepeliri vellet; adeò hiſce in rebus ad minutias vſque ſollicitus, vt naſutulifurum moueret, ſupercilioſorum verò ac tetricorum hominum durius de ſe iudicium pronocaret. VVelfa corpus Viennam, inde Nieuſtartū delatum, iuſtis vbique magna cum ſolènitare perſolutis, vt iuſſerat, ſub Ara D. Georgij eſt ſepultum, cum vixiſſet annos quinquaginta nouè, meſes nouem, dies viginti & vnum. Natus erat duodecimo Cal. Aprilis anno 1459. Lectus eſt in Romanorum Regem, procurante patre, decimoquarto Cal. Martij 1486. Regnauit annos triginta & duos, meſes decem, dies viginti & octo; cum patre annos ſeptem, meſes ſex, dies quatuor, ſolus annos viginti quinque, meſes quatuor, dies viginti quinque. Vxo-res duxit tres. Prima fuit Maria Burgunda, Caroli Pugnacis filia, hæreſque vnica, cum qua coniunctiſſimè paucis vixit annis. Perijt enim (vt ſcripſimus) inter venandum equo decidens, cum peperiffet Philippum, Margaritam, Franciſcum, & Georgium: è quinto grauida, cum foetu perijt. Adeò hanc dilexit, vt nunquam ſine ſuſpirio aut gemitu eius mentionem ferre poſſet: obſeruarumque eſt à familiaribus, Mariæ mentionè ſæpe ei lachrymas excuſſiſſe. Altera fuit Anna Fraciſci Britonum Ducis filia achæres, quam per Legatum ductam, ei Carolus octauus Fræcorum Rex, remiſſa filia Margarita, eripuit, ac in vxorem duxit. Tertia fuit Blanca Maria, Mediolani Ducis Galeacij Mariæ Sfortiæ filia, cum qua ſterili matrimonio annis octo vixit, ſepulcaque eſt in Monafterio Auſtriæ nomine Stams, anno 1503. Adeò ſæua poſt Cæſaris Maxæmiliani mortem peſtis ac ſeditio Auſtriam per bienniū eſt depopulata, vt tertia pars hominum interiſſe cenſeretur. Duxiſſet & VV 2 quartam

1519. quartam iam senex vxorem, Annam Vladislai Bohemiæ ac Hungariæ Regis filiam, nisi intempestiuas imparesque nuptias prudentes Consiliarij ac Proceres arte impediētes, Annam eius nepoti Ferdinando despondissent. Fuit Maxæmilianus Princeps natura humanus ac affabilis, facile sui adeundi copiam vel tenuissimæ sortis hominibus faciens: quos cum reuerentiâ Maiestatis attonitos conspiceret, nec posse, quæ conceperat, ob animi perturbationem proferre; deambulando, ac familiaria quædam vulgariæque interrogando, efficiebat, tædem sui comites, quæ vellent, præsentî animo exponerent; datoque humanissimè responso, lantos (non tamè vana spe repletos) semper dimittebat: non enim aliter à vultu voceque Principis fideles subditos discedere debere restari solebat: effeceratque hac comitate, vt complures maligno animo gesta actaque sua detrectantes, admiratione tam sinceræ humanitatis victi, deposita malitia ad mentem redirent, planeque mitescerent, ac præcones percelebres laudum suarum efficerentur. Tanta erat liberalitatis, vt non raro modum excederet, avari verò rapacesque homines (quibus vbique terrarum Principum Aula abundant) inde occasionem peculatus captarent. Non paucos enim eius Aula fures, ac peculatores, munerum officiorumque propolas, magni etiam nominis, ac autoritate potentes, aluit, qui Cæsaris bonitate, liberalitate, ac humanitate auaritia sua abutentes, in medio magnarum rerum apparatus eum non sine dedecore cepto desistere ob pecunias furto ablatas, aut temere donatas, cogeant. Nunquam tamen eò adduci potuit, vt velin summa rerum inopia coactum à prædecessoribus thesaurum, ac congestam auream, argenteam, gemmarum pretiosorumque lapidum supellectilem vel in bellum maximè necessarium periculosumque impèdendam vel alienandam censeret, sed integram intactamque. Neustatti (hoc est, Neapolis) successoribus nepotibus reliquit. Carolus verò ac Ferdinandus fratres, aperto loco, conspectoque immenso thesauro, obstupere, eumque pro parte in Belgiū deferendum curarunt. Erat Maxæmilianus facie decora ac virili, oculis mediocribus ac glaucis, fronte producta, naso aquilino, malis solidis, ore venusto, mento reducto, statura quadrata ac mediocri, comæ, vultus, ac superciliorū color è Germanico Lusitanicoque mixtus, gratam patris matrisque memoriâ adspicienti offerebant, vt & forma verè Imperatoria, dignitate autoritateque plena. Valerudine firma fuit, ac ad ferendos labores, aeris mutationes, vigilias, famem ac sitim, corporis cōstitutione aptissima. Affueuerat enim per omnem vitam victui frugali ac parabili, splendèdè tamen feruiri volebat. Ab ebrietate summopere abhorrebat, quam tamen, vsitato Germanis vitio, in Aula ferre cogebatur. Venatio ac aucupii corporis erant exercitia. Diuerso armorum generi, in omnibus exercitatis-

tissimus, lubenter operam dabat, sæpissime cum domesticis exterisque 1519. Proceribus, in ætatis flore constitutus, eques pedesque hasta lanceaque decurrens, ac summa aspicientium voluptate non semel palmam referens. Erat quoque memoria tenaci, consilio bonus, ingenio facilis, prudentia non destitutus, quibus dotibus non semel Germanorum aliquot Procerum clandestinas contra dignitatem suam coniurationes percepit, & sine armis extinxit; nonnullis tamen eò impudentiæ prouectis, vt de abrogando illi Imperio, atque in ordinem moderatissimo Cæsare redigendo, consilia clam inire non dubitarent. Liberalium disciplinarum cultor, admirator, ac Mæcenas fuit summus, quanquam non satis ipse fuerit eruditus. Nullus tamen eò Cæsare, cui aliquid fuit ingenij, literas infeliciter tractauit: promouebat enim hos omni ratione. Musicam summopere amauit, nec hac in re à Burgundis Principibus, prædecessoribus suis, vinci se est passus, tanta tamque exquisita eum sequebatur symphonicorum turba, adferebanturque quotidie ab hominibus ingeniosis noua Musices instrumenta, admirabili arte inuenta, honestamque delectationem auribus præbentia. Militarem quoque disciplinam nouis inuentis restituit ac excoluit, phalangemque Macedonicam, è hastatis peditibus coactam, Romanamque legionem, nonnullis immutatis, referentem, ac ferme inter Germanos pedestrem militiam obsolescentem, magno succedentium Principum (vt euentus docuit) commodo ac bono, in veterem ordinem redegit. Hastas pedestres ad iustam longitudinem reuocauit, vtque sine ferro septemdecim, cum ferrea cuspidè ad minus octodecim haberent in longitudine pedes, ac è fraxino arbore fierent, voluit: equestres verò lanceas sine ferro duodecim, cum eo tredecim ad minus pedum esse iussit: Germanosque pedites adeò harum vsu exercuit, vt necdum hodie vlla natio, eo armorum genere, ijs comparari possit. Etenim ante Cæsaris Maxæmiliani tempus Germani pedites nullus erat exteris vsus, sed urgente bello, Principes ac Respublica pedite Oppidis ac agris excito utebantur, qui exigua, aut aliquando nulla, mercede militabant; confectoque bello, positis armis, domum redibant, eadem ferme ratione qua hodiè Heluetij suâ tuentur libertatem. Tandem longa pace quæsitis opibus, oblitisque armorū peditibus, belli tempore, tympani sono, tam in Germania quam alibi colligi cœpere: qui cum è face plebis coirent, ab anno Christi 1430. vsq; in annum 1490. parta pace grassatores facti, seruatis armis, de Prouincia in Prouinciâ more locustarum vagabantur, omnia depascētes ac depopulâtes, ac, quòd magna subinde manu errarent, Principibus ac Ciuitatibus formidinem iniucientes, adeò vt partim contra hos grassatores, partim contra Nobiles ex Arcibus itinera infestantes, Sueuicum foedus

1519. Norimbergæ anno 1489. suadente Cæsare Maxæmiliano fit initum. Sed cum anno 1490. Cæsar Maxæmilianus exercitum conscriberet, Austriam ab Hungaris occupatam recuperaturus, vagabundos per vniuersam Germaniam pedites militiæ suæ ascripsit: quorum operâ non solum omnia sua recepit, sed, translato in Hungariam bello, Albam Regalem expugnauit: vnde cum Budam ducere vellet, ingenti præda pedites Germani ditati, relicto Maxæmiliano, in Germaniam rediere. Is rei indignitate commotus, iussit eos, vbicumq; comprehendissent, vt militaris sacramenti violatores, ferro, laqueo, aqua, ac igne puniri: qua ratione vagi per Germaniam milites latrocinari desinere, antea ob rapacitatem ac fordes à vulgo, *Buc*, hoc est, capri, dicti. Nullus enim inter hos visébatur nobilis, nec honesti ciuis mercatorisq; filius; soli decoctores, parentibus immorigeri, aut simili flagitio contaminati apud eos consuebant. Pudebat enim honesti animi lociq; hominem inter tam viles, fordidos, ac rapaces homines censerî. Tandem cum Maxæmilianus, his sublatis, certum pedestris militiæ ordinem constituisset, Legioni, quam *Regiment* vocauit, Ducem, Comitem, ac Baronem præfesse voluit, nobilesq; adolescentes prima militiæ rudimenta inter hos ponere, abolitaq; voce *Buc*, *Lansknechtos*, quod ad verbum sonat, Prouinciæ milites, vocari eos iussit. Legionum varios instituit Præfectos, Subpræfectos, Legatos, Centuriones, Signiferos, Metatores, castrorum Magistras, rerum capitalium ac ciuiliū Præfectos. Addidit leges ciuiles & capitales, formamq; dicendi Iuris; eaq; omnia Authore Fronsbergio, viro nobili ac militari, in libros aliquot digesta typis edi curauit, vnicuique obuia, ac ad manum futura: quæ in hunc vsq; diem sanctissimè obseruata, eam Germanis pedibus auctoritatem, virtutisq; famam, compluribus prælijs fortissimè felicissimeq; confectis, parauere, vt nulli Principes Christiani grauioribus implicati bellis hodie reperiantur, qui non Germanorum aliquot legiones cōscribant, ac his maximè dignitatem existimationemq; tutandam non censeant. Legionum Præfectos hoc tempore Colonnellos appellant, haud dubiè à Colonia Romana voce detorta, ad quas integræ subinde legiones emerita militiæ deducebantur. Prædictæ Cæsaris Maxæmiliani virtutes comites habebant humanam imbecillitatem testantes. Erat enim in consiliis varius, in rebus communi sententia decretis inconstans, leui rumore ac fama citò aliter persuasus. Quare subinde non m̄nori facilitate rem dimittebat, quàm aggrediebatur. Venationi ac aucupio adeò deditus, vt ea sæpe de causa res maximas, festinationem requirentes, in aliquot dies non sine euidenti incommodo procrastinaret: aliquando autem ad insaniam vsq; capreolas, auesq; maiores, eques infecurus, per auos deuos-

1519. deuosq; montiū anfractus errabat, vt nō sine summo semel ad Oeni- pontem vitæ periculo, à capreolis seductus, ægre à montanis hominibus, fame ferme enectus, maioribusq; funibus alligatus, ex Alpiū fastigijs in subiectas valles, magno spectantium horrore ac stupore, dimitti eum necesse fuerit; ita vt à familiaribus verbis castigatus, pudore confusus, certæ se morti ereptum fuisse cōstiteretur. Venere delectatum fuisse, nothi vtriusque sexus liberi numero septem à me reperti testantur, quos viduo omnes thoro suscepit. Matrimonij enim iura sanctissimè coluit, ac cum nobilibus matronis pudicissimè verecundissimeq; est versatus. Perulantiam, inuerecundiam, adulteria, illegitimam omnem venerem, tantum abfuit in Aula ferret, vt ea de re conuictos grauissimè puniret. Nothos masculos ad honores prouexit: puellas viris claris in matrimonium collocauit. Gaudebat rerum à se gestarum memoriam literis à viris eruditis consignari. Imò & ipse patriâ lingua, Iulij Cæsaris exemplo prouocatus, tale quid est meditatus, satis (vt Austriaci volunt) feliciter. Quàm verò fuerit in rerum à se prædecessoribusq; suis gestarum scriptores, ac in Habsburgicæ familiæ tenebris eruendæ authores, liberalis, Ioannes Cuspinianus, multiq; alij sui temporis viri docti sunt experti. Puer cum patre ac matre in Arce Viennensi à patruo Alberto coniuratisq; ciuibus obsideretur, panemq; è madefacto hordeo ac tandem è fursibus coctum comedere cogitur. Hunc cum primùm nutrix illi offerret, raptum cum indignatione ad parentes defert, titubansq; (quinquennis enim adhuc ægre pauca proferre poterat verba) conqueritur de coloris nouitate, ac gustus insolentia, petitq; nutricem castigari, quæ talem alumno panem apponere ausa fuisset. Vir factus, varijs implicatus negotijs ac molestijs, bellando consenuit, quorum magnitudine, varietate, hostiumq; potentia ac ferocia, meritò inter summos Imperatores ac Reges numerari meretur, nisi plerisque à fortuna desertus, non eodem quo ab Ottronibus, Fredericis, Heinricis, Rodolfo, ac Alberto Habsburgicis successu bella sint gesta. Varia enim Maxæmilianus iactatus est fortuna, tam cum exteris, quàm cum subditis; de honore ac vita periclitatus, ita vt nonnunquam subdubitasse fortunâ dixisses, lata ne eum fronte aspicere, auerso vultu deserere vellet; eo tamen inconstanti naturæ suæ adhibito temperamento, vt potius eum vincere quàm vinci mallet, nonnunquam ab irrito conatu nec victum nec victorem domum dimitteret. Ac proinde qui vnico intuitu omnem rerum à Maxæmiliano toto vitæ cursu gestarum seriem, variâq; in tanta rerum vicissitudine iactationes considerare, æquaq; lance ponderare voluerit, facile confitebitur, res eum publicas ac priuatas auxisse, non diminuisse, limitesq; Ditionū protulisse, famam, auctoritatem, ac nominis familiæq; splendore in-

1519. exterorum Principum Aulis admirabilē illustremque fecisse. Magis tamen, ut verum fateamur, res domesticas quam publicas augēdas existimauit, suscepitque quod iam ante aliquot sæcula Imperij Germanici sic fatum tulisset. Certē istud luce clarius rem penitus intuenti apparebit, voluisse Deum ut Philippus Bonus, eiusque filius Carolus Pugnax, Belgici Regni fundamenta firmissimē iacerent, Maxæmilianus solidissimē inædificaret, eiusque è filio nepos Cæsar Carolus Quintus tectum pulcherrimo ædificio aureum imponeret, quod sub filio Philippo, Hispaniarum Monarcha potētissimo, ab omnibus ferē Europæ populis, summa incolarum cum miseria, per causam restituendæ Religionis diriperetur, ut ex aureo fortē ferreum fieret tectum; populatīsq; Belgici Regni opibus, labefactaque libertate, membrum nouæ emergentis Monarchiæ necessariō quoque cum quamplurimis nobilissimis fieret Prouincijs. Maxæmiliano in rebus aggrediendis nec animi magnitudinē, nec consilij facilitatem, nec in perficiendis fortitudinem, audaciam, facundiam, nec promptitudinem vnquam defuisse, res eius gesta docuerunt: in ijs tamen quæ præsens periculum minitari videbantur, ab animi constantia solere eum destitui, paulo antè diximus. Quid enim sub Luna adeō absolutum, in quo humanæ imbecillitatis nulla apparēt vestigia? Verūm quod fors ferebat, æquo animo tolerabat, alia aggrediens via, quod hac non successisset; longo doctus vsu, virtutis præmium non à fortunæ inconstantia, nec ab imbecillitate humani iudicij, sed ex sola arcanaque diuinæ Maiestatis sapientia prouidentiaque pendere: quod cum paucis Deus in ipsa rerum agendarum aggressione, omnibus tamen in futurum, disculsis tenebris, aperit, declaratque, nisi ipsam mentem auferat. Varia ac docta Cæsari Maxæmiliano Epitaphia ac Elogia à viris literatis fuere scripta, quod eius tempore poliorum literarū disciplinæque omnes è cœlo detractæ, ac ab Inferis excitatæ, Europæ exornarent; nullaque non erant paulo elegantiora ingenia, quæ non ad eloquentiam sub liberalibus Mæcenatibus se exercerent.

EPITAPHIUM CÆSARIS MAXÆMILIANI

primi, ab eius ex filio nepote Cæsare Ferdinando
primo Viennæ Austriz positum.


IMPERATORI Cæsari Maxæmiliano, Pio, Felici, Augusto, Principi, tum pacis, tum belli artibus, omnium ætatis sue Regum longè Clarissimo, sub cuius felici Imperio inelyca Germania, dulcissima ipsius Patria, tam armis, quam literarum studijs, plusquam antebac florere, caputque super alias nationes extollere cœpit; cuius insignia facta Tabellis inferioribus, quamuis sub compendio, expressa conspiciuntur; Imperator Cæsar Ferdinandus Pius, Felix,

Felix, Augustus, ano paterno perquam colendo, ac bene merito, pietatis ac gratitudinis ergo posuit.

Tabellæ, quarum mentionem facit, breuem rerum à Maxæmiliano gestarum Epitomen continent.

VITAE CAROLI QVINTI CÆSARIS PARS I.

HISTORIÆ LIBER OCTAVVS.



CAROLVS Austriacus, Hispaniarum Rex, Belgarum Burgundionumque Princeps, ac Cæsar nominis quintus, ex antiquissima Habsburgicæ Procerum familia ortus, Philippi Austriaci ac Ioannæ Arragonæ Castellæ, &c. Regū filius, Cæsaris Maxæmiliani primi è filio Philippo nepos, natus est Gandavi, Flædriæ primaria Vrbe, anno 1500. Mensis Februarij die vigesimo quarto, mane paulo ante horam quartam, quod eius mater Ioanna ex Hispanijs grauida appulerat. Lauit eum sacra aqua Antistes Tornacensis. Infantiam pro maiori parte Mechliniæ, apud amicā Margaritam, Philiberti Sabaudia Ducis viduam, trāsēgit; quæ Belgis à patre Cæsare Maxæmiliano præfecta, cum Margarita Eboracensi, Caroli Pugnacis vidua, Aulam hinc constituerat. Mortuo patre Philippo, quum ætas formandis moribus excolendoque ingenio idonea aduenisset, amita Margarita, è Belgicorum Consiliariorum sententia, puero nōdum septenni dat Præceptorem Adrianum Florentij Ultraiectinum, virum tenuissimæ fortunæ, è media plebe natum, sed qui felici literarum studio ad supremum Academiæ Louaniensis honorem peruenerat, sacerdotiaque aliquot opima ob vitæ probitatē meruerat; omni hominum generi ac conditioni admirabilis factus, quod à pueritia ad mortē vsq; vitam laudabili innocentia ac non simulata continentia transēgisset: qua hominum opinione clarior factus, tandem per celeberrimos sacrorum honorum gradus, fato suo innixus, ad summum Pontificatum peruenit. Et quanquam ea non esset in Adriano literarum elegantia, quam sæculum istud raris ingenijs, omni disciplinarum genere instructissimis, fertilissimum requirebat, ac suspiciebat, in scholasticis tamen concertationibus ad admirationem exercitatus, quum Theologiæ cyclo-

1519. pædiam absoluisset, nil ignorare vulgò existimabatur, dignus proinde iudicatus, cui tanti Principis institutio committeretur. Quare nil mirum, si discipulum Carolum eadem naturæ ac indolis bonitate gravitateque ornatum, quum, dehortatibus nobilibus nutritijs, literis non posset, singulari iustitia ac pietate imbuerit, protectoremque constantem antiquissimæ Religionis Catholicæ effecerit; sæpe quum eum literas citius, quam deceret, deserere videret, admonens, recordaretur postremorum vtriusque aui verborum, qui iustate morte, multis presentibus, renuntiare nepotibus iusserant, ac testamentis inseruerant, maiorum insistentes vestigijs, aitam religionem, à Christianis Germanis huc vsque pie cultam, constanti animo contra omnes Nouatores, publiciq; status perturbatores, cum vitæ etiam periculo defenderent. Testatus est non semel Carolus postea Cæsar factus, quum diuersarum nationum Legatis Latinè orantibus respondere eadè lingua non posset, prædixisse sibi sapius Præceptorem Adrianum, futurum aliquando, vt ob desertas ante tempus literas eum pœniteret. Verum se id experiri, quod viros doctos magna cum gratia apud se orantes non satis intelligeret, multominus Latinè respondere posset. Huic incommodo occasionem dedisse volunt scriptores Guilihelmum Crouiacum, Cheuræ ac Arschothi Dominum, Caroli Principis nutritium, qui, vt alumnum solus possideret, à literis auertere, militaribusq; studijs exercere, ac peditum equitèq; armorum genere à pueris instruere cupiebat, quod his eum magis studijs delectari cõspiceret. Successiuis verò horis Historias lingua Francica ac Hispanica scriptas (has enim cum Belgica ac Germanica addiscebat) legendas puero proponebat, tum quod maiorum pace belloq; gesta impolitè narrarent, tum quod Latinorum Historiographorum sublimitatem, copiam, ac artem nondum assequeretur. Mortua aui materna Elizabetha Castellæ Regina, pater Philippus cum vxore Ioanna in Hispaniam profectus, eius hæreditatè, hortatibus Hispaniæ Proceribus, inuito socero Rege Ferdinando adiit, eumq; duris conditionibus Neapolim proficisci cõegit. Sed cum paulo post pater Philippus diè obiisset, auusq; Ferdinandus in Hispaniâ esset reuersus, videreturq; de Hispaniæ Proceribus, qui se deserto ad generum defecerant, pœnas sumpturus, Cheurius Margaritæ Austriacæ persuadet, nepotum nomine Legatum ad Regem Ferdinandum, qui Proceres ei conciliet, mirat. Cumq; idoneus ad hanc rem vir quæreretur, operâ Cheurij Adriano prouincia committitur, iudicatis, eo semel amandato, facillè alumnum cum amita Margarita in potestatem suam concessurum. Ablegato hac arte in Hispaniam Adriano, Carolus planè literas Latinas deseruit, quanquã abiens Adrianus submonitorem, sed qui nil autoritatis habebat, reliquisset. Facillè Adrianus Hispaniæ Regulos Ferdinando conciliat; tantamque apud

1519. apud eum est nactus gratiam, vt mortuo Derthusiensis Antistite, in eius locum sufficeretur. Accidit autem vt paulo post Pontifex Leo decimus, ob coniurationem contra se initam, Cardinales aliquot dignitate priuaret, ac triginta & vnum nouos in eorum locum crearet, inter quos vnus fuit Adrianus Derthusiensis tum Præsul. Cheurius æmulo Adriano liberatus, cum paulo post in Hispanijs Archipræsul Bisontinus, ac Antistes Cameracensis, præcipui Regis Philippi Auftriaci Consiliarij, diem supremum clausissent, neminem sibi autoritate parem apud Belgas habebat. Ad annum vsque ætatis Caroli decimumquintum, auus Maxæmilianus, rogantibus Belgis, domitisque rebellibus, Ditiones eas gubernauit: sed quum in Germaniam ac Italiam esset profecturus, filiam Margaritam Belgis præficit. Hispanias gubernabat Ferdinandus Catholicus, Caroli auus maternus, quod mater Ioanna, Philippi mariti morte, mente (eius desiderio) commota, gubernationi esset inidonea. Narrauimus in Vita Cæsaris Maxæmiliani omnia quæ illis annis Caroli auorumque eius auspicijs sunt gesta: quo tempore apud Belgas Principe viro dignis artibus (exceptis literis Latinis Græcisque) liberaliter est instructus, loquens pro ætatis ratione Latinè, Belgicè, Germanicè, Fræcicè, Hispanicè, & Italicè. Armorum omnigenere quotidie corporis ingenijq; vires experiebat, quæ admodum & venatione, luctatione, cursu, saltu, ac pila. Calendis Ianuarij anno 1515. quum eiurata auus Maxæmilianus tutela eum emancipasset, Francorum Rex Lodovicus duodecimus moritur, succedente genero Francisco Engulemæ Comite; ad quem Carolus Nassauij Comitem mittit, tum vt de suscepto Regno ei congratularetur, tum vt de Flandria ac Arthesia clientale sacramentum diceret, initumque haud ita dudum fœdus, nouis aliquot additis conditionibus, confirmaret: quod fœdus magis ad præsentis temporis commoditatem, quam vt duraturæ diu amicitia firmum esset vinculum, fuit idem. Sequuta est anno 1516. mense etiam Ianuario mors Regis Ferdinandi Catholici: qua vsus occasione Francorum Rex Franciscus, qui pacem apud Belgas cum Carolo factam ad res Italiæ minime spectare censebat, deuictis ad Maritanum Helueticis, redactaque in potestatem Vrbe ac Ducatu Mediolanensi, partem exercitus ad recipiendum Regnum Neapolitanum misit, ratus Carolum, constituendis rebus Hispanicis exigua propter adolescentiam cum autoritate impeditum, rebus Italicis necessaria auxilia non submissurum. Sed mutare consilium Rex Franciscus est coactus, quod Cæsar Maxæmilianus cum iustis peditum equitumque copijs in Italiam properaret, vt Francos non solum Mediolano, sed vniuersa pelleret Italia. Quumque Cæsaris irritus fuisset conatus, quanquam Angliæ Rex Henricus octauus Pon-

1519. rixæq; Leo, à Francis alienati, pecuniam Cæsari suppeditarent, abiecta tamen Rex Franciscus pro tempore belli Neapolitani cogitatione, consilia ac vires cum Venetis iungit, utque Brixiam Veronamque recuperent animum intendit, alterum cum Carolo Nouioduni foedus faciens, non minus quam suum, propter conditionum iniquitatem, duraturum; quas Carolus suadente Cheurio admisit, ut sibi necessario in Hispaniam proficiscenti iter tutum Rex Franciscus præstaret, neque absentem bellum inferret. Paratam enim Middelburgi Zelandiæ classem Carolus conscendens, felici navigatione Villauiciolam apud Catabres decimo-nono Septembris anno 1517. appulit, susceptusque est ingenti Procerum populique Hispaniæ lætitia, qui cum ingenti multitudine subito accurrerant. Mense Februario anno 1518. in Hispaniæ Regem est inauguratus, matre Ioanna Regni gubernatione, ob cerebri læsionem, perentibus Proceribus, hac lege cedente, ut in omnibus Edictis ac Diplomacibus filij Caroli nomen, matris semper postponeretur, neque alio, ea viua, titulo, quam Principis Hispaniæ, vreretur, Carolo facile in ipso noui Regni exordio hac in re Proceribus obsequente. Eodem tempore iterum pax inter Reges Carolum ac Franciscum est confirmata, numeravitque Carolus Lugduni Franco, è foederis Nouiodunensis pacto, centum quinquaginta millia aureorum liliorum; adeoque in speciem amicitiae per simulationem animos composuere, ut die qui D. Michaeli sacer est, Rex Carolus equestrem ordinis D. Michaelis torquem publice collo gestaret, vicissimque Rex Franciscus die D. Andreae consecrato palam Aurei Velleris insigne humeris præferret. Cæsar Maxamilianus vndique pacem nactus, dudum in ea fuerat cogitatione, alterum è nepotibus Rom. Regem creari curaret, inclinabatque animus in Ferdinandum, quod Carolum Hispaniarum ac vtriusque Siciliæ Regem, Belgarum Burgundionumque Principem, potentem satis esse conspiceret resistendis familiæ hostibus. Sed Sedunensis Cardinalis, omnesque Cæsaris amici, Francis infesti, eum hortabantur, Carolum ad summum potentiae fastigium eueheret, familiæque columnam constitueret, docentes idem fuisse iudicium Regis Ferdinandi Catholici, suadentis nouam nepoti Ferdinando quaerendam potentiam, Imperium verò cum amplissima hæreditate Carolo relinquendum; quam sententiam condito testamento eum comprobasse demonstrabant, quanquam Ferdinandum, apud se natum educatumque, ut filium dilexisset, nec vnquam Carolum vidisset, eumque insuper in extrema ætate parum obsequentem ac morigerum sentisset: sed publici boni causa, inopiæ Ferdinandi nil miserum, testamento Regnam hæreditaria, quam bello parta, Carolo legasse. Quum Francorum Rex Cæsarem Maxamilianum pro Carolo apud Septem-viros labo-

rare

1519. rare intellexisset, omni arte ac ratione intercedebat, ne tot hæreditarijs Caroli Regnis, Imperij dignitas potestaque coniungeretur, Venetos, ac Pontificem Leonem, idem ut impedirent, missis Legatis adhortans. Germanos verò, ingenti profusa pecuniæ summa, in suam trahere sententiam conabatur. Sed Cæsar Maxamilianus, plus Franco auctoritate valens, Septem-virum animos ferè Carolo conciliarat. Is verò in Germaniam (si vera scribit Franciscus Guicciardinus) duo millia auri pondo Septem-viris distribuenda miserat; statueratque & Pontifex Leo, à Franco alienatus, Maxamiliano in Germaniam Imperij auream mittere coronam. Ea enim redimitus, nominandi Romanorum Regis potestatem Cæsar habet. Sed rebus ad effectum nondum planè perductis, Cæsar Maxamilianus duodecimo Ianuarij anno 1519. moritur, fuitque quinque mensibus in Imperio interregnum, quo tempore Carolus ac Franciscus Reges non amplius secretò, sed palam ad Imperium aspirare, tandemque illud per clarissimos Oratores petere cœperunt, non quidem artibus tantis Principibus indignis, sed suæ quisque authoritati suisque opibus ac amicis innixus, utque solent honesti ac generosi riuales, scientes alterum tantum adamata virgine potiri posse. Et quanquam Rex Franciscus amicos in Germania potentes haberet, ipseque Pontifex Leo, mortuo Cæsare Maxamiliano, ad Francos animum conuertere videretur, rem tamen Carolus obtinuit, tum quod avus Maxamilianus iam dudum viam complanarat, tum quod non minoribus Franco nitens amicis, è Septem-viris non paucos pro se haberet, inter quos erat Lodowicus Bohemiæ ac Hungariæ Rex, ob nouam arctamque hinc inde cum Austriacis contractam affinitatem enixè Carolo studens. Soror enim Caroli Maria Regi Lodowico erat desponsata: Anna verò, Regis Lodowici soror, Ferdinando Caroli fratri erat nuptura. Rogati à Franco Heluetij, tum primùm cum eo foedere iuncti, se Germanis commendarent, Septem-viris scribunt quid Francus petisset: ne verò vlla ratione externum Cæsare, ad ignominiam nominis Germanici, legerent, suadebāt. Erāt autem hi eo tempore Septem-viri: Albertus Moguntij, Hertmanus Coloniae, Richartus Treuerorum Archipresul, Fredericus Saxoniae Dux, Lodowicus Bohemiæ ac Hungariæ Rex, Ioachimus Marchio Brædeburgius, ac Lodowicus Comes Palatinus ad Rhenum. Hi à Moguntino Archipresule cōuocati (eius enim id est in Germania officium) Fracofurtū ad Mœnum Amnem situm cōueniunt, acerrimisq. orationibus Moguntinus pro Rege Carolo, Treuir pro Rege Fracisco certat; quas eleganti stylo cū coronatione Caroli descripsit ac edidit Georgius Sabinus Brædeburgius, electioni cum Brandeburgio Principe suo presens: à quo sua mutatus Ioannes Sleidanus, in gratè docti diligentisque authoris nomen subtrahit.

1519. cuit. Dum dubij horum orationibus Septem-viri sententias non explicant, tandem Imperium Frederico Saxonix Duci Septem-viro offerunt. Sed is constanter dignitatem renuens, docebat Regem Carolum non esse externum, vt voluerat Treuir, sed Principem e præcipua Germanix nobilitate ortum, in ea natum educatumque, habere in superiori ac inferiori Germania hæreditatem amplissimam, eiusque familiam Cæsares complures de Germania ac Imperio optimè meritos protulisse, eum propter potentiam, nobilitatem, virtutis bonæque indolis spem ingentem, cæteris omnibus præferendum, seque eum suo calculo Cæsarem designare. Leges ei præscribendas, quibus pericula ac incommoda ab Archipræsulibus in medium allata vitentur, Germanixque libertati consulatur. Hanc Saxonis sententiam cæteri Septem-viri comprobant, ac vigesimo-octauo Iunij huius anni Carolum Austriacum Hispaniarum Regem, Belgarum Burgundionumque Principem Cæsarem renunciant, mense quinto, ac die decimo-septimo, ab obitu Cæsaris Maxæmiliani. Expectabant Moguntia Legati Regis Caroli rei euentum, erantque Marthæus Antistes Salsburgensis, Cardinalis Sedunensis, Fredericus Bauarus, Comes Palatinus, Casimirus Brandeburgius, Henricus Nassauij Comes, Euerardus Marcanus, Antistes Leodiensis, Bernardus Præsul Tridentinus, Maxæmilianus Zeuenbergius Belga, cum aliquot Caroli e Belgio Consiliarijs. His Septem-virum sententia renunciatur, ac leges, secundum quas Carolus imperaret, offeruntur. Quibus perlectis, Caroli nomine subsignarunt. Exinde Moguntinus, in Æde Francofurti D. Bartholomæo sacra, pro Concione Carolum Austriæ Archiducem Cæsarem pronunciat, Deoque gratias agendas præcipit. Tum in eius laudes digressus, quamobrem cæteris sit prælatus, edisserit. Subsequitur multitudinis applausus. Vocantur exinde Legati, qui Moguntia egressi, vnico tantum Francofurto milliari aberant. Cum his res Imperij constituunt, donec Carolus aduenisset, duraturas. Casimirum Brandeburgium Imperiali exercitui præficiunt. Fredericus Palatinus Legatus in Hispaniam ad Carolum cum literis mittitur, quibus de electione certior reddebatur, quem tamen priuati aliquot, incredibili celeritate vsi, præuenere, e quibus vnus nouem diebus Francofurto Barcionam est profectus. Palatinus instantibus Cal. Decembribus in Hispaniam ad Regem Carolum venit, Septem-virum literas tradit, ac cætera, quæ in mandatis habebat, exponit. Respondet Mercurianus Gatinaris, Caroli Cancellarius, admittere Regem Carolum grato animo tantorum de se Principum iudicium, delegatumque amplissimum onerosissimumque honorem amore cõmunis patriæ recipere, curaturumque, rebus in Hispania maturè constitutis, primo quoque tempore iter in Germaniam ac celeret.

1519. celeret. Cumque in eundem ferè modum Septem-viris rescripisset, liberaliter donatum Palatinum dimittit. Atqui hac ratione repulsam est passus Francorum Rex Franciscus nominis primus, quum tamen immensam auri summam profudisset, quisuis potius quam Carolus legeretur. Legati Francici, qui hæctenus Confluentia, Treuerensis Ditionis Oppido, hæserant, Caroli electione intellecta, in Franciam sunt reuersi. Rex Franciscus summas Caroli opes Imperij accessione formidabiles Franciæ futuras non insulse iudicabat. Vniuersas igitur ac florentissimas Regni sui opes viresque crescenti Cæsaris potentia opponendas, concitandos omnes Europæ Principes contra Carolum, bellaque ei continua facere, ac procurare, Germaniamque ipsam, factionibus opportunam, perturbare decernit, consilijs suis aptissimam iudicans, propter noua in Religione dogmata non ita pridem à turbulento Monacho introducta, ac à leui popello facile admissa. Inprimis verò subditos Caroli, qui, varijs Europæ plagis ab inuicem longo terrarum interuallo disiti, lingua, moribus, ac institutis toto cælo differebant, ad rebellionem aptissimos fore censebat. Sed re infeliciter tentata, nil aliud effecit, quam vt audaculi fatiique aliquot pœnas temere in ita rebellionis luerent. Primi fuere Austriaci, Cæsare Maxæmiliano vix in terram condito tumultuare incipientes. Quum enim Ordines Viennæ congregati Cæsaris Maxæmiliani testamentum resignassent, eumque nepotem Carolum hæredem in assem fecisse, cæteraque omnia prudentissimè constituisse cernerent, id vnum inquietis displicuit, quod eos, qui publica obibant munera, loco non moueri iussisset, antequam alter nepotum in Austriam profectus præcepisset. Turbulenti enim homines, proborum munijs ac dignitatibus inhiantes, Carolum Hispaniæ Belgiæque rebus constituendis intentum, populisque in officio continendis impeditum, in Austriam seriùs aut nunquam venturum sperabant: Ferdinandum verò, ætatis annum decimum-septimum vix attingentem, nondum formidandum iudicabant. Primum igitur Viennæ seditionem excitant, ac Austriæ Ditionum Præfectos, ob res malè (vt credi volebant) administratas, loco mouendos clamitant; tum qui minores dignitates ac Magistratus obinebant, remouendos, nouosque creandos, vociferabantur. Quumque Viennensium tumultus per vniuersam increbuisse Austriam, nec quicquam veterum Præfectorum Magistratumque authoritas ad sedandum tumultum valeret, virique aliquot claro loco orti, sed animo malè sani, rebellionem promouerent, indiesque turbulentorum concitatione vulgus magis magisque insaniens, armæque spectans, vim probis illaturus videretur; cedentes violentæ necessitati Rectores omnes, relicta Vienna, pars maior Neustattum, fidelissimum Principibus munitissi-

1519. munitissimumque Oppidum, cum vxoribus, liberis, rebusque pretiosioribus lecedant, non exiguis in abitu iniurijs à Viennensibus affecti, falsisque criminibus onerati. Tum seditiosi è suis Præfectos ac Governatores legunt, qui, non aliter ac si Austriæ Principes fuissent, rationes impensarum ac acceptorum ad se referri iubent, Archiducumque annuos reditus in suam potestatem redigunt, officia muniaque publica pro animi libitu conferunt, Magistratus constituunt, Sacerdotia distribuunt, ac quicquid erat sacri profanique nominis, publici priuati que muneris, cum pacis bellicque rationibus ex arbitrio dispensant. Erant autem hi ex omni nobilitate lecti numero sexaginta viri inquietissimi, sacre profanæque conditionis, ac inter hos Præfectus Carthusianorum Mauuerbacensium, homo stultissimus, audacissimus, temerarius, ac insigniter seditiosus, qui, rupto claustro, in publicum pronolans, falsisque verisimilia miscens, plebem ad insaniam, seditionem, ac rebellionem magno animi impetu concitabat. Aderant sexaginta Nobilibus è plebe à consilijs non pauci, qui ira, odio, ac inuidia in Archiduces, eorumque Præfectos, sine ratione flagrabant. Quumque nullus eorum libidini se armis opponeret, sed tantum diuisi in duas partes ac factiones, hi Archiducibus, illi nouis Præfectis obtemperarent, ferè per biennium hæc rerum facies ac Reipublicæ status durauit. Interea aliquoties ad Regem Carolum in Hispaniam Legatos miserant, rogantes, ea quæ constituendæ Reipublicæ Austriacæ causa egerant, rata haberet. Sed is semper ita respondit, vt facile sentirent, eum probè intelligere, se Austriæ Archiducem esse. Sed tum maximè animis consternari cœpere, quum Carolum Cæsarem renunciatum intelligerent; contra verò ij bene sperare, qui in fide permanserant, breuè è seditiosorum tyrannide se liberandos conspicientes; qua rursus spe ferme excidère, quum contra opinionem subito nunciaretur, Hispaniæ populos ac ciuitates, arreptis armis, ad seditionem commotos rebel-
lare. Quare denuo, oppressis probis, magno cum factu seditiosi veterè exercebant tyrannidem. Existimabant enim Hispanorum rebellionem aut succubirurum Carolum, aut graui diuturnoque bello implicatum, in Germaniam ab aliquot annis non venturum. Misera proinde erat vbiquere rerum in Austria facies, magnoque in vitæ fortunarumque versabantur periculo, qui plebis seditiosorumque rebus vel minima in re aduersari audebāt. Adulari igitur plebi, seq; submittere cogebantur, succurrere eorum necessitatibus, luxui libidini que seruire necesse erat. Interea qui munitis se continebant locis, Archiduces, aut eorum Legatos, cum copiis expectantes, scriptis (quum nil aliud possent) diuulgatisque libellis coniuratos confisgebant. Illi recriminantes, ac vera falsis miscentes, Austriam Germaniamque hinc inde famosis libellis

reple-

1519. replebant. His accedebat aliud ingens malum, pullulans hoc anno per vniuersam Austriam immedicabilis pestilentia, quæ statim à morte Cæsaris Maxæmiliani sauire incipiens, Pagos Oppidaque non pauca vastans, vacua cultoribus reliquit. Vnde sementia in agris perire, recondita in granarijs fruges putrefacta muribus gliribusque cessere, opimæ hæreditates, iusto qui adire hærede non reperto, occupantium prædæ mansere. Nulla enim erat Ciuitas, nullum Oppidum, Vicus, Pagus, Arx, Villa, domus nulla à contagiosa lue libera. Nec tamen interea insanire desinebant Austriaci, donec Rex Carolus, opinione ac desiderio eorum citius Hispania profectus, in Germaniam venisset, acceptaque Aquiligrani Caroli Magni corona, Vormaciæ Principum Germaniæ primum ac celeberrimum habuisset cõuentum. Vnde literis summa cum autoritate scriptis, ac Viennam missis, nouis Præfectis ac Governatoribus præcipit, deposita administratione his obediant, quos missi à se Legati essent constituturi, additis minis Cæsare dignis, si quis in rebelli contumacia perstitisset. Plebi omnia præterita condonat, pauci vita bonisque multantur. Quumque rebellio ferè per biennium durasset, sub initium mensis Ianuarij anni 1521. finem, vt suo scribemus loco, habuit. Circa huius anni finem Carolus Egmondus, Geldriæ Dux, vxorem ducit Elizabetam, Luneburgi Ducis filiam, è qua moriens nullos reliquit liberos. Groningani ad honestas nuptias vocati, duos Consules mittunt, Ommelandij Legatum Lenippium. Erant hi vestiti tunicis undulatis, quæ è pilis confectæ camelorum, vulgo *Camelot* vocantur. Togæ è serico erant factæ, quod vulgus Satinum appellat, omnia atri coloris. Famuli numero viginti septem, eodem cum heris colore, sed vilioris materiæ, erant amicti. Offerebant nouis nuptis pocula aliquot argentea deaurata, equos generosos, ac boues insigniter saginatos, quæ simul aestimata fuere bis mille quingentis aureis Rhenensium florenis. Tum Groningani à Duce per eosdem Legatos certa quædam priuilegia, ac veterum confirmationem, rogant. Is nil nouis subditis, leui momento ad defectionem procliuibis, negandū intelligens, propria manu Tabulas subsignat, ac sigillo Ducali corroborat. Instruebat se interea Rex Carolus, vt mari è Hispania in Belgiū, indeque in Germaniam, ad Imperij coronam suscipiendam, statumque eius componendum, proficisceretur: cum hostes, eius felicitati inuidentes, non contenti rebellionem Austriacorum, maiorem ei per Hispaniam hac de causa concitant. Fuerat, vt scripsimus, Rex Carolus ultra biennium in Hispania, populorum Procerumque animos sibi conciliaturus, beneuolentiam amicitiamque moribus se eorum ac institutis accommodando paraturus, Hispanici verò Regni firmum ac stabile fundamentum iacturus. Sed quod in constituendo noui Regni statu Bel-

Y y garum

1519. garum vt plurimum vteretur consilio, Hispaniæ aliquot Proceribus displicebat. Eminebant tum inter Regis Caroli Belgas Consiliarios Adrianus Florentij, Antistes Derthufiensis, pueritiæ eius informator, è Legato in Concilium receptus, ac præcipuè Guilhelmus Croniacus, Philippi Comitis Perceani filius, primus Arschoti Marchio, ac Cheura Baro, summæ apud Carolum authoritatis, quem qui eo tẽpore amicum habebat, quiduis impetrabat. Hic (vt est pro maxima parte omnium hominum improvida natura) Belgas omnibus in rebus promouebat, officia, munia publica, ac Regij iuris Sacerdotia conferebat: illi ambientibus Hispanis numerata vendebant pecunia, ad eò præsentis lucri dulcedine excæcati, vt nec rei turpitudinem animis conspicerent, nec impendentis inde mali periculum considerarent, sed noctes diesque cumulando transmittendoque ad Belgas auro intenti, murmurantium Hispanorum obloquia ac criminationes obturatis auribus contemnerent. Erant eodem tempore in Hispania aliquot Nobiles turbulenti, nouarumque rerum cupidi, Regi Carolo leuibus de causis infensi. Hi à Francorum Rege clam concitati, ingentibusque promissis animati, hanc in nouandarum rerum occasionem celo demitti censes, gubernationem criminari incipiunt. Vociferantur paucos Belgas adolescentem Regem ab infantia præstigijs incantatum in potestate habere, Hispanos Belgarum seruituti subijcere, leges statutaque euertere, extraneis munia publica priuataque conferre, nihilque miseris relinquere Hispanis, quam quod parata à Belgis emant pecunia. Qua ratione emuncta auro Hispania, Regem Carolum cum immenso auri pondere in Germaniam profecturum, vt Imperij redimitus corona, in eius medio sedem figat, fulgensque auro Hispanico triumphet, regat, ac adorari se sinat, Hispaniam interea Belgis gubernandam, expilandam, ac teterrimè seruituti subijcedam relicturus. Quò enim aliò Cheuriũ tendere, qui iam dudum omnem Belgarum aream monetam, mixto argento fucum tegentem, exportata aurea ac argentea, stultissima commutatione nobis reliquit? Nulla hæc ratione ferenda viris in libertate natis ac educatis, retinendum ac in ordinem cogendum Regem Carolum, puniendos auaros Belgas, reliquos Hispania pellendos, populumque in libertatem asserendum. His similibusque vocibus attentam in res nouas plebem in partes trahunt, ac pauci primò viri nobiles inter se cõiurant. Author ac causa fuit Ferdinãdus Daualus, illustri Hispaniæ loco natus, qui certa causa Gadum præfecturam priuatus, vindicare se cupiebat. Profectus igitur Tolosam Daualus, ad ædes Ioannis Padigliæ, viri ea in vrbe nobilis ac præpotentis, diuertit, cuius iam antea vxorem Mariam Paczcam, Tendilij Mendosæ filiã, feminã atrocem, sauiam, ambitionem, ac dubiæ famam, in partes traduxerat, eaque maritum vel renitentem eodem traxerat. Hic rebellionis iacitur fundamentum,

1519. mentum, quam illi Sanctam Vnionem, ac Hispanico vocabulo Sanctam Giuntam appellauerunt. Subscribere cum his Anthonius Daccugna, Zamoræ Antistes, clara Osforiorum familia ortus, vir sauus ac inquietus, annos circiter septuaginta natus, cui diuturnæ intercedebant cum Comite d'Alba de Lista, Zamoræ habitante, inimicitia, quæ coniuratorum auxilio pellere statuerat, ac Archipræsulatum Toletanum occupare. Deinde Petrus Gironius, cui Medina Sidonia à rebellibus erat concessa, qui tamen medio rebellionis feruore, desertis cõiuratis, ad Regios se contulit. Saluatoræ Comes, cui summa Castellæ præfectura erat attributa. Clauerus d'Alcantera, cui suprema Ordinis Equitum Alcáraz præfectura erat donata. Ioanni Padigliæ, Petri Lopes filio, relicta erat præfectura Ordinis Equitum D. Iacobi. Petrus Lalsius Urbis Toletanæ erat constitutus Præfectus, qui tandem etiam ad Regios se contulit. Quintaniglius Medinæ præfaturus erat. Ferdinandus Villosa, exacturus germanum fratrem, Torri dominatum quærebat. Petrus Pimentellus, Salamanticæ Imperium animo deuorarat. Abbas Complutensis Zamoræ Episcopatum inhiabat. Prior Vagliadolitanus Valentiæ Episcopatum sibi destinarat. Ramirus Nuguentis Urbem Legionem ac Comitatum Lunæ deglutierat; Carolus d'Arellius Soriam ac Vrabiam. Ioannes Brauius Comitatum Chinchonij animo possidebat. Hi præcipui viri nobiles, fœderi coniuratorum subsignantes, turbam minorum Nobilium, Assessorum, Cõsiliariorum, Præfectorum, diuitum mercatorum ac ciuium, ad idem faciendum induxerant; quibus accesserant Ciuitates ac Oppida Regni Castellæ ferè omnia, pecuniaque pro parte cõferri ad cogendum militem iam erat cœpta. Verum non ad eò secretè res à turbidis ingenijs administrari potuere, quin breui emanarent: veritusque Cheurius ne in se cuderetur faba, ac à sua cæde rebellio inciperet, per speciem inuisendæ classis quæ pro Rege Carolo in Belgiũ traiecturo apud Astures, nunc Biscaia, summa cum diligentia instruebarur, cum omnibus rebus fugam capit. Mense Martio anno 1520. Rex Carolus Valledoleto Toletum proficiscitur; conuocatisque Hispaniæ Ordinibus, pecunias ad iter imperat. Recusant collationem Castellani, nisi Belgas Hispania dimittat, eamque indigenis gubernandam committat. Aegerrimè ferebat Rex Carolus, extorquere eos velle, quod erat rogandum. Contentus igitur pecunia, quam pacatè Ciuitates conferebant, ad iter se parat, Petroque Gironio, qui paulo antè in iudicio causa ceciderat, quòd superbo ore iterum eadem de re ius sibi fieri petisset, grauitè minatur. Sed mox certior factus, vndique rebelles copias cogere, collectis subito vasis, aère pluuio ac ventoso, fugienti similis, Toletum in Astures ad classem contendit, Adrianum Antistitem Derthufensem, Cardinalem, vniuersæ præficiens Hispaniæ, ac omnibus Regulis

1520. gulis enixè commendans. Ciuitatum Legati domum redeuntes, variè sunt excepti. Plerique enim, quòd Regi Carolo pecuniam essent polliciti, pulsati sunt, aut multati. Segouianenses suos, quòd pecuniam negassent, ad instar ouantum recepere. Cardinalis Derthusiensis, initia rebellionis repressurus, Prætorem Ronchillium cum ala equitum, ac aliquot peditibus, contra Segouianos mittit; qui eorù agros euastans, ne commearus inferretur prohibebat. Sed auxilijs Toletæ ac Salamancæ submissis, Ronchillius Segouiam deserere cogitur. Interea Rex Carolus è Portu Oppidi Corunnæ, quod est in Gallicia apud Astures, opportunum nactus ventum, sine mensis Aprilis Angliam versus dat vela, paucosque post dies, felici vsus navigatione, in Portum Oppidi Hamptonij, non, vt olim pater, tempestate coactus, sed sponte se intulit, inuisurus ac communicaturus cum amicissimo Rege Heinrico octauo, qui Caroli materteram Catharinam in matrimonio habebat, ac ex ea filiam Mariam educabat. Quumque aliquot diebus amucissimè egissent, veteramque fœderum leges renouassent, hæc adiecere: Reges se mutuò subinde, destinato inter Calerum ac Grauelingam loco, cum æquali comitum numero inuisuro. Rex Henricus vxorem Catharinam, Carolus amitam Margaritam adducito. Vtriusque comites inermes lateralem tantum gladium portanto. Portus hinc inde classibus tempestate dissectis ac mercatoribus patento. Rex Henricus quinque armatis nauibus in Septentrionem ac Orientem nauigans, mare à piratis tutum redditio. Idem Rex Carolus in Meridiem ac Occidentem æquali nauium numero velificans facito. Vtriusque receptus in Portum Oppidi Hamptonij esto. His Londini subscribere, ac sigillis Tabulas munire, additis alijs legibus permultis, ad vtriusque subditorum mercaturam exercentium commoditatè spectantibus; in quibus maior Anglis quàm Belgis libertas concedebatur. Exinde Rex Carolus valedicens auunculo, materteræ, ac consobrinæ, Proceribusque salutatis, nauem conscendit, ac in Zelandiam, Belgarum Prouinciam, cum triginta onerarijs appellit, omniumque Ordinum summa cum læticia excipitur. Mox vota pro eo ad Deum solenniter concepta, populus, magno numero ad Templum confluens, pijs animis rite persoluit. Inde nauigio Brugas Flandriæ peruenit, excipiturque ab amita Margarita, fratre Ferdinando, Legatis Venerorum, Ducis Saxonie, Brunswichi, Luneburgi, Hafsie, Colonienfium, Lubecensium, Norimbergensium, Augustanorum, Argentoratensium, ac Belgarum, Burgundionumque, summo cum honore. Apparabantur interea apud Belgas, quæ ad coronandum Aquisgrani Regem Carolum erant necessaria. Constituerat enim eam in rem Germaniæ Proceribus sextum Octobris diem, vt tum sibi præsto omnes Aquisgrani essent. Interea rebelles Hispani, abitu Regis Caroli

Caroli animis inflati, arma capiunt: sed antequam ijs vtantur, literas ad omnes Castellæ totiusque Hispaniæ Ciuitates & Oppida mittunt, ea quæ narrauimus, ingentibus additis mendacijs, sesquipedalibus verbis repetentes: deinde quid Nobiles decreuissent exponunt, asserentes eos vitam potius quàm cõmunem Hispaniæ libertatem deserturos, modo Ciuitates vires opesque communicassent. Persuadent Toletanis, Bourgijs, Vagliadolitanis, Legionensibus, Salamancanis, Valencianis, Seuillianis, Segouijs, ac plerisque alijs Castellæ aliorumque Regnorum Urbibus, iam dudum animis vacillantibus. Erant enim polliciti, eos instar Germaniæ ac Italiæ liberarum Rerumpublicarum, annuo per populum creato Magistratu, posthac acturos. Sed in abdito cordis recessu singuli constituerant, occupato per opportunitatem singularum Vrbiũ dominatione, Regem Carolum Hispania exigere, veteraque Saracenicæ Regna fuscitare, aut, si id minus successisset, Regem Carolum cogere, Germanorum Italarumque more, inter Proceres Ciuitates, nouis attributis titulis, diuideret, eorumque nutu ac auxilio inter Hispanos, vt ante pauca sæcula Cæsar inter Germanos ac Italos, regnaret. Cùm à rebellibus Ciuitatibus pecuniam ac militem accepissent, expugnant Villabanczam, occupant Medinam Rio Secco. Cardinalis Derthusiensis cum imperio à Rege Carolo in Hispania relictus, videns Ronchillium non satis habere virium nec authoritatis ad reprimentam coniurationem, Anthonium Fonsecam, virum nobilem ac militarem, sed animi vehementioris, arma capere contra rebelles iubet. Cumque is cum octingentis lancearijs equitibus, exiguoque peditum numero Medinam de Campo esset profectus, vt ænea tormenta Regia, quæ ibi custodiebantur, educeret, Medinenses arreptis armis intercedunt, acriterque cum Fonseca confligunt: qui videns se multitudini impari, incensa Vrbe discedit. Ciues sua potius conflagrari quàm tormenta extrahi patientes, ad ignis restinctionem, nisi profecto Fonseca, non confluunt. Florentis Emporij (non paucis vtriusque desideratis) incendium, ac incomparabilis pretij mercium conflagratio effecit, vt statim Castellæ Vrbes numero tredecim, quæ nondum animos denudarant, rebellibus subscriberent, quorum iudicium maior Hispaniæ pars est secuta, excepta Vrbe ac Regno Granatensi, quod constanter in fide permanfit. Exinde coniurati iterum Toletum conuenientes, Sacræ Giuntæ leges castigant ac ampliant, denuoque ijs subscribunt, nullis hac in re feruentioribus animis præter Castellanos ac Valencianos negotium promouentibus: collataque in vnum pecunia, exercitum pro maxima parte è tyronibus collectum instruunt, Præfectosque constituunt. Atque hæc omnia nomine Regis Caroli se facere credi volebant, contraque iniquos eius Præfectos ac Magistratus, populum expilantes.

1520. pilantes ac opprimentes, arma se tantum cepisse dicebant. Mox Iudices constituunt, qui infimorum querelas ac controuersias admittentes, inque scripta redigentes, Regi se missuros affirmabant; ac nisi is singulis satisfacisset, Sacram Giuram curam earum habituram. Erat hoc tempore Cardinalis Derthusiensis Valledoleti, cum Regio Senatu, missisque ad singulos Proceres nuntijs ac literis, copias compararent admonebat. Non enim minus eorum omnium quam Regis Caroli interesse, ut primo quoque tempore ignis hic extingueretur. Sed antequam ij militem cogere possent, Petrus Gironius, ac Ioannes Padiglia, cum rebellium copijs Valledoletum aduolant. Fugit Cardinalis cum Senatu. Sed ex itinere ad Urbem retractus, honesta custodia committitur. Ei enim ob innocentiam non male volebant: Cheurio erant infensissimi; concitasse enim eum hanc tragediam volebant. Cardinalis proxima nocte effracto Ciuitatis muro, ubi prae vetustate subsidebat, euasit, ac Medinam Rio Secco, (Ammiralis Castellæ est Oppidum, qui inde Ducis titulum habet) vno comitante sacerdote, per celeres equos peruenit. Postero die Valledoletani vniuersam ei familiam ac supellestem inuiolatam transmittunt. Tum rebelles cum exercitu Tordefillam profecti admittuntur. Habitabat hic Regis Caroli mater Regina Ioanna, à mariti morte mente capta, sed non adeo adhuc hoc tempore, quin se Regis Ferdinandi filiam, ac Caroli Cæsaris matrem esse sæpius eis acerbe exprobraret; nullaque ratione adduci poterat, ut eorum tabulis subscriberet. Illius custodiam, ut & Oppidi, Zamoræ Antistes trecetis committit rebellibus sacerdotibus sub se militantibus. Hi Reginam in publico prandere, ac referatis cubiculi foribus dormire cogunt. Interea Cæsar apud Belgas certior factus de tredecim Castellæ Ciuitatum, ac Procerum, Nobiliumque aliquot defectione, matrisque captiuitate, initio mensis Nouembris per dispositos equos vnum è Secretarijs cum Diplomate in Hispaniam mittit, quo per vniuersum Regnum suo nomine rei bellicæ præficebat Fredericum Heinricum, Medinæ Rio Secco Ducem, Castellæ Ammiralem, ac cum eo Ignicum Velascum, Castellæ Conestablem, qui omnibus consilij Cardinalem Derthusiensem adhibuere. Recepto Diplomate Regio, statim Ammiralis è Catalonia (ubi tum habitabat) Medinâ Rio Secco venit; communicansque cum Cardinale ac Conestable, in primis copias parare placet; tum omnia quæ ad pacem facere possent, prius experiri, quam ferro decernere, quod parva ciuili bello victoria non possit non esse luctuosa ac ærumnosa. Mittunt igitur Tordezillam, quò tum capita rebellionis conuenerant, Anthonium Gueuaram, Monachum Ordinis D. Francisci, Antistitem Modoquetanum, virum nobili loco natum, Regis nomine rogaturum, contra quem ac qua de causa

arma

arma induissent. Respondent, propter tyrannicas oppressiones Pro- 1520. Regis Velasci, ac Belgicorum Præfectorum avaritiam; quodque Rex Carolus Hispaniam deseruisset, neque æqua ratione ius diceret; quòd collatas ab Hispanis pecunias extra Hispaniam impenderet, exteris publica munia committeret, ea venum exponeret, nouis inauditisque tributis populum premeret; petentes non minus Nobiles, sacri homines, quam infima plebs, tributa portoriaque soluerent, eademque his ac illis libertatis seruitutisque conditio esset, utque in posterum Vrbes Ciuitatesque Regni Castellæ eius essent conditionis, cuius sunt in Germania ac Italia Imperij Ciuitates. Rei indignitate commoti Proceres ac Senatores, sæpius eundem Gueuaram ad rebelles, pro ineunda pace, frustra mittunt: quare tandem decernunt, armis domandos. Verùm ne quis in posterum redeundi ad mentem tempus sibi præreptum meritò conqueri posset, postremò eundem Gueuaram ad coniuratos mittunt, Regis nomine gratiam respicientibus propositurum, ac bellum pœnamque contumacibus denunciaturum: qui in Æde sacra Oppidi Villa-Brafinæ maxima, ad amplissimum admissus rebellium confesum, hac ratione est locutus: Viri nobiles, Deum testem aduoco ac inuoco, me hoc animo ad vos verba facturum, ut apud nobiles prudentesque viros, qui me, meos parentes, stirpemque, optime nouere, decet, utque Ordo vitæque meæ conditio ac institutum postulat. Circumuenire neminè cupio, minus alicui conuitium dicere. Non me animo malignum improbumque, non verbis futilem, vanum, aut inconstantè reperietis. Si verò oratione liberiori fuerim usus, illud assiduitari sacrarum Concionum, quibus ad populum in Templis liberrimè loqui sumus assueti, condonabitis. Ibi enim liberi ac aperti sumus, nemini adulamur, in reprehendendis vitijs, quæque contra rationem, iustitiam, modestiam, ac temperantiam fiunt, audaces. Veni huc (ut è literis fidem facientibus vobis constat) missus à Præfectis, Consiliarijs, ac Legatis Ordinum Regni Castellæ, ac Regis, publicas adferens Tabulas, manu Cardinalis Derthusiensis, Conestablis, ac Ammiralis Regni Castellæ subsignatas, quæ pacis leges, quas vobis Carolus Castellæ Rex, dictique Proceres eius nomine offerunt, continent. Viginti dierum spatio septies ad vos frustra veni. Sed quòd posthac nec me, nec alium, dicti Proceres sunt missuri, necesse est, rebus omnibus rectè perpensis, hodie facta pace reconciliemur, aut, armis seridè sumptis, verum bellum geramus. Quòd si pacem recusaueritis, in tanta vtriusque exercitus propinquitate, necessaridè erit confligendum. Ego quidem hanc prouinciã non sine tergiversatione suscepi, quòd postrema legatione à Præfecto cohortis vestræ Laræo contra ius gentium captus, malè habitus, ac conuitijs conrumelisque oneratus essem. Sed in tam necessaria, quæque salutem commu-

nis pa-

1520. nis patriæ respicit, causa, vitæ nolui parcere. Scimus, nobiles prudentesque viri, authorem ac concitatore præsentis tumultus Ferdinandum fuisse Daualum, Petrum Gironium eius Legatum esse, Ioannẽ Padigliam exercitus vestri esse Imperatorem, Doctorem Bernardum Ad-uocatam, Doctorem Zugniga primum Cõsiliarium, Petrum Mercatorum supremum Signiferum, Abbatem Complutensem Eleemosynarium, Antistitem Zamoræ Sacræ Ciuitatis summum esse Põtificem. Segouiani vigesimotertio Maij, me præsentem interfecto Regio Præfecto, primi tumultus authores fuere, pauloque post captum Tordesillanum Præfectum, ac è D. Michaëlis Templo extractum, cum duobus sui muneris Regijs ministris in crucem sustulerunt, è dextra ac sinistra peditibus ministris. Quum Auilam conuenissetis, ac in Canonicorũ Concilij loco, quod Capitulum vocant, dicto sacramento omnes vos vnã subituros fortunã pro Vnionis defensione promississetis, me cum Anthonio Poncæco subscribere recusantes ciuitate exegistis, dictique Poncæci ædes plebi diripiendas cõcessistis, diruiq; iussistis. Occupata Villa-Braffina ædes Domini Adelãtadi, fratris Castellæ Ammiralis, diripi permisistis, eo aliquãdiu fœdè in Oppido latitante. Cùm vigesima Augusti Medinã de Campo essem ingressus, sequitur me octingentis cum lancearijs equitibus Anthonius Fonseca, Regiaque tormenta educere à ciuibus prohibitus, discedens ignem Vrbi iniici iussit: eramque eadem in Vrbe, cùm Boadiglia, æneorum tormentorum fusor, stipatus cohorte sui similiũ, è summa Palatij fenestra deorsum eijceret Nitonẽ Urbis gubernatorem, confoderetque Atellium Bibliopolam, liberis verbis immanefactum reprehendentem: cumque in Palatio custodiam posuisset, Aulamque, vt Princeps, in eo haberet, qui Excellentiaẽ titulum ei non tribuisset, inauditum dimittebat. Eram Valledoleti, quum ciues à Rege deficerent: vidi populum cum armis discurrentem, aduersæ partis ædes diripientem, Cardinalem Derthussensem, cum Regijs Senatoribus per pontem fuga elabentem, Concilij Præsidentem apud Benedictinos latitantem, Doctorem Vargas per latrinarum sordes vitam tuentem, Doctorem Zapata Franciscanis vestibus indurum Cingalam vsque fuga delatum, fratrem meum Doctorem Gueuaram, à Cardinale Regioque Senatu missum, in Belgiũ ad Regem Carolum proficiscentem, pauloque post, cùm id rescissetis, Cõsiliarios Regios omnes in vincula coniectos. Referre qua ratione Castellæ Conestablis Burgis sit exactus, Deuiæ Marchio Tordezilla, Comes Dueguæ cum vxore ac equitibus Salamanca, Pro-Rex Iacobus Mendosa Valencia, quaque ratione horum Procerum loco receperint sartores, pelliones, vitriarios, fabros ferrarios, tormentorum fusores, lanæ infectores, pileorum ac pannilanei confectores, ficarios, exules, decoctores, bonorum cessores, capitalia

1520. pitalia aufos, ac similis farina homines, in immensum cresceret oratio. Misera Hispania, quò te tui perduxere alumni? Itãne ab his pro dulci educatione referre debes cades, proscRIPTIONES, exilia, bonorum direptiones, latrocinia, stupra, iuris ac iustitiæ proculcatione, qui tua successere vbera? ac è pingui glebe tua repleti, recalcitrare instar ingratorum mularum nunc non dubitant? Itinera omnia sibiipsis infesta fecere, Templorum asyla violauere, commercia sustulere, sementem in agris corrumpere, vinea ac oliueta excidẽre, agrestes expulere, famem viuus, bellũ mortuis indixere. Migravit ad Superos Iustitia, nemo domi liber est, nullus in agro. In viuos acuere gladios, in mortuos linguam, in omnium fortunas rapaces manus extendere, sacra profanaque dissipare. Vellem discere qua ratione hæc rerum confusio Reformatio dici ac appellari possit, quum per summam contumaciam, Regis Præfectis ac Legatis parere recuseris, obsequium denegeris, Senatuum Regium pellaris, In iudices persequamini, nisi viuere sine Lege, Rege, Deo, ac Iudice, Reformari appelleris; Altari Altare, Regnum Regno opponere, Rẽpublicam constituere vocetis. Apud vos enim neque subiectus Principẽ, neque Monachus Abbatem, neque sacra Virgo Cœnobium nouit; non mulier viro, nec vir Regi parer; non seruus dominum reueretur, neque cliẽs patronum obseruat: dumque per speciem libertatis inter homines vitia ac virtutes facitis æquales, fœminæ impunẽ violantur, virgines abducuntur, Oppida Pagi que exuruntur, Arces diruuntur, vinea succiduntur, Tempia spoliantur, Dei cultus contemnitur, proculcaturque, sacri homines ad militiam euocantur; denique nil relinquitis inuiolatum, nil inconspurcatum, nisi vbi vestrę immanitati aditus aut potestas nulla est. Reformastis Rẽpublicam, cùm Toletanos ad defectionem concitastis? cùm Mariæ Pacçæ, Ioannis Padiglia vxori, vt aurũ argentumque; ex eius Urbis Fanis auferret, authores fuistis? cùm Segouios ad seditionem ac eadem irritastis? cùm Præfectos omnes Procereque Castellanos Hispanici sanguinis vobiscum non facientes, indicta causa, direptis fortunis, expulistis, proscrispistis, ac in quorundam corpora struistis? Quid debet vestrę Reformationi exusta Medina de Campo? obsessa Aldaxa? oppugnati Burgij? spoliati Valledoletij, idemque tentatum Salamanca, Soriz, Palenxa, tandemque inter se commissi ciues, ac ad rebellionem perducti? quid Dueguæ Comes, quid Tordesilla Marchio, quid Chinconij Comes, eadem experti calamitatem? vt cõplures alios omitam Procere, quorum subiectorum causas, lites, ac controuersias ad vos recipientes, ad arma contra Principes suos capienda suscitastis. Quid tandem Auila, Legio, Torum, Zamora, Salamanca, ceteraque Ciuitates à Regis imperio distractæ, inter se tumultuantes, mercatura veterique felicitate carentes, sacra huic Reformationi debent? At sunt alia

1520. causa speciem rationis apud imperitos habentes, quæ vos iuste arma
 » sumpsisse docere conantur: Regem scilicet Hispania contra leges dis-
 » celsisse, unicuique ius æqualiter non dixisse, collatam pecuniam extra
 » Regni limites impendisse, exteris Regni munia commisisse, vectigali-
 » bus ac tributis nouis populos onerasse, officia publica venum expo-
 » sisse. Hac si vera sunt, ego omnesque Regij idem quod vos optamus
 » ac requirimus, sed diuersa ratione. Nos debira cum reuerentia, obedientia,
 » ac honore, vt decet, hæc reformari rogamus: vos armis extorquere
 » vultis. Nos vt legitimi subiecti, vos vt rebelles & proterui perduel-
 » les id petitis. Scimus omnes non paucas Hispaniæ Ciuitates à Belgis
 » malè administratas, quòd partim illorum inexperientia, partim pro-
 » priæ nostræ inuidiæ est tribuendum. Non sciebant Belgæ quid per leges
 » nostras sibi petere liceret, quæ munia venalia essent, quæ non. Instructi
 » à nostratibus, artes nostras didicere, vt si inter eos cupiditas & auaritia,
 » apud nos certè malitia ac inuidia insigniter regnauit. Et quanquã Che-
 » urius, qui cum eo erant, culpa non vacarint, ignoro tamen quid mi-
 » feri in vos peccarint Hispani, vt in eorum visceribus ciuile bellum con-
 » citaretis. Venenum, non remedium, morbo eius adhibetis; bellumque
 » non Regi Carolo, quem abunde adolescentia excusat; nec eius Con-
 » siliarijs, qui causam bello non dedere; neque Cheurio, qui cum suis apud
 » Belgas est; neque Ciuitatum Oppidorumque Castellæ Gubernatoribus,
 » qui sub nouo Rege iamprimum munia sua adiere, nec ob temporis ad-
 » ministratiõis breuitatem adhuc peccare potuerunt, neque nobilitati,
 » qui vos secundum auitas leges semper rexere, infertis; sed Hispaniæ,
 » nutrici dulcissimæ, quæ ante coniurationis vestræ mentionem quietis-
 » sima florentissimaque fuit. Non tanti est (si qua est) Regis negli-
 » gentia, nec Cheurij auaritia, vt ea de causa vniuersa bello ardere debeat
 » Castella, imò & Hispania: sed peccata nostra diuinam castigationem
 » tandem prouocauere: vestra quidem, vt carnisces nostri hinc inde exi-
 » steretis, promeruere; nostra, vt iuste plecteremur, flagitauere. Et quan-
 » quam Hispani ferè omnes ad arma animis sint consternati, Regique pars
 » maior non obediat, calamitates grauissimæ indes exoriantur, Castellæ
 » Regnum seditionibus flagret, ac respublica Hispana ruinam minari vi-
 » deatur, facilè tamen, viri prudentissimi ac nobilissimi, his incommo-
 » dis obuiam (si velitis) ibimus, eaque ab omnium humeris amouebitis,
 » si pacem (quam vobis oblatum veni) susceperitis. Multo enim citius
 » eos exaudit Deus qui pacem precantur, quam qui tubarum strepitu ac
 » tympanorum boatu omnia perturbari petunt. Vtraque pars aliquid de
 » iure suo remittat, iram ac iniustam cupiditatem moderate, Regij sta-
 » tus sui limites circumscribant: quod nisi feceritis, verum experiemini,
 » bella ciuilia suscipi ac gerij magis opinione quam ratione, temeritate
 quam

quam prudentia, stulticia quam iudicio; nulloque fundamento nixa, 1520.
 » ambitiosos sua sorte nunquam contentos in abyssum miseriarum tra-
 » here. Permittite, quæso, viri Hispani, vltro citroque homines moderati,
 » iudicioque pollentes, in communicationem veniat; dicto citius immen-
 » sum restingueris incendium, ac cõtrouersias omnes sopietis, Hispaniam
 » verò nulle ærumnis liberabitis: qua ratione summo cum honore ac
 » laude æqua iustaque sine vlla difficultate obtinebitis. Condiciones
 » verò pacis hæc vobis à Rege, eiusque Legatis, proponuntur. Antea cõta
 » omnia in perpetuum obliuioni mandabuntur. Rex è Hispania necessa-
 » ria de causa profecturus, Regnis ac Prouincijs Hispanos præficiet. Mu-
 » nera publica ac priuata Hispanis tantum conferet. Annuj Regum redi-
 » ditus ita moderabuntur, vt neque Regi neque Ordinibus iniuria fiat.
 » Rebus administrandis idonei reperi, loco (substitutis idoneis) mo-
 » uebuntur. Rerum capitalium Prætores secundum leges, non ad affe-
 » ctus, nocentes punient. Rex ordinarium familiæ Aulaque sumptum
 » circumscribet. Pecunias in Hispania collatas apud exteros non impen-
 » det. Ferrum è Biscaia, nec alumen è Murcia, neque commearum ex
 » Andelusia exportari sinet. Merces nullas Hispania, nisi Hispanis nauibus
 » euehi permittet. Arcibus, Munitionibus, Oppidis, ac Urbibus Nobiles
 » tenuioris fortunæ præficiet, ne ea potentiores temporis successu sui iu-
 » ris faciant. E Castellæ ac Valenciæ Regnis frumentum in Lusitaniã vehi
 » non permittet. Lites Prouincialium quamprimum via iuridica finiri
 » curabit, præsertim inter Toletanos ac Valalcoranos, Segouios ac Fer-
 » dinandum Chincontium, Giennenses ac Martosios, Valledoletanos ac
 » Simancos, inter Petrum Gironium ac Medinæ Ducem. Rex vestium
 » superfluitatem in ordinem lata lege rediget. Nupriarum dotes ac con-
 » uuiorum sumptus castigabit. Curiarum Prouincialium statum emen-
 » dabit, fines muniet, collapsas Munitiones restituet. Quod attinet ad
 » gubernationem Cardinalis Derthusensis, ac Castellæ Conestabilis,
 » Regni legibus inspectis ac rimatis, secundum eas Rex statuet. His di-
 » ctis, Anthonius Gueuara in genua se conijcit, multisque ac honestissi-
 » mis verbis, ad mouendam commiserationem seruentibus, enixè rogat,
 » has pacis leges admittere recipereque velint. Quumque aliquandiu ta-
 » cuisset, nec quisquam illi responderet, tandè se in mandatis habere di-
 » cit, eis nomine Regis iubeat pacis leges recipere, aut bellum denunciare.
 » Esse in eorum potestate electionem. Obrestari tamen se nomine Re-
 » gis ac Procerum, si ad bellum fuerit deuentum, eos miseris ac ærumna-
 » rum inde oriturarum apud Deum authores futuros, expectaturosque
 » iustam è cælo repulsæ pacis vindictam. Tum ab Alfonso Quinraniglia,
 » ac Serrabia, humaniter è terra subleuatur. Zamoræ verò Antistes, à re-
 » bellium confessu rogatus, hac ratione omnium nomine responder: Pa-
 ter

1520. ter Fraterque Anthoni Gueuara, diu ac magna cum arrogantia nobis
 es locutus, confusus, credo, habitu monastico. Sed quod in flore ætatis
 constituto parum in rebus magnis sit tibi experientia, non mirum te
 non intelligere ea de quibus ad nos es locutus, ac minus scire quid pe-
 tas. Seducit enim te partim affectus, partim rerum inexperientia,
 quodque adolescentulus Monasterium ingressus, earum rerum, quæ in-
 ter homines Respublicas gubernantes gerantur, planè sis ignarus. Qua-
 re nil mirum, si dictante stulticia tibi persuaseris, insulsißima verba tua
 viris grauissimis, in libertate natis educatisque, fidem facere posse. Quo
 enim modo tibi, qui paulo antè è Monasterij ergastulo liberatus, subi-
 toque Antistes factus, mundum hominesque primùm aspicerè inci-
 pis, cognita esse possent tyrannicæ oppressiones, quas Castellani ali-
 quandiu à Belgis ac proprijs Præfectis pertulere? Vbi didicisses Nobi-
 lium Regi seruentium furta ac rapinas? Hæc crassa tua ignorantia,
 ac stulta arrogantia, è monastica simplicitate orta, magis apud nos ve-
 niam quàm verba merentur. Dudum intellexi factum tibi inesse, inque
 publicis concionibus quiduis tibi licere, arbitrari te. Cumque à ty-
 rannis Regio nomine abutentibus ministrum te circumduci intellexis-
 sem, sincerioris te, quàm vulgus ferebat, animi & iudicij esse existi-
 mabam. Verùm cum te pro garrulo tantùm ac loquaci nugatore ab-
 ijs haberi animaduerto, ineptias tuas postremùm ferentes, veniam æ-
 tati, conditioni, imperitiæ, iudicij imbecillitati, ac inexperientiæ tuæ
 dabimus. Vna res mihi hodie gratissima fuit, Præfectos nostros belli
 omnes non adfuisse. Nam stultissimis ac arrogantissimis verbis tuis
 irritati, citius tibi vitam eripuissent, quàm dicendi (vt nos fecimus)
 finem concessissent: quod quanquam nobis ingratum, attamen tole-
 randum fuisset. Cùm aliàs tibi apud viros tantæ authoritatis ac ex-
 istimationis, quales hîc vides, verba erunt faciendâ, vti te decebit cir-
 cumscriptionibus, prudentioribus, ac modestioribus verbis. Etenim
 oratio tua magis nos irritauit quàm sedauit, bellum, non pacem, sua-
 sit, ac, vt è graui nos seruitute in veram libertatem assereremus, viam
 demonstrauit. Regios enim Præfectos excusans, nos condemnasti.
 Quibus igitur nos pacis legibus vis fidem habere? Tum ab eo pe-
 tit, eas quas Regis nomine obtulerat pacis leges scripto exhiberet,
 quo cæteris Sacræ Ciuitatis confederatis Tordesillæ communicarentur.
 Quo factò, virum nobilem cum formula Tordesillam mittit.
 Is omnium nomine renunciat, frigidam legationem, ac inconsidera-
 tam Monachi orationem, nil præter seriam reprehensionem ac ver-
 balem castigationem mereri. Exinde statim Villa-Brassina exce-
 dere iubetur, nullo alio accepto responso, nisi quòd Zamora Antistes
 suo nomine adderet: Pater, Deus sit tibi comes itineris; neque amplius
 ad nos

ad nos redeas, nisi manere velis. Gubernatoribus verò Regijs illisty-
 rannis renunciato, eos duo in mandatis habere. Primò, vt nil non no-
 bis permittant, modò arma ponamus, ac in eorum potestatem conce-
 damus: alterum, vt hoc factò ea tantùm seruent, quæ ad tyrânidis con-
 firmationem conducere videbuntur. His tantùm cum mandatis Medi-
 nam Rio-Secco ad Regios reuersus, bellum ab vtraque parte diligen-
 tissimè apparatur. Erant Medinæ Rio Secco Conestablis ac Ammira-
 lis Castellæ, Comes Benauenti, Marchio d'Estorga, Comes Aluæ, Co-
 mes Lunæ, multique alij Proceres, virique nobiles, qui magnis à rebel-
 libus affecti damnis, cum eos rerum summam ad se trahere viderent,
 fortunas corporaque Regi offerebant. Promittunt & Corduani equi-
 tes mille, pedites decem mille, aut, si Præfecti iubeant, per se bellum
 rebellibus facturos promittunt. Ex octodecim enim Hispaniæ Prouin-
 cijs ac Urbibus, quæ in generali Ordinum conuentu sententiam di-
 cunt, quatuor tantùm sincerè fidem seruabant: Seullia, Cordua, Gra-
 nada, ac Andelouzia. Cæteri aut pro maiori parte, aut in vniuersum,
 defecerant. Sed à postrema hac Anthonij Gueuara legatione, ad san-
 nitatè, deserta Vnionè, rediere Burgij, Petrus Gironius, ac Petrus Laf-
 sus. Interea contumaces in rebellionè Ciuitates, summa diligentia
 collectis in vnum copijs, exercitum Duce Ioanne Padiglia ac Brauo-
 ne educunt. Regij Duces adhuc imparati, copias pari festinatione co-
 gebant, non quidem, vt rebelles, è tyronibus collectas, sed per totam
 Hispaniam, magnis propositis stipendijs ac præmijs, veteranos euocan-
 tes, ac equitatu inprimis studentes, quòd hac parte infirmi essent re-
 belles. Ammiralis, qui rei bellicæ, iussu Regis Caroli, cæterorumque
 bona voluntate, erat præfectus, tempus, donec copiæ omnes aduenissent,
 extracturus, semel adhuc, idque postremùm, cum rebellibus de pace
 agere constituit. Per castrensem igitur Legatum eis literas mittit, nil
 aliud, quàm quæ ad pacem aliqua ratione persuadèdam facere poterant,
 continentes, hoc ferè exemplo: Quare pacem abnuitis? Vnam enim et
 eandemque rem petimus, vt scilicet Rex priuilegia immunitatesque
 nostras factas tectas conseruet, Hispaniam secundùm vetera instituta
 nostrisque gubernet, leges ad Hispaniæ commodum castigentur, exte-
 rorumque decreta tollantur. Res easdem petentes, quare non vna ea-
 demque ratione petimus? vna eademque via incedimus? Nos candido
 in codice nigris descriptum literis Diploma submissè rogamus, ac obri-
 nebimus: vos viuus in corporibus sanguineis exaratas literis Tabulas
 extorquere cum fastu vultis, neque (mihi credite) impetrabitis, sed mi-
 serè pœnas, nisi ad mentem redieritis, Deo de impietate & iniusticia,
 Regi de inobedientia ac peruicacia, dabit. Proinde nomine Regis pa-
 cem adferens, eam Hispaniæ commodo amplectamini denuncio; ac ne

1520. hoc Regnum, quique in eo degunt, vestra culpa calamitatem patiatur, caueatis iubeo. Denique ne Regia authoritas in re vel minima laedatur, vel detrimentum patiatur, vobis vt impediatis præcipio. Quod si has pacis leges, ac denunciationem Regis nomine factam, reieceritis; bellum eius nomine vobis indico, cuius, vt in iustissima causa, Deum ipsum nobis Ducem futurum certi estote. Citamus ad hæc ad Regium Tribunal Regnorum, Prouinciarum, Urbium, Ciuitatū, Oppidorum, ac Arcium Gubernatores, subiectosque Regis omnes, ac contumacibus bellum indicimus, omnesque ac singulos extremum supplicium, fortunarumque publicationem promeruisse, libertatem, priuilegia publica priuataque perdidisse pronunciamus, quique apud vos sunt Nobiles, nisi ante constitutum diem ad Regia venerint castra, Nobilium ordini expugimus, insignia gentilitia eripimus, arma ponere iubemus, cognomina non agnoscimus, libertatem immunitatesque auferimus, inter viles, sceleratos, ignobiles, degeneres, hominum fæcem, latrones, ac sicarios annumeramus, ac ab omnibus pro huiusmodi haberi iubemus volumusque. Ad hæc sacris in vos censuris animaduertendum sciat, more rebellium, proscriptorum, communis tranquillitatis perturbatorum, plebis seductorum, impiorum, execratorum, deuorum, nefastorum, ac diuinæ iræ obnoxiorum hominum. Ex aduerso gratiam, veniam, famæ restitutionem, existimationis conseruationem, fortunarum possessionem, loci dignitatisque receptionem ijs concedimus, qui, vobis relictis, ad Regis gratiam omnibus obuiam paratamque, accepta pace, fuerint reuerfi. In quarum rerum testimonium, ab omnibus omnium locorum publicis tabellionibus peto, postuloque, hisce de rebus Tabulas, consueto more exaratas, mihi que testium loco futuras, conficiant; rogans D. Franciscum, ac D. Hieronymum, tutelares mihi in celo Diuos, præsentis citationis, prouocationis, denunciationis, ac indictionis apud Deum testes esse velint, vt à vestris is manibus, innocencium sanguinem, calamitatumque vindictam, quas causa huius belli per vos quaesiti illati que Hispaniæ populus est laturus, ac luiturus, reposcat. Denuncio etiam, ac Regis nomine Prouincijs & Ciuitatibus, quæ apud vos Legatos ac rerum agendarum Procuratores habent, iubeo, eos extemplo renocent, militemque contra vos ad Regia castra mittant; iterum à publicis petens tabellionibus, hanc denunciationem in publica acta, ad perpetuam rei memoriam, referant. Postremò ab omnibus historiographis, qui aliquando de his miserijs verè instruentur, enixè peto, rei veritatem fideliter posteritati literis mandent, appellans ea de causa ad styli eorum diligentiam, ac iudicij fidem: quo posteris constet, quæ me ratio arma sumere, bellum contra ciues, propinquos, ac domesticos gerere cogat: peto que ac ob-

testor

1520. testor tabelliones, tabulis suis ascribant nomina & cognomina Equitum, Nobilium, Urbium, Oppidorum, eorumque Legatorum, vtrasque partes sequentium, quo ea summo Pontifici omnibusque Christiani orbis Principibus transmissa certiores faciant, Carolum Hispaniæ Regem tantarum calamitatum ac ærumnarum non esse causam, sed aliquot tantum Hispaniæ viros nobiles, qui sumptis contra legitimum Regem armis, deceptis Prouincialibus, priuilegia ac immunitates Hispaniæ, nusquam violatas, propugnare se velle simulant, quum sola ambitio ac auaritia eos ita excæcarint, vt rationi nec aquirati, nisi armis domiti, parere nec sciant nec velint. His literis ad eos missis, quum pacati nil responderent, tandem in publicum emittuntur. Interea Regiæ copiæ in vnum coibant; erigique Mediæ Rio Secco Ammiralis iusserat medio foro ligneam scenam, in qua cum præcipuis sedens Proceribus, voce Legati castrensis pronuciari iubet, Nobiles ignobilesque omnes, qui ante decimum-quintum Nouembris diem è rebellium castris ad Regia non transissent, rebelles proditores haberi, ac eodem tempore publicatis bonis proscribi. Deinde hæc omnia in libellos relata, à typographis publicari iubet. Rebelles, his rebus cognitis, extrema quoque tentaturi, Regem Carolum, quantum in se erat, Regno ac corona spoliatum reiciunt, neque amplius pro Rege agnoscunt, omnibus editis matris eius tantum nomen præponentes: quam Tordesillæ captiuam detinentes nubere constituerant cum Ferdinando Arragonio Calabriæ Duce, filio postremi huius familiæ Neapolis ac Sicilia Regis Frederici: qui Ferdinandus in Arce Oppidi Sciatuæ, in Regno Valentiæ, honesta custodia detentus, proposita à rebellibus libertate ac exercitus præfectura, nulla ratione se Arce Sciatua exiturum est professus, nisi Rege Carolo iubente, quamquam, supra Regiæ Ioannæ nuptias, ei Castellæ Regnum offerrent. Instructus ferè exercitus Regius erat, cum Padiglia ac Brauius, e ductis Tordesilla copijs, ad oppugnandam Villapadam, haud procul dissitum Oppidum, proficiscuntur: quo Ammirali ac Conestabli nunciato, cum Regijs copijs Tordesillam aduolant. Mittitur bis ad Oppidum tubicen, qui Regi Carolo portas aperiiri iubeat. Recusant, additis contumelijs & conuitijs. Producunt Regij tormenta, quatitur sine intermissione per quinque horas murus vetus debili aggere fultus; factoque magno hiatu, inuasionis signum proponitur. Erant in Oppido trecenti tantum Sacerdotes præsidarij, militiam sub Zamoræ Antistite professi, qui cum ciuibus se strenuè defendebant. Stabat certo loco vnus Sacerdos, qui manuali bombardâ vndecim milites Regios vndecim exonationibus ex ordine strauerat, cruce se semper, antequam ignem bombardæ adhiberet, signans. Sed tandem vir nobilis Regij exercitus sagittam arcu emissam per frontem

in cre-

1520. in cerebrum illi adigit, impio procubente, animamque efflante. Quumque aliquandiu acriter esset certatum, tandem Regij in Oppidum vi peruadunt, Padiglia, propter Ammiralis celeritatem, opem ferre non valente. Rebellium iudices hinc reperti cum magna ciuium turba capiuntur, magnoque vitam redimunt, pauci morte dant poenas. Diripitur Ciuitas, ac vna Reginae Ioannae familia, parte tamen maxima ei paulo post restituta. Periere e rebellibus circiter sexcenti, ac ferè omnes rebelles Sacerdotes; ex Regijs circiter sexaginta: qui nondum ut acie decernerent instructi, relicto Tordesillae iusto praesidio, Reginaeque in antiquum statum restituta, Medinam Rio Secco reuertuntur. Interea ab vtraque parte conueniunt auxilia. Habebant rebelles quatuor millia veteranorum peditum, ac quingentos equites lancearios, inter quos erant centum quinquaginta ordinarij, qui non ita dudum ex Insula Meninga, hodie dicta Guelbes, ac Gerbis, aduenerant. Rebelles Ciuitates circiter viginti millia peditum tyronum miserant, ita ut in vnum coacto exercitu triginta virorum millia recenserent. Tormenta maiora vndecim habebant, campestria quamplurima, sed magistros perpaucos, apparatusque perexiguum. Commeatu abundabant, ordo deerat, ut plerumque fit, vbi plures pari autoritate imperant. Ammiralis ac Conestablis habebant trecentos lancearios equites ordinarij stipendij, totidem leuis armaturae, quadringentos equites Genettarios, (ut vocant) Afrorum more depugnantes, Nobiles voluntarios sine stipendio militantes bis mille quingentos, pedites veteranos circiter quinque millia, cum totidem tyronibus, tormenta maiora viginti, quibus nil rerum necessariarum deerat. Transfugiebant quotidie e rebellium castris ad Regia veterani, ac in primis equites Gerbiani, asseuerantes, si bellum duxissent, tandem omnes rebellium milites ad Regia castra venturos. Erat in itinere ad Regia properans castra Haronij Comes cum quingentis lancearijs ordinarijs equitibus, quadringentis leuis armaturae, tribus millibus peditum, ac tredecim tormentis campestribus. Ponè sequebatur Marchio Deuianus cum quadringentis quinquaginta equitibus Genettarijs, Luna Comes, ac Anthonius Fonseca cum mille quingentis Asturianis peditibus, centum veteranis sclopetarijs, ita ut octodecim millia armatorum Regij in aciem educerent, exceptis transfugis, quorum numerus indies augebatur. His tamen non obstantibus, Ammiralis ac Conestablis, varijs adhuc rationibus, ut sine pugna ab armis discederetur, adnitebantur. Sed tanta erat praecipuorum rebellium contumacia, cum veniae desperatione coniuncta, ut etiam aequissimas pacis condiciones rejicerent, longeque alia, quam Regij offerebant, in vulgus spargerent. Diuulgarant enim, Ammiralem Regium militem sacramento adegisse, ut quisquis

quisquis e coniuratis in eorum potestatem venisset, sine vlla commiseratione iugularetur. Quumque Regij ijs extorsissent, pacis condiciones si non accipere, saltem praescribere vellent, audi legillatores: Regios Praefectos, Consiliarios, ac Iudices loco vbique moueto. Petrus Laffus Castellae Pro-Rex esto, minoresque Praefectos, Consiliarios, ac Iudices ex arbitrio constituito. Cardinalem Derthusiensem cum omnibus Belgis Hispania pellito. Excogitarant ad haec somnium (ipsi vetus vaticinium appellabant) quo praedictum credi volebant, venturum in Castilla Regem nomine Carolum, qui Hispaniam incedijs, populationibus, ac rapinis esset vastaturus, sed quem Portugalliae Regis filius tandem esset pulsurus, eiusque loco regnaturus. Post haec de pace altum silentium. Mense Iunio rupta inter Reges Carolum ac Franciscum pace, bellum per Legatos acriter gerebant. Sed Francus, intellecta Hispanorum rebellionem, Guilhelmum Goufferium, Boniuetti Dominum, Fracie Ammiralem, cum iustis copijs ad occupandum Nauarrae Regnum mittit. Is circa Calendas Octobres ad Fanum Ioannis Lusij veniens, in Cataloniae fines contendit, Arcemque Pognanam, in monte Roncheuallis sitam, quam Mondragonius cum quinquaginta peditibus Hispanis custodiendam suscepit, facta deditio recipit. Erat Goufferio traeseundus Amnis Behaunia dictus, cuius vltiorem ripam Hispani satis magno numero, Duce Iacobo Veræo, insidebant. Goufferius maioribus tormentis facile tyrones Hispanos dissipat, exercitumque in alteram ripam traducit, Veræo cum tyronum parte Fontarabiae se includente. Exinde capta Arce Beheuibia, exercitum Fontarabiam ducit, quatit tormentis muros, ruinam hiatumque facit, factoque in Oppidanos impetu, repellitur. Sed cum maiori conatu vim parari, ac renouari, tyro Hispanus videret, facta compositione, rebus omnibus saluis, Goufferio Fontarabiam dedunt: qui ei Iacobum Aillonium, Ludam Dominum, iusto cum praesidio, ingenti que tormentorum commeatusque copia, praeficit. Is insigniter permunito Oppido, qua ratione ac quamdiu postea contra Hispanos defenderit, mox narrabimus. Goufferius, hac re feliciter peracta, in Franciam reuertitur, Asparotti Domino, ut statim dicemus, in Nauarram alijscum copijs contendente. Instantibus Cal. Decembribus, haud procul Medina de Campo Regius ac rebellium exercitus castra conferunt, cupiebantque rebelles quamprimum colligere, quod, multis quotidie transfugientibus, vix amplius suos mendacijs in castris continere possent. Sed expectabant Regij Comitibus Haronij auxilia; rebelles vero octo millia peditum, quae Zamore Antistes adducebat; voluntarij Urbibusque exciti omnes: quos cum Padiglia exercitui suo transfugijs valde diminuto iunxisset, ad Lupotomium, Ditionis Ammiralis Oppidum, contendit. Is coniectura tale quid futurum assecutus,

1520. rus, motis Medina Rio Secco castris, receptisque Comitibus Haronij auxilijs, ad hostes oppugnationi intentos contendit, eosque discedere, ac ad Oppidum Villalaram proficisci cogit, mediocri eos passu infecutus. At leuis armaturæ equites, affecuti rebellium pedites, iter morantur, donèc vniuersus (quo Regij Comitibus Haronij aduentu superiores erant) aduenisset equitatus. Interea Padiglia pedites magnis itineribus præcedere iubet, in multas minutas diuisos acies. Regij pedites, in tres distributi ordines, gradum incitabant, vt equitibus suis auxilio essent. Prima Regionum acies è veteranis constabat: altera, quam sequebantur impedimenta, imbellisque turba, è tyronibus erat confecta: tertia partim veteranos, partim tyrones habebat. Tormenta maiora in prima trahebantur acie, campestria reliquis erant intermixta. Tympanorum sonitus, tubarum clangor, ac tormentorum horribilis strepitus, omnium sensus perturbabat. Quum Padiglia pedites suos ab equitatu Regio premi, iterque impediri conspiceret, festinare gradum iubet, vt sub Villalaræ munitioibus instructa acie, æquissima cõditione confugerent. Daturus igitur peditatui tempus eò perueniendi, coacto in vnum omni rebellium equitatu, ac cum Ioanne Brauiio in prima acie suis animandis obequitans, tandem magno impetu Regios equites inuadit, præliumque committit. Sed cum impar numero & virtute, aliquandiu tamen strenuè depugnasset, peditatu destitutus, laborare incipit. Non enim diutius Regio equitatu, cui sese veterani pedites immiscuerant, velitarijs hisce pugnis iam dudum contra Afros assueti, resistere poterat. Fusi igitur fugatique cum omni equitatu Padiglia ac Brauius inter primos pugnantes capiuntur, cæteri in varias partes dispalantur. Pedites, equitum suorum clade perspecta, cum primæ acies ad Villalarã peruenissent, cæteraque vim solæ sustinere nequireret, casis propioribus, arma proijcientes, vitam veniamque deprecatur, ac cõcedente Ammirali impetrant. Magnus numerus capitur, maior effugit, cecidere circiter bis mille. Pedites enim omnes non congressi, cladem minuere. Padiglia ac Brauius a finis impositi, per Regia castra, præunte Præcone, ac quinam essent proclamante, circumducuntur. Sparsa pugne huius euentu per Hispaniam fama, Urbium Oppidorumque pars maior quæ rebellarat, animis fracta, Legatos ad Regios Præfectos mittit, pacem rogat; procuranteque Cardinale Derthusensi, Regi Carolo nouum dicentes sacramentum, arma tormentaque tradentes, ac non exiguas pecuniæ summas numerates, facile impetrat, promittentes se rebellionis Duces omnes, quos in potestatem essent nacturi, tradituros. Quo illi intellecto, ex omnibus locis fugam Franciam versus instituunt. Sed pars maior capta, carnificum manu per tormenta perijt. Nonnulli, cum effugium non pateret, tormentorum manus vitaturi, è rupium ac montium summi-

summitatibus se delicientes, ruptis membris interiere. Zamoræ Antistes, ad Fracorum Regem cum multo auro contendens, in Nauarra captus ac spoliatus, tandem ad arborem strangulatur. Ioannes Padiglia, ac paulo post eius vxor Maria Pacæca, cum Ioanne Brauiio, à carnifice sunt iugulari; corporaque in quatuor partes secta, varijs locis ad aliorum exemplum pependere. Aedes, quas Toleti splendidissimas habitabant, è fundamentis dirutæ, area sale disseminata; marmoreaque eodem loco Columna posita, cui actæ rei historia fuit insculpta inscriptaque. Petrus Gironius, ac Petrus Lassus, cum plerisque alijs, qui instante pugna ad Regia transferant castra, Oranz, Africæ Oppido Hispanici iuris, certis annis exulare, ac sine stipendio militare sunt iussi: quo tempore fideliter exacto, veniam consecuti, fortunas, patriam, famam, honoremque receperunt. Multi alij sequenti anno, cum Cæsar Carolus redisset, vt Maldonatus ac Pimentellus, capti, varijsque pœnis fuerunt multati. Cæteris omnibus Cæsar, trecentis exceptis, gratiã, quod ad capitibus, famæ, dignitatisque pœnam attinet, fecit, ciuiles actiones sibi & cæteris integras reliquit, iudicio persequendas. Vltimi omnium Toletani ac Valenciani, Maria Pacæca pro capto marito classem canente, ac bellum aliquandiu trahente, ad obsequium sunt redacti. Toletani enim, cum se omni auxilio destitutos viderent, nec solos sustinendo bello sufficere, acceptis à Cæsare gratiæ legibus, ad officium rediere. At Valenciani odio Pro-Regis Iacobi Mendosæ, ac aliquot nobilium Gubernatorum, qui eos duriter habuerant, animis exacerbati, arma nondum posuerant. Exegerant Pro-Regem, omnesque qui Cæsaris tuebantur partes; diripuerant, incenderant, ac demoliti erant Oppidum ac Arcem Cheluz, ædes Vicecomitis ibidem splendidissimas, supellestemque eius opulentissimam in prædam verterant, homicidia latrociniaque non pauca perpetrarant, in vtrumque sexum ordinemque supra omnem fidem sæuierant, commiserantque ea, quæ non solum referre, sed recordari piger. Conscripserant militem è Mauris Mahometistis, religionem Christianam simulantibus, idque hac de causa. Valenciani olim Nobiles, factionibus dediti, vt certum sibi pararent singuli præsidium, empros ex Afris seruos diuerso armorum genere exercuerant, horumque operam contra aduersas factiones utebantur. Euenit, hi serui, inita coniuratione, contra dominos arma sumerent, ac diuerso euentu non semel cum eis pugnant, donec iustas contra se copias à Valencianis parari intelligentes, ad mare se conferunt; prædatoriamque Tunetani Regis classem circa littora vagantem nacti, cum non exigua præda descendunt, ac in Africam fugiunt. A quo tempore cæteri Africanis serui exarmati, ac ad agros colendos compulsi, religionis quoque Christianæ cultum vel inuiti recipere sunt coacti, seuera contra religionis dese-

1520. *Stores instituta inquisitione ac pœna. Ex his nouis ac inuitis Christianis rebelles Valenciani militem conscripserant, contra Regem ac veteres Christianos acerrimū fore iudicantes; nihilque omiserāt, quod ad pellendum Hispania Regem Carolum facere posse censebant, diuersoque euentu non semel cum Pro-Rege Mendosa ceterisque Nobilibus viri acres pugnarant, Oppida, Arces, Castella, Monasteria, Tempa, Pagos, Vicos, Villas diripuerant, exusserant, ac vastarant, debaccharique erant inhumanissimè in omnem sexum & ordinem, nec vlla ratione ad officium, nisi armis doniti, reduci potuere, manentibus in rebelli hac animorum obstinatione præcipuè Valencianis, Algiranis, ac Sciatiuis, quæ tres ciuitates minis nec promissis ad imperium perduci potuere, nisi cum anno 1522. Cæsar Carolus in Hispaniam, vt eo narrabimus loco, esset reuersus. Dum hac ratione inter Hispanos ciuili bello scuitur, Francorum Rex Franciscus occasionem repetendi Nauarræ Regni non amittendam ratus, rupta paulo antè pace, Andream Lopensem, Asparotti Dominum, Lotrechij Foxensis fratrem, ac Tornouium, cum instructissimis copijs, hunc equitatu, illum peditatu præficiēs, in Nauarram mittit: qui vniuersi ferme eius Regni Ciuitates cū Vrbe primaria Pampelone (olim Pompeiopolis) in potestatem redigunt; promotisque; consilio Domini Fani D. Columbe, Lautrechij Legati, ad Iberum vsq; Annem copijs, Longronniū obsidione cingunt: maioremque Hispaniæ cladem intulissent, nisi, deuictis paulo antè rebellibus, Ammiralis ac Conestablis sine veris anni 1521. eò victorē exercitum conuertissent. Is verò singulis horis ab ijs augebatur, qui è rebellū clade intacti euaserāt, ignominia rebellionē contractam, fortiter cōtra Fracos pugnādo, delere cupientes. Itaq; exercitu Iberum traducto, Francos in Nauarræ finibus assequuntur: qui intellecta rebellū Hispanorū clade, relicto Longronnio, Pampelonā se receperāt, vt maiora, quæ in itinere erāt, recipiētes auxilia, cū Hispanis nobili prælio decertaret. Sed Ammiralis, fidis ac peritis vsus itinerum ductoribus, per altos colles exercitum raptantibus, inexpectatus subito Francis in fronte occurrit. Expediunt se ij, quanquā numero inferiores, statim ad pugnam; primoque imperu in aliquot peditum Hispanorum cohortes equites Franci inuecti, eos sternunt, funduntq;: sed mox à circūducta Hispanici equitatus acie, immiscētibus se expeditissimis peditibus, è fuga in pugna cū equitibus reuertentibus, acriter Fraci equites oppugnati, tandē solutis ordinibus in præcipitè fugam, non paucis desideratis, agūtur. Non melior Francorū peditū fuit conditio. Exiguo enim tēpore impressionē veteranorū Hispanorū peditum victoriā equitū animis elatorū ferentes, in proximos montes & siluas se abdidere. Periere è Francis circiter quatuor millia septingenti, capto vtroque Duce. Sed Asparottus, confusa*

causi-

causide ferme excæcatus, operā Comitiss Beneuenti, ingenti promissa pecuniæ summa, dimittitur: cuius auari facinoris pœnam sequenti anno Cæsaris sententiā exilio luit. Turnomus Dux alter apud Cardinalem Derthusiensem liberā custodiā fuit detentus. Pugnatum est mensis Augusti die vigesimo-quarto, Apostolo Bartholomæo sacratio: quo prælio Hispaniæ rebellionē ac Francicæ inuasioni finis est factus, Numenque quid Cæsari Carolo pararet declarare cœpit. Exinde Ammiralis victoria vtendum sapienter iudicans, mox omnia, quæ Fraci in Nauarra occuparant, recuperat. Atqui tum primū Cardinalis Derthusiensis Burgos reuerti est ausus, quanquam Franci Nauarra eiecti Fontarabiam ac pleraque alia Cantabriæ loca forti adhuc præsidio obtinerent. Tum Cardinalis Derthusiensis Carolum Cæsare mense Octobri huius anni Aquisgrani corona Caroli Magni redimitum, de superatis rebellibus ac Francis, receptaque Nauarra, certiore facit. Coronatio autem in hunc facta est modum. Designatus erat à Carolo Septem-viris Octobris dies sextus huius anni conueniendi Aquisgranum, sed qui in vigesimum-primum est translatus, propter pullulantem ea in Vrbe pestem. Rogant eum Septem-viri, coronationis locum mutaret: sed ciuibus morbi frequentiam ob factos sumptus extenuantibus, respondit, se Caroli quarti Cæsaris legem infringere nolle. Conueniunt itaque Aquisgranum Archipræsul Moguntinus, Coloniensis, ac Treuirensis, Legati Regis Bohemiæ, Ducis Saxonie, (is enim ob morbum Coloniæ substiterat) ac Marchionis Brandenburgij. Palatinus ceterique Principes obuiani Regi Carolo cum mille sexcētis equitibus profecti, venientem cum bis mille equitibus, desilientes è suis, magna cum reuerentia suscipiunt, ac, Moguntino verba faciente, aduentum gratulantur. Respondet humaniter per Salsburgensem Rex Carolus, gratiasque omnibus agit. Ad Urbem equitantis latera Moguntinus ac Coloniensis clauderant. Ponē sequebantur Bohemiæ Regis Legatus, Cardinalis Sedunensis, Salsburgensis, ac Crouiacus, multiq; alij Regum Principumque Legati. In medio summi Templi Aquisgranensis per ampla dependet corona, subtus quam Carolus procumbit, dum Archipræsul Coloniensis precatur. Precibus finitis, à Moguntino ac Treuirensi subleuatus, ad summam Aram D. Virgini Mariæ sacram sistitur, vbi pronus facta prece, deinde in deauratum statuitur solium, faciente inerea Coloniensi rem diuinam. Post Euangelij decantationem, Latinis Carolum verbis rogat Coloniensis, an fidei Catholicæ decretis sit staturus, Ecclesiam defensurus, iustitiam administraturus, Imperium restauraturus, Papæ debitum antiquumque honorem exhibiturus, pupillorum, viduarum, ac calamitosorum hominum defensor futurus. Cū annuisset, ad Altare ductus sacramentum dicit, ac ad solium reuertit-

AA 3

uertit-

1520. uertitur. Deinde Colonienſis cæteros Septem-viros rogat, an ſidera Regi Carolo ac obedientiam Cæſari debitam ſint præſtituri. Cùm promiſſent, eum in pectore, capite, ſcapulis, ac palmis, ad ſingula præcibus conſuetis uſus, inungit. Tunc in morem Diaconi ſacri veſtitum, ac iterum in ſolium collocatum, Colonienſis, nudum ei manu gladium tradens, Rempubliacam Chriſtianam commendat, annulum digito inferit, ac Regali chlamyde ſumptuoſiſſima (qui in ſummo ſemper Tæplo manet, ac quem me ſibi anno 1584. vidiffe memini) induit, ſceptrũ cum pomo porrigit. Diadema verò tres dicti Archipræſules adhibitis manibus capiti eius imponunt. Hac ornatus ratione ad ſummum Altare reuerſus, boni Imperatoris officio ſe functurum iurat. Tum in primam conſcendens Templi concamerationem, in ſaxea collocatur Cæſarum ſede. Moguntinus inde verba ad populum faciens, ſalutem nouo Cæſari ac Reipublica Chriſtiana precatur, ſe, collegas, Imperiumque enixè ei commendat. Tubicines, Muticique canoris vtentes instrumentis, lætitiæ ingentia edunt ſigna. Peracto ſacro, arcanum Ieſu Chriſti corpus ſumma cum reuerentia Cæſar ore menteque ſumit: pauloque poſt gladio, quo Carolus Magnus in prælijs dicitur uſus, tactis leuiter humeris, Nobiles id petètes in Equitum cooptat numerum. Aderat ſpectatrix omnium Margarita Cæſaris amica, Belgarum Gubernatrix. E Templo ad Palatium itur prænſum. Cæſar vna menſa ſolus in medio ſedens prandebat. Singuli Septem-viri in eadem Aula ſingulis viſi menſis è veteri lege prandebant. Bos diuerſo auium ferarumque genere farcitus, publiceque ad ignem aſſatus, populo diripiendus datur, vinumque etiam aſſatum toto die publice omnibus præbitum. A prandio Cæſar in diuerſorium reuerſus, Moguntino Imperij ſigilla tradit. Poſtridie Cæſar dat cœnam Septem-viris. Tertio die inter Miſſa ſolemnia Moguntinus ſuggeſtum aſcendens, populo exponit, ſummum Pontificem, approbata creatione ac coronatione, Regi Carolo Cæſaris titulum conceſſiſſe. Fine menſis Octobris Cæſar, dimiſſis Septem viris Coloniam veniens, Imperij conuentum

1521. VVormatiæ in ſextum Ianuarij diem anni 1521. indicit. Quam ſatis frequentes Germaniæ Principes adueniſſent, primùm pax inter Ferdinandum Auſtriæ Archiducem, ac Venetos, æquis hinc inde conditionibus ſtabilitur. Durabant enim adhuc induciæ inter Cæſarem Maxæmilianum ac Venetos factæ anno 1518. eæ nunc in ſolidam firmamque mutatæ pacem, veteres omnes controuerſias ac ſimultates ſopiere ac ſuſtulere. Deinde de Cameræ Imperialis, vt vocant, publico iudicio reſtituendo, ac paranda totius Germaniæ trãquillitate, leges cõcipiuntur, quæ ab anno 1517. ſubſequentique deinde morte Cæſaris Maxæmiliani, nonnihil conturbatæ erant paradoxis concionibus ac ſcriptis Martini

Martini Lutheri Saxonis, Monachi Ordinis Diui Auguſtini, qui 1521. ſummi Pontificis ac veterum Conciliorum ſcriptorumque ſacra volumina interpretantium authoritatem in dubium vocabat, Chriſtianaque inſtituta, ad pium Dei cultum conſeruandum, ei que hac obedientia placèdum, à maioribus per manus tradita, ſacrorumque voluminum ſufficiente authoritate comprobata, conuellere, tandemque vt noxia, falſa, execranda, Deoque ingratiſſima, reiicere conabatur, ſcommatibus ſalibusque argumenti loco apud populum uſus, quo riſum ac applauſum (vt erat naturã vehemens, dicax, ac turbidus) inter Saxonica pocula excitaret. Ad hæc in mores ac vitam ſacrorum Miniſtrorum ac ſummorum Pontificum digreſſus, ex humanæ naturæ imbecilla conditione occaſionem carpenti, mordendi, lacerandi, ac in odium eos adducendi arripiens, quaſi cum ſuis omni vitio ac peccato caruiſſet, vt contra bruta animalia imperioſè detonabat, extremoq; conatu ſacrorum Præfectos, dogmata ſacra, ritus antiquos apud homines rerum imperitos, quantum poterat, in cõtemprium trahebat. In publicis diſputationibus ac concionibus, cùm eſſet inconstans & varius, apud inexpertam nouiſque rebus gaudentem plebem inſigniter triumphabat: qua iactatione ac arrogantia effecerat, vt ea nil eum ignorare ſibi perſuaderet, eo magis quòd deſtiturum ſe palam iactaret, ſi ab aliquo erroris conuinceretur: quòd cùm diſſiculter fieri poſſe ſciret, quamdiu maiorum interpretationes ac ritus reiiciſſet, niſque præter nuda ſacrorum voluminum ſcripta amiſſiſſet, exultabundus triumphum ſine victoria agebat. Etenim ſacræ literæ eius ſunt conditionis & naturæ, ſi in refractarium ac cauillatorem incidant, vt in varios facile ſenſus trahi detorqueriq; poſſint, tam propter rerũ, quas tractant, ſublimitatem, quã ob ingenij humani imbecillitatem & arrogantiam, quòd ea que Deus abſcõdit, aut nõ exiſtere, aut planè ſe intelligere exiſtimat; adeò ſubinde audacter de ijs ſententiã pronunciantes, ac ſi nihil quàm quod ſub intellectu cadit humanum, illeq; videat, in religione foret admittendũ. Volubilitas enim humani ingenij facile probabiliter de rebus omnibus in vtramque partem diſputat, quum (vt vulgo dicitur) niſi ſit tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: quòd cùm in rebus ciuilibus nonnunquam eſt admittendum, certè in religione, vt peſtilens & pernicioſum, nulla ratione eſt ferendum. Nil enim magis animorum ſaluti ac corporum tranquillitati eſt contrarium. Quare ijs quæ iam olim communis Chriſtianitatis authoritate (Eccleſiam Catholicam vocant) ac maiorum conſtanti ſucceſſione & conſenſu ſemel ſunt recepta, neceſſariò eſt ſtandum, niſi ſingulis ferè ſæculis nouas recipientes interpretationes, ipſam tandem religionem, interpretam multiplici inconstantiã vileſcentem, extinguere ac amittere velimus.

5521. limus. Veteres enim interpretes Ecclesia Catholica, in explicatione sacrorum voluminum non sequitur, nisi per omnia Dei honorem, sincerum eius cultum, populorum quietem ac concordiam promouere, auxilio Spiritus sancti, vnanimi consensu reperiantur. Id autem fieri iudicatur, quando eorum scripta cum Ecclesia capite, maiorumque traditionibus, in necessarijs ad salutem humanam apicibus, quæ Sacramenta vocant, omnino conueniunt. Proinde non video quare nouis olimque damnatis interpretationibus, iterum ab inferis reluscitatis, Christiana Respublica sit perturbanda, populorumque inter se amor ac coniunctio, quæ ex vnius religionis cultu vehementissima ac constantissima esse solet, sit rescindenda. Quis enim Christianæ religionis veritatem inter tot opinionum ac interpretationum varietates demonstrabit, nisi ad eam confugiat probationem, quæ sumitur ex antiquissima veterum inter se scriptorum consensione, Conciliorumque concordia, ab ipsis Apostolis non interrupta serie ad nos usque deducta? Pro certo enim habeo, Deum non tam facundos, doctos, peritosque rerum perturbatores, ac inquieta scilicet ingenia, quam tranquillos, ac in receptis à maioribus religionis dogmatibus modeste obedienterque conuersantes homines, pro veris pijsque (si iustitiam temperantiamque non deseruerint) amplecti cultoribus. Nulla vnquam tam difficilis quaestio inter Theologos nec Philosophos agitata fuit, quæ non hoc nostro sæculo suos in vtramque partem assertores ac explosores repererit, tanta animorum cum arrogantia ac fastu, vt infiniti noui Doctores, vix aliquando vigesimum-quintum ætatis annum attingentes, suarum assertionum explosores ac contemptores æternam Dei iram sempiternosque cruciatus minari, ac pro certo impendere, persanctè asserere non dubitarint: quodque indignissimum est, ac mille pœnis puniendum, misero imperitoque popello, opinionibus suis facto ac turgenti, persuaserunt, pro interpretationum ac opinionum suarum stabilitione, Regum Magistratumque legitima antiquaque contemnerent imperia, vitam fortunamque suis conseruandis decretis profundere non dubitarent, nullaque ratione vlli Principi contra sua decreta legem ferenti obedirent, promittentes, qui tam euidenti periculo se stultè exposuissent, id in quo nil iuris nec potestatis habent, diuinitatem, immortalitatem, Diuorum perpetuam cohabitationem, vitamque communionem; contra mortem, æterni barathri fauces, ac infeliciam perpetuum consortium, si à se suisque statutis defecissent: tantaque fuit hominum aliquot, & adhuc (proh dolor) est, in summa cecitate peruicacia, ac animi obstinatio, vt vanæ spei titillatione allecti, in mortem ac tormeta misere ruant, seque diuelli stultè sinant ab his, quibus eos Deus ac natura summa cum caritate iunxerit. Non enim Christi Dei causa (quod falsè ac im-

15215 ac imperitè obtendunt) moriuntur, quum is pro vero Deo ac homine ab omnibus Christianum nomen admittentibus agnoscat, ac colatur, sed à carnifice lacerari se permittunt, vt huius aut illius opiniones interpretationesque stabiliant, commentis ac inuentis auctoritatem locumque tribuant. Horum exccatorum pœnâ exultantes, triumphum noui Doctores ac præna canunt, diuino eos afflatu ob veritatis propugnationem constantissimè mori inflatis buccis vociferantes, cum ipsi interea, munitis se locis continentes, à principijs sibi caueant, neque capitis capillum vnum periculo exponere velint. Certè si horum mens oculos aperire didicisset, vel ea ratione horreret vitaretque nouos Doctores, quòd inter se nullo modo conueniant, nec sibi ipsis consent, sed alter alterum aculeatis sophismatibus configens, innumeris opinionum monstris hominum animos repleat, & vt in pro- uerbio est, tot generent sententias, quot ferè orbis terrarum fert homines. Verum vt hæc miseria subito orta, paucorum annorum curriculo vniuersum ferè orbem Christianum inundauit, ita iamdudum vanitatem impietatemque suam omnibus aded detexit, vt qui inter homines probi nomine gaudent, non immeritò sanguinarium, turbulentum, ambitionum, ac auarum genus horreant. Retardauit non parum violentum eorum cursum, ac tandem planè conficiet, quòd non minùs Principum, Regum, ac Cæsarium dominacui, quam religionis summorumque Pontificum auctoritati semper fuerint, & adhuc sint, infestissimi, ita vt Chimeram hanc necessariò prudentes Principes seuerè à Regnorum suorum limitibus arcere debeant. Certè iamdudum ob Doctorum insolentiam, sententiarum varietatem ac repugnantiam, seipsos euertissent, nisi summa viuendi libertas, quam ex opinionum incostantia populi sumpserit, ac Principum aliquot auaritia, qui sacros agros ac ædes occupauerit, obstarèt. Nulla certè olim Reipublicæ species nec forma à Philosophis fuit descripta, aut à legislatoribus inducta, quam non Monarchiæ diuinitus institutæ odio hominibus obtrudere, varioque legum religionumque fulcimento stabilire, vtque aliquo loco dominantur, inducere non sint conati. Post Lutherum innumeri successere nouorum dogmatum Professores, nullisque (quanquam absurdissima ac ridicula docentibus) discipuli nec sectatores defuere, quarum opinionum pars interijt, aut, simulato cultu Catholico, clam secretoque oracula sua veneratur, pars ferro ac vi se tutatur, aut, foedè libidinis promiscuo vsu concessa, inter suos dominatur. Contra monstrum istud hoc tempore, primoque Imperij sui anno, Cæsari Carolo pugna instituitur, durauitque per omnem eius vitam; traditumque etiam filio Philippo per manus certamen, quam dubiam, anceps, varium, ac periculosum per totam extiterit Europam, oculatus, inter innumeros alios, ac experienciâ fidem

1521. nactus sum testis. In medio enim incendio per viginti-quinque continuos apud Belgas meos iactatus annos, è patria Ciuitate apud Batavos Delfensî ac omnibus fortunis exulauî. Interea victam non semel cruentam belluam resumptis viribus resurgentem vidi, ingentique irarum ac veneni mole instructam, per speciem amicitia vbiq; se insinuantem, prælia varijs locis indefessi corporis furibundo vigore instaurantem conplexi, donec Ducis sui morte obstupefacta, deuictisque Anowerpianis ingenti vulnere sauciata, languescere frigereque violentia nonnihil inciperet. Mense Aprili Lutherus, accepta à Cæsare fide publica, VVormatiâ ad Principum Comiticia venit, ac coram omnibus noua dogmata propugnat. Quumq; à varijs doctis viris disertè ac sufficienter ei esset responsum, nec tamen quicquam à sententiâ discederet, dimissus mense Maio proscribitur, quum paulo antè Romæ à Papa Leone decimo sacris ei esset interdictum. Libri ab eo conscripti (interdicta omnibus lectione ac vsu) ad ignem sunt condemnati. Initio huius conuentus moritur VVormatiæ Guilihelmus Crouiacus, Archipræsul ac Cardinalis Toletanus, vir magnæ apud Cæsarem auctoritatis; sequiturque eum mense Maio alter Guilihelmus Crouiacus, Chæuræ Dominus, primus Arshoti Marchio, Cæsaris nutritius, pacis cum Franco stabiliendæ author semper ardentissimus. Eodem mense Ferdinandus Austriae Archidux, Cæsaris frater, Lintzij Austriae Oppido in vxorem ducit Annam Lodowici Bohemiae ac Hungariæ Regis sororem vnicam, Lodowicus verò Budæ in vxorem ducit Mariam Austriacam, dicti Ferdinandi ac Cæsaris Caroli sororem, ijs, viuo Rege Vladislao, ac Cæsare Maxæmiliano, desponsatas. Vt verò Cæsar Carolus fratris sui Ferdinandi honestaret nuptias, pro hæreditaria ei portione vtramque concedit Austriam, cum omnibus quæ inde in Germania depèdunt Prouincijs, ac quicquid in Sueuia, ad Lacum Acronium, Siluam Herciniam, agros Brisacenses, vltraque Rhenum circa Ellum Amnem Austriaca possidebat familia. Tû ad Ordines ac Ciuitates Austriacas grauius seuerèque scribit, quamprimum remisiss in veterem dignitatè ac locum Præfectis Magistratibusque, qui auo Cæsare Maxæmiliano moriente gubernarant, vti is testamento iusserat, seditionem rebellionemque ponerent, pacatè viuerent, publica non attingerent, priuatis abstinerent, nisi se earum rerum curam suscipere, ac in contumaces inobedientesque animaduertere mallent. Consilio inter se seditiosi habito, parère Cæsari decernunt, quum per integrum biennium peste ac seditione vexati, publica priuataque sui iuris fecissent. Immensa Cæsaris potentia, infelicisque Hispanicæ rebellionis Francicæque eladis recentis memoria territi, nil moliri audebant. Adueniente Viennam Archiduce Ferdinando, rebelles, relictis Præfecturis ac Magistratu, ad priuatâ

priuata curanda abiere. Itum est Ferdinando ingenti pompa ac læticia vtriusque ordinis sexusque obuiam, celebranturque summo cum gaudio nuptiæ. Deinde cum noua nupta per vniuersam Ditionem, viginti nondum annorum adolescens, in Principem inauguratur. Interea bellum in Italia inter Cæsarem Francorumque Regem acriter gerebatur, Pontifice Leone (quem vterque sibi iungere studebat) cuius partes esset sequuturus, nondum declarante. Chæurius summopere pro pace cum Franco ineunda satagebat, eamque Cæsari persuadere conabatur; sed eo, vt diximus, mortuo, cum nemo amplius Francicam amicitiam valde probaret, nec suaderet, in perpetuum hi Principes meris bellum, Europam varijs calmitatibus inuoluere. Tandem Papa Leo animum pro Cæsare his legibus nudat: Ecclesiæ Romanæ dignitatem defendito. Francos Italia pellito. Franciscum Sfortiam in Ducatum Mediolanensem restituito. Nullo alio in Ditione Mediolanensi sale, quâ Seruino, vti or. Medicæ Cardinali quotannis decem millia aureorû nummum ex redditibus Archipræsulatus Toletani numerato. Coniunctis post hæc Cæsar Pontifexque viribus, Francos Parma Placentiaque eiciunt, hæcque Ciuitates Ecclesiæ Romanæ restitunt. Mediolanum mense Nouembri capiunt, ac tandem Franciscum Sfortiam in Insuubrum Ducatum, quem continuis sex annis Franci possederant, reducunt. Pro absente Cæsare bellum administrabat Prosper Columna, ac Ferdinandus Danalus, Piscarij Marchio; pro Pontifice Fredericus Gonzaga, Mantuæ Marchio. His rebus feliciter peractis, Leo Papa, epoto veneno, in ipso ætatis flore è viuis excedit; succeditque illi Adrianus sextus, Cardinalis Derthusiensis, Cæsaris Prædagogus. Dictorum bellorum causas, successus, ac euentus apud Franciscum Guicciardinum Historiæ libro decimo-quarto, ac apud Paulum Iouium in Epitome libri 20. & 21. descripta inuenies, ea nos hac de causâ hîc obiter tantum attingentes. Apud Belgas etiam hoc anno inter Cæsarem ac Francum acerrimè bellum gerebatur. Robertus enim Marcanus, initi cû Cæsare fœderis pœnitens, clam nouum cum Franco, à quo dudum fuerat sollicitatus, iniit; quarrensque belli causam, tandem Marcanus Aimeriæ apud Hannones Regulo, Cæsaris clienti, (ob priuatas controuersias, ac possessionem Oppidi Hiergæ) bellum infert. Petit Aimerius accipitque à Cæsare auxilium, Marcanus à Franco. Rupta hac ratione inter Reges pace sub exitum Comitiorum VVormatiensium, Cæsar, iustis cõscriptis copijs, ijs Heinricum Nassauij Comitem ac Franciscum Sickingium præficit. Francus etiam collecto exercitu Carolum Borboniæ Ducem imperare iubet. Nassauius statim in Lurzenburgios contra Marcianos proficitur, expugnatque ac diruit Lognium, Iamerrium, Fleurengam, Sancerum, Estdainium, Mousoncurtiû, ac Bullonium, captosque Præfectos

1521. ac præfidiarios omnes strangulari iubet. Paulo post cum Marciano in sex septimanas facit inducias: cumque capta Oppida præfidijs munisset, cum exercitu contra Francos profectus, Oppidum Maseriam ad Mosam situm, obsidione cingit, ac per quinque septimanas, propugnante cum iusto præsidio rebusque omnibus necessarijs Baiardo, frustra oppugnat, Cæsarianis magno numero alui fluxu intereuntibus: quare tandem deserto Oppido in Belgium reuertit. Rex enim Franciscus iustus cum copijs aduentabat, receptoque Musonio, Hannones ac Atrebatæ, expugnatis aliquot Munitionibus, depopulabatur, Borbonius verò suis cum copijs Hesdinum cum Arce occuparat, Rentiacum cum aliquot alijs Castellis deditione receperat. Ab alia parte Marcanus, clam à Geldro adiutus, finitis inducijs, è Leodijs Brabantos ac Namurcæos vastabat. Flandri verò diu obsessum cum Arce Tornacum pridie Cal. Decembres deditione receperant, inauguratusque ibi nomine Cæsaris decimo-quarto Cal. Ianuarij fuerat Henricus Nassauj Comes, Arcemque ea qua hodie visitur forma absoluerat. Ex quo tempore Tornacum Flandriæ membrum permanfit. At Gelder, dudum animo bellum Cæsari coquens, à Groninganis sacramenti renouationem petit. Cives difficultatem non faciebant. Sed Nobiles ac Ommelandij, noui Cæsaris, vicini sui, in quem Saxo ius omne, quod in vtramque habebat Frisiam, non ita dudum trãstulerat, potentiam timentes, verebantur Geldro vires defuturas sui defendendi. Sed post varios super hac habitos conuentus, tandem in hanc formam cum ciuibus iurant: Si Carolus Geldriæ Dux nos contra omnes bellum nobis inferentes defendere ac tueri poterit, ei omnia quæ legitimo debentur Principi obsequia ac officia præstabimus: sin minus, à præsentis sacramento liberi, nostri iuris manere, ac eligere in Principem quem libuerit, liberum nobis esse obtestamur ac volumus. Quumque eodem tempore diuisi inter se Trans-Isalani inquietè agerent, tandem à cæteris Swollani deficientes, socijs bellum inferunt: quo statim inferiores, inito cum Geldro foedere, auxilia ab eo accipiunt. Dauentriensibus verò Ultraiectini necessaria transmittunt, non exigua inuicem inferentes damna. Groningani, Geldro subiecti, huius quoque belli incòmoda sentiebãt, insigniter a Frederico Tuickelio, quem Philippus Burgundus, Ultraiectinum Antistes, Couwardo præfecerat, vexati. Iusto enim ab Antistite accepto præsidio, Dammum occuparat, ac quotidie ad portas vsque Groninganas excurrerat, Oltamprios verò, cæterosque Ommelandios, ad mentuum sibi soluendum tributum compulerat. Contra hunc mense Martio anni 1522. Gelder, coactis suorum Francorumque quæ à Marciano acceperat copijs, Marscalcum mittit. Accedunt paulo post noua à Francorum Rege, Duce Michaelæ Panera, missa auxilia, qui coniunctis viribus

1522. bus Steenwicam, Trans-Isalanae Ditionis Oppidum eo tempore opulentum, frustra aliquoties oppugnant, non paucis, ac inter hos Panera, desideratis. Ab altera parte VVestfrisi, Cæsaris partes secuti, Staueram, eiectis Geldris, occupant, iustoque relicto præsidio muniunt. Tum non paucis instructis nauibus, agros Oppidorum ad sinum Barauicum Meridionalem Geldrici iuris sitorum insigniter deprædantur. Geldri in continente par referebant. Nam in Hollandorum profecti agrum, Leidanos eorumque vicinos atrociter euastant, ingentemque prædam maioris pecoris abigunt, latrocinantes verius quam belligerantes. Quumque matura ætate Antistes Philippus, propter ingentes sumptus, maiorem militum partem dimississet, Geldri ac Groningani, coniunctis viribus, Couwardum cum arce capiunt, Tuickelium in vincula conijciunt. Postridie Cal. Nouembres Gelder, Groninganorum defectionem veritus, eò proficiscitur. Populus enim, diuturno fessus bello, pullis aliquot gallinaceis iugulum absciderat, ac de nocte ad fores publicæ Aedis deposuerat, significare volens, idem Magistratui expectandum, si longiori se implicuisset bello. Cõueniunt omnes Ordines. Diuersi diuersis temporibus audiuntur. Sed tandem magnificis Geldri promissis animis erecti, ac ad sustinendum bellum animati, iterum fidelitatis sacramentum in Templo D. VValburgis renouant. Post hæc Dux Carolus magnis populis cum comitatu sæpius Groningæ exhilaratus, donatusque mille aureis florenis, in Geldriam decima Nouembris reuertit, mittitque mense Decembri Groninganis Præfectum Iaspem Merwikium, qui in Concilium adhibitis Groninganorum Hofmannijs, Ommelandiorum etiam suscipit gubernationem. Mense Aprili Cæsariani ad Bicocã memorabili prælio Heluetios Francosque superant, quo tria Heluetiorum millia ac viginti duo ordinum ductores cecidere; discedentibusque Francis & Heluerijs, Frãncisco Sfortiæ (vt paulo antè narrauimus) Cæsaris iussu Ducatus Mediolanensis restituitur. Mense Decembri Solimanus, Turcarum Rex, Insulam Rhodum, post diuturnam oppugnationem, pulsus Christianis, in potestatem redigit. Interea Franci ac Belgæ à bello non cessabant, præcipuè Picardi, Atrebatæ, ac Hannones, quorum Oppida ac Ciuitates præfidijs munitæ, quotidianis se inuicem excursionibus vexabant. Mense enim Martio mille Germani pedites Atrebatæ profecti, Otham (alijs Authiam) Amnè traiciunt, Dorlanumque Picardiæ Oppidum prætergressi, Barnauillam cum vicinis Pagis spoliant ac exurunt. Sed in regressu à præfidiarijs Dorlanorum equitibus, Duce Estræo, pugna superati, præda exuuntur; incidentesque mox in Francorum aliquot pedites, prædam non exiguam præ se agentes, ijs pulsus, prædam rapiunt, ac Atrebatum pars maior nunc victi nunc victores reuertuntur. Postero die Comes Buranus, iustis eductis copijs,

1522. frustra Dorlanum obsidet, tormentis quatit, ac oppugnat, suorum seditione ac aduentu Vendomæ Ducis deserere, re infecta, coactus. Is enim Ambiani collectis omnium vicinorum præsijs, ad liberandum Dorlanum magnis itineribus contendebat: expectalletq; eum Buranus, prælioque pro Dorlano certasset, nisi orta inter Germanos ac Vicallones atrocissima seditione Atrebatum reuerti, ac maiorem militum partem dimittere esset coactus, Monbrunio, aliquoties alijs nobilibus Francorum Præfectis, quos minutis prælijs ceperat, secum abductis. Vendomius suis cum copijs vestigijs insistit, ac in Atrebatos contédens, Arces Aedesque omnes, è quibus Belgæ Picardos infestare solebant, euertit; nullaque alia re memorabili gesta, desideratoque leui in prælio Tellignij Regulo, Ambianum cum ingenti præda reuertitur. Interea Cæsar iter in Hispaniam parans, Belgas Margaritæ amitæ regédos committit; in Imperio fratrem Ferdinandum Legatum statuit. Urgebatur ad hanc profectiorem postrema Hispanorum defectione, qui animis nondum planè pacati, ad veteris obsequij tenorem ac antiquam nominis Regij obedientiam reuerentiamque erant reducendi, idque prudenti potius moderatione; propter ingentia quæ vndique oriebantur bella, quam summi iuris rigore. Rebus igitur omnibus paratis, ac Middelburgi Zelandiæ classe centum quinquaginta nauium, quæ ventum ex Oriete expectabat, parata, quatuor millia Germanorum ac duo millia Belgarum peditum imponit, sequentibus non paucis voluntarijs. Iubentur Hamptonij, Angliæ Oppido maritimo, Cæsarem expectare. Is enim vigesima quarta Maij Brugis Flandriæ terrestri itinere profectus, Niportum, inde Dunkerkam, tandem Calerum venit, exceptusque est magno cum honore à Regis Angliæ Legatis, ac Oppidi Magistratu, qui ad secundum vsque milliare obuij processerant. Postero die conscensâ nauî (quod hinc breuissimus in Angliam sit traiectus) spatio quatuor horarum Caletum Doueram in Angliam appellit. Paulo antè Henricus octauus Angliæ Rex Cæsari ingens auri pondus ad bellum Italicum mutuo dederat; indixeratque & Franco bellum, posteaquam ei Cæsar centum triginta millia aureorum florenorum quotannis addixisset, quæ Francus pacis tempore Anglo soluere erat solitus; ac ad nouæ amicitiae perpetuitatem stabiliendam, Cæsari filiam Mariam septennem, è matertera eius Catharina susceptâ, despondet. Paucis paginis pompa describi non posset, quâ Cæsaris honorandi causa Londinenses Regis iussu apparauere. Arcuû triumphalium non erat numerus, quemadmodum nec scenarum, quæ sacras profanasque historias, fabulas, aliasque artificiosas, ingeniosas, ac solertes ingenioforum hominû inuentiones per omnes præsentabant vias, versibus Latinis ac vernaculis Regibus congratulantes; legebaturq; inter alia & hoc distichon:

Carolus

*Carolus, Henricus viuant, defensor uterque,
Henricum Fidei, Carolus Ecclesia.*

Quum integrû ferè mensem Cæsar in Anglia hæssisset, quarta Iulij post meridiem classem Hamptonij se expectantem conscendit, posteroque die summo mane è Portu soluens, decimo-sexto Iulij in Portum D. Andree apud Astures classem intulit, navigatione adedè commoda vsus, vt fluuium, non Oceanum, nauigasse dixisset, vnica & hac profectiione nauî pro omnibus piaculum facta: fortuito enim incendio cum hominibus rebusque omnibus misere perijt. Summo cum gaudio à Proceribus exceptus, sit certior, in Buscaia ac Catalonia suos contra Francos victoriam obtinuisse, cæsis octingentis, multis captis, cæteris fuga in omnes partes dissectis. Recepisse suos, fugientibus Francis, Beouiam ac Maiam, Arces munitas: esse spem, ipsam Fontarabiâ breui in potestatem concessuram. Ex eo enim tempore quo ad Pampelonem victus fuerat Asparottus, receptaque fuerat Nauarra, Hispani, parte copiarum dimissa, cum reliquis Fontarabiam, firmo Francorum præsidio infestam, obsidebant; desperataque expugnatione, fame in potestatem redigere conabantur. His è classe sua Cæsar in auxilium mittit quatuor millia Germanorum peditum; conscriptisque Hispanorum peditum aliquot cohortibus, eidem classi in Belgium redituræ (exceptis Hispanis nauibus) imponit, Regi Henrico contra Francos traiecturo, Belgicis coniuncti copijs, auxilio futuri. Deinde Cæsar vigesimo-sexto Iulij Aguilaram venit, inde Harcelam, tum Malgaram, vbi Pontificis Adriani Legatum audit, de felici nauigatione gratulantem, significantemq; Pontificem iam iam in Italiam traiecturum. Habere in classe mille quingentos pedites, ac voluntarios Nobiles ignobilesque totidem, cupere non parum Cæsarem ante discessum conuentum. Sed cum id commode fieri non posset, renunciari ei per suum Cæsar iussit Legatum, ne ea de re anxius institutum iter retardaret, sed quamprimum in Italiam traiceret: secretiora verò mandata mox tempus detexit. Tum Cæsar per omnes Hispaniæ Ciuitates dimissis literis Ordines Proceresque Palensam iubet conuenire. Adest ipse quarto Augusti, ac literis Legatisque Ferdinandi Cortesij docetur, de inuentione nouæ Hispaniæ, de victoria contra Regem Mexicanum Montecumam parta, de Vrbe in potestatem redacta, de ingenti ditissimarum Ditionum ac populorum detectione. Christophorus enim Columbus Genuensis, Lusitanorum felici in Orientem nauigatione excitatus, anno Christi 1492. paucis à Rege Ferdinando Catholico obtentis nauibus, primus in Occidentem nauigare tentauit, reperitque varias Insulas antea ignotas, quibus noua indidit

1522. ua indidit nomina, vt Fanum Dominici, Hispaniola, Ferdinandina, Elizabethina, ac similia. Hunc secutus est anno 1502. Vascus Noënius Valboanus. Deinde anno 1509. Martinus Ferdinandus Emiffa. Tum anno 1513. Ioannes Valboa Grialua, qui Quereram, multosque alios populos subegit. Tandem anno 1519. Ferdinandus Cortesius decimo octauo Nouembris cum vndecim nauibus, in quibus erant quingenti quinquaginta Hispani, è Fano D. Iacobi (qui est Cubanæ Ditionis Portus) in altum dat vela, quæsiturus ea quæ paulo antè Grialua repererat, sed intacta reliquerat: qui tandem post multos labores expugnata Vrbe Mexica, Venetiarum æmula, etiam Pontonhauiam capit, Victoriamque nominari iubet, ob miraculosam hoc loco contra Indianos obtentam victoriam, in qua D. Iacobum Christi Apostolum equo insidentem, ac nudum manu gladium vibrantem, pro Hispanis pugnare visum esse narrant. Capta est Mexica decimotertio Augusti anno 1521. cecidereque in Urbis expugnatione circiter quinquaginta Hispani, ac Indi permulti pro Hispanis pugnantes. Habebat enim Cortesius supra ducenta Indorum millia secum militantia. Periere cum Rege Montecuma, aut (vt alij scribunt) Moreffuma, vltra ceterum Indorum millia. Cæsar, his rebus intellectis, Ferdinandum Cortesium Marchionem Huassacachi nominat, quæ illi Dicio singulis pendebat annis centum quinquaginta millia ducatorum: vbi exinde cum vxore ac liberis habitans, plura indies Cæsari subigebat, singulis ei annis è sua mittens Præfectura trigefies centena ducatorum millia. Aequat enim noua Hispania vniuersam magnitudine Africam. Singulis ad hanc Provinciam annis classis Hispali (nunc Seuilia) proficiscitur, aliaque inde Hispalim cum auro redit. Anno enim 1519. Ferdinandus Magellanus Lusitanus, accepta à Cæsare Carolo potestate, ac quinque nauibus, in quibus ducenti erant Hispani, dat vela quærendis Insulis Molucis, aromatum productione claris. Cumque diu incognita esset peruagatus maria, atque æquinoctialem circulum, sub quo eas esse fitas didicerat, mense Martio anno 1520. quadraginta gradibus superasset, tandem ad incognitam peruenit Insulam, vbi mense Aprili, Maio, Iunio, Iulio, ac Augusto hyemare coactus, quam maximum passus est frigus: quo tempore exacto, ad aliam peruenit Insulam, quam Gigantes habitabant, è quibus vnus ab Hispanis captus, repertus est longitudinis duodecim pedum, quem ægre octo Hispani in terram deicere, ac compedes iniicere potuerunt, domare verò nunquam. Nam paulo post (etiã si humanissime tractaretur) fame seipsum confecit. Supererat iam æquinoctialem Magellanus quinquaginta & vno gradibus cum dimidio, tendebatque ingenti animo versus Islandiam ac Nortwegiam, decreueratque nauigare donec septuaginta-quinque gradibus æquinoctialem esset supergressus.

Sed

1522. Sed suorum seditione impeditus, propositum tenere non potuit. Detecta enim in vitam suam coniuratione, Lodovicum Mendosam ac Iasparem Casadinum strangulari iubet, Ioannem verò Cartagenam, cum seditioso sacerdote, in Insula quadam ferarum ac indomitum hominum arbitrio discedens reliquit. Tum vehementi tempestate conflictatus, vna nauis tecto illisa scopulo in partes disiliit, hominibus rebusque omnibus saluis. Tandem ad promontorium quoddam accessit, cui D. Vrsulæ nomen indidit, seque quinquaginta duos cum dimidio confecisse supra æquinoctialem gradus reperit, ac noctem sex tantum horarum inuenit; ingenti que mox reperto freto, illud audacter primus mortalium ingressus transiit, ac à se Magellanicum nominauit. Antequam fretum intraret, vna ab eo nauis deficiens in Hispaniam est reuersa, octauo posteaquam secesserat mense. Habet hoc fretum in longitudine paulo plus quam centum quinquaginta milliaria Germanica, in latitudine duo tantum; profunditas eius est incredibilis. Sunt in eo Insulæ complures, incidunt flumina rapidissima ac amplissima, littora altissimis rupibus munita, ac arboribus pulcherrimis proceribusque confita, conspiciuntur. Emenso Magellanus freto, ad amplissimum vastissimumque peruenit Oceanum; directaque in dextrâ pone Solem prora, ad æquinoctialem circulum reuertebatur, sub quo, aut inde haud procul, Moluccas esse fitas certò sibi persuaserat. Quadraginta diebus in vasto ac tranquillo errans Oceano, viginti viris fame amissis, totidemque inopia ægrotantibus, ad Insulas tandem venit infortunatas, ita à se appellatas, quòd neque homines, neque res ad vitam necessarias, præter dulcem aquam, in ijs reperisset. Diu errans, tandem ad Insulam venit Zebutam, quæ innumerabiles alias habet vicinas. Huius Rex nomine Hamabar, inita cum Magellano amicitia, ei mittit orizam, milium, ficus, poma Punica, melopepones, faccharum, zinziber, vinum è pomis nobis incognitis expressum, porcellos, capreolas, hinnulos, ac varia fructuum nobis incognitorum genera. Extruxit eò loci Sacellum, ex arborum ramis valde scite factum, ipsoque Paschatis die Missæ sacrificiū celebrari iussit, astante summa cum reuerentia Rege cum Insulanis; qui mox cum octingentis viris voluit baptizari, appellatusque est Carolus Hamabar, vxor Ioanna, filia Catharina, nepos, qui & hæres erat futurus, Ferdinandus: paulo post multo plures sacra aqua sunt abluti. Tum Magellanus ad Insulam Mantanam, cuius incolæ amicitiam eius recusabāt, cum octoginta Hispanis nauigat, vbi in insidias tractus, inita pugna, cum omnibus ferè Hispanis interficitur, Moluccis, vnde non procul aberat, nondum conspectis. Perijt Magellanus vigesimo secundo Aprilis anno 1521. eodem ferè tempore quo Cæsariani captam Genuam diripere. Superstites Hispani Præfectum eius loco nominant

CC

Ioannem

1522. Ioannem Serram, Magellani socerum, virum in rebus maritimis expertissimum, sed belli prorsus ignarum, qui frustra pro generi cadauere impetrando cum Barbaris egit, pauloque post à Carolo Hamabar cum triginta Hispanis ad conuiuium vocatus, omnibus in mēsa trucidatis, solus effugit. Euasere è Zebuta Insula tantum centum viginti-quinque Hispani, soluentisque è Portu, Serram, ferius ad littus cōcurrentem, ac miseranda voce vt reciperetur frustra petentem, deseruere. Non enim timore insidiarum ad littus redire audebant. Tum vna è tribus nauibus dissoluta, eius materia duas alias restituere, tandemque ad Insulam Tydoram è Moluccis vnā, sub æquinoctiali linea sitā, octauo Nouembris anno 1521. peruenere; ac à Rege Almanfore Mahumetano cum honore excepti, mansere quinque mensibus, Rege Cæsari annum tributum pollicente. Idem fecere multarum vicinarum Insularum Reges. Ex omnibus Moluccis hæ quinque sunt præcipuæ, Tydora, Terrenatum, Matira, Machia, Bachia, sub ipso sita æquinoctiali circulo, plus quam centum quinquaginta ab Hispania gradibus. Nauibus aromatibus repletis, ac acceptis psittacis aliquot rubris ac albis, Almanfori cæterisque Regibus valedicentes, diuersa itinera sunt ingressi. Ioannes Sebastianus Canoius, cum sua nauī, quæ Victoria dicebatur, ad Orientem contendens, Lusitanica nauigatione absoluta, tandem Hispalim seu Seuliam peruenit, cum ferme vniuersum circū nauigasset terrarum Orbem, scripsitque ea de causā circū gentilitia clypei insignia: Primus circūdedisti me. Altera nauis littora Hispaniæ nouæ legens, etiam incolumis in Hispaniam redijt, cum tribus annis vno minùs die in itinere fuissent; gratissimumque Carolo Cæsari nuncium de repertis Insulis Moluccis, suo sub Imperio è veteris diuisionis iure sitis, retulere: qui non parum morte Magellani, audacissimæ expeditionis authore, doluit. Diuisus autem fuerat Orbis terrarum in hūc modum. Quum primū Lusitani ac Castellani, ignota maria peruagantes, incognitas Insulas ac alterum terre Orbem quærerent, subinde casu inuicem obuiam facti, non satis amicè se salutabant. Id autem ne ampliùs eueniret, aut in maius malum prorumperet, controuersia summo Pontifici Alexandro sexto definiendam ac componendam permittunt. Ille, adhibitis in Concilium Cosmographis ac Geographis, lineam rectam ab Aquilone in Meridiem, quadringentis ferè milliariibus infra Promontorium Capitis-Viridis, ac Bonæ-Spei, versus Occidentem trahit. Quicquid ad Orientem vergens intra hanc reperiretur terrarum lineam, Lusitanicis; quicquid ad Occidentem extra eam inueniretur, Castellanicis iuris statuit. Non satisfecit hæc Orbis terræ diuisio Ioanni Lusitanicæ Regi. Quare à sententia Pontificis Alexandri prouocans, postulat mille sexcentis milliariibus ab Africa lineam eam

magis

magis ad Occidentem duci. Ferdinandus Arragoniæ ac Castellæ eo tempore Rex, bellis implicatus Italicis, nolebat hæc de causâ Lusitanum, vixdum ob vxoris cōtrouersiam sibi conciliatum, iterum hostem fieri, sed, interueniente dicti Pontificis autoritate, Regi Ioanni mille quadringenta ac octoginta versus Occidentem concedit milliaria, fiuntque hæc de re septima Iunij anno 1494. Tabulæ. Sed hæc limitum versus Occidentem promotione, imperitiâ Lusitanorum, Insulæ Moluccæ Castellanicis cessere, vtroque Rege ac ipso Pontifice tum temporis ignorante. Nam si mille quadringenta octoginta milliaria in Orientem, non in Occidentem, Portugalli petijissent, Moluccæ, sine vlla controuersia, iuris ipsorum mansissent. Tam audaci Orbis terræ diuisione inter Portugallos ac Castellanos felici omine facta, exinde in hunc vsque annum nauigare, nouas terras Insulasque vestigare non desierunt. Lusitanorū prima initia Latine descriperunt Damianus Goesius, Hieronymus Oforius, Lusitani; ac post hos Ioannes Petrus Maffæus, Bergomas, Societatis Iesu Pater. Castellanicorum varij varijs linguis nauigationes literis tradidere, nullus tamen adhuc ex professo amplissimam hanc elegantissimamque materiam iusto opere Latine est complexus. Dabit nobis aliquando Hispania aut Italia, Dei gratiâ, hunc virum. Cæsar Carolus, nauigatione Magellani allectus, statuit aromatum causâ iustam ad Moluccas mittere classem: sed intercessione dicti Regis Ioannis, ius in eas prætendentis, rem distulit, commisso iterum controuersie huius iudicio arbitris Mathematicis in disciplinis exercitatis: qui, quòd ante annum 1524. sententiam non tulissent, causâ fuere vt interea Castellani à Moluccarum nauigatione abstinere. Sed cum dicto anno repertum esset, eas etiam ex altera diuisione Pontificis Alexandri Castellanicis esse iuris, nauigare iterum versus Moluccas Castellani cœpere. Sed Lusitanus, Geographorum sententiæ standū non ratus, tribus nauibus eò missis, Castellanicam vnā apud Moluccas repertam capit, hominibus ad vnum interfectis. Cæsar nauem tempestate perijsse ratus, anno 1525. instructis alijs septem, iisque quadringentis quinquaginta milicibus impositis, Duce Garzia Iofreõ, Equite Melitano, tertio ad Moluccas mittit: qui mense Septembri Hispalim soluens, cum fretum Magellanicum transijisset, tempestatuum iactatione, morbo, cum maxima militum parte, mense Iulio anno 1526. periit; nauis verò quæ postea diuisa est Victoria, cum cæteris, hominibus ferme vacuis, ad Insulam Tydoram Calendis Ianuarij anno 1527. appulit. Sed quòd Insulanos & Lusitanos hostes haberent, sex naues periire, septimam, quæ Magellani erat, dicebaturque Trinitas, oneratam aromatibus, Lusitani diripere, hominesque cepere, ne vno quidem è quadringentis quinquaginta Castellanicis in Hispaniam, qui nun-

CC 2

cium

1522. cium adferret, redeunte. Rex Ioannes crudelem suorum erga Castellanos iniuriam Cæsarem aliquando vlturum veritus, misit ad eum Legatis petiti, Moluccas, certa pecuniæ pro factis sumptibus accepta summa, sibi concederet. Cæsar, qui non ita dudum cum Lusitano affinitatem, ductis hinc inde fororibus, contraxerat, ob continua Italica bella pecuniæ indigus, anno 1529. Insularum Moluccarum nauigationem ac mercatum ea conditione Lusitano permittit, vt ei, aut successoribus eius, trecentis quinquaginta aureorum ducatorum millibus redditus (quos Cæsar à Lusitano hac de causa accipiebat) Moluccis cederet, earumque nauigationem, mercatum, ac possessionem, sibi, aut Castellæ Regibus, successoribus suis, sine vlla difficultate ac controuersia redderet. Id autem Cæsari ac Castellæ Regibus, quum videretur, licebat. Nullus enim obligatorio huic contractui dies nec tempus possessionis, nec vsusfructus pro Lusitanis, nec liberationis pro Castellanis, erat ascriptus, sed Moluccarum receptio aditioque Castellanis omni tempore ac momento integra liberaque relinquebatur. Mirati sunt non pauci, qui optimè quid aromata Moluccana in singulos penderent annos sciebant, hanc Cæsaris facilitatem. Quare cum anno 1548. Legati Ordinum ac Ciuitatum Castellæ Valledoleti congregati essent, à Cæsare Hispani petiere, Moluccas ipsis Insulas per triennium tantum elocaret, se præter locati pretium Regi Lusitano reddituros trecenta quinquaginta millia aureorum ducatorum, ac aromata ad Ciuitatem Gallicie Coronnam, vnde breuis est in Belgiū traiectus, aduecturos, elapsoque triennio locato cessuros, neque summam trecentorum quinquaginta millium ducatorum vnquam repetituros. Cæsar, causa nemini declarata, quæ offerebantur reiecit, iubens insuper, ne quis in posterum hac de re amplius sibi verba faceret. Interea nunciatur, Francorum Regem Baionam decem millia peditum ac quadringentos equites misisse, vt inde Fontarabiam, rerum necessariorum inopia laborantem, adiuuaret; sed reuocatos, vt Britonibus auxilio proficiscerentur, quos Angli & Hispani classibus intulerant, omniaque depopulantes, Brestam obsidione cinxerant, aduentuque Francicæ classis iterum reliquerant, Anglis domū, Hispanis in Belgiū cursum tenentibus, ac ex itinere in Porta D. Pauli Leonis, aliisque vicinis locis, supra sexaginta naues cremantibus. Premebatur interea admodum Fontarabia, quod multis paruis præliis Franci victi, rerum omnium inopia vexarentur. Interim Cæsar vigesimo-sexto Augusti Valledoletem veniens, incredibili honore ac pōpa ab omni ordinū genere excipitur: spectacula verò ea ratione erant composita, vt culpam rebellionis deprecari, gratiam ac veniam pompa ipsa rogare videretur, varijs locis in eam sententiam positis Tabulis, ac scenicis ludis. Postridie Calendas Septembres Cæsar

Torde-

1522. Tordefillam intrat; matremque summa cum reuerentia salutans, pro patre Philippo anniuersarium Deo sacrificium fieri iubet, egenique liberaliter aurum diuidit. Nonis Septembris Valledoletem reuertens, per literas fit certior, Papam Adrianū sextum Genuam appulisse, summoque cum honore exceptum, inde Romam ingressum. Decimo-sexto Cal. Nouembres literis docetur, Henricum Angliæ Regem cum duodecim millibus peditum, ac mille quingentis equitibus, iustoque tormentorum apparatu, in Belgium traiecit, iunxisseque se ei bis mille Hispanos pedites, non ita dudum classe aduectos, ter mille Germanos, ac sex millia Belgarum peditum, cum mille septingentis equitibus, trahereque tormenta multa, vniuersam verò Picardiam flamma ferroque vastari, quo Regem Franciscum, rei indignitate motum, ad pugnam traherent. Coniurasse enim aliquot Franciæ populos, vt, relicta Regi Francisco veteri Francia, in libertatem se assererent, ac cum Cæsare Angloque pacem facerent. In Germania res etiam non admodum quietas esse intelligit, quod Franciscus Sickingius, Lutheri sectæ addictus, Archipræfili Treuerensi, Lodovico Palatino, ac Philippo Habsburgiæ Lantgrauio bellum intulisset, haud dubie operâ & pecuniâ Francicâ. Infestare Sickingiū mercatores ac viatores, latrocinari publice, ac, quo hæc tutius perpetret, Cæsaris Imperijque nomen insigniaque præferre. Sed tandem detecto dolo, eum à Ferdinando Austriæ Archiduce ceterisque Imperij Principibus proscriptum, obsessumque in propria Arce Neustella, ibique tormenti globo casu occisum, Ditionemque eius omnem esse occupatam. Eodem tempore Margarita Austriaca, Cæsaris amita, Burgundiæ Comes, cum Ordinibus Ducatus Burgundiæ, vt neutrius manerent partis, conuenerat, consentiente Francorum Rege. Quare, vt Cæsar idem permitteret, enixè petebat. Sine vlla difficultate id amittæ tribuit. Deinde fit certior, fratrem Ferdinandum, rebus in Austria ex voto constitutis, viros octo nobiles, præcedentis rebellionis Duces, capite punisse. Obsedisse Turcas in Carniola munitissimam Arcem; congressosque cum eis Austriacos tria millia interfecisse, ceteros in fugam egisse. Postremò literis Legati Papæ Adriani, qui in Francia erat, intelligit, Francorum Regem ingentem belli facere apparatus, vt proximo Vere Mediolanum inuadat, habereque Heluetios stipendijs addictos. Cardinalem Sedunensem, virum acrem, bellicosum, ac disertum, sui que studiosissimum, diem obiisse. Fine mensis Octobris quum Valledoleti in foro Proceres, Nobiles, ac Legati Hispaniæ, Italiæ, ac Belgij, ludicro equestri certamine inter se decurrerent, ignotus Cæsar non semel fortiter cum præstantissimis concurrir; tandemque agnitus, animosi Principis nomen, magna omnium, qui spectarant, cum admiratione ac gaudio, meruit. Eodem mense Valledoletem veniunt diuersi

CC 3

Principum

1522. Principum Legati, Aulam Cæsaris (vt inter confederatos Principes moris est) frequentaturi, eumque vbiq; comitaturi. Ab Angliæ Rege venit Milard Bolain, cum Doctore Theologo. A Lusitanæ Rege Lodovicus Syluera, qui Cæsari de felici nauigatione, coronatione, ac domesticis perduellibus domitis cōgratulatus, petit ne Castellanos ad Insulas Moluccas nauigare sinat. Cæsar (vt paulo antè diximus) rem doctis arbitris, vtriusque ius discussuris, committit. Calendis Nouembribus certis legibus Castellæ rebellibus gratiam facit, seuerè authoribus punitis, inter quos Cingalæ capti fuerant Maldonatus, ac Perrus Pimentellus, qui hoc tempore cum cæteris, publicatis bonis, capite sunt plexi. Erat erecta Valledoleti in summo foro scena lignea, tapetis ac aulæis pretiosissimis constrata. In medio Cæsar regalibus indutus vestimentis in solio sedebat. Cingebant latera Legati Regum ac Principum, deinde Proceres vtriusque Ordinis Castellæ. Prodit Legatus Cæsaris castrensis, veste armis eius gentilitijs ornata indutus, ac Secretariorum vnus, qui publicè Tabulas gratiam ac veniam præteritæ rebellionis continentes legit, omnibusque obtulit, qui positis armis ad mentem vetusque obsequium rediissent. Valenciani etiam hac gratia paulo pōst sunt comprehensi. Miserant enim ad Cæsarem culpæ poenæque deprecandæ causa Legatos, asserentes sese nunquam contra eius Maiestatem, nisi à Pro-Rege Iacobo Mendosa coacti, ac per tyrannicas oppressiones attracti, arma fuisse sumpturos. Sed quòd hæc totius Regni Valenciani non esset legatio, parum eis ad rem Cæsar respondit. Quare duodecimo Nouembris omnium nomine quatuor Legatos cum summa absolutaque transigendi potestate remittunt, qui corpora, fortunas, Vrbes, Arcesque, nil de eius clementia ac humanitate dubitantes, Cæsari in manus cōstituere, vnum rogantes, amoto Pro-Rege Mendosa, aliquotque Præfectis, alios substitueret, iusque ipse de eorum iniurijs faceret. Exinde Alzairam ac Sciatiuam cum Arcibus in eius potestatem constituunt, vbi etiam nunc Ferdinandus Arragonius, Calabriæ Dux, filius Frederici Regis Neapolitani natu maximus, honesta detinebatur custodia. Tum Iacobum Mendosam gubernatione mouet, eius loco substituens Germanam Foxæam, viduam Regis Ferdinandi Catholici; quæ iterum nupserat Ioanni Brandeburgio, quem Cæsar Valenciano in Regno militia præesse voluit, sed qui paulo pōst, anno nondum à nuptijs cum Germana celebratis elapsò, obiit. Recordatus igitur Cæsar, Ferdinandum seditiosorum Hispanorum Imperium amplissimæque oblata reieicisse, neque ex Arce Sciatiua sine suo consensu, rogantibus rebellibus, vnquam excedere voluisse; carcere eum liberans, Valledoletum ad Aulam suam vocat, nec multo pōst ei Germanam Foxæam, diuitem sed sterilem viduam, vxorem dat, vno fratrum eius

cum

cum patre Frederico in Francia, altero in Italia sine liberis extincto. 1529.
Dum in gratiam recipiendis Hispanis Cæsar satagit, literæ adferuntur, incolas maioris Insulæ Balearis (hodie Maiorcam dicunt) authore quodam Calono, pileorum confectore, raptis armis rebellasse. Mittit eò statim Pro-Regem cum quatuor triremibus, rebus necessarijs apprime instructis; ac duabus onerarijs, in quibus veterani erant mille pedites, ac centum viginti equites. Quum octauo Nouembris Portum Maioræ intrans, nomine Cæsaris Urbem aperiri, arma poni, debitumque obsequium præstari iuberet; quiq; hæc fecissent, gratiam eis, præteritorumque obliuionem, contumacibus ac pertinacibus poenam suppliciaque à Cæsare adferre: iubent gratiæ Tabulas, quibus hanc Pro-Regi à Cæsare tributam potestatem docebatur, exhiberi. Negat id se futurum quamdiu arma teneant; ijs positis, se Tabulas exhibiturum. Insulani responso irritati, conuersis in Portum tormentis, ea in regiam classem exonerant. Quare discedere Pro-Rex coactus, alio militem loco exponit. Contrà acie instructa rebelles progrediuntur, ac bis prælio collatis viribus superantur. Prima pugna vltra mille, altera circiter quingentos desiderauere viros. Qua de causa statim cum armis ad Pro-Regem venire Nobiles Insulani ferè omnes, ac quicumq; hæctenus spectatores tantum esse voluerant. Non pauci etiam è plebe ad mentem redeuntes, relictis rebellibus, ad Pro-Regis castra confluxere: qui armatorum delectu habito, vltra decem virorum millia recensuit; quibus cum copijs Maiorcam iterum profectus, Urbem obsidione cingit, classe, quæ multarum nauium accessione creuerat, extra tormentorum iactum contra Portum in anchoris constituta. Sed Calon, cæteri que rebellionis authores, desperatione in rabiem acti, Nobiles omnes qui in Ciuitate remanserant, cum vxoribus, liberis, ac famulis, in carcere conijciunt; addunt & eas, quarum mariti profugerant; ditiores quoque ciues ac mercatores, cum vxoribus ac liberis; denique omnes quos Cæsari studere existimabant, paulo que pōst maiorem partem in carcere strangulant, ac Nobilibus aliquot in foro capita abscindunt. Tum ad muniendam custodiendamque Urbem conuersi, ad extremum spiritum resistere velle præ se ferebant. Sed quum aliquandiu terra marique tormenta eminentioribus posita locis nocte dieque populum vexarent, rebusque aliquot necessarijs egere tandem inciperent, frangitur animorum ferocia ac obstinatio, eo magis, quòd facta Hispanis omnibus gratiâ, Francis graui bello contra Cæsarem ac Anglos implicatis, nusquam auxilium expectarent. Quare, impetratis aliquot dierum inducijs, de compositione agentes, res eò perducitur, concessa populo gratia, duodecim, quos Pro-Rex esset nominaturus, captiui traderentur. Vndecim statim

1522. statim adducuntur, quæsitus diu Calon, tandem turpi fœdoque re-
peritur loco, ac vt erat sordidus asino impositus, per Ciuitatem, cæteris
captiuis pedibus eum sequentibus, circumducitur; moxque in foro
candentibus forcipibus lacerati, in quatuor partes secantur. Sterere
per triduum in foro capita pinnis ferreis infixæ, membris è murorum
turribus appensis. Atqui hac ratione reducti ad officium Maiorcani,
insuper Cæsari pecuniariam persoluere multam. Duodecim rebellium,
de quibus erat sumptum supplicium, bona fisco sunt illata, cæteris
omnibus gratia facta. Nouembris die vigesimo Cæsar fit certior, tres
armatas Francorum naues haud procul Corona Gallicæ Oppido Ang-
licam vnam, opulentis mercibus onustam, cepisse: sed domum redi-
turos, obuiam factos tribus Cantabrorum, nunc Biscaientium, nauibus
ex Anglia venientibus, qui cum Francis congressi, eos post viginti sex
horarum continuam pugnam superarunt, Anglicamque liberarunt, oc-
cisis ducentis Francis, desideratisque sexaginta Hispanis: captasque
Francorum naues esse in Portu Oppidi Coronæ. Tum etiam nuncia-
tur, Fracos, qui Duce Ludæ Domino Fontarabiam defendebant, ad ex-
tremam peruenisse commeatus inopiam, equisque vesci militaribus,
parareque Regem Franciscum militem, vt eis terra marique succur-
rat. Cæsar Pro-Regi Nauarræ scribit, quàm maxima militum coacta
manu obsidentibus auxilio proficiscatur. Idem mandat Biscaiz Gubernatori:
ipse in auxilium, Duce Rochandulfo, mittit alia tria peditum
Germanorum millia. Hos sequitur Aurantij Princeps, cum omni ferè
domestico Cæsaris comitatu, voluntariisque Hispanis compluribus;
coniunctaque ad Fontarabiam copiæ, Francis Germanisque, terra ma-
rique importare commeatum conantibus, ad Fanum Ioannis Lusij eri-
puere. Tum ad premedam Ciuitatem reuertuntur, spe non diu dedi-
tionem, penuriâ rerum necessariorum, dilaturos. Nono Decembris in-
telligit Cæsar, suum Angliæque Regis exercitum apud Belgas peste
aliquæ fluxu coactû, posteaquam per duos menses frustra Hefdinum
oppugnassent, multumque detrimenti minutis prælijs accepissent, so-
luta obsidione domum re infecta abiisse, reliquos ad Fanum Audomari
vicinæque Oppida confedisse, quemadmodum & Germanos,
Hispanos, & Belgas, qui sani erant. Anglis imperabat Suffolci Dux, qui
Mariam Regis Heinrici octaui sororem, viduam Lodowici duodecimi
Fræcorum Regis, in vxorem duxerat; Cæsarianis verò Florentius Eg-
mondus, Buræ Comes, qui exusto Dorlano, vicinisque Pagis, ac ingenti
è Picardia coacta præda, cum triginta millia peditum ac sex millia e-
quitum haberet, nil tamen memorabile egerat, sed in agros, villas,
Pagos, Arces, ac inualida Oppida, igne tantû scruerat, Francis nuspiam
pugnæ copiam facientibus. Eodem ferè tempore Antwerpiz Monachi
Ordinis

Ordinis D. Augustini habitantes, infecti opinionibus Martini Lutheri, 1522.
iussu Margaritæ Austriacæ, Belgarû Gubernatricis, à ciuibus Vrbe pel-
luntur, monasteriumque funditus diruitur. Premebatur interea Fōtara-
bia, augebantque indies Cæsar Fracosque copias, hic vt Oppidum ex-
pugnaret, ille vt commeatu iuuaret. Cæsariani in Portu Fontarabiz
naues demerserant, idoneisque locis erectis munitionibus, intrare co-
nantes tormentis prohibebant. In continenti quotidie paruis certaba-
tur prælijs. Eminebat in his Ioannes Perez Dascua, Fontarabiz natus,
ac Cæsari cum quingentis Biscaenis peditibus suo sumptu militas, Fran-
cis magna inferens damna, sed qui hisce diebus tormento maiori è mu-
ris ictus perijt. Dux erant Francorum in mari classes, commeatu Fon-
tarabiam iuuare cupientes. Vna Burdigalis erat armata, altera Ros-
chella instructa. Roschellani edocti de operibus quæ Cæsariani in Por-
tu fecerant, in altum retrò abire: Burdigalenses Portum audacter in-
gressi, perditis duabus cum rebus omnibus nauibus, ægre se explican-
tes, Roschellanos sunt secuti. Franci qui terra Fontarabiam de com-
meatu nouoque præsidio prouidere conabantur, partim Baionæ, partim
ad Fanum Ioannis Lusij constiterant, decem millia peditum, sex-
centos equites, cum ingenti omnis generis commeatus copia addu-
centes, instructaque acie rectâ Fontarabiam contendunt. Cæsariani, re-
lictis ad Oppidum iustis contra eruptiones copijs, cum reliquo exer-
citu, tormentorumque parte, hosti obuiam proficiscuntur. Sed Franci
prælii euentum vitantes, actis per ignotos colles ad Oppidum quadra-
ginta bobus, ac totidem porcis, cum omnibus copijs in tutum redie-
re, pauloque post in colle haud procul Fano Ioannis Lusij cum Cæsa-
rianis pugnare. Ducebat Francos Palicæ Dominus, Guiennæ (sic ho-
die Franco-Galli maiorem veteris Aquitaniz partem appellant) Gu-
bernator; Cæsarianos Bertrandus Cerda, Ducis Alburquerquez filius,
quem sequebantur Rochandulphus Germanorum Præfectus, Rodericus
Roia, leuis armaturæ equitum dux; Biscaiz Gubernator equites
grauis armaturæ ducebat; Philibertus Challonius, Aurantij Princeps,
adhuc adolescens, Burgundis præerat. Victoria penes Cæsarianos fuit:
periere è Francis supra quadringentos, capti plures, ac inter hos Præfe-
cti aliquot: signa militaria septem relata, Cæsari in victoriæ testi-
monium sunt missa. A parte Cæsaris circiter triginta tantum periere. In-
terea Franci nouo modo armatis nauibus in Portum Fōtarabiz plenis
velis inferuntur; voti que compotes facti fuissent, nisi orta subito fœ-
da aëris tempestas naues in varias partes disiecisset, è quibus aliquot
periere, aliquot in Cæsarianorum potestatem deuenere, pauca in al-
tum enixa, maleque habitæ, domum rediere, quas Franci restituen-
tes, alijsque iungentes, cum maiori, quàm vnquam antea fecerant, clas-

1522. se Fontarabiam proficiscuntur. Præmittunt sex onerarias mediocres, sed quæ in toto prælio ab Hispanis victæ captæque fuere. Interea maiores ac æctuaræ omnes ad Oppidum proficisci secundo vento conati, à maris æstu destitutæ, in salo permansere, paucique milites, sociique nauales, è nauibus exilientes, Fontarabiam peruenere, ferentes quod humeri gestare poterant. Ceteræ tormentis maioribus ac igne à Cæsarianis oppugnata, pro maiori parte cum hominibus, armis, ac commeatu in Hispanorum potestatem venere. Quæ navigare poterant, fuga ad Fanum Ioannis Lusij sunt delatæ. Conati erant eodem tempore & in continenti aliquid Franci; sed classis infortunio consternati, animis cecidere. Atqui hæc circa Natalem Christi, mense Decembri, sunt gesta. Miserat Iacobus Aillius, Ludæ Dominus, Fontarabiæ Præfectus, binas eiusdem exempli ad Paliciam literas, è quibus altera captæ, ac ad Alburquerquium perlata, continebant, non posse se Fontarabiam diutius quàm ad mensem vsque Februarium defendere, ciues militesque de deditione ob famem pestemque mulsitare. Certiorem se faceret certo loco, rer exonerato maiori tormento, si interea auxilium esset expectandum; nil se speraturum, ac cum Hispanis honestis conditionibus transacturum, si dicti tormenti ternam exonerationem non audisset. Dat Palicia constituto loco signum, exoneratione ter tormento. Acceperat enim à Rege alia peditum decem millia cum sexcentis equitibus, nouoque tormentorum apparatus: quare prælij fortunam tentare statuerat, eductis in aciem viginti peditum millibus, bis mille equitibus, cum triginta maioribus tormentis. His copijs rectatendit ad montem incolis dictum Mons Andauix, vbi maior pars Cæsariani exercitus, Francis transitum impeditura, sedebat; intellectuque eorum aduentu, acies instruunt, ac obuiam eunt. Sed quum Alburquerquius, cæteri que ordinum ductores, Francorum copias, recente peditum equiteque auctas, ingentem attrahere tormentorum numerum conspexissent, prælio abstinendum statuunt; reductoque in proximum collem exercitu, Francis montem Andauix relinquunt, qui ex eo Fontarabiam omni commeatus genere recreauere; eductoque summo cū honore Ludæ Domino, cum vxore, familia, ac præsidio, Fraugettum cum recenti milite Oppido præficiunt. Post aliquot dies Cæsariani, nouis copijs animati, ad prælium se instruunt. Sed contenti Franci Fontarabiam de rebus necessarijs prouidisse, proxima nocte, magna Cæsarianorum cum admiratione, sine tympani tubæque sonitu, clam motis castris in tutum concessere, non paucis dolijs ac viris vino repletis defertis. Eodem ferè tempore, quo hæc ad Fontarabiam geruntur, Franci apud Belgas Terouanam in Morinis sita, ac à Cæsarianis ad extremam rerum quoque necessariarum inopiam redactam, iustis coactis in vnum copijs,

1522. copijs, de commeatu assatim prouidere; nec hinc prælij aleam Cæsarianis tentare ausis, quod milites, alui fluxu laborantes, ferociam animique alacritatem pro maxima parte deposuissent. Sed Rentij Arcem, quam Franci occupatam firmo præsidio insidebant, aliquandiu obsessam, tormentisque oppugnatam, deditionem Præfecto faciente, recepere. Interea Anglorum Rex, coacto exercitu, Franciam inuadere parabat. Vendomius, Picardiæ Præfectus, Regem Franciscum facit cerriorem. Is Iacobum Tramulium, Gubernatorem Burgundiæ, militè parere, Vendomioque in auxilium proficisci iuber. Cumque Anglus moram faceret, eductis Vendomius copijs, Hannones Atrebatensesque inuadit, ferro flammæque sæuit, prædas hominum iumentorumque ingentes agit, concurrentesque aliquot locis ad arma incolas cædit; nulloque accepto detrimento Encram rediens, prædamque inter milites diuidens, in vetera omnes præsidia dimittit. Secundo Calendas Ianuarij duo viri nobiles Valledoleti, præfente Cæsare, administranteque Castellæ Conestabli in foro, armati, singulari pugna, parua de causa orta cōtrouersia, certauere: cuius rei historiam ac cæremonias hinc ad verbum inferere lubuit, vt eam vir nobilis Belga, eo tempore cum Cæsare in Hispaniam profectus, ac certamini præfens, lingua Francica exactissimè descripsit, vt eius rei consuetudinem, quæ tum apud Castellanos vigeat, Lector discat, ac non iniucunda digressione animū nouæ rei grata narratione recreet. Nobiles adolescentes duo, vigesimum quintum ætatis annum singuli nondum egressi, orti nati que Cæsaraugustæ, (nunc Sarragossa) clarisque Hispaniæ familijs, maiorum nuptijs, inserti, diu inter se animorum studiorumque coniunctione amici, tandè controuersia ex alexalulu nata eò deuenere, vt de vita singulari certamine pugnaturi, horam locumque extra Urbem, nemine conscio, constituerent. Vni nomen erat Petrus Torellius, alteri Hieronymus Anca. Prodeunt ad constitutum locum, gladio tantum ac cappa, (togæ Hispanicæ breuioris species est) vt erat conuentum, instructi. Congrediuntur, ac post aliquot hinc inde acceptos illatosque punctim cæsumque sine vulnere ictus, Torellio manu gladius excutitur. Quid faceret inermis, armatum aduersarium contra se insurgentem, mortemque intentantem, cernens? Concedit Anca hac lege victoriam, victum se fassus, ne vlli mortalium, quæ gesta erant, aperiret, sed res perpetuo silentio sepulta maneret: mallem enim se mori, quàm cum ignominia viuere. Promittit persanctè silentium Anca; repositisque in vaginas gladijs, seque mutuo amplexi, amici ad Urbem domumque reuertuntur. Post aliquot dies actæ rei historia in omnium versatur ore, nil aliud in Vrbe garruli garruleque narrabant. Accusat Torellius Ancam violatæ fidei. Negat is se authorem in publicum emanasse, sed proximi Pagi sacrorum Ministrum (Pastores

1522. res ac Curatores vocant Christiani) in propinquo deambulantiem, patientiaque pecora sua inspiciētem, pugna eiusque euentum cōspexisse, ac hominibus narrasse. Examinatur sacerdos ruralis, non satis sibi constar, ac plus quàm decebat Anca se deditum addictumque demonstrabat. Reijcit hac de causa eius testimonium Torellius, persistitque in accusando Anca, ei que data fidei trāsgressionem viro nobili indignam exprobrat. Ille aliter rem se habere asserens, in eo obstinatē perstat. Quumque aliter veritatem probare non possent, singulari certaminis iudicio rem committunt; oblatoque Cæsari supplici libello, petunt, pro Regni Arragonici ac Castellani more, vtriusque petitioni subscribere, locum diemque certamini statuere dignetur. Cæsar eos ad Castellæ Conestablen reijcit, quod ad eum huiusmodi rerum spectet iudicium. Conestablis omni ratione eos à pugna deterrere conatus, cum nil proficeret, neque secundum leges eis locum denegare posset, petitioni consentit, diemque se sistendi in foro Valledolerano vigesimum-nonum Decembris huius anni statuit. Præparatur in foro Valledoletano locus quinquaginta in longitudine, ac triginta sex in latitudine passuum, perticibus acuminatis duplici ordine in terram defixis, ac trabalibus transuersis munitioibus inter se coniunctis. Primæ interioris ordinis perticæ quinque pedibus terra extabant, exterioris ordinis sex, eratque inter hos ordines interuallum octodecim pedum, in cuius medio (longitudinem areæ æstimando) inuicem ex opposito duæ erant è ligno erectæ scenæ. Si latitudinem areæ spectes, vna ab eius dextra, altera à sinistra eius parte posita conspiciebatur. In medio vtriusque scenæ sublimis stabat sedes, aureo instrata panno, ac vmbella aurea protecta; scenæ sericis tapetibus superbè erant tectæ. Vna enim Cæsari, altera Conestabli erat parata. Ab altera areæ parte minores scenæ modestius instructæ, paratæque propinquis ac affinibus eorum, qui erant congressuri, stabant. Ad latera minorum scenarum duo erant erecta tentoria, in quibus pugiles se erant armaturi. Areæ silices arena ac sabulo contra lapsum erant tecti. Hora diei vndecima erat constituta. Primus omnium Cæsar adueniens suam ascendit scenam, dataque est ei virgula deaurata, qua in terram proiecta, pugna dirimebatur. Præcedebant aduenientem Cæsarem viri nobiles, tum Legati eius castrēses. Latera cingebat corporis custodes, ponē sequebatur tubicines ac tympanistæ. Paulo post venit & Conestablis, vir sexagenario maior, sed corpore animoque; vegetus, oris vultusque; grauitate dignitate, quæ sustinebat, referens. Indutus erat toga talari aurea, insidebatque; equo Hispanico, qui sumptuosissime ex auro sericoque; erat instratus: simili que ratione exornati erant quadraginta viri nobiles, eius equi pedibus præcedentes. Sequebantur amanuenses sex in equis, vestiti holoserico lutei coloris,

1522. loris, equis serico panno (quod fatinū vocat) cærulei coloris instratis. Præferēbatur ei, vt Regis Legato, gladius vagina cōditus ob Regis præsentiam. Sequebatur ensiferum armiger, veste gentilitia eius arma habente. Quum in aream Conestablis venisset, ad Cæsaris scenam accedens, eum inclinato corpore honorans salutatur, tum scenam suam ascendit, ac in sede confidet. Pedestres equestresque Cæsaris corporis custodes, aream circumdantes, intra perticarum ordines stabant, neminique præterea hic aditus patebat. Tum prodit Torellius, pugne pro-uocator, comitatus Legato castrensi, instructore (Parinum vocant) Ammirale Castellæ, Ducē Veiare, Alburquerqueij, ac multis alijs viris illustribus. Indutus erat veste breuiori, texta ex auro & serico, martiumque pellibus suffulta. Præferēbatur illi bipennis ex eo genere, quas Franci Hachas vocat, gladius Hispanicus lateralis, quo punctim vtuntur, Tabula referens gentilitia signa, ac vestis militaris. Cum hac Tabula, ac aliquot alijs, quæ certaminis leges breuiter continebant, ad Cæsarem veniens, summo exhibito honore eum veneratur; idemque ad Conestablen conuersus faciens, tentorium suum ingreditur. Tum prodit in aream Anca, ad certamen à Torellio prouocatus, simili modo vestitus, nisi quod vestis fultura ex arminiorum essent pellibus confuta, comitatus, vt prouocator, Legato castrensi, instructore Marchione Brandenburgensi, Comite Geneuensi, Duce Naiarano, Albano, Comite Bonauentano, Marchione Daguillare, multisque alijs; præferēbanturque ea illi omnia quæ Torellio. Venerat Cæsare ac Conestabli, ad tentorium deinde suum properat. Appentæ fuere vtriusque Tabulæ, cum gentilitijs insignibus, ac veste militari, ante Conestablis scenam. Dehinc Conestablis vtrumque ad se vocat, ac manum præsentis tenentes sacerdotis, imponunt libro Euangeliorum, ac ligno Crucis affixi Christi simulacro, iurant se in pugna descendere opinione defendendæ iustæ causæ, neque se vllō vsuros fraudis, doli mali, præstigijs, nec veneficij genere, herbarum nec lapidum potestate, sed corporis ingenijque; tantum viribus pro victoria, Dei, Diui Georgij, D. Virginis Mariæ, ac instructorum suorum auxilio, annexuros. Deinde instructores vtriusque pugilis arma in lignea arca ad Conestablen deferunt. Inspicit ille tam ea quibus erant certaturi, quàm quæ corpora erant tectura. Deinde in staterem collocata pondus exquirat. Non enim minus nonaginta pondo simul pendere debebant, superare poterant. Quo factō, arma in vtriusque tentorio reportantur. Tum ab vtraque parte vir nobilis ad tentorium aduersæ partis mittitur, vt arma induentibus sint præsentis, dolumque; prohibeant. Quod cum fit, Conestablis è scena sua in aream descendit, ac magna cum grauitate, quæ necessaria videbatur, ordinat ac præcipit. Deinde, duodecim stipatus viris nobilibus, in vno è quatuor

1522. areæ angulis cõsident, totidemq; viros nobiles in angulũ sibi oppositum mittit. Reliqui duo anguli à tribus viris nobilibus singuli custodiebãtur. Tum factõ tubis silẽtio, Cæsaris Legatus Castrensis singulis areæ angulis alta voce edicit, ne quis pugnae tempore, sub pœna vitæ, tumultum excitet, aut certantes verbo, voce, sternutatione, sibilo, nutu, manu, aut alio corporis motu signoq; iuuet, aut terreat; animum addat, aut minuat, attonitum reddat, aut inflammet; arma sumere aut ponere faciat, nisi ij qui ad hoc sunt destinati. Exinde prouocator Torellius ferro ex omni parte tectus, comitatus suo instructore, in aream prodit, manu bipennem antiquam tenens, sinistro lateri appendebat gladius. Rogat Conestablis quis esset, ac qua de causa armatus intrasset. Prodit nomen, causamq; aduentus. Conestablis faciem eius nudat, agnitumq; admittit, reponit casidem, ac ire iubet in alterum areæ angulum, vbi à tribus viris nobilibus medio recipitur. Tum Conestablis ad oppositum it angulum, ac inter duodecim Nobiles consider; recipitq; hic eadem ratione, iisdemq; cæremonijs, prouocatum Ancam, ac in altero angulo inter tres Nobiles stare iubet, tum scenam iterum suam ascendit, ac considet. Quum paulo põst tuba iterum sonuisset, pugiles cum instructoribus in genua procidũt; preceq; ad Deum facta, posteaquam instructores eos essent amplexi, ac ad fortiter agendum animassent, vale dicto, ad tentoria redeunt. Tum tertio tuba dat signum, progrediturq; Torellius prouocator animosẽ, ac, vt è gressu apparebat, magno animi cum ardore. Contra prodit temperato gradu prouocatus Anca. Cũ inuicem appropinquassent, tam ingenti ictu Torellius Ancæ caput ferit, vt eum paululum retrocedere cogeret. Sed statim Anca, recepto animo, par refert. Quumq; aliquandiu crebris ac ingentibus ictibus se inuicem egregie contudissent, ac iactatis brachijs verbera ingeminassent, bipennibusq; ruptis ad luctam ferè conuolassent, Cæsar forrium iuuenum corpora bello inutilia reddi eiusmodi nugis, vniq; concessa victoria, alterum per omnem vitam inglorium cum ignominia viuere nolens, quum vtrumque satis pro honore fecisse iudicaret, coniecta in aream deaurata virgula pugnam dirimit; conuolantesq; statim triginta Nobiles, areæ custodes, inuitos renitentesq; pugiles in eos, vnde in pugnam descenderant, areæ angulos reducant. Quumq; de victoria ac honore inter eos orta esset controuersia, Cæsar eam sua autoritate diremit, vtrumque honori satisfecisse, neutro victore pronunciatõ, affirmãt. Exinde Conestablis in aream descendit, ac deauratam virgulam summa cum reuerentia è terra collectam, capitis sui tegumento impositam, procidens ante Cæsarem in genua, dextramq; eius exosculans, virgulam quoque deosculatam ei reddit. Iubet Cæsar pugiles inuicem conciliet, inq; veterem amicitiam reducat, idemq; eis suo

1522. eis suo nomine præcipiat. Ea enim de causa se pugnam diremisisset, quod vterque fortissimè ac generosissimè rem gessisset. Habere se vtrumque pro forti, honorato, ac nobili viro. Proinde cupere se, ac iubere, dimissa omni inimicitia, animiq; acerbitate, posthac inter se amicè uiuant, ac ab omni in cæterum pugna abstineant. Possent enim eos qui vires experiri pugnisq; honorem querere volunt, id contra Mahumetistas, Christiani nominis perpetuos hostes, maiori cum honore, ac certa animè cum salute, facere. Conatus est Conestablis omni ratione Cæsaris mandatum exequi: sed quum eos nullam admittere rationem, nec Cæsari hac in re obedire velle videret, vtrumque eodem momẽto areã exigere iubet, idq; per eam qua intrarant portam; magnã constitutã pœnã, si posthac armis inter se congressi fuissent. Tentatum est postea non semel à viris magnis, in gratiam redirent, sed frustra. Quam obperrinaciam iratus Cæsar, vtrumque in vincula conijci iubet: manseruntq; donec datis dextris inuicem amplexi, inimicitia se deponere testati essent. Sed ex animo id non processisse, simultas ad alterius vsque mortem gesta probè docuit. Initio anni 1523. Veneti à Cæsare de fœdere diu sollicitari, à Francorum verò Rege magnis promissis onerati, in eo quod cum socero suo fecerant perseuerarent, tandem post diuturnam deliberationem, ac magnas Senatorum diuersa sentientium disceptationes, è sententiã Georgij Cornelij, Patriij summę authoritatis, relicto Franco, cum Cæsare, eius fratre Ferdinando, ac Francisco Sfortia, Mediolanensium Duce, pacem ac fœdus his legibus faciunt: Inter Cæsarem, Archiducem Ferdinandum, ac Franciscum Sfortiam ab vna parte, Venetumq; Senatam ab altera, perpetua pax & fœdus esto. Veneti exigente necessitate, pro Mediolanensis Sfortiaq; status defensione sexcentos grauis, totidem leuis armaturæ equites, ac sex millia pedum mittunt. Idem pro Regni Neapolitani defensione, si quis Christianis bellũ inferat, facito. (hæc ea de causa est facta exceptio, ne Turcam Veneti, cum quo fœdus fecerant, læderent) Cæsar tantundem pro Reipublica Venetæ in Italia conseruatione præstato. Archiduci Ferdinando, octo annorum interuallo, pro pacis VVormatiana satisfactio- ne, Veneti ducenta millia aureorum nummũm persoluantore. Quumq; paulo põst Francorum Regem, ingenti coacto exercitu, ad recuperandum Regnum Neapolis, Sicilia, ac Mediolanum, contendere Principes Italia intellexissent; vt communibus viribus obuiam iretur, ac Franciscus Sfortia in Insulubrum imperio retineretur, authore Pontifice Adriano, tertio Augusti dicto fœderi iterum subscribere, nomine Cæsaris, Carolus Lanonis Pro-Rex Neapolitanus, Papa Adrianus, Henricus octauus Angliæ Rex, Ferdinandus Archidux Austria, Franciscus Sfortia, Iulius Medicus Cardinalis, Veneti, Florentini, Senenses, Lucenses,

1523. Censet, ac Genuenses, decretumque; hæc confœderatio ac societas annu integrum post alicuius socij mortem duraret; ac si aliquis iungi cuperet, integer relictus est annus, modo à Pontifice, Cæsare, Anglo, aut Archiduce admisi fuissent, & controuersias omnes iure, non armis, finituros se promississent. Conditionibus verò hæc paulo post fuere addita: Iustus contra Francum exercitus conscribitur. Ad hunc Pontifex ducentos grauis armaturæ equites, Cæsar octingentos, Florentini ducentos, Sfortia ducentos, & totidem leuis armaturæ, mittito. Pontifex, Cæsar, ac Sfortia, tormenta, omnemque eorum apparatus, suppeditanto. Ad pedestrium copiarum conscriptionem, aliosque necessarios belli sumptus, Pontifex singulis mensibus viginti millia aureorum nummum numerato, totidem Sfortia ac Florentini pro se singuli, Cæsar triginta millia, Genuenses, Senenses, & Lucenses simul decem millia. Cæsar ac Pontifex belli Imperatorem nominato. fuitque is Carolus Lanoius, Pro-Rex Neapolitanus, Belga. Accessit statim huic foederi Fredericus Gonzaga, Marchio Mantuæ, quem Pontifex ac Florentini suis præferere copijs. Interea Francorum exercitus qui in Prouincia Lugdunensi conuenerat, per partes transire Alpes, ac in Ducatum Mediolanensem se dimittere incipiebat, sparsa fama, Regem cum ingentibus mox subsecuturum copijs: quod fortasse factum fuisset, nisi detecta Caroli Comititis Montpenserijs, ac causa vxoris Susannæ Borboniæ Ducis, Franciæ Conestablis, à Rege defectio iter retardasset. In Carolum enim Montpenserium, Regiæ stirpis adolescentem inuuptum, omniumque Franciæ Procerum formosissimum, procaces oculos Lodowica Sabauda, Regis Francisci mater, vidua salacissima, coniecerat, nuptiasque eius non obscure appetierat; in quas vt facilius consentiret, apud filium Regem effecerat, Franciæ Conestablis crearetur, maiorum ei honorum spem non simulatè, confectis secum nuptijs, faciens. Sed cum eas, ducta Susanna Borbonij Duce, dedignari ac fastidire se demonstrasset, concepto Lodowica contra eum odio, omnibus in rebus aduersari, ac apud filium Regem calumniari criminarique non desistebat. Hinc Carolus Regi parum gratus, nec ad secretiora admittebatur consilia, nec ullis se dignis amplius ornabatur honoribus, sed in priuatarum rerum administratione relictus, rariùs solito in Aula cospiciebatur. Cumque; vxor eius Susanna anno 1522. nullis relictis liberis diem obiisset, denuo de nuptijs inter eum ac Lodowicam contrahendis agi est coeptum. Ille matrimonium cum effœta, sterili foemina contrahere planè recusabat. Contemni se Lodowica ægerrimè ferens, veteri resumpta ac in immentum aucta indignatione, cum alio illi modo nocere non posset, littem in Senatu Regio, qui Parisijs est, mouet, de iure propinquitatis ac successionis Ducatus Borbonij, in quem Lodowica, causa matris Margaritæ

1523. garitæ Borboniæ ius repetebat. Cumque Carolus iniuriam sibi à Lodowica fieri persuasisset, Regemque, matris partestuentem, contra se simulato animo facere, Senatores Parisienses frigidè ius sibi administrare censeret; casurum se causa iudicans, nisi vetulam Lodowicam vxorem duxisset, ingenti concepta erga Regem animi indignatione, ad Cæsarem, qui dudum amplissimas ei obtulerat condiciones, deficere, ac de Regis matrisque eius iniuria vindicare se constituit. Innotuerat enim Cæsari animi eius ægritudo ab eo tempore quum primùm eum inuuptum adolescentem lasciuia Lodowica maritum ambierat; ortamque ac sensim auctam simultatem, quod Susannam Lodowicæ prætulisset, Cæsar sciebat. Certior igitur factus nunc alteram accessisse contumeliam, clam eius animum per certos homines tentat, ac tandem secretissimè misso in Borboniam Adriano Crouiaco, Bauraini Domino, primo Reusij Comite, certis conditionibus sororem Leonoram, viduam Emanuelis Portugalliæ Regis, ei, inito foedere, despondet. Matura ætate Francorum Rex Lugdunum profectus, vt inde in Italiam cum exercitu trajiceret, quum iter per Borboniam instituisset, Molini Ducem Carolum, quartana febris morbum simulantem, inuisit. Narrat sinistram plerosque de eius fide iniicere sibi conatos esse suspicionem, se verò nil tale de tanto Principe vnquam suspicari potuisse. Agit Regi de iudicij sinceritate gratias Borbonius, breuique se secuturum, ac reipsa animi affectionem probaturum, promittit. Cum Rex discessisset, instructo Borbonius comitatu, lecticam omnibus conspicientibus inscendit, ac Lugdunum versus, morbum adhuc simulans, proficiscitur. Sed prima nocte iter mutans, per varios itinerum ambages Rhodanum haud procul Viëna Narbonensi trajicit, Pomperantij Domino, cuius se famulum simulabat, itineris socio tantum assumpto, cæterisque conscijs alia itinera ingressis. Tum nocte dieque continuato itinere, cum tandem Chamberium Sabaudiæ peruenissent, indeque Susannam profecti Genuam contenderent, certiores facti Comitum Fani D. Pauli cum expedito equite insequi, relictæ Genua ad Rhodanum reuertuntur, ac octo supra Lugdunum miliaribus, traiecto iterum amne, iuxta Fanum Claudij, Beaumæ Cardinalis, Cæsaris clientem, inuisunt, hoc primùm loco, quis esset, Borbonius aperiens. Postero die equitum aliquot comitatu munitus Besontium peruenit, inde Liræ ditionis Ferretanæ, vbi Nobiles fortunam eius sequuti expectabant. Hinc Germaniam peruagatus, sexta ab abitu septimana Tridentum venit, indeque Mantuam, vbi à Duce comitatu ac famulatu est instructus, auroque adiutus. Clara enim Borbonij mater, filia erat Frederici Gonzagæ, Mantuæ Marchionis. Mantua Cremonam, inde Placentiam ad Pro-Regem Lanoium venit, ac cum Cæsarianis Ducibus, cæterisque confœderatis, acerrimum Regi Franci-

1523. co in Italia bellum intulit. Cùm de discessu defectioneque Borbonij in Francia constitisset, Rex vndique equites, qui eum insequerentur, statim frustra mittit, in vincula coniiciens quos de inita cum eo coniuratione suspectos habebat. Tum bona Borbonij Regio sisco addicuntur, differtque Rex Italicam profectioem, donec, quò tenderent Borbonij consilia, clariùs cognouisset. Conuenerant interea in fines Comitatus Burgundiæ circiter duodecim millia peditum equitumque, Cæsaris Anglique pecuniâ in Germania conscripta, ac Borbonio adinuedam Franciam attributa, collecta à Guilhelmo ac Felice Furst enbergij Comitibus. Sed Rex Franciscus, parte exercitus in Italiam, Duce Guilhelmo Goufferio, Boniuetti Domino, Fontarabiæ occupatore, misso, cum cæteris in Prouincia Lugdunensi restitit. Germani, Borbonio in Italiam profecto, Duce ac pecunia destituti, pars ad sua sunt delapsi, pars ad Francica stipendia transiere. Goufferius Mediolanum profectus, a Prospero Columna cæterisque Cæsaris Ducibus ita est exceptus, vt nulla memorabili gesta, sed compluribus viris fortibus desideratis, ac non contemnendo accepto detrimento, inglorius in Franciam rediret. Postridie Idus Septembres obiit Papa Adrianus sextus, toxico, vt constans erat fama, sublatus, magno confœderatorum Italiae incommodo, quòd præter Pontificiam authoritatem ab ea parte collatio pecuniæ confœderatis deperisset. Successit illi decimonono Nouembris Iulius Medices, qui Clemens septimus nominari voluit. Fine anni obiit Mediolani Prosper Columna, Cæsarianarum partium Dux belli peritissimus, exercitatusissimus, ac acerrimus, successereque illi in imperio Carolus Lanouis, Pro-Rex Neapolitanus, Ferdinandus Daualus, Piscarij Marchio, ac Carolus Borbonius, quem Cæsar nondum in Hispaniâ venire volebat, ne ei sororem Leonoram, contra quam in secreto animi decreto statuerat, vxorem dare cogereretur. Hisce de rebus consule Franciscum Guicciardinum lib. Hist. 15. ac Paulum Iouiu in epitome libri 21. & 22. Huius anni Vere Angli Belgis iuncti postea superiori anno contra Francos arma resumunt, ipseque Cæsar Pampelonem, Nauarra Metropolitim, profectus, exercitum cogebar, in Franciam ab ea parte irruptionem parans. Sed pecuniæ commeatuque inopia, subitaque aëris tempestate coactus, dimissa copiarum maiori parte, in interiorem Hispaniam est reuersus. Rex Franciscus contra Anglos ac Belgas in Picardiam mittit Lodovicum Tramulium cum quingentis grauis armaturæ equitibus, ac peditum decem millibus, substituto ei in Burgundia Guisæ Comite. Tramulius nouas copias veteribus coniungens, prælio tamen cum Anglis ac Belgis certare non audebat. Habere enim in exercitu vltra triginta millia armatorum dicebantur, quibus cum copijs in Oppidorum expugnationibus hærendum non censentes, omni cladis ge-

nere

1523. nere Picardos peruastabant; Francos tamen ad pugna aleam subeundam frustra prouocantes. Tramulius enim ad Fanum Quintini in Veromanduis munitis castris sedebat, Montfrenlio, Terowanæ, ac Dorlano, firmis præsidijs munitis, de commeatu abunde prouiderat. Præerat Belgis iterum Florentius Egmondus, Buræ Comes, vir in re bellica exercitatusissimus, natura pugna; Anglis Nortfolciji Dux, bello parum exercitatus. Hi motis ad Somonam castris occupant exuruntque Braiam, Roiam, ac Mondiderium, Parisienibus, à quibus vndecim tantum milliaribus aberant, tam ingenti formidine correptis, vt ad muniendam Urbem, ac de commeatu illi prouidendum, omnis sexus conditioque hominum concurreret. Interea Tramulius iusto cum præsidio Comitem Dampmartinum Nouiodunum, Montimerium ac Humæreum Peronam, Vicecomitem Turonensem ad Fanum Remigij, Fani D. Andrea Regulum ad Fanum D. Quintini, Briennæ Comitem Guisam mittit, Oppidaque hæc defendenda committit. Ipse Corbeiz se continebat; certatumque est sæpe velitarijs pugnis, Francis vniuersi prælij aleam, quam Angli Belgeque omnibus artibus quærebant, vitantibus. Haud procul Corbeia Pondormius equestri prælio superatus, ægre Ambianum effugit, fratre ac nepote in Cæsarianorum potestate cum triginta equitibus relictis, desideratis vero septuaginta. Interea Vendomius nouis cum copijs Tramulio in auxilium proficiscitur. Quare Belge ac Angli verentes ne à duobus exercitibus interclusi fame periclitarentur, motis castris, in Belgiu contendunt, mensæque Nouembri, dimissis copijs, præsidia augent. Sub idem tempus Margarita Austriaca, Belgarum pro Cæsare Gubernatrix, res Frisicas animo non deponens, eò cum iustis copijs Ioannem V Vassenarium ac Georgium Sceinkium miserat: quibus cum se Meursij Comes cæterique Geldri impares conspicerent, milite in loca munita distributo, in Geldriam proficiscuntur. Tum V Vassenarius ac Sceinckius copias V Vorcomium Frisicæ ducentes, paulo post Oppidum cum Arce expugnant, deditionem faciente Moccumezila, ac V Voldezenda. Hinc contra Zeuenwoldios profecti, omnes pacem accipere, Cæsarique sacramentum dicere cogunt, inuenture ferme omni voluntariè nomina dante, ac ad V Vassenarij castra transeunte. Vires enim Groningani ac Geldri contulerant, acie cum V Vassenario certaturi, nisi Zeuenwoldiorum auxilia ei accessisse intellexissent. Quare festinato itinere V Vestfrisiam relinquentes, Groningam contendunt. Insequuntur Cæsariani per Miltwoldiam, Zuthornam, ac Northornam, vbi castraponentes, literas ad Ommelandios mittunt, iubentes, accepta fide publica, ad Cæsaris castra tuto veniant, sacramentumque dicant. Parent Ommelandij, dictoque sacramento, in satiffa rationem præteritæ culpæ triginta duo millia aureorum flore-

E E 2

norum

1523. norum persoluere. Idem faciunt Ahtcaspelij, ac Columerlâdij, veniam in genua proiecti à VVassenario, Cæsaris Legato, petentes, semelque in parata pecunia præsentantes quantum Geldro quatuor continuis numerarant annis. Hinc Cæsariani Doccumium contendunt, ac post tertium obsidionis mensem ea lege ad deditiōem cogunt, præfidiarij, rebus omnibus ablatis, quò vellent abirent, tormenta cum apparatu relinquerent. Qui cuperent, dicto Cæsari sacramento, saluis fortunis manerent. Sæpe Geldri terra marique Doccumio iuuare erant conati, sed semper cum detrimento fuerant repulsi. Septembris die vigesimo septimo Geldri Steenwikium, Ditionis Trans-Isalana Oppidum, astu occupant, diripiunt, ac muniunt. Alia eorum manus, Francica præferens signa, magna damna Hollandis iuxta Leidam, Amstelrodamum, ac Goudam infert, prædamque maioris pecoris ingentem ac captiuos rusticos complures abducit. Transulerant Cæsariani castra Doccumio Slotam, Oppidum admodum munitum, à iusto Geldrorum præsidio defensum. Oppugnatur sæpe diuersis irritò euentu locis, multis cadentibus viris fortibus, ac VVassenario Sceinkioque postrema oppugnatione, quæ vehementissima fuit, vulneratis. Sed mense Nouembri, quòd nullum mitteretur auxilium, Doccumiorum conditionibus deditiōem faciunt. Qua de causa ij, qui Lemmerij in præsidio erant, relicta munitione, Steenwikium se conferunt, incolæ verò Cæsari sacramentum dicunt. Exinde Geldri qui in VVestfrisiæ munitionibus in præsidio adhuc erant, facta deditiōe, cum omnibus rebus abeunt, vniuersamque VVestfrisiam Cæsari relinquunt. VVassenarius ac Sceinkius omnes deinde vires è Frisia contra Steenwikium conuertunt. Sed Geldri vim expectare non ausi, antequam obsiderentur, iterum direptis Oppidanis, cum præda Geldriam petunt. VVassenarius, relicto ijs in locis cum copiarum parte Sceinckio, abeuntes hostes incitato passu sequitur, ac haud procul Oppido Geldra assecutus, quum exiguo tempore postremi pugnam sustinuisent, tandem in præcipitem fugam agit. Maior pars in Oppidum ac in proximas siluas effugit: cecidere circiter septingenti, capti ducèti, ac inter hos Franci non pauci: signa multa relicta. VVassenarius (vt diximus) in oppugnatione Slotana in dextro brachio sauciatus, sanari vulnus satis accuratè curaxat, nisi quòd cubiti os solito more mouere non posset. Repertus est medicus chirurgus qui se restitutum cubito veterem vsu promittebat. Committit se illi temere VVassenarius, aperiri que cicatricem permittit. At dum remedia chirurgus neruis musculisque adhibet, putrescens vulnus inflammatur: cui cum remedium non reperiretur, ad interiora vis mali serpens, robustissimum virum secundo Nonas Decèbres in Oppido Leuwarda è viuis sustulit, cum breui tempore Cæsari vniuersam subiecisset.

VVest-

1523. VVestfrisiā: quod ante se conati Principes diuersi, efficere nunquam potuerunt. Erat vir bellicosissimus, quique solus Geldro inquietissimo Principi negotij plus quàm satis dederat, quemque is inter omnes Cæsaris Duces vel maximè reformidabat. Defecit in eo nobilissima VVassenariorum familia, quòd duas tantum ex vxore reliquerit filias, hanc Lignæo Comiti, alteram Lumaî Domino, è Marcanis orto, nupram. Eodem tempore quo hæc in Frisia agebantur, Picardia ac Artesia bello ardebat. Anthonius enim Crecquius, Pòtdormij Dominus, Vendomæ Comitis in Picardia Legatus, iusta militum manu ex omnibus præfidijs in vnum coacta, Terowanam commeatus inopia laborantem recreat, munitionemque quam Flandri Casselo ad Fanum vsque Audomari erexerant, nouamque fossam nominarant, expugnat, prædamque ingentem maioris minorisque pecoris abigit. Insequuntur eum præfidiarij qui in Fano Audomari, Airæ, Bethuniæ, ac Lillerisj erant, Hispani ac VVallones numero mille ducenti, equitesque Belgæ trecenti. Pugnatur inter Airam ac Fanum Audomari acriter, cadunt ab ytraque parte multi, pars prædæ recuperatur. Sed interueniente nocte, æquata clade disceditur, Licquæ Domino à Francis capto. Cumque paulo post miles Francus Bethuniæ captus Fiennæ Domino, Flandriæ Governatori, promississet se Hefdinum cum Arce traditurum, si liber dimissus, ea quæ erant necessaria parare posset, fidem meritis, ac emissus, Pontdormio rem omnem aperit. Constituunt inter se proditiōem simulet, parantè interea Pontdormio ea quæ ad excipiendos Cæsarianos necessaria putabat. Proditor ex constituto iterum capitur, Fiennæque Dominum cum multa nobilitate ac tribus peditum millibus Hefdinum duccens, nocte partem intromitti curat. Sed stabant ea parte tormèta maiora, ac sclopetarij omnes, ab altera parte equites qui Cæsarianos à tergo adorirètur, ignisque insuper in Oppido artificialis erat paratus, quòd hi adurerentur, qui tormentorum ac sclopetorum globos euaderent. Sed ignis à Francis malè administratus, in ipsos vim calamitatemque vertit, primum omnium Pontdormium, cuiusque propinquum Canapla Dominum, cum multis viris nobilibus, ac ordinum aliquot ductoribus, interficiens: qua fortuna liberati Cæsariani, desideratis circiter centum viris, Hefdinum reliquere, euidenti periculo ac certa clade diuino beneficio liberati. Proditor primus cum paucis Oppidum ingressus, captis socijs, cladem intrò prouolans euasit.

EE 3

VITÆ

VITAE CAROLI QVINTI

CÆSARIS PARS II

HISTORIÆ LIBER NONVS.

1524.



VB initium anni millesimi quingentesimi vigesimi-quarti, Cæsar auctis suorum, qui Fontarabiam adhuc obsidebant, copijs, maioreque submisso tormentorum apparatu, Oppidum com meatu, milite, ac tormentis instructissimum, concessa præsidarijs salute, rerumq; omnium libertate, ad deditiõnem compulit. Quum enim, supinã Præfecti Fraugeti negligentia, necessario quodam loco Oppidum non satis esset munitum, traductis eõ Cæsariani magno cum labore, contraque omnium opinionem, tormentis, Præfectum ac præsidarios adeo terruere, vt de defensione desperantes, honestis conditionibus deditiõnem facerent. Oppugnant paulo ante acerrimè Baionam Hispani, sed præsentia Odeti Foxensis, Lautrechij Domini, necessaria ad defensionem administrantis, fuerant reiecti, ac Fontarabiam versus vires omnes contulerant. Fraugetus in Franciam reuersus, Lugduni iussu Regis Francisci publicè ignominia notatur. Clypeo maiorum insignia eraduntur, ea amplius pingere prohibetur, gladium lateralem ponere, ac e plebe vnus esse iubetur, alijs exemplo futurus, vitam potius ponendam, quam hosti cedendum. Mense Septembri Borbonius ac Piscarius, mediocri peditum equitumque coadunata manu, Galliam Narbonensem inuadunt, Aquas Sextias recipiunt, locisque aliquot munitis expugnatis, ad Masiliam castra locant, productisque maioribus tormentis oppugnare incipiunt. Sed adueniente magnis cum copijs Rege, soluta obsidione, in Italiam eodem mense citato gradu reuertuntur. Rex verò iisdem cum copijs Alpes transcendens, Mediolanum capit; Ticinumque, quod Anthonius Leua defendebat, obsidione premens, sequenti anno, commissa mense Februario pugna, capitur: quibus de rebus consule Franciscum Guicciard. lib. Hist. 15. Paulum Iouium in vita Ferdinandi Dauali, Marchionis Piscarij, lib. 3. 4. 5. & 6. Huius anni ætate Germani, Cæsare in Hispanijs agente, primum Norimbergæ, deinde Ratisponæ conuentus egerant, tertiumque Spiræ mense Nouembri indixerant. Sed acceptis à Cæsare ex Hispania literis, conuentus Spiranus omittitur, Norimbergici verò ac Ratisponensis pro parte decreta abolentur, quòd disertis Cæsar verbis iuberet, decreta conuentus VVormatiani, in quo Lutherus eiusque doctrina

doctrina communi Principum Germaniæ sententia erat condemnata, 1524. reiectaque, nisi suam promereri indignationem mallent, obseruaretur; confirmans tamen ac rata habens quæ frater Ferdinandus in conuentu Ratisponensi proposuerat, ac e Principum sententia decreuerat. Huius anni ætate Groningani edocti maximam partem suorum ciuium, qui in Senatu ac Magistratu erant, pecuniarias in singulos annos pensiones à Geldro accipere; singulæ Tribus in supremum Ciuitatis Senatum legunt certos homines qui omnibus interessent consilij, æquaque cum cæteris potestate sententiam dicere, dictisque intercedere possent; quæ ratione factum est, vt Geldrica pecunia empti sine horum assensione nil possent. Gelder VVestfrisia exactus, ad occupandam Trans-Isalananam Ditionem animum adijcit; perque speciem amicitie Swollam veniens, multis cum Senatu verbis agit, exiguum à se præsidium acciperent, clam iustam manum, quæ haud procul aberat, nocte ciuium quorundam auxilio intromittere parans. Sed detectis insidijs, altero die egreditur, ac maiores in vnum cogens copias Swollam reuertit, eorum ciuium operã, qui suas fouebant partes, induci posse sperans. Verum quum nullus se moueret, insuperq; Cæsariani in Batavia Geldrica prædas agerent, igneque sauirent, relicta Swolla in Geldriam reuertit. Groningani longo bello, cuius finem non videbant, defatigati, Bruxellam Brabantia mittunt Rodolfum VVaterum, qui olim Florentio Egmondio, Buræ Comiti, inter domesticos seruietat, eius operã apud Margaritam Austriacam, Mechliniæ habitantem, aliquot annorum inducias impetraturi; quæ in annum vnum hac cõditiõne sunt concessæ, vt interea cum Cæsaris Legatis de absoluta pace agerent: quod etsi summo opere cuperent, intercedente tamen Geldro mansit infectum: nil enim sine sua autoritate fieri permittebat. Quare Cæsariani cum vtrisque in annum inducias prolongant, rebus omnibus in quo tum erant statu permanentibus. Harum induciarum occasione milites à Geldro ac Groninganis exauthorati ad nouem millia in vnum cõeunt; receptisque stipendijs Antistitis Bremensis, ius actionemque in Frisiam frigidè allegantis, eõ mittuntur; ac quòd induciarum fiducia Cæsariani militum partem in præsidia, partem contra Francos misissent, tantam vastitatem VVestfrisorum vicinorumque eorum agris intulere, vt eum superiorum temporum miserijs hæ non fuerint conferendæ. Tormentorum inopiã Oppidis munitiõibusque vim facere non poterant. Quumque nil amplius eorum avaritiæ in VVestfrisia restaret, profecti in Ditionem Ultraiectinam, insigniter se saginant, donec militem cõtra se cogi intelligentes, in Trans-Isalanos reuersi, Twentam ac Drentam depopulantur. Inde in Ommelandios ac Oltamprios contententes, prædatione ac pecuniæ exactiõne infamem vbique sui memoriam relinquunt,

1524. linquunt, Cæsarianis conuiuentibus ac gaudentibus, quòd alia ratione Groningani a peritis oculis discere nollent, quàm imbecilli se subiecissent Domino, ac quàm exiguum ab eo esset sperandum auxilium, qui eos à vagis prædatoribus ac latronibus, nullius stipendio arma circumferentibus, defendere nequiret. Groningana Ditione omni cladis genere euasata, ac vndique militem ad signa contra se coire audientes, in Ditionem Monasteriensem intactam ac opulètam erant irrupturi, nisi equites peditesque ab Antistite conscripti impedissent. Tum in duas diuisi partes, vna abiectis armis, prædâ turgens, ad propria se contulit; alia quinque millia, seruatim armis, in Ditionem Trans-Isalanam reuertuntur, paucosque morati dies iuxta Dauentriam Isalam traiciunt, ac in Veluam Geldricæ Ditionis contententes, Ultraiectum (vbi ciues ingenti seditione inter se laborabant) pergunt, secretoque Ducis Geldricæ ac quorundam Ultraiectensium consensu circa Iselsteinium, Montvoortum, ac VVordam Oppida in agris contra morem suum sine maleficio confidunt. Sed cum mox Ultraiectini è seditione ad bellum se conuertissent, Gelderque inducias violasset, vtrisque nomina dedere.

1525. Die Februarij vigesima-quarta anni 1525. post mediam noctem, ad Papiam, olim Ticinum, Carolus Lanioius, Carolus Borbonius, Ferdinandus Daualus, Alfonso Vastius, Anthonius Leua, Duces Cæsariani, coadunatis copijs, castra Regis Francisci, quæ in ferarum iuxta Urbem septo communica habebat, inuadunt; commissoque varijs locis cruento acriusque prælio, tandem fufis fugatisque Francis, Italis, Heluetijs, amplissimoque Francicæ nobilitatis equitatu dissipato, memorabilem victoriam, capto Rege Francisco, octodecim viris illustribus, multa nobilitate, ac militum multitudine ingenti in potestatem redacta, cæsisque circiter decem virorum millibus, ac inter hos viginti Proceribus, obtinere. E Cæsarianis circiter octingenti sunt desiderati, solusque alicuius nominis Ferdinandus Castriota, Fani D. Angeli Marchio, ac cum eo Hugo Cardona, periere. Vulnerati sunt Piscarius ac Leua, Itali, Francos vniuersa ferè pulsos Italia à Cæsarianis conspicientes, ingenti formidine corripuntur, veteri Cæsarem in Italia Imperio ac Monarchia ob oculos versante, ad quam Carolum Cæsarem aspiraturum pro certo sibi persuadebant. Pontifex Clemens mense Martio cum Pro-Rege Lanio, Cæsaris nomine stipulante, fœdus pacemque facit: quæ tamen paulo post Cæsarianorum in Italia Ducum culpâ, nimis properè animum detegentium, fuit rupta. Cæsar in Hispania decimo Martij Regis captiui ac Pro-Regis Lanioi literis de victoria certior factus, tanta moderati animi signa dedit, omnes vt summo opere obstupescerent, mirarenturque ab adolescente Principe, aridentis fortunæ tam ingentem fauorem tanta eum animi cum modestia perferre potuisse.

fuisse. Cum enim per Vrbes Oppidaque, nec tormenta in lætitiæ signum explodi, nec æra campana sonum edere, publicosque ignes flammescere voluisset, ad Dei Oprimi Maximi Tempia pergens, ei gratias agit, agique ab omnibus iussit; vitiaque sacerdoti exponens, sacrum Iesu Christi corpus edit; victoriamque paucis connumerandam, soli Deo ascribendam, omnibus testatur. Deinde post aliquot dies, cum Deo Diuisque grates dixisset, egenisque liberaliter aurum distribuisset, conuocatis Proceribus ac Consiliarijs, quid de captiuo Rege statuendum censeret, non solum à presentibus quaesuit, sed missis in Italiam ad Duces literis, sententiam hac de re suam rescriberent, iussit. Tres præcipue proponebantur sententiæ. Prima suadebat, Regem perpetuo, sed honesto, carcere asseruaret. Altera, dimitteret, datis legibus quæ ad perpetuam stabiliendam amicitiam, componendumque Reipublicæ statum, facere possent. Tertia, quàm maximo posset emolumento ac commodo Regem in libertatem restitueret. Prima fuit reiecta. Secundam, cuius author erat Osimensis Antistes, Cæsari à cōscientiæ secretis, nonnulli sunt amplexi, alij reiecere. Tertiã, cuius author fuit Fredericus Toletanus, Albæ Dux, ingenti Procerum Ducumque assensu, Cæsar est amplexus. Vide Franciscum Guicciardinum libro Historiæ 16. Iouium libro vltimo, in vita Ferdinadi Dauali. Mittit statim Cæsar Adrianum Crouiacum, Reusij Comitem, Consiliarium intimum, in Italiam: qui consensu matris captiui Regis, terrestri itinere per Franciam profectus, breui per dispositos equos ad Pro-Regem Lanioium ac Borbonium peruenit; communicatisque eis Cæsaris mandatis, captiuum Regem nomine Cæsaris inuisit, salutem, ac libertatis leges proponit: quæ Regi adeo graues sunt visæ, vt responderet, se potius in custodia vitam futurum, quàm filios tanta iniuria affecturum. Non enim se posse vel minimam Franciæ Prouinciam, sine Senatus Ordinumque consensu, à Regni corpore auellere. Tum Rex ipse condiciones, quibus liberari petebat, proponit, iisque propria manu subignatis, cum Reusio Annam Mommorantium, non ita pridem carcere liberatum, ad Cæsarem remittit. Quum omnium in Francia animi propter Regis cladem ac captiuitatem, Procerumque partim eadem, partim vincula, essent confestinati, tremere vniuersa Italia, obstupesceret Germania, aures arrigerent Mahumetistæ, ingentes Hispani Belgæque spiritus sumerent, hi crescens Occidentis Imperium anxij formidantes, illi Principis sui amplitudine ac victoriarum progressu lætantes; inter alios Henricus octauus Angliæ Rex, naturali inconstantia cum summa ambitione coniuncta, secreto liuore tactus, Cæsaris victoriam ægerrimè ferebat, non quòd eam Franco obuenisse maluisset, sed cupijset Regem Franciscum fuga elapsum bellum restaurasse, vt diuturno Cæsar Francusque

1525. implicati bello, tandemque mutuis confecti vulneribus, è suo arbitrio pacem, ingenti existimationis suæ cum proventu, facere cogentur. Liberandi igitur Regis Frãncisci causa cum matre eius Lodowica fœdus facit, conquestuque Cæsarem victoria animo elatum se contemnere, filiamque olim illi desponsatam, quæstia Lusitaniæ Regis sorore, repudiare. Verum erat, ante pugnam Papiensem Cæsarem nunquam Regi Heinricho nisi propria manu exaratas mittere solitum literas, cum hac subscriptione, Tuus filius ac cognatus, Carolus: sed post Papiensem victoriam, aliorum manu scriptas subscribebat, Carolus. Quæ de Portugallicis adferebat nuptijs, vera erant. Summopere enim eas Hispani expeiebant, pecuniæ summam polliciti immensam, si Regis Emanuelis duxisset filiam. Dum Francia (alienato à Cæsare Anglo ac Venetis) animum recipere incipit, Pro-Rex Lanoius, inscio Borbonio, Piscario, omnibusque in Italia Cæsaris Præfectis, Regem captiuum, id summopere expeientem, Genuam firmo præsidio perducit, vt inde conscensis triremibus Neapolim custodiendus (vt vulgabatur) nauigaret. Sed cum triemes, Hispano tantam milite repleta, in altum essent euecta, statim Pro-Rex cum sua, in qua Rex erat, Hispaniam versus tendere, cæterasque subsequi iussit. Septimo Iunij è Portu Delfinio soluentes, decimo-quinto eiusdem mensis, secunda nauigatione, Rosam Cataloniæ Portum appellunt, maximo Cæsaris gaudio, qui de captiuo Regis aduentu nil sciebat. Iussus est duci in Arcem Oppidi Sciatuæ, in Regno Valentiæ: mox inde, exorante Lanoio, haud procul Vrbe Valencia, in viri nobilis domû, cui venatio insignis adiacebat: postremò in Arcem Madrilianâ, in Regno Castellæ, custodiende eum veteri Præfecto Alarcone: nullaque ratione Rex obtinere potuit, in Cæsaris conspectum vt admitteretur, quanquam summo cum honore, ac vt Regem decebat, haberetur. Statuerat enim Cæsar eum non alloqui, nisi de libertatis conditionibus esset transactum: quod vt per aliquem Regij sanguinis maiori cum autoritate fieri posset, Rex è Francia euocat sororem Margaritam, viduam Caroli Alensonij Ducis. Mense Augusto Cæsar in Italiam mittit Lopem Vttardum, vt à summo Pontifice potestatem impetret ducendi in vxorem Elizabetam filiam natu maximam Emanuelis Portugalliæ Regis, annum ætatis vigesimum-secundum agentem: misitque per eundem Lopem Francisco Sfortiæ certis legibus, numeratisque mille quingentis auri libris, Diploma, quo eum Mediolani Ducem renunciabat. Vt verò Italiam omni metu inuadendæ Monarchiæ (quod summopere timebant) liberaret, Hispanos milites omnes dimitti iubet, ijs exceptis qui in Marchionatu Salutarum ac Ducatu Mediolanensi ex pacto certis in præsidijs collocari debebant, quibus omnibus Ferdinandum Daualum, Piscarij Marchionem, præfesse voluit.

1525. voluit. Equites grauis armaturæ in Regnum Neapolitanum reuerti iussit, Italiam hac ratione magno metu ad tempus liberatis. Maior Germanorum militum pars, acceptis stipendijs, dimittitur. Deinde Caracolum ac Protonotarium Ecclesiæ Mediolanensis Venetias mittit, vt Senatam ad fœdus renouandum inducant: quod sine dubio factum fuisset, nisi inexpectata captiuo Regis in Hispaniam abductio non solum Venetos, sed & Pontificem Clementem, omnesque Italos à Cæsare alienasset, eum pro certo ad totius Italiæ Imperium, quanquam aliud simularer, aspirare iudicantes. Borbonius & Piscarius aded ægre Lanoij factum, abducto in Hispaniam, non communicato cõsilio, Rege, tulerunt, vt Borbonius statim sibi in Hispaniam proficiscendum decerneret, ille, missis ad Cæsarem contumeliarum in Lanoium plenis literis, eundem ad singulare certamen prouocaret, si ea, quæ illi exprobrabat, negare ausus fuisset. Sed Cæsaris prudentia hanc Ducum inuidiam ita moderauit, ne quid ex ea mali in Rempublicam redundaret. Sequutum est exinde tempus quo Hieronymus Moronus, Francisci Sfortiæ Consiliarius intimus, Sfortiam, Venetos, Pontificem, ac Piscarium, à Cæsare deficerent, eumque Italia eiicerent, ferme induxerat. Polliciti sunt Piscario Regnum Neapolitanum, si socialis belli Dux fieri vellet; interfectoque cum ijs Hispanorum cohortibus, quæ secum deficere noluerunt, Anthonio Leua, Italiæ libertatem contra Cæsarem ac Francos communibus viribus defendere voluisset. Cùm aliquandiu dubius animum non declararet, nec interim Cæsari, vt decebat, coniurationem detegeret, tandem eius fortunam veritus, suamque ab ea pendere prudenter considerans, cum singulis blandè agens, seque aures præbere simulans, fido in Hispaniam misso homine, coniurationem promissaque sibi facta Cæsari exponit: cuius consensu in eadem mansit simulatione, donec omnium animos ac consilia planè detexisset. Tum astu capto Morono, ac Sfortia de prodicione accusato, Mediolanum cum maxima Dirionis parte occupat, Sfortiamque in Arce obsellum circumuallat. Cremonensem quoque Arcem obsideri curat, vniuersam Insubriam in Cæsaris potestatem recidisse asserens, quod cliens Sfortia contra Maiestatem patroni Cæsaris coniurasset. Qua de causa maior Italiam oritur metus, veterem horrentibus Cæsarem Monarchiâ, neque considerantibus aliam moliri diuinâ potentiam. Initio mensis Decembris Ferdinandus Daualus, è Catalonia Hispaniæ ortus, Piscarij Marchio, Mediolani è vita discessit, longa tabe Dux tantus confectus. Anthonius Leua militia Hispanicæ eius loco curam suscipit, ac totius Cæsarei exercitus. Lanoius enim & Borbonius in Hispaniam erant profecti. Borbonium mense Decembri venientem Cæsar summo cum honore suscepit, sed non itidem Hispaniæ Procures, obliquis eum

1525. oculis intuentes: quorum vnus, iubente Cæsare domum Borbonio ad tempus commodaret, respondit, se lubenter obtemperaturum, sed quamprimum ex ea migrasset, solo se eam æquaturum, quod infamis ac impuri hominis habitatione infecta, necessariò honoratos ac probos postea eam intrantes esset pollutura. Huius anni ætate bellum rusticum in Sueuia primò ortum, ac per vniuersam Germaniam instar contagiosæ luis serpens, magna Nobilium ac rusticorum clade est gestum finitumque. Cecidere enim diuersis locis, ductu variorum Principum, vltra centum quinquaginta millia rusticorum. Circa anni finem Rex Franciscus desiderio libertatis ex animi ægritudine in tam periculosum incidit morbù, vt medici de salute desperantes Cæsari confulerent, eum (quod summo opere petebat) inuiserent. Persuasus Cæsare Regem consolandi causa adit, maturamque ei libertatem æquis conditionibus promittit. Verebatur enim ne Regiæ mortis author accusaretur, si, obstinatè vitata eius præsentia, in pertinaci proposito persistisset. Mirum quàm hac Cæsaris humanitate Rex animo recreatus, exinde meliùs indies habere cœperit. Hoc etiam anno Fredericus Holsatiæ Dux, Christierni secundi Daniæ ac Sueciæ Regis patruus, ante bienniũ à Daniæ Ordinibus ac Proceribus in Regem electus, (Christiernum enim ob crudelitatem exegerant) cum in hoc vsque tempus varijs Daniæ locis, à Lubecensibus adiutus, contra Christierni Duces bellum gessisset, eos tandem omnibus locis expulit, absolutamque Regni Daniæ possessionem adeptus, magna cum pompa Hafniæ aut Copenhauis, corona Regia redimitur. Christiernus cum vxore Elizabetha, Cæsaris sorore, filio Ioanne, ac duabus filiabus, ad Belgas profugit; frustraque à Cæsare ac Germanis, alijs implicitis bellis, auxilia petijt. Collectis tamen, consensu Cæsaris, Belgarum aliquot voluntarijs copijs, ac donatus triginta nauibus, cum his, ijsque quos conscripserat, in Daniam contra patruum proficiscitur. Sed fœda tempestate disiecta classe, facilè à Danis superatur, astuque captus in custodia ad mortem vsque est detentus. Groningani longo bello contra potentissimos hostes defatigati, eo aliqua ratione defungi iam dudum petierant: sed aduentu Geldriæ Ducis, nouo sacramento alligati, rationem non inueniebant quo modo cum Cæsarianis paciscerentur. Dux enim natura bellicosus ac inquietus, Francorum opibus ac amicitie innoxius, indefesso corporis animique vigore Cæsarianis resistebat, ac cum iniusto bello non posset, varijs artibus, exiguis cum copijs, belli speciem ingenti latrocinio circumferebat, subinde insignes clades Cæsarianis inferens, aut ab ijs accipiens, direptis vtriusque non semel claris Oppidis, Pagis, Villis, ac Arcibus, iusta tamè acie omnibus viribus nunquam cum aliquo congressus. Quod belli genus vti Ducibus,

Præfectis,

Præfectis, ac aurum sitientibus Consiliarijs quæstuosum ac honorificum esse solet, ita Urbibus, Oppidis, Pagis, Arcibus, agrisque calamitosum existit, qui vno atque altero proelio de rerum summa decerni, quàm latrocinando bellum malis artibus summa cum miseria trahi, malunt. Concepto igitur Groningani contra Geldrum, eiusque apud se Legatum Iaspæ Marwikium, ob belli diurnitatem odio, secretis conuentibus pro pace inter se conspirant. At cum incerto animorũ decreto, firmæque nulli authoritati, consilia eorum inniterentur, præter querimonias, ac earum rerum, quæ agebatur, criminationes, nil audiebatur. Vnde tandem coniurationem defectionemque subsequi solere Marwikius rectè iudicans, contra Groningensium consilia, quantum animo corporeque poterat, aduigilabat, Ducemque de animorũ eorum vacillatione per literas admonebat, singulares verò aliquot homines varijs de rebus accusabat. Quare Gelder Groningam Legatos mittens, quinque eis proponit, iubens ea admittant, aut reijciant. Cõuocato totius Ciuitatis consilio, diuque habita diligenti deliberatione, tandem Ducis propositiones recipiunt, dicto eam in rem iterum sacramento. Fuere autem hæc: Agnoscimus Carolum Geldriæ Ducem verum abso-
lutumque Ditionis Groninganz Dominum, secundum formulam sacra-
menti, quum à nobis inauguraretur, præstiti. Ommelandij à Ducis Le-
gato, qui Groningæ præerit, eiusque Consiliarijs, gubernantor, mutatis
quatuor Groningensium Hofmannijs, qui Duci, non Vrbi, quod attinet
ad conseruationem municipalium Ommelandiorum legum, (*Landt-
recht* appellant) sacramentum dicit. Secretarij ac quatuor Urbis Mi-
nistri sacramentum Ducis Legato, ac Hofmannijs Duci sacramento
deuinctis, dicit, se Ommelandiorum res administraturos è formula
municipalium legum, ac secundum antiquas Ciuitatis consuetudines.
Quatuor Urbis Ministri superiorem vestem (cui Ducis symbolum as-
suetur) non à Magistratu, sed à Duce accipient, eiusque nomine ferent.
Groningani absolutè ceduto omni Imperio ac Dominio quod in Oltã-
ptium habere aut allegare possunt, purè absoluteque in potestatem
ac ius Ducis transferentes, qui res eorum administrari curabit secun-
dum tenorem literarum, quas manu ac sigillo Ducis confirmatas ea de
re habent. Quum hæc Groningani cum Geldri Legatis peregissent,
missis ad Ducem literis, eum de transactione certiore faciant, ad-
dentes se libera parataque voluntate petitiones eius admisisse, ac, nisi
factum esset, extemplo facturos: Senatũ verò, ciuesque omnes, vt
humiles ac obediens decet subditos, submissè capita in gremium eius
reclinare. Gelder, spem citæ pacis daturus, inducias cum Cæsare factas
in annum prolongat. Laborarant ante aliquot menses secretè apud
Ducem Groningani, reuocato Iaspæ Marwikio, alium Gubernato-

FF 3

rem

1525. rem mitteret. Verum hæc non diu eam fuere. Aegre id Marwikius e-
iusque focer Lucas Horenkens ferre. Quare plebem contra Senatum
concitare non desinunt, quæ sine huius anni adeo seditiose ac impoten-
ter contra Magistratum Senatumque egit, ut is Ioannem Iarges ac
Petrum Sickingium ad Ducem pro consilio ac auxilio mittere coge-
reretur. Gelder Groningam Legatos, qui tumultum componat, destinat.
Sed cum, arcana Ducis voluntatis conscij, artificiosissime Marwikio fa-
uerent, re infecta est discessum. Quumque vigesimo-secundo Februa-
rij sequentis anni è more nouus Groningæ esset legendus Magistratus,
plebs ad seditionem operâ Marwikij focerique eius concitata, Magi-
stratum è suo arbitrio, contra antiquum Urbis morem, legi petit.
Veteres enim Urbis Rectores ac Senatores, deposito Magistratu, red-
ditisque portarum ac scriniorum clauibus, cum ciuibus qui secum fa-
ciebant, ad D. V. Valburgis Templum conueniunt; Marwikius cum fo-
cero ac Tribuum plebilque parte ad Monasterium Prædicatorum: mis-
sisque vltro citroque Legatis, tandem sedata ira, restitutoque in locum
vereri Senatu ac Magistratu, pacem faciunt. Præcipuum quod per Mar-
wikium Dux perficere conabatur, erat, liceret ciuibus ac Ommelandijs
à Senatu ac Magistratu Groningano prouocare ad Ducis Legatû, eiusque
Consiliarios, indeque ad ipsum Ducem: quod veteres Rectores nulla
ratione volebant. Marwikius considerans se hoc rerum statu nil obten-
turum, in annum vsque 1527. quiescit. Tum acerrimè concitata plebe,
effecit, pars Senatorum, vniuersusque Magistratus, (plerisque violatis
ac fauciatis) Vrbe eijceretur, cæteri que obtentu exigui debiti, quod
hos nomine Reipublicæ soluere volebant, in vincula conijcerentur. Gel-
der se inuito excitatam seditionem credi volebat, quum tamen operâ
Marwikij focerique eius omni arte ac astu eam procuraret, quo, subla-
ta Senatorum Magistratumque; autoritate ac potentia, solus Urbis ac
Ommelandios pro arbitrio per Legatum gubernare. Sed temporis
successu plebi artes innotescere, eamque cum Reipublicæ libertatis stu-
diosis vnum sentire vident, reuocato Marwikio, Carolum Geldrum,
filium nothum, eius loco Gubernatorem constituit, ne alienissimo tem-
pore nouam concitaret rebellionem; ac in posterum ab incepto desti-
tit, Groninganosque secundum patrias leges, conditionibus olim initis,
Rempublicam gubernare permittit. Liberatus Gelder seditione Cro-
ningana, à bello Cæsari inferendo abstinuit, quod Francorum Rex ad
Papiam captus, nulla ratione ab ea parte Cæsarem à suis lædi nec irri-
rari cuperet: durauitque hæc inter Belgas, Geldros, ac Francos quies ad
initium vsque anni 1528. Sed quum interea Gelder quiescere non posset,
Swollanis contra cæteros Trans-Isalanos auxilia mittit: quos cum bre-
ui insolentia Geldrici præsidij pertæduisset, maiori parte prædatam
emissa,

emissa, reliquos Vrbe eijciunt, redeuntibusque portas (incolumi cum 1525.
Duce, foedere) occluserunt. Aduolat Gelder cum duobus peditum milli-
bus, ac aliquot equitibus; intromissusque cum centum circiter viris, in-
tra portam, eiusque cataram subito ex alto demissam, sistitur; neque
prius quam facta cum Trans-Isalans compositione dimittitur: quæ ta-
men pax non diu durauit, ut sub annum 1527. narrabimus. Redeunte 1526.
ad Cæsarem à Pontifice sub initium anni 1526. Legato Errera, proli-
xas literas propria Pontificis manu exaratas adfert, quibus ea, quæ de
inita contra eum in Italia coniuratione erant detecta, in Moronum ac
Piscarium transferebat, supplicibus petens verbis, Francisco Sfortia, si
quid peccasset, publicæ quietis bonique causa ignosceret; nec vlla ratio-
ne admitteret, ut vel minima nomini honori que suo macula, quasi te-
mere ambitioseque Christianæ Reipublicæ statum perturbaret, aut Ita-
liæ libertatem conuellere conatus esset, aspergeretur, quum à Deo ad
summum humanæ felicitatis fastigium euectus, Caputque Christia-
norum Principum effectus, eius authoritati nec splendori amplius ad-
di posset, demum verò importuna ambitione per multum. Cæsar non ob-
scure intelligens quod hæc Pontificis epistola tenderet, eò se redactum
conspiciebat, restituto Sfortia Pontifici ac Venetis gratificandum foret,
aut cum Rege Francisco, contemptis Italis, transigendum. Prioris sen-
tentia author fuit acerrimus Mercurius Gattinaria, Cæsaris primus
Consiliarius, (Cancellarium vocant) qui cum Italis firmum æter-
numque fœdus stabiliendum, restituto Mediolani Sfortia, & si is sine li-
beris obijisset, alio, qui Italis foret gratus, suadebat, ut hoc beneficio de-
uinctis Italis, (qui tum primum certam libertatis spem animis essent
concepturi) non solum captiuo Regi Ducatum Burgundiæ, (suam de
iure Prouinciam) sed etiam quiduis aliud extorqueret. Alterius sententiæ
author erat Pro-Rex Lanouius, pellendum Sfortiam, occupandamque
Insubriam consulens, quo nunquam non recalcitranti ac rediuiua semper
bella Monarchis suscitanti Italiæ, hinc è Regno Neapolitano, inde è
Ducatu Mediolanensi, cum vellet, compedes inijceret, & ad nutum ob-
seruandum tantæ potentia metu cogeret. Regem verò non dimitteret,
nisi actioni Neapolitanæ ac Mediolanensi absolutè cessisset, datisque
obsidibus, ad restituendum certo tempore Burgundiæ Ducatû se suosque
obligasset. Hanc secutus Cæsar sententiam, cum Rege Francisco deci-
mo quarto Ianuarij transigit, quum prius perhumaniter à Borbonio
impetrasset, promissa ei soror Leonora Regi Francisco, publici boni
causa, tradi eius consensu posset. Qui cum Cæsarem ita velle sciret, vel
inuitus assentit, planè desperans, Cæsarem quicquam eorum, quæ sibi
promiserat, in posterum præstiturum. Leges verò Regiæ libertatis hæc
fuerunt: Antea facta omnia, præteritaque bellorum calamitates, odia, ac ce-
minia-

1526. inimicitia aboluntor, obliuiscuntorque. Subiecti vtrinquē terra a-
 » quaque liberè commeanto, nil præter vetera portoria vectigaliaque
 » soluunt. Itinera ab vtraque parte terra marique à piratis ac grillato-
 » ribus tuta reddunt. Ducatum Burgundiæ, quæque inde dependent,
 » cum Comitatu Charoloi, Noërij, Chasteau-Chiaonij, Vicecomitatu
 » Auxomæ, ac Fani D. Laurentij iuris Comitatus Burgundici, quæq; ab
 » omni antiquitate iuris Burgundici fuere, sexta à die liberationis Regiæ
 » septimana Cæsari restituito, nulla in ijs Regi, Regno, nec successoribus,
 » iuris petitorij nec possessorij (vt hodie loquitur Iurisconsulti) actione
 » seruata; sed in perpetuum hæc deserens, ea Cæsari, vtriusque sexus eius
 » liberis, eorumque successoribus, cum omni prærogatiua iuris patrona-
 » lis, reddito, restituito, ac in æternum relinquito, cedens in perpetuum
 » omni Ducatus Burgundiæ eoque pertinentium Ditionum possessione,
 » siue ex occupatione aut acquisitione cæteris Franciæ Prouincijs Salicæ
 » legis autoritate, aut quacunque alia ratione, sunt coniunctæ; ijs omni-
 » bus eadem potestate ac autoritate hanc iuris naturam derogans afe-
 » rensque, qua id acquisierant, insuperque se & successores omnes spo-
 » lians potestate autoritateque qua id ius, eandemque actionē, veri, ve-
 » rissimi, ficti, assumptique iuris velamine resumere possent, nullis in
 » contrarium iuris clausulis hæc non expressis, quæ ad hanc rem sibi suis-
 » que vsui aliquando esse possent, obstantibus, aut obstaculum aliqua ra-
 » tione exhibere præbereque valentibus. Rex extemplo Ducatus Bur-
 » gundiæ cæterarumque dictarum Ditionum incolas a dicto sibi Regnoq; Fraciæ
 » sacramento promissaque obedientia plenè absoluito. Ciuitates, Oppi-
 » da, Arces, munitiones, in eo quo sunt statu, cum omni bellico apparatu,
 » commeatu, ac quicquid Regij iuris est, spatio sex septimanarum à die
 » liberationis restituito. Rex decimo-quarto Martij liber sui que iuris
 » Fontarabiæ dictis conditionibus satisfaciendis dimittitor, obsidesque,
 » promissorum adimplendorum causa, filios natu maiores duos, Francif-
 » cum Delfinum, ac Henricum Aureliæ Ducem, aut huius nomine hos
 » duodecim dato Proceres: Vendomæ, Albanæ, ac Guisæ Duces, Comi-
 » tem Fani D. Pauli, Odetrum Foxæum Lautrechij Dominum, Lauallæ
 » Comitem, Marchionem Saluce, Reuxij Dominum, Nortmanniæ Mar-
 » scalcum, Mommoranciacum, Brionium, ac Aubigniacum: quicum Del-
 » fino, aut is cum fratre solus, in Cæsaris manebunt potestate, donec Rex
 » Ducatum Burgundiæ cum annexis Ditionibus restituerit, hæcque pacis
 » leges à Regni sui Ordinibus approbari, sacramento muniri, subscriba-
 » ri, ac sigillorum appensione confirmari curarit, inque omnibus Regni
 » Francici Curiarum archiuis ac chartophylaceis describi iusserit, qua-
 » rum rerum Tabulas Rex Cæsari intra proximos quatuor menses tra-
 » ditto. Cæsar Regi literas propria manu signatas, sigilloq; munitas, dato,
 quibus

quibus addito iureiurando Regi promittet, se obsides impletis condi- 1526.
 tionibus redditurum. Ad æternæ amicitia testimonium, Rex Cæsari
 Engoulemæ Comitem, filiorum natu tertium, in Aula Cæsaris educan-
 dum enutriendumque mittito. Rex interposito sacramento Cæsari pro-
 mittito, si dictis conditionibus stare non poterit, in eius potestatem,
 vbiunque terrarum tum tēporis fuerit, receptis obsidibus, redditurum.
 Rex omni actione ac iure in sempiternum cedito, quod in aliquod Re-
 gnum, Prouinciam, Ditionē à Cæsare hoc tempore possessam, nomina-
 tim verò in Regnum Neapolitanum, Sicilia, Mediolanense, Urbem
 Ditionemq; Genuensem ac Astensem allegare potest; renuncians fœde-
 ri Nouiodunensi, ac quod inter Ferdinadum Catholicum, Cæsaris auum
 maternum, ac Lodovicum duodecimum Francorum Regem, hisce de
 Regnis fuit ictum; restituetque Rex Cæsari spatio sex septimanarum
 Tabulas ac Diplomata omnia ad dictorum Regnorum Ditionumque
 ius spectantia concernentiaque, siue ea Pontificij, siue Imperij iuris
 fuerint. Quicquid iuris Rex aliqua ratione prætere potest in Ciui-
 tatem Oppidumque Atrebatensem, Tornacensem, Mortangā, Fanum
 Amandi, Insulas, Duacum, Orchiacum, Hefdinum, in sempiternum Cæsa-
 ri, eiusque vtriusque sexus successoribus, sine aliqua exceptione cedito;
 quemadmodum & supremæ iurisdictioni & imperio quod hæcenus in
 Comitatum Flandriæ, & Artesiæ, aliasque Ditiones Cæsari subditas,
 quæque in posterum subijcientur, Fraciæ Reges habuere: qua de re Rex
 Cæsari Tabulas dato. Cæsar Regi, eiusque successoribus, tradito, ac in
 perpetuum cedito, ius actionemque omnem quam allegat in eas Di-
 tiones, quas hoc tempore Rex possidet, (ijs, quæ his legibus continen-
 tur, exceptis) vt sunt Perona, Mondiderium, Roia, Comitatus Boloniæ,
 Ghuinæ, Pontiaci, ac Ciuitatum ad vtramque Somonæ ripam sitarum,
 denique omnium earum rerum, quas Cæsar iure Regni Hispanici, fami-
 liarum Burgundicæ, fœderis Atrebatensis, Confluentiæ ad Sequanam,
 Peronensis, ac causa aliarum Prouinciarum, familiarum, ac fœderum, al-
 legare ac obtendere potest, excepto Comitatu Masconnensi, Auxerræ,
 ac Barræ ad Sequanā, de quibus mox statuetur. Fœderis huius cōditio
 ac natura (vt loquuntur hodie Iuriscōsulti) defensiva & offensiva esto.
 In defensione alter alteri duo millia equitum, ac decē millia peditum,
 cum iusto tormentorum apparatu mittito. De inferendo, quum necesse
 erit, bello, inter Cæsarem Regemque ratio initor. Rex Leonorā, Cæ-
 saris sororem natu maximam, viduam Emanuelis Portugallia Regis,
 in vxorem ducito, ac cum ea dotis nomine semel ducenta millia aureo-
 rum lilliorum accipito, cum annua pensione, quam causa mortis dicti
 Regis Emanuelis ei Lusitani soluunt, itemque Comitatum Mascōnen-
 sem, Auxerræ, ac Barræ ad Sequanam, in quas Ditiones liberi tantum
 eorum

1526. eorum mares succedunt. Franciscus Delfinus, filius Regis natu maxi-
 mus, Mariam dictę Leonorę ac Regis Emanuelis filiã in vxorę ducito,
 eamq; anno ætatis duodecimo in Franciã mittito. Rex curã operamq;
 adhibeto, Heinricus Albrehtus titulo Regis Nauarrę pro se successo-
 ribusq; suis in perpetuum cedat. Quod si impetrare non potuerit,
 ei nec successoribus vnquã auxiliũ hac de causã ferto. Carolũ Egmon-
 dium, Geldrię Ducem, Rex inducito, contentus Geldrię possessione,
 qua nunc fruitur, post mortem Geldrię Zutfaniamq; Cæsari eiuf-
 que successoribus possidendã relinquat: qui ei datis Tabulis promittet,
 liberos legitimo matrimonio susceptos se honestè educaturum dota-
 turumq;. Quod si id Carolus aut Geldrię Ordines recusarint, eis auxi-
 lia non præstato, sed Cæsari Rex suo sumptu contra Geldros trecentos
 lancearios equites, ac quatuor millia peditum, eius cuius Cæsar petie-
 rit nationis, mittito. Rex contra Cæsarem, fratremq; eius, Vlrico
 V Wirtenbergico, Roberto Marcano, nec eorum liberis, Cæsaris hosti-
 bus, auxilia dato, neque se vlla ratione rebus Italicis misceto. Et quo-
 niam Cæsari Rex obtulit, sese comitem iturum, cum iusta peditum
 equitumq; manu, quum coronam auream à summo Pontifice esset
 recepturus, Cæsar, remissa hac molestia, petit, in mari Mediterraneo
 classem, quę sex millia peditum vehere possit, sine milite, instructam
 tormentis, commearu, socijs naualibus, ac remigibus, mutuo det, cui
 ipse milites Præfectosq; quos voluerit imponet, vteturq; Cæsar hac
 classe sumptu Regis parata tribus tantum mensibus, quos sumptus Rex
 redimere poterit ducetis millibus aureorũ liliorũ, mittens in Italiam ad
 honorandum Cæsaris comitatum suo sumptu quingentos veteranos
 lancearios equites. Rex Anglię Regi summam quingentorum aureo-
 rum liliorum millium soluito, quam Rex Franciscus Anglo in hunc
 vsque diem è veteri tractatu debet, Cæsar verò, inducito Anglo ad susci-
 piendum contra Regem bellum, pro ea Anglo spondit, vt patet in
 fœdere V Vindesora factõ decimo Iunij anno 1522. Cæsar & Rex, vt
 summus Pontifex conuentum Christianorum Principum indici quam-
 primum iubeat, procurant, in quo de bello Turcis ac Hæreticis infe-
 rendo decernatur: ad quod aut vterque ibit, aut missis auxilijs Cæsar
 exercitus Imperatorem dabit. Carolo Duci Borbonio, quiq; euna
 sunt secuti, Rex omnia cuiuscũque sint cõditionis bona, vbiq;que sita,
 restituito; ijsq; constitutis Quæstoribus, aut cum Cæsare sine fraude
 manere, aut in Franciam redire liberum esto. Captiui hinc inde, cuius-
 cunq; conditionis ac generis, nullo pro redemptione soluto pretio,
 ante decimum quintum Februarij diem in libertatem restituuntur. Om-
 nes ac singuli vtriusq; Principis subditi, sacri profaniq; Ordinis, bo-
 nis belli tempore eiecti, liberè ad ea redeunt. Alter alterius exules
 rebelles.

rebelles, criminis manifesti reos non suscipito. Arragonibus liberè, ac 1526.
 sine vlla nouorum tributorum solutione, laneos pannos per Franciam ce
 posthac venum vehere licitum esto, ac quocũque velint terrarum ven- ce
 dere. Rex Margaritę Austriacę, Cæsaris amitę, Comitatum Charoloi, ce
 Noierij, Chastelchinoni, Chantini, ac Percherę reddito, renuncians ce
 omni eminetię regali in dictis Ditionibus, quod memorata Margarita, ce
 operã Nicolai Perenori, sui Cæsarisq; Consiliarij, præcipuè hanc pa- ce
 cem Regisq; libertatem procurarit, ac post dictã Margaritę mortem ce
 eadem Regiones eodem iure ad Cæsarem, eiusq; successores, deuol- ce
 uunt. Rex dictę Margaritę spatio sex mensium duodecim millia au- ce
 reorum liliorum, pro damno quod belli tempore tulit, soluito. Rex ce
 Germanę Foxens, viduę Regis Ferdinandi Catholici, de ijs quę ei ce
 mortis causã donata sunt, satisfiericurato. Philiberto Challonno, Au- ce
 rantię Principi, excepta gratuita liberatione, Rex de ijs omnibus, quę
 iure sibi deberi cõtendit, satisfactionem dari iubeto. Philippo Crouia- ce
 co, Marchioni Arschotano, Comitiquę Porceano, tam quę belli tem- ce
 pore ei sunt ablata, quàm quę causã patris, matris, patruĩ Guilielmi ce
 Cheurę Domini, ac à Germana Foxea empta debentur, in eum omnia ce
 statum, quo antebellum erant, restituito. Principi Chimeę, tam de ijs ce
 quę ei mariti, quàm patris Albrehtię Domini nomine debentur, ius fa- ce
 cito. Heinrici Comitissę Nassauij actio, quam contra Regem causa dotis ce
 vxoris habet, integra maneto. Rex Adolfo Burgundo, Beuerę Domi- ce
 no, actio sartam rectam, quam ante hoc bellum habuit in Ditionem ce
 Creuecurianam ac Cambresianam, relinquito. Rex procurato, qui ce
 initio belli literarum studiosos, contra Academia Parisiēnsis priuilegia ce
 captos, pretiosè redimere coëgere, illud restituant. In bonis ac actio- ce
 nibus omnibus vtrinq; hos restituito, Guilielmum Vergiacum, Ba- ce
 ronem d'Autrei, Fiennę Dominum, Michaelē Anthonium Salucę ce
 Marchionem, Fredericum Tozelium Noriegę Dominum, Graiã An- ce
 ristitem, Lufinij, Pardilliani, ac Iullagi Dominos. Hac pace compre- ce
 henduntur, quicunq; spatio sex mensium, à die publicationis nume- ce
 rando, comprehendendi petierint. Cæsar ac Rex has leges iureiurando, ce
 sub signatione sigilloq; muniunt confirmantq;que, ac ante decimum ce
 quintũ Februarij diem omnibus in Regnis, Prouincijs, locisq; consue- ce
 tis publicant. Actum Madrilij duodecima Ianuarij anno Christi 1526. ce
 Communi consensu complures his Tabulis fuere nominati, sed ex Ita- ce
 lis nullus præter Papam Clementem, quod magis honoris quàm ne- ce
 cessitatis causa fecere. Leges has, Cæsari vtilissimas ac honorificas, nul- ce
 lus non Cæsarianorũ summo opere probabat; id tantum reprehendebat,
 quod non ad earum satisfactionem Rex nisi iuris potestatisq; sui factus
 adigeretur. Non enim dubitabant, imò ita euenturum vaticinaba-
 tur Gati-

1526. tur Gatinaria, quin Rex in libertate constitutus, ijs tantum esset staturus, quæ sibi ac Regno utilia (ut factum est) fore iudicaret, rationemque aliquam tempore initurum, qua obsides maiori existimationis ac Regni commodo esset liberaturus. Conditionibus vltro citroque sub signatis, ac iureiurando confirmatis, Rex ac Cæsar diu sæpeque publicè collocuti, eademque quadriga vecti, sponsam Leonoram inuisunt. Tandem Rex Franciscus decimo-octauo Martij, cum Pro-Rege Lanoio, ac Alarcone custodum suorum Præfecto, comitatibus quinquaginta equitibus, Fontarabiam venit; mater eius Lodowica cum Delfino ac Aureliæ Duce Baionam, indeque progressi ad flumen nomine Tolosam, quod eò loci Hispaniam à Gallia diuidit, in ripa consistunt. Stabat in amnis medio nauis longa, anchoris firmata, hominibus vacua. Hanc Rex, scapha aduectus, cum Lanoio, Alarcone, ac octo viris nobilibus ingreditur. Idem ab altera ripa cum Regijs filijs, totidemque viris, Odetus facit Foxeus, Lautrechi Dominus, tradens Lanoio Delfinum ac Aurelianum, qui eos per Alarconem, in Hispanicum littus expositos, equitibus Hispanis tradit: eodemque momento Rex è nauis in scapham alteram; indeque in Francicum exiliens littus, equum conscendit Turcicum miræ pernicitatis, subditisque calcaribus à cursu non desistit, quoadusque ad Fanum Ioannis Lusij, indeque Baionam peruenisset, vbi incredibili matris totiusque Aulæ, quæ celeberrima conuenerat, cum lætitia ac concursu est exceptus. Tum Angliæ Regè, missò nobili viro, de recepta libertate certiolem facit, gratiasque agit, quòd eius potissimum operâ eam esset adeptus, pollicitus sese ab eius amicitia, quamdiu vixisset, nunquam discessurum. Exinde Cæsar binas propria manu ad Pontificem exarat literas, ac per eundem Errerera mittit, eumque de Rege in libertatem restituto, pacisque legibus, summam edocet. Tum de Francisci Sfortiæ ac Ducatus Mediolanensis statu respondet, partim amicè, partim cum stomacho ac auctoritate. Sciebat enim, Pontifici fortunam potentiamque suam esse suspectam; nec dubitabat quin cum Venetis, cæterisque Italis, contra se fœdus esset initurus. Capinum enim Mantuanum gratulatum Regi libertatem in Franciam, Gaularam verò in Angliam misisse Pontificem sciebat, secretaque eos mandata contra se ferre, quum eodem tempore Veneti eadem de causa Rossinum in Franciam misissent. Considerans igitur Cæsar, Regem Franciscum indes differre confirmationem legum pacis Madrilianæ, ad quam omnes Franciæ Ordines Rex se inducturum solemnè iureiurando ac propriæ manus sub signatione receperat, proindeque de eius fide non temere subdubitare incipiens, Cuniacum ad Regem mittit Pro-Regem Lanoium ac Alarconem, petitum legibus Madrilianis satisfaciat. Respondet Rex, in sua non esse potestate, de Regni

1526. de Regni Francici corpore membrum aliquod separare, nisi eiusdem membrum, Ordinum, ac totius Regni consensu ita decernatur; peramicè petes, Cæsar traditionem Ducatus Burgundiæ in multam pecuniariam tranfmutet. Quo Cæsar audito, non parum animo perturbatur, circumuentum se à Rege, cum non exigua existimationis suæ læsione, videns. Decernit tamen nil de traditione Burgundiæ immutare, sed in eo pacis capite satisfaciendo obstinatè perseuerare, imò potius pacem cum Venetis ac Pontifice facere, restituto Mediolani Sfortia, quæ à Rege, qui paulo antè suus fuerat captiuus, periculi denunciatione, cogi ad nouam iniquamque transactionem. Insigne exemplum, non temere datam à superis victoriam, sed magnificam promissionum, sine fructu è manibus dimitendam, sed insilendum cœlestis doni beneficio, neque liberandos tam potentes hostes, nec obsidum carissimorum traditione, nec iurifurandi præstatione, (vtrumque enim Francus contemnebat) sed cogèdos ante dimissionem ad earum rerum satisfactionem, quas verbis promittebant. Cæsar igitur Borbonium, tradita ei Ducatus Mediolanensis gubernatione, eò properare, Lanoium in Regnum Neapolitanum proficisci, Hugonem Mòcadam, maris Præfectum, ad Pontificem tendere, classem verò Barcionæ extemplo instrui iubet. Quibus rebus Francus intellectis, cum, hæctenus spe nouæ cum Cæsare transactionis fœderi Italico subscribere distulisset, decimo septimo Maij his legibus id facit: Inter Pontificem Clementem, Regem Franciscum, Venetos, ac Franciscum Sfortiam, donec is in Ducatum Mediolanensem restitatur, ac Regij liberi è Cæsaris potestate extorqueantur, perpetuum fœdus esto. Cæsari se fœderi intra tres proximos menses coniungendi potestas maneto, modo Regij filios, iusta auri accepta summa, quam Angliæ Rex dicit, ac Mediolanense Imperium Francisco Sfortiæ restituat, vniuersamque Italiam eo statu, quo ante hoc bellum fuerat, relinquat. Ad cõmunia castra Pontifex octingentos grauis, septingentos leuis armaturæ equites, ac peditum octo millia mittito. Veneti grauis armaturæ equites octingentos, leuis mille, peditum octo millia daro. Sfortia grauis armaturæ equites quadringentos, leuis trecentos, peditum quatuor millia adducito. Rex Franciscus statim in Italiã mittito quingentos grauis armaturæ equites, ac vrgente bello in singulos menses quadraginta millia aureorum liliorum, quibus Heluetijs satisfiat, numerato. Ipse verò Rex ab altera parte, vbi ei consultum videbitur, cum duobus millibus equitum, ac decem millibus peditum, iustoque tormentorum apparatu Cæsari bellum infero. Rex triremes duodecim, Veneti tredecim, Pontifex octo, ad oppugnandam cõmuni sumptu Genuam, adducito. Victis in Insubria Cæsarianis, bellum in Regnum Neapolitanum transfertor; eoque in potestatem redacto, in Pontificis voluntate maneto, id Cæsari certis legibus restituere,

1526. tuere, quum Regi liberos obsides reddiderit. Rex Sfortia ob Insubriã
 33 nullo tempore molestus esto, ei que in Francia Regij sanguinis vxorem
 33 dato. Asta Comitatus Regi restitutor. His alia quædam leuïora fuere
 33 iuncta. Conditionibus consignatis, Põtificiæ & Venetorum copiæ, Du-
 ce Vrbinatum Principe, Mediolanum versus tardius quàm necessitas,
 ac inopia qua Arx premebatur, requirebat, mouent. Differt sua auxilia
 Rex Francus, spe transigendi de liberis cum Cæsare. Interea Francis-
 cus Sfortia, commeatu inopia coactus, vigesimo-quarto Iulij cū Bor-
 bonio transigens, Arcem ei Mediolanensem tradit; Laudemque Pom-
 peij profectus, inde ad Cõfederatorum castra Marinianum contendit.
 Arunas, calamitates, ac tormenta quæ ciues Mediolanenses hoc bello
 pertulere, & quam turpiter Cõfederati, rerum omnium inopia pressos, gessere,
 lege apud Franciscum Guicciard. Historiæ libro decimo-septimo, ac
 apud Paulum Iouium libro 24. & 25. Exinde Cæsariani Pontificem a
 Cõfederatis separaturi, cum operâ Procerum Colonnæsum inducias
 aliquot mensium cum eo pepigissent, ipseque, inducijs temere fidens, mi-
 litem omnem, quem in Latio habebat, dimississet; Pompeius Colonna,
 ac Hugo Moncada, clam collectis octingentis equitibus, ac tribus pe-
 ditum millibus, summaque celeritate Romam ducentes, antequam Pontifex
 de eorum consilio certior fieret, nemine resistente, tribus portis in Vr-
 bem irrupere, animo capiendi Pontificis, non diripiendæ Urbis. Sed
 tyro recens conscriptus cohibere manus non potuit. Summum enim
 Templum, Vaticanum, omniaque loca sacra diripit, priuati minus vio-
 lari. Pontifex ægerrimè cum magna hominum multitudine in Molem
 Adriani elapsus, maiorum tormentorũ exoneratione Cæsarianos pro-
 pius accedere non sinebat. Verum quod ingressis vix in tres menses com-
 meatus sufficeret, datis vltro citroque obsidibus, Moncada in Arcem ad
 Papam profectus, cum eo Cæsaris nomine inducias in quatuor menses,
 acceptis obsidibus, pangit, ea lege, Pontifex copias statim omnes ex In-
 subria citra Padum abire iuberet, ac Andream Auriam, triremium sua-
 rum præfectum, à classe Cõfederatorum reuocaret, Cæsariani verò
 statim copias ex Vrbe agroque Romano in Regnũ Neapolitanũ abdu-
 cerent. Exinde Cõfederatorũ in Italia res, que huc vsq; successum exiguum
 habuerant, in peius ire ac senescere cœpere: quanquã paulo post Põtifex,
 oblitus induciarum, neglectisq; obsidibus, copias ac classem Cõfede-
 ratis remisit. Res verò Cæsaris, quanquam summa pecuniæ inopia,
 exhausta vniuersa Insubria, premeretur, melius tamen se habuere. In-
 structa enim noua Carthagini insigni classe, cum ea Pro-Regem La-
 noium vigesimo-quarto Septembris in Italiam properare iubet. Bor-
 bonius etiam ac Alfonso Daualus, Vastij Marchio, à Georgio Fronf-
 bergio

1526. bergio, nobili Germano, Cæsari addictissimo, impetrat, conscriptis suo
 ære quatuordecim millibus peditum Germanorum, acceptisque ab Ar-
 chiduce Ferdinando quingentis equitibus, laborantibus Cæsarianis in
 auxilium proficiscatur. Is per Tridentinas Alpes mense Nouembrii in
 Italiam se demittit, frustra Vrbinatum Duce, Cõfederatorum Imper-
 ratore, magis cauto quàm efficaci, impedire conare. Pro-Rex Lanouus,
 cum triginta duabus nauibus, in quibus trecenti erant equites, pedites
 verò Germani bis mille quingenti, Hispani quater mille, Corsicam ap-
 pellit; indeque in Italiam cursum tenens, a Cõfederatorum classe me-
 dio mari tormentis oppugnatur. Sed præsens periculum beneficio tem-
 pestatis euadens, pars clasis, in qua erat Ferdinandus Gonzaga, in Sici-
 liam, altera, qua vehebatur Lanouus, ad Fanum D. Stephani appellit:
 quarum virium accessione Borbonio ceterisque veteranis additi sunt
 animi. Ceteri Italiæ Proceres taciti circumspectabant, quò Cæsariano-
 rum ac Cõfederatorum res essent euasuræ. Proficiscentem Fronf-
 bergium, frustra insequeretur Vrbinas. Præcurrens verò cum expedito
 equitatu Ioanes Medices, eum iuxta Burgoforum adeptus, proelio
 lacessere cœpit. Sed mediocri tormenti globo fracto crure, Mantuam
 perfertur, vbi post paucos dies magnæ expectationis adolescens (cuius
 hodie stirpem Floreriæ rerum potiri videmus) obiit, trigesimum non-
 dum ingressus annum. Cæsar varijs artibus Pontificem, Francum, ac
 Anglum spe pacis ducens, tandem in suas partes asciscit Alfonso Arestini-
 num, Ferrariæ Ducem; pacemque cum Cõfederatis Cæsar se non fa-
 cturum profitetur, nisi Francus legibus Madrilianis per omnia satisfac-
 cisset, ac Franciscus Sfortia se suamque causam constitutis à se Iudici-
 bus cõmisisset. Tum Hieronymum Moronum, intimam Sfortiæ Con-
 siliarium, pro coniurationis multa acceptis viginti millibus aureorum
 nummum, carcere dimittit, quem exinde Borbonius, ingenio eius dele-
 ctatus, inter secretiores admissum, admodum euexit. Res verò in Ita-
 lia ac apud Belgas, omni spe pacis deposita, ad apertum ingenisque bel-
 lum (à quo hoc anno Belgæ liberi fuerat) spectare cœpere. Certus enim
 iam erat Cæsar, Francum, violata fide, neglectisque liberis obsidibus,
 pacis Madrilianæ leges reiecturum, conaturumque, auxilio Cõfede-
 ratorum, obsides liberos armis aut numerata pecunia sibi extorquere.
 Proinde vt tutius custodirentur, Valledoletum duci ac asseruari Cæsar
 insit. Vere huius anni Cæsar Hispali recipit Elizabetham filiam natu-
 maximam Emanuelis Portugalliæ Regis, quam Marchio Villereal-
 deduxerat, eamque, præeunte Urbis Præsule, ingenti totius Hispaniæ
 Ordinum lætitia, quò dudum has expetierant nuptias, vxorem ducit.
 Concurrerat vniuersa Hispaniæ nobilitas Seuiliam, omni que magni-
 ficentiæ genere nuptias cohonestabant. Annorum erat sponsa viginti-
 duorum;

1526. duorum, Cæsar viginti sex. Interea Spiræ Nemetum vigesimo-quinto Iunij conuentus Germaniæ fit Principum, in quo Cæsaris recitantur literæ mense Martio Seuillæ scriptæ, quibus promittebat sese breui in Italiam coronationis causa profecturum, acturumq; cum Pontifice, futuro Concilio locus tempusque designaretur, in quo certi aliquid de religionis dogmatibus statui posset. Interea se velle ac iubere, nec Principes nec Ciuitates vel apicem vnum in religione mutant, sed per omnia veterem ex præscripto conuentus VVormatiæ obseruent. Sub hoc tempus Solymannus Turcarum Rex Lodowicum Bohemiæ ac Hungariæ Regem prælio superatum occidit, vxorq; eius Maria Austriaca, Cæsaris soror, liberis non genitis, in Austria ad fratrem Ferdinandum est reuersa, qui Lodowico in Bohemiæ ac Hungariæ Regno, causa vxoris Annæ, sororis ac hæredis vnicę dicti Regis Lodowici, successit. Francorum verò Rex Cæsari bellum, rupto fœdere, illaturus, inuidiam illi primò facere, coniecta in eum belli causa, vbique studet. Mittit ad Germaniæ Principes ac liberarum Ciuitates literas, conquerens de Regni Hungarici calamitate, ac summo Christianæ Reipublicæ vulnere. Dolet Germanis ac Austriacis tam sauum, ferocem, ac potentem hostem vicinum esse factum; præcipuam esse causam ipsam Cæsarem, omnibus ferociter imperare ac leges dare conantem, quique se belli fortuna acie captum Regno exuere, aut iniquissimis legibus perdere, suoque tandem Imperio vniuersam Italiam, Franciam, cum maxima Germaniæ parte, subicere conatur. Ambitiosam hanc libidinem in causa esse, vt patriam Germaniam prorsus negligat, Austriamque, auro hereditatem, Turcis diripiendam prostituat. Prospiciendum in tempore, ne arcana eius consilia ac subdoli conatus plus Germaniæ, quam aperta Turcarum arma, noceant. Se quidem semper corpore animoque fuisse & adhuc esse paratum, omnes Regni Francici vires opesque pellendo Turca impendere, nisi à Cæsare per summam iniuriam impediatur: eaque de re sese apud Germanos obtestari, culpamq; omnem à se rejicere, siquid deterius Christianæ contingat Reipublicæ. Cæsar hisce de scriptis certior factus, literas ad Germanos mittit, quibus criminationes ac contumelias Regis refutat, summamque eius erga se iniuriam ac perfidiam exponit; eunq; solum in causa esse docet quòd non communia in Turcas verterentur arma, idque testari posse omnes Itolorum Proceres Principesque, quorum societate terra marique Achaïam ac Peloponesum inuadere statuerat, si Francus data fidei memor impedimentum non attulisset, perturbandamque Christianam Rempublicam non censuisset. Rex, hac Cæsaris responsione turbatus, Apologiam euulgat, ac quare Madrilianâ pacem legesque seruare non possit explicat; adeoque acerbo in Cæsarem inuehitur animo, vt facile omnes

omnes perspicerent, magis odium ac inuidiâ, quam iustæ causæ defensionem, animum eius ad scribendum ac bellandum concitasse. Cæsar ita Apologia respondet, vt in posterum Franci plumeis armis abstinentes, ad ferrea, detecto animi secretiori cõsilio, recurrerent, initoque fœdere cum Solymanno Turcarum Rege, vndique Cæsari hostes concitandos decreuerint, vi ad reddendum obsides liberos se coacturos eum sibi persuadentes. Hæc nunc narranda restant. Belgæ enim ac Franci hoc anno, quemadmodum & Geldri Frisijque, inter se quievere. Sub initium igitur anni 1527. Papa spe pacis cum Cæsare ineundæ planè abiecta, expedita re pecuniaria ac frumentaria, Confœderatorum se copijs iungit: ad quos cum Francus Vaudemontij Comitem mediocribus cum copijs misisset, Regnû Neapolitanum inuadunt. Capiunt Salernam, Molem Caietanam, Castellomarinum cum Arce, Turrim Græcam, Surrentinum, Sicilianum, Tallocotium, cum aliquot alijs eius tractus Oppidis & Castellis, adeò vt Hugo Moncada, qui Neapoli pro Cæsare in praesidio erat, hostibus ad portas vsque excurrentibus, contrà exire non auderet. Verùm hic Confœderatorum ardor, Pontificis pro parte culpâ, citò refixit. Eius enim negligentia cõmeatus ac pecunia exercitui statim deficere cœpit, qua de causa Piperû vsq; retrocedere coguntur. Impediebat & rei successum, quòd Francus non ea quæ promiserat auxilia submitteret. Angliæ Regis coniunctio, fœderi nominis auctoritatem, nõ auxilium, dabat. Veneti, his rebus perspectis, in numerâdis militi stipendijs tardiores erant facti. Quare non mirum si Confœderatis exigua rerum feliciter transigendarum relinqueretur spes. In tempore igitur Pontifex, mutato animo, cum Cæsare (qui eum summo opere urgebat) transigere statuit, planè de Francorum ac Confœderatorû rebus desperans. Erant tum Romæ, à Pro-Rege Lanoio missi, Cæsar Faramusca ac Serenonius, qui cum Põtifice in octo menses his legibus inducias fecere, vt meliori opportunitate in pacem mutarentur: Põtifex pro stipendijs Cæsarianorum militum sexaginta aureorum nummum millia soluito. Cæsari ius Regni Neapolitani, ac Põpeio Colônæ veterè dignitatem locumque restituito. Franco Venetisque intra certum tempus admittendarum induciarum ius esto: quod si fecissent, Cæsar Germanos milites in Italia bellâtes dimittito; sin minus, Põtificis nec Florentinorum fines intrare permittito. Pro-Rex Lanoius Romam legibus roborandis proficiscitor. His subsignatis, terrestres naualesq; copias vtrinque reuocantur, capta loca restituuntur. Pontifex copias omnes dimittens, incaute, nimis citò se exarmat. Existimabat enim, Borbonium, inducijs auctoritateque Lanoij motum, copias Romam non ducturum, sed Cæsarem Faramuscanti, cum Pontificia pecunia ad Borbonium profectû, milites placaturû. At longè secus res accidit. Nâ cû pecu-

1527. *nia bimestre stipendiū nō excederet, parui id milites Praefectiq; faciētes, in belli proposito perfitere, agrumq; Bononiēsem depopulari ac vastare cœpere. Abhorrebat enim Borbonius ab inducijs, incitabaturq; ad bellum Pontifici inferendū, inuadendamque Romā, à Ferrariæ Duce, qui Borbonio necessaria omnia pro exercitu clam ministrabat. Verus enim Ferrariæ Ducum contra Pontifices aliquot Romanos odium nondum erat extinctum. Vastij Marchio, qui cum Borbonio ibat, videns milites contra induciarum leges Romam tendere, ijs desertis, in Regnum Neapolitanum ad Pro-Regem Lanoium contēdit, utroque Borboniū inducias contemnere ægerimē ferente. Bis enim hac de causa à Pro-Rege missi ad eum nuncijs ferē fuerant à militibus interfecti. Quare tertio Aprilis Lanoius Romam profecturus Florentiæ constitit, ut cum Borbonij Legatis de inducijs presens ageret, multa interim magnaque Pontifici, nimis credulo, pollicitus. Sed tandem Pontifex videns Borbonium se & Lanoium contemnere, ac vigesimo sexto Aprilis sine tormentis impedimentisq; expedito cum exercitu ex agro Aretino rectā Romam contendere, Urbis curam Rentio Ceriti cōmittit, Romanos verò ad arma alacriter capiēda, pecuniamque, qua miles conscriberetur, conferendam, adhortatur. Sed cum lentē hęc nulloque animorum ardore administrarentur, rebus omnibus ad Urbis defensionem adhuc imparatis, Borbonius quinto Maij in eius conspectum castra locat, posteroque die ipsa aurora oppugnationem aggreditur, dumq; Germanos frigidius pugnam ineuntes animaturus arrepta scala inter primos ascendens pugnam orditur, sclopetorum globis per cerebrum ac fœmur adactis, mortuus concidit, Philiberto Challonno, Aurantijs Principe, iuxta astante, ac longioriveste cadauer, ne Ducis morte miles perturbaretur, regente. Obuenit illi mortis genus, quod sibi ipsi ante paucos menses fuerat imprecatus. Quum enim Mediolanenses miserijs suis remedium precarentur, polliceretur se exercitum Vrbe educiturum, si in stipendium triginta millia aureorū nummūm cōtulissent: quod quamquam exhaustis difficillimum erat, facturos tamen se recipiunt, si non, ut aliās saepe, fides falleretur. Tum Borbonius: Si id (inquit) fecero, primā peto mihi pugnā hostilis tormenti globus vitam eripiat. Accepta pecunia, fidem Mediolanensibus violauit, ac primā post id tempus pugnā, quæ ad mœnia Romana fuit edita, tormenti hostilis globo traiectus occubuit. Quumque eo cadente per duas horas veterani acriter pugnassent, tandem Germani & Hispani in Suburbium, deinde in ipsam Urbem irrupere, desideratis cum Borbonio mille viris, interfectis verò tam in oppugnatione, quam irruptione, quatuor Romanorū milibus. Diuina ac humana militum libidini cessere, in omnem sexum ætatemque omni libidinis, scuitiæ, calamitatis, ac cruciatus genere promiscuē*

1527. *miscuē scuitum. Pontifex Clemens quum effugere potuisset, consilijs inopia, ut cum multis alijs circumueniretur, ac in arcem Angelinā concluderetur, causa fuit, vbi per integrū obsessus mensem, frustra q; auxilium à Confœderatis expectans, tandem cum Lanoio (qui Senis erat) ac Aurantio, quem veterani Ducem loco Borbonij salutarant, Vastio, Moncada, ac Alarcone, qui Neapoli Romam aduolarant, his legibus sexto Iunij transigit: Pontifex in stipendium Cæsarianorum militum, constitutis temporibus, quadringenta millia aureorum nummūm persoluito, ac statim decem millia presentato. Cum tredecim Cardinalibus in Mole Adriani (nunc Arx Angelina) custoditor, donec prima pecuniaz pensio sit persoluta, tum Neapolim aut Caietam proficiscitor, expectaturus Cæsaris decretum. Exinde Alarco cum tribus Germanorum ac totidem Hispanorum signis Arcem ingressus, Pontificem cum Cardinalibus arcē custodit, ceteros omnes dimittit. Cum Vastio ac Moncada Romam venerant Hispani ac Germani qui in Regno erant Neapolitano, abiectisq; Ducum imperijs, nil miseræ Vrbi reliquum fecere. Grassabantur enim in ea octo millia Hispanorum, duodecim millia Germanorum, quatuor millia Italorum peditum: quos cum Lanoius ac Vastius educere conarentur, à seditiosis ad eadem quaesiti, ægre effugere, mansitque in Vrbe suo viuens arbitrato, insolens, auarus, libidinosus, impiusque miles, neglecta abiecta que omni disciplina ac imperio, circiter octo continuis mensibus, peste inter eos insigniter grassante. Vigesimo primo Maij nascitur Cæsari in Hispania filius, cui regenerationis hora nomen Philippi dedit: ob cuius natalem dum ludicris certatur militaribus pugnis, ingentiaque per vniuersam Hispaniam lætitiæ eduntur signa, literis Mercurini Gatinariæ Cæsar Monocœi fit certior, captam à suis Romam, Pontificem cum Cardinalibus captiuum detineri, Borboniū in Urbis oppugnatione cecidisse. Recipit & paulo post literas ab Anglorum ac Francorum Regibus, petentes Pontificem in libertatem restitui. Sed eius rei negotium iam antea Lanoio Cæsar per literas ac Legatos dederat. Restituitur igitur in libertatem Papa Clemens, post septimum captiuitatis mensem, satagente Pompeio Colōna, ac Hieronymo Morono, cum quibus iam antea in gratiam redierat: neque solam ei omnia sua à Cæsare restituuntur, sed etiam pecunia iuuatur. Vult Franciscus Guicciardinus, Cæsarem cupiisse, captus Papa in Hispaniam duceretur, nisi communē Christianorum inuidiam, hæreticorumque lætitiā, esset veritus. Sed non illi rarū est, coniecturas commentaque sua pro certis Principum decretis adferre. Fine mensis Iulij Cardinalis Eboracensis ex Anglia profectus, tertia Augusti Ambianum venit, ac cum Rege Francisco, nomine Regis Heinrichi, fœdus contra Cæsarem facit, quo Francus peditem equitemque, Anglus mēstruam in*

1527. stipendia pecuniam, ad Confœderatorum Itatorum castra se missuros pollicebantur, præfecto exercitui Francisco Odetto Foxao, Laurechi Domino: qui cum iusta manu in Italiam ad Cõfœderatos veniens, maioribus è Francia ac Heluetia subsequentibus copijs, pulso Lodowico Lodronio, Bosium Oppidum, deinde & Alexandriam, in potestate redigit: tum politis ad Papiam, seu Ticinum, castris, verberataq; tormentis Arce, in Urbem, cæso præsidio, captoque Duce, sine mensis Septēbris irrumpit, Antonio Leua, propter copiarum exiguitatem, Mediolani (vbi à Borbonio Romam proficiscente fuerat relictus) manente. Non enim præter ducentos equites, ac tria peditū millia habebat. Atqui Roma adhuc grassabantur Cæsaris milites; Laurechiq; successu excitati, cum se abunde præda, libidine, vino, ac auro satiascent, insuperq; singuli duos à Vastio aureos accepissent, Ducum se Imperijs subijciantes, Romam deserunt. Obierat mense Octobri Caietæ Carolus Lanolius Belga, Pro-Rex Neapolitanus, successeratq; illi Philibertus Chalonijs, Aurantij Princeps, admodum adhuc iuuenis, Hugone Moncada, multæ experientia, sed distorti ac prauis ingenij viro, res cum eo administrante. Pridie Cal. Nouembres iterum Cæsar cum Pontifice transigit: superioribus tantum conditionibus additum, pecunia quæ in Hispania ad sacrum erat collecta bellum, ac decimæ è sacris vectigalibus collectæ, Cæsari cederent, eiq; in rebus Mediolanensibus ac Neapolitanis non aduersaretur: Ostiam, ac Ciuitatem veterem, pignora Cæsari traderet. Hisce de rebus consule Francisc. Guicciard. Historiæ lib. 18. Classis Confœderatorum, disputantibus Ducibus Sardinianæ an Sicilia esset inuadenda, circa huius anni finem ingenti tempestate disiecta, lacerata, ac aliquot mensis nauibus valde diminuta, quum nil memoria dignum gessisset, varios Portus tenuit: expectansque Lothrechius quis inter Cæsarem Regemque longæ, sed arcana tractationis exitus esset futurus, in agrum Bononiensem, Parmensem, ac Placentinum, in hibernis militem distribuit; Cæsariani verò Germani in agro Romano, ac sinibus Regni Neapolitani hiemabant. Iulij die vigesimo-septimo, Parisiensis Senatus contra mortuum Borbonium sententiam pronunciat, eumque læsæ Maiestatis condemnat, nomen silentio premi iubet, insignia gentilicia expungit, bona Regis fisco addicit. Calendis Augusti, Henricus Bauarus, Antistes Ultraiectinus, Urbem cum suis ac Buræ Comitis milite ingressurus, ab aduersa factione occlusis portis excluditur, pernoctareque in Abbatia Oostbroukia cogitur. Quod indignum erga legitimum Principem facinus causa fuit, vt sequente anno dictus Antistes profanum Imperium Ditionis Ultraiectinæ ac Trans-Isalanz in potestatem Caroli Cæsaris, successorumque eius, hac ratione transferret. Anno 1524. obiit Antistes Ultraiectinus Philippus Burgundus,

1527. gundus, filius nothus Philippi Boni, Burgundionum Belgarumq. Principis, pridie Nonas Apriles, medio belli ardore, quod Trans-Isalani contra Geldros ac Swollanos gerebant, cuius sopiendi ac tollendi causa Antistes Philippus magnos sumptus, labores, ac curas sustinuerat. Succedit Philippo Henricus Bauarus, Canonicus summi Templi Coloniensis, filius Comitis Palatini; qui anno 1525. pacē inter Trans-Isalanos, Geldros, ac Swollanos procurat, Geldro Antistiti restituyente quicquid Ultraiectini ac Trans-Isalanci erat Imperij, excepta Ditione Groningana ac Couuordana, numerate hac de causa Antistite Geldro triginta quinque millia florenorum. Antistes Bauarus, hisce rebus initio suæ administrationis feliciter confectis, paulo post in Oppido VVica agens, sit certior, Ultraiectinos inter se tumultuantes in partes secessisse duas, tandemque orta pugna, validiorem, paucis interfectis ac sauciatis, imbecilliolem Vrbe pro maxima parte exegisse. Comprobauit mox actę rei veritatem, cum Nobiles nõ pauci Vrbe pulsi, VVicam ad Antistitem confugissent, opem, vt in patriam ac fortunas cum liberis vxoribusque restituerentur, implorantes. Antistes, in gratiam redirent, pulsoque reciperent, laborabat. Sed tanta erat inter disidentes animorum peruiacia, inueteratumque odium, planè vt alteri parti Vrbe cedendū necesse censerent. Exacerbarat non parum vtriusque partis animos, quod exules primum per se, tum secretò Antistitis auxilio, non semel in Urbem perumpere, aduersamque factionem opprimere, erāt conati. Conscripterant hac de causa Ultraiectini aliquot pedites, qui cum ciuibus Urbem nocte dieque diligentissimè custodiebant. Quibus rebus Antistes motus, ac tantam animorum contumaciam nil aliud quam veram rebellionem esse iudicans, clam inito cum exulibus foedere, Legatos Ultraiectum mittit, exules recipiant, seque cum iusto corporis præsidio intromittant, petens. Pulsos admittere recusant: Antistiti sine præsidio, cum domestico comitatu ac famulatu, Traiectum ad Rhenum patere renunciant. Coactis Antistes in vnum exulibus, hisque aliquot peditum cohortibus ac equitum turmis, quas illi Florentius Eganodius, Buræ Comes, miserat, iunctis, clam ad Urbem properat, præcedensque cum expedita manu Antistes intromitti petit. Dum conspecta paucitate Ultraiectini obices moliri, portasque referare incipiunt, subito ad aduersam rusticis festinantes portam, ciues de maiori, quæ subsequebatur, manu admonent. Quum aliquandiu Antistes expectasset, nunciatur, populum nullum velle admittere comitatum, nisi inermem ac domesticum. Iratus Oostbruchæ (vt diximus) pernoctat, summoque mane VVicam reuertitur, deque inferendo Vrbi rebeli bello cum exulibus decernit. Rebus omnibus constitutis, Ultraiectinos aggreditur. Resistunt fortiter, varijs locis multi hinc inde cadunt, sæpeque paruis præ-

1527. lijs acriter certatur, munitiones variæ eriguntur, Tempa muniuntur, Nobilium Arces Castellaque præfidijs firmanur, expugnantur, præfidiarij cæduntur, Arces exuruntur, prædæ immensæ abiguntur, rustici fortunis exuuntur, capiuntur, emunguntur, vniuersaq; Prouincia latrocinijs misere deuastatur. Cumque Ultraiectini viribus ferè exhausti, de rerum summa male sperare inciperent, inito cõsilio, ad Carolum Geldriæ Ducem Legatos mittunt, fœdus ineunt, quadringentos pedites ac ducentos equites in auxilium accipiunt, quorum numerum callidè sensim Dux augens, tandem effecit vt mille quingenti in Vrbe essent Geldri, hac ratione sui iuris Traiectum ad Rhenum faciens, eique Martinum Rossemium, virum nobilem ac militarem, præficiens. Statuerat enim cum animo vniuersam Ditionem Ultraiectinam ac Trans-Isalanam (sacra tantum Antistiti relicta administratione) Geldriæ coniungere, quo facilius Francorum auxilio Cæsari resisteret. Maioribus igitur in vnum collectis copijs, Antistiti eripit Rhenam, Hasselium, Steenwicam, Oldenzalam, Horstam, Vulpum, Embruggam, Altenaum, Hulkensteinium, aliaque munita loca: moxque Dauentriam, Swollam, Campas, varijs erectis munitionibus, opportunisque omnibus occupatis locis, longo obsidionis genere vexare, deinde premere incipit. Resistebar Antistes cum exilibus aliquandiu animosè. Sed tandem se imparem sentiens, à Florentio Egmondio, Buræ Comite, Cæsaris ijs in partibus Legato, auxilia petit, impetratque, certo in singulos menses promisso stipendio: durauitque hac ratione per tres menses bellum, incomparabili Prouinciæ cum detrimento, incolarumque insigni calamitate. Sed cum Antistes auro exhaustus, ingenrem insuper summam Cæsari deberet, parumque armis proficiens, animo ac viribus deficeret, consilio cum intimis amicis habito, decernit, Cæsari certis legibus vniuersa Ditione Episcopali iuris profani cedere, sibi successoribusque sacro seruato Imperio ac iurisdictione. Re ab vtraque parte in deliberationem varijs conuentibus proposita, quum negotium placuisset, tandem transigendi locus Schoonhauix, Hollandiæ Oppido ad Leccam amnem sito, decimo-septimo Cal. Septembres constituitur. Conuenere à parte Cæsaris Florentius Buræ, Anthonius Hoochstratæ Comes, Gerardus Mulardus, supplicum libellorum Praefectus, ac Laurentius Doubionius, Senatus Hollandiæ Praeses; ab altera parte, Antistes Henricus Bauarus, suis cum Consiliarijs, atque in has leges vtro citroque consensere: Margarita Austriaca, Cæsaris amita, eiusque apud Belgas rerum administratrix, Cæsaris nomine Antistiti liberaliter donat ac remittit omne aurum quod militibus illi militatibus hoc bello durante numerauit, & insuper ex stipendio numerari debet. Octauo Cal. Decembres in militares sumptus dabit Antistiti sexdecim millia

millia florenorum, ac in quinque subsequentes ab eodem tempore menses viginti-quinque millia, singulis mensibus quinque florenorum millia repræsentando; omnemque hanc pecuniam Antwerpia in manus Gerardi Starkij numerari curabit, qua contra Geldrum mille pedites stipendio ordinario, quamdiu bellum erit, Antistes alet. Cæsar cum Franco nec Geldro pacem nec inducias, nisi comprehenso Antistite, restituroque ei Ultraiecto, Hasselio, Rhena, alijsque occupatis per Geldrum locis, non faciet. Quod si post dictos quinque menses pax non fuerit, Cæsar suo sumptu Antistitem iuuabit, adniterurque, dicta loca, eiectis Geldris, Antistiti restituantur. Communi nomine Cæsar ac Antistes Legatos mittent ad Trans-Isalanos, vt ijsdem conditionibus, quibus Ultraiectini, in Cæsaris successorumque eius potestatem libera voluntate concedant. Cæsari rebellium Ultraiectinorum ac Trans-Isalanorum bona, suis in Ditionibus sita, fisco suo inferre, ad confectum usque bellum, domitosque perduelles, licitum esto. Antistes Tabulis, ac Diplomate à summo Pontifice obtento, potestatem transferendi Ditionem Ultraiectinam ac Trans-Isalanam in Cæsarem, eiusque successores, certo tempore procurabit, ac, vt decet, hac de re ei cauebit. Hac dicto die Schoonhauix ab vtraque parte subsignantur, sigillorumque appensione communiuntur: qua cum cæteris innotuissent Ciuitatibus, statim Amersfortij Antistitis mediocre admittunt præsidium. Gelder verò, vt rebus Ultraiectinis prospiceret, quod tanto sustinendo bello non satis esse in Martino Rossemio authoritatis censeret, Fredericum Meursij Comitem cum noua peditum equitumque manu Ultraiectum mittit, eique Rossemium parere iubet. Initio mensis Ianuarij anno 1528. Legati Cæsaris ac Antistitis ad Trans-Isalanos missi petunt, Antistitis sui iudicium secuti, in Cæsaris successorumque eius potestatem concedere velint. Illi supremo Prouinciæ indicto Concilio, auditis Legatis, diu acriterque consultantes altercantesque, tandem Cæsarem, eiusque legitimos successores, seruata Antistitibus sacra iurisdictione, in absolutum Principem admittere constituunt. Considerabant enim sub Antistito Imperio misere se aliquot sæculis fuisse iactatos, nulla de causa, quam quod iustas demandas turbulentis seditiosisque ciuibus, nec propulsandis ambitiosorum vicinorum conatibus, non habuissent vires. Altero enim sese semper, sapius vtroque laborasse malo, quibus liberatos iri se sperabant, si potenti, opulentique, priuilegijs immunitatibusque fartis tectis, se posterorūque submisissent Principi. Cæsare autem Carolo nec opulentiozem, nec potentiozem, magisque vicinum habere se Principem videbant. Mense igitur Ianuario his sese posterorūque Cæsari, eiusque successoribus, submisere conditionibus: Trans-Isalana Ordinibus priuilegia ac immunitates veteres fartæ tectæ manent. Iudicij

1528. Iudicijs consuetis vtuntor, nec eius rei causa extra Prouinciam inuiti
 » euocantor. Bellum Trans-Isalans à quocunque illatum, Cæsar, eius-
 » que successores, suis sumptibus gerunt, ac propulsant. Ditioni fines
 » antiquos vendicant. Pecuniarias exactiões nouas, vrgente bello, ha-
 » bita Ciuitatum ratione, mediocres suo iure exigunt. Trans-Isalanos
 » extra Prouinciam, in alijs Cæsari subditis Ditionibus, ob æs alienum,
 » quod Princeps, aut eius Prouincia, homoque priuatus debet, in ius vo-
 » cari, trahi, nec retineri permittunt; ob priuata verò vniuscuiusque
 » debita fas licitumque esto. Cæsar Duci Geldriæ, donec Trans-Isalanæ
 » Prouinciæ ablata restituerit, bellum suo are infero. Ordinibus Trans-
 » Isalans, autoritate Cæsaris, pecuniarias impositiones, quibus æs alie-
 » num belli tempore contractum soluatur, imperare concedit. Multam
 » pecuniariam, qua se Antistes ac Swollani datis Tabulis Geldro obli-
 » garunt, vi aut amicitia Cæsar reddi curato. Orta inter Trans-Isalanos
 » dissidia Cæsar, eiusque hæredes, boni Principis more, non augeri, sed
 » tolli procurant, eosque, vt cæteros subditos, ab omni vi iniuriæque de-
 » fendunt. Biruminosos cespites foco destinatos certo tantum numero
 » ac mensurâ è Prouincia vehi permittunt. Ante exactum triennium
 » Prouinciæ Trans-Isalanæ statum in commodum ordinem constituit.
 » Annuam Antistitibus persolui consuetam pensionem pecuniariam, Cæ-
 » sari, donec aliter ea de re erit prouisum, persoluunt. De publica mo-
 » neta cum Cæsariâ monetarijs transigunt. Contributiones pecu-
 » niariæ, Antistiti ad sustinendum bellum dari solitæ, Cæsari tribuunt.
 » Hæc pro Cæsare subscripserunt, Buræ Comes, Georgius Sceinckius, Fri-
 » się Gubernator, Gerardus Mulardus, Iodocus Sasbotius, Senatus Hol-
 » landiæ Consiliarij, Petrus Goudanus, eiusdem Secretarius; è nobilitate
 » Trans-Isalana, Ioanes Mulardus, Burchardus VVesterholdius, Vol-
 » lenhouæ Drossardus, Lubbardus Mulardus, Ioannes Srellingius; pro
 » Dauentriensibus, Gerardus Critius, Henricus Platmannus, Henricus
 » Terspillius, Urbis Scriba; pro Campensibus Lambertus Hattemius,
 » Gerardus Burgerdius, Ioannes Vehtius, Timanus Venus, Ioannes Bre-
 » da, Urbis Scriba; pro Swollanis Ioannes Heruerdinckius, ac Vernerus
 » Puffulingus Scriba: qui demonstrata irreuocabili absolutaque potesta-
 » te, quam à suis in hanc rem acceperat, facta ex Ordinum ac Ciuitatum
 » omnium consensu deditiõne, in fidem, potestatem, Imperium, ac Ditionem
 » Caroli quinti Cæsaris, legitimorumque eius hæredum ac successorum,
 » Robantiæ Ducum, ac Hollandiæ Comitum, se successoresque
 » suos omnes transtulere, quemadmodum agros, fundos, prædia, Ciuita-
 » tes, Oppida, Arces, Munitiones, ac Castella gentis Ditionisque
 » Trans-Isalanæ: ac posteaquam Cæsaris Legati in exaratis Tabulis,
 » ab Antistite subscripserunt, sigilloque maximo munitis, docuissent,
 » eos ab

eos ab omni profano Imperio, ac dicto Antistiti sacramento, esse 1528.
 liberatos, Cæsari nouum, præsentem iubenteque Antistite, magna
 cum solemnitate dixerunt. Tum veteres nouæque Belgarum Or-
 dines Dordracum, indeque Gorinchemum, clara Hollandiæ Oppi-
 da, euocantur; cumque aliquandiu de ratione belli contra Geldrum ge-
 rendi esset disputatum, communi tandem consensu decernitur, octode-
 cim millia peditum, mille quingenti equites cõscriberentur, quibus Gel-
 der, Ducibus Burano, ac Rennebergij Comite, Georgioque Sceinkio,
 oppugnaretur, ac Trans-Isalana Vltraiectinaque Ditione pelleretur.
 Hæc Geldri dudum olfecerant: vt verò certi essent, Antistes, missis con-
 sensu Margaritæ Austriacæ Schoonhauia Vltraiectum literis, eos de re-
 bus omnibus ac transactione perdocuerat, eademque ratione cum Cæ-
 sare pacem facerent suaserat. Sed cum sui iuris non essent, Geldro ob-
 sequi cogebantur, qui multo acerbius quam vnquam antea bellum ap-
 parabat, certior in Italia Cæsarem Francumque, rupta Madriliana pace,
 infestissimè bellum gerere. Idem igitur à sua parte facere statuit, per-
 scribens statim Meursio ac Rossemio, bellum, eductis copijs, quam acer-
 rimè gerant. Non deest sibi Meursius, vastans ac depopulans Amerffor-
 tiorum, cæterorumque qui cum Antistite faciebant, agros. At Martinus
 Rossemius, in vnum coactis bis mille veteranis peditibus, cum ducentis
 equitibus, quibus se non pauci ciues Vltraiectini iunxere, vere huius
 anni, nemine quò tendebat gnaro, signa versus Oppidum Hollandiæ
 VVordam ferri iubet. Erant autem ea Cæsariana, ne Holladi de copijs
 sinistram conciperent opinionem. Prætergressus VVordam, rectà Lei-
 dam, nobilem Hollandiæ Ciuitatem, octo miliaribus Vltraiecto di-
 stantem, vbique à maleficio abstinens, petit, ne Hagani (quos animo
 prædandi petebat) hostile aliquid timerent. Est autem Haga Comitum
 Hollandiæ Ciuitas nobilis, ampla, ac opulenta, in medio ferme Pro-
 uinciæ sita, ab Oriente habens Leidam, Ciuitatè munitâ ac vetustam,
 duobus tantum miliaribus, trium horarum itinere conficiendis, ab ea dis-
 sitam; ab Occidente & Septentrione Oceanum, à quo vnus tantum
 horæ abest itinere, quemadmodum & à Ciuitate Delfensi, patria mea,
 quam à Meridie respicit. Sed muro Haga Comitum, vallo, nec fossa, pro-
 pter Oceani vicinitatem, arenosorum collium, siluæ, ac opulèrarum Ci-
 uitarum Oppidorumque propinquitatem, amoenissimo sita loco, cin-
 gitur. Quare ante aliquot secula hæc Comites Hollandiæ habitationem
 elegere, Aulamque insignem amplissimamque ædificauere, fossa iusta,
 ac ab Aquilone per ampla piscosaque, cinxere; quod Palatium nõ solum
 excipiendo Hollandiæ Comite, sed Cæsare Regeque sufficeret. Habet
 adhæc ab Oriente veteris sacri nemoris exiguum vestigium, siluâ ni-
 mirum vnus in longitudine miliaris, vix dimidij in latitudine, hinnu-
 lis abun-

1528. *lis abundantem. Succedunt hinc inde arenosi colles ad Oceanum tendentes, illique à natura obiecti, quo impetum eius, ne paludofam vli- ginofamque Prouinciam absorbeat, retundent; tam immensa cuniculorum copia redundantes, vt non solum Hollandiæ ad fastidium sufficiant, sed etiam incredibili multitudine vicinorum mensas recreent. Adde non exiguam eos esse prædam carniuarum auium & volucrum, maximeque aquilarum mediocris stature, quæ his in collibus victitant, receptumque habent. Taceo medicarum herbarum exquisitas species, quas Medici pharmacopolæque, vsus & exercitij causa, non exiguo cum labore statis anni temporibus legunt. In hac Aula locum habet Comitum Hollandiæ Legatus, ac Senatus iuri incolis dicundo præfectus, ad quem ex omnibus Ciuitatibus, Oppidis, minoribusque omnibus Tribunalibus ac Iudicijs est prouocatio. Habent & in hac locum præfecti Comitum arario, ad quos Quæstores Hollandiæ acceptorum impensarumque omnium rationes ferunt. Præcipue verò Hollandorum nobilitas hic habitat, aut ædes habet. Quæ res effecere, vt incolæ ditissimi excultissimi que facti, censu ac supellectili superbiant, opes in vestitu, ædiumque ornatu, viri foeminaeque ostentent. In conuiujs, pro more gentis, admodum crebri ac magnifici, familiares, benigni, ac hospitales. Fastum naturam non nouere, grauitatem ac superbiam affectare iam didicere. Bellum à multis annis nec hostem veniente Rossemio viderant, sed quæsitis opibus luxui deliciisque sese dederant. Hæc eis vicini liuore tacti inuidentes, quod continuis exhausti bellis, proculque à mari disiti, mercaturam non facerent, sed duro agrorum, non vbi que fertili- lium, labore victum quererent, sapius iusto bello eorum opes inuadere ac diripere conati erant. Sed cum clade non semel repulsi, à latrocinij tamen non abstinebant. At Rossemius, prædecessoribus callidior, exiguis cum copijs Hagensium ingentes rapere statuit opes, ac pro parte adeptus est. Prætergressus enim, vt diximus, VVordam, Leidamque cum signis Cæsarianis veniens, rectè à Hagam Comitum desectit, circaque mediam noctem, nemine resistente, intrat. Non enim hostem, sed proprium militem expectabant. Cum verò Rossemius hinc ad Pagum Ryfwikium, inde ad siluam Haganam initium peruenisset, subito signa Geldrica profert, vocè, Gelder, Gelder, ingeminari iubet. Fit vndique summo cum pauore fuga. Qui in proximos ad mare colles se recipiebant, Rossemij manus euadebant: qui verò Leidam, Delftumque properabant, in eas incidebant. Ita enim se Rossemiani diuiserant, vt ab Oriete, Occidente, & Meridie Hagam intrarent, nullique effugium nisi ad mare inter Aquilonem & Occidentem pateret. Cædes præter trium virorum nulla est facta, omnibus fugam, nullis arma parantibus. Pauca ædes inuolata mansere, Auri argenti que, signati, non signati, laborati, non la-*

borati,

1528. *borati, tanta est reperta copia, vt culcitris plumas stupamque eijcerent, eaque auro argentoque replerent, ac in scaphas lembosque perferrent; abductisque quæ plurimis ditissimis hominibus, postero die ante meridiem discedunt. In vnum enim Hollandi cum armis coire nunciabantur, quos nulla ratione expectandos Rossemius censebat, militibus præda grauat, ac proinde ad pugnam minus aptis; sed eodem quo venerat itinere, citato passu, Ultraiectum præda incolumi peruenit, paucis in itinere circa Pagum Bograuiam militibus ac rusticis, qui obistere conabantur, dissipatis ac reiectis, Pagisque omnibus, quod iter erat, pecunia multatis, ac, ne igne scuiret, sua redimere coactis. Hagani ciuitatem suam ab incendio viginti florenorum millibus conseruauere: quam summam Ultraiectini captiuis per tormenta extorsissent, nisi mox præsentata fuisset. Qui enim ibi in prædiorum militum manibus permanserant, male habebantur: at qui Arnhemum fuere perducti, cum per biennium honesto in carcere sedissent, numerata mediocri summa, liberabantur. Existimabat eo tempore vulgus Hollandorum, consensu Margaritæ Austriacæ hæc Rossemium ausum, quod ob diuitias ferocientes ac insolescentes Hollandi, Cæsarem non vt decebat, ingentiaque eius bella requirebant, pecunia iuuarent. Causam vulgus hanc adferebat, quod nec miles contra esset euocatus, nec Oppidorum ciues, summo animorum ardore Rossemium exiguis cum copijs proficiscentem inuadere cupientes, potestatem à Governatore nec Senatu impetrare potuissent. Accedebat quod præcipuorum Hagæ hominum ædes, Cæsaris negotia procurantium, intactæ permansissent, ac in Palatio inuiolatæ essent relictæ Senatus Præfectorumque ararij Tabulæ ac Chartæ. Quicquid fuerit, in medio rem nobis incompertam relinquimus. Vulgus enim, naturali inclinatione, Principum suorum res ac consilia, è voto non succedentia, semper ferè in deterius interpretatur, excusare nunquam vult. Dum Gelder erectis munitionibus Trans-Isalanam Triadem in potestatem redigere parat, Georgius Sceinkius, Frisiæ pro Cæsare Governator, eductis copijs, Geldri munitionem, quæ haud procul Ciuitate Campensi exerat, expugnat, cæsis centum sexaginta prædiorum, desideratis verò viginti-septem viris, munitionemque solo æquat, vti & eam quam VVinssemij ac Swartefluisj Geldri ædificauerant, prædiorum eas metu deserentibus. Hinc Sceinkius castra Hasselâ trãsfert; arctæque Oppidum obsidens, tormētis murum quatit. Dum in hoc totus est, Antistes Henricus Bauarus, Geldro ab alia parte negotiū facturus, in Bataviâ Geldricâ (hic tantum veteris appellationis vestigium permanet) prædarum sexcentos pedites ac septuaginta-quinque equites mittit: quos Rossemius oppressurus, duo millia peditum ac quadringentos equites in vnum cogit, prædatoresque nil minus expectantes,*

1528. sed ingentibus sarcinis multisque cum impedimentis proficiscentes, à tribus partibus aggreditur: qui vix tentata defensione, vitâ tantum pacti, deditioñe faciunt. Sed Rossemius, exprobrata eis eadē Geldrorū militum Coeberge cōtra datā fidem facta, omnes inermes iugulari precipit: quam sœuitiam paulo post vindicauere Buscoducēs, cæcis quinq; Geldrorum cohortibus, haud procul Rurmōda ac Venlonio Duce Heinricho à V Vische congregatis, ac cum magno apparatu ad inuadendum agrum Buscoducanum paratis. Præerat Buscoducensibus Theodoricus Batenburgius, Buræ Comitum Legatus. Exinde Sceinckius septimo Cal. Aprilis à Trans-Isalania, nomine Cæsaris, omnibus locis inauguratur, ac huic etiam Ditioni præficitur. Interea duobus locis muri Hasseliorum tormentis erant aperti: Cæsariani verò, inuasionis signo accepto, alacriter in hiatum per ruinas prouolant. Sed noua à Geldris opera intus facta conspicientes, exoneratis manualibus tormentis, paruoque accepto detrimento, retrocedunt. Idem ab altera est factum Oppidi parte. Sed cum commeatus ac pulueris tormentarij inopia Hasselij premerentur, Rossemiumque, cum victore exercitu se ostentantē, pugnam tentare non ausum conspexissent, deditioñe, salua vitâ, rebus omnibus exuti, faciunt. Ab alia parte Geldro bellum inferebat Buranus, oppugnataque aliquandiu Arcem Amisianam ad deditioñem compulerat. Tum iunctis cum Sceinckio copijs Geldriam inuadunt, Oppidumque Hattemum obsident, tormentis ingressum parant, oppugnant, repelluntur. Postero die eodem euentu tentatur fortuna, cadente inter primos Ernesto Sceinckij filio, ac Gerardo Langio, nobili Præfecto. Sed cum sui liberandi causa non se mouere Ducem Hattemij viderent, Idibus Iunij conditione Hasseliorum deditioñem faciunt: quos, non expectata vi, Elburgij, admissio Cæsaris præsidio, statim sunt secuti. Qua rerum conuersione formidine correpti Geldri, qui munitiones iuxta Dauentriam ac Swollam infidebant, eas deserunt, ac inter has munitissimas, Dauentriensibusque infestissimas, *Kijcindepot* ac *Morgenster* dictas, qui eas solo æquant. Nil iam amplius Geldro in Trans-Isalania restabat, præter munitionem Nibecanam ac Tulpicianam, quas post tres septimanas iniecto ipsimet igne discedentes exullere, Cæsarique Prouinciam liberam reliquere. Interea Buranus ac Sceinckius Harderwicum tribus locis acriter oppugnabant; eoque breui præsidium redegere, vt facta deditioñe inermes sine impedimentis exirent, ciuesque, imperata se facturos polliciti, dicto sacramento Buranum nomine Cæsaris inaugurarent. Hos statim sunt secuti Rhenij. Coeburgij vi expugnantur, præsidarijque ad vnum omnes iugulantur. Hulkesteinij, cum munitione quæ erat ad Aquas-atras, deditioñem faciunt. Sequuntur quæ erant Ameronga,

Hammæ

1528. Hammæ, Doernæ, ac VVelpæ. Leuendala, Ema, ac Pourroia expugnata diripiuntur incendunturque, cum non paucis alijs Arcibus ac munitionibus. Dum hac ratione Cæsariani Trans-Isalania, pulsus Geldris, sui iuris faciunt, Antistes Ultraiectinus Urbem Ultraiectum, eiectis Geldris, hac ratione recuperat. Erant in Suburbio D. Catharinæ tres fratres, quibus belli huius facies displicebat, modum quærentes qua ratione Urbem Antistiti ac Cæsari restituerent. Causa explicata, in negotij societatem assument alios paucos eodem in Suburbio habitantes; profectique clam Amerffortium, vbi tum Antistes agebat, rei perficiendæ facilitatem ac modum primum paucis exulibus, deinde Antistiti, nullam pacti mercedem, sed auxilium tantum petentes, exponunt; docentque, in tanta rerum perturbatione, animorumque consternatione, diffidentia, ciuiumque inter se seditione, nullam fore difficultatem exequendi instituti. Iamdudum enim ciues omnes de Geldrorum insolentia, petulantia, rapacitate, ac sœuitia conqueri, præsidarijs debita stipendia ciuibus cum iniuria extorquere, stationes vigiliasque negligenter obire. Probato consilio ac ratione, constituitur rei exequendæ dies Calendarum Iulij, summo mane. Tessera datur æris campani sonus in Templo D. Iacobi, quod portæ Catharinariæ est propinquum, rei diuinæ causâ circa horam sextam matutinam factus; ac ad maiorem reicertitudinem obuiam veniens extra Urbem mulier dextro brachio vimineam gestans corbem, ac ad festinandum adhortans. Rebus hac ratione comparatis, ab vtraque parte se instruunt. Qui in Vrbe ac Suburbio coniurabant, familiaritatem inierant cum portæ Catharinariæ Præfecto, cuius operâ quotidie cum præsidarijs potantes, situm ac conditionem portæ perspexerant. Pridie Calendas Iulij, vesperi sub horam octauam, cum Amerffortij portæ omnes essent clausæ, subito pedites octoginta, equites ducenti quadraginta-quatuor, ad iter se parare iubentur, quò essent profecturi nescientes. Iungunt se eis quadringenti Amerffortiorum ciues, quorum Præfecti consilij erant participes. Medio itinere (tribus enim tantum Amerffortium Ultraiecto abest milliaribus) consilium ac iter omnibus aperitur. Dantur in prædam ædes rebellium Ultraiectinorum, viua tantum eorum, qui non repugnassent, corpora Antistiti silterent. Subsequebatur maioribus cum copijs, mandato Antistitis, Guilhelmus Turca, adducens è munitione. Leccana, vbi in præsidio erat, quadringentos equites, ac ducentos pedites. Orta erat mane crassior nebula, quæ Ultraiectinis ac Geldris longiorem prospectum adimebat, sedentesque iuxta Urbem in insidijs exules, tesseramque æris Iacobini expectantes, tegebat; sed aduenientem tardius cū copijs Turcam pleno iam die discussa nebula detexit. Geldri

III

existi-

1528. existimabant prædatores aliquot Amersfortios esse, eosque pro more hinc inde discurrere. Aperitur solita hora porta Catharinaria, cuius custodes, tota hac nocte cum cõiuratis perpotâtes, altum stertebant, illi verò ab ebrietate sibi cauerant, necessariaque omnia in proxima domo parata habebant. Sonat ad D. Iacobum æs campanum, Sacerdotes ad Matutinas (vt loquitur Christiani) vocans. Exules ex insidijs modestè surgentes, Suburbio appropinquant. Occurrit mulier corbem vimineam dextro gerens brachio, vtque gressum accelerent, admonet, addens vigilias è statione discessisse, portæ custodes, potu obrutos, altum stertere. Exhilarati exules portam Catharinariã inuadunt, dormientes pro parte interficiunt, ac in Urbem irrumpunt. Statim fama volat, hostem portam Catharinariam tenere. Factiosi ciues, Geldris se iungentes, cum armis contrà prouolant, primaque fit pugna ad ingressum fori boarij, cedereque exules numero impares coguntur. Sed mox aduenientes equites, inque pedes desilientes, pulsus Geldris, forum occupant. Qui in summo portæ fastigio custodiã habebat, tumultu è somno excitatus, Turcamque concitato gradu appropinquare videns, missilia tigna, ad hoc instar cataractæ veteri instituto parata, ex alto in terram dimittit, venientibus ingressum prohibitura. Sed coniurati Suburbani ingëtibus securibus in hunc casum paratis, quòd ferro recta non essent, statim eorum partem amputant: cuius rei tumultu custodes adhuc semiebrijs è somno experrecti, portamque à Turca teneri conspicientes, vitam pacti, eam illi integram sine pugna relinquunt; nemi neque eò loci resistente, exulibus ac Amersfortijs in auxilium properat. Geldri enim in tres se acies diuiserant, postremam pro semicapta Vrbe fortunam tentaturi: quadringenti per viam prætoriam Amersfortijs se obijciunt; altera pars in præaltam munitamque domum, pugnantibus propinquam, se confert, inde Amersfortijs ac Cæsarianis infesta; tertia pars in Æde publica ad maiora tormeta in acie stabat, expectans exitum pugnæ viæ prætorix: erat enim hæc dubia, varia, ac anceps. Iuuant enim Geldri acriter à factiosis ciuibus. Probi enim, occlusis foribus, domi se continebant. Qui è munita domo Amersfortios vulnerabant, statim deiiciuntur. Pars enim Amersfortiorum, vicinarum ædium perfractis macerijs, eos à tergo ac lateribus inuadentes cadunt pelluntque. Tormenta Geldrica, quæ in foro stabant, ignem propter cadentis nebulae humorem non admiscere, magno exulum ibi rem gerentium bono ac commodo. Turca, suisin duo agmina diuisis, cum priore per pistorum pontem ad Ædem publicam exulibus auxilio properat: alterum in viam prætoriam ad Amersfortios contendere iubet, quorum aduentu redintegrato imperu, tãdem equites Geldros, acerrimè pedibus pugnantes, per forum anserinum ad Ædem publicam fugere cogunt,

1528. re cogunt, vbi cæteris iuncti aliquandiu rem restituunt, donec ab omni parte oppressi dispalantur, maiorque pars per portam Tolltechiam effugit. Multi se varijs locis abscondere: alij per muros ac fossas non admodum profundas euasere. Cecidere è Geldris tantum quadraginta duo, exules tres, capti Geldri trecenti quinquaginta tres, inter quos fuit Meursij Comes, ac aliquot Ducis Caroli Consiliarij, qui facta pace sunt dimissi. Euaserat Meursius, rebus deploratis, cum paucis ex Vrbe, sed à rusticis iuxta Arcem Zulanam agnitus captusque ad Urbem reducitur. Principes factionis, per portam VViroõiam euadentes, in Geldriam contendere. Per continuum triduum ædes factiosorum sunt direptæ. Tum sacri profanique ordinis Nobiles ac ignobiles varij in carceres conijciuntur. Quarto. Nonas Iulij Antistes cum mediocri comitatu Amersfortio Ultraiectum veniens, nouum à populo sacramentum accipit; constitutaque Republica, qua ratione Urbem recuperarit, Burano ac Sceinckio perscribit: qui, capto Harderwico, Tilam trinis castris obsidebant, frustra que aliquoties oppugnarant; Oppidum enim in Batauia Geldrica ad VVahalim Amnem situm, à firmo defendebatur præsidio, deque rebus necessarijs non semel flumine fuerat recreatum. Quare Cæsariani Duces decimo-sexto Calendis Augusti, motis castris, Tilam deserunt, non exiguis à Geldris ac proprio milite onerati conuiijs. Buranus præcipue notabatur, quasi cognatum Geldrix Ducem Ditone pelli non cuperet. Vterque enim originem è familia Hollandorum Egmondana ducebat. Antistes Ultraiectum sui iuris videns, ab exulibus aliquot concitatus, diuturna iræ sitim rebellium poena restringere constituit. Erecta igitur in foro boario lignea scena, Idibus Iulij duodecim è quadraginta & vno captiuis capite punit, hos, Godefridum Coninx, Gifbertum Verhaer, Cornelium Facx, Cornelium Vermaertens, Iacobum Blommens, Nicolaum Pauli, Ioannem à VVijc, Gerardum Feit, Iodocum ab Eick, Guilihelmum Cnijf, Gerardum Roye, Petrum Roberti: quorum corpora insepulta iacuere, donec propinqui à Præfecto rerum capitalium ad sepulturam redemissent. Horum enim inprimis consilio Ultraiectini ab Antistite defecerant, seditionisque authores acerrimi fuerant. Ædes in Vrbe septemdecim fisco Antistitis condemnata, alijs dono fuere data. Idem in alijs factum est Oppidis, quæ defecerant. Tum Antistes Vrbe discedens VVikam proficiscitur, hos secum captiuos abducens, Guilihelmum Solms, Decanum Collegij Canonicorum D. Petri, Anthonium Venrode, Canonicum apud D. Virginem; Godefridum Cunretorf, Canonicum Collegij D. Ioannis; ac Ioannem Huhtenbroukium: è quibus Venrodus ac Cunretorfus culeo insuti in Rheno submerguntur. Cæteri captiui varijs locis nexi, nec meliorem sortem expectantes, propinquorum affiniumque opera

1528. que operâ, enixè apud Margaritam Austriacam interpellantium, vitam seruauere, inter quos fuere, Gerardus Cûretorf, Bernardus Solms, Fredericus Voohdius à Rynefelt, filio eius Heinrico in vestitu Ordinis D. Francisci apud eosdem latitante, Hertmannus ab Amerongen, Ioannes Raephorstius, ac plerique alij. Anthonius enim Lalanus, Hoochstratæ Comes, iussu Gubernatricis Margaritæ, Antistiti scribit, ne ante suum aduentum aliquem captiuorum vita puniat, hacque ratione supplicijs sumendis Ultraiectina in Ditione finis est impositus. Tum rebus constituendis Ultraiectum pro Cæsare veniunt Hoochstratæ Comes, Asfendelsius, Senatus Hollandiæ Præses, Iodocus Sabotius, ibidem Consiliarius, ac Vincentius Cornelij, ærarij Comitum Hollandiæ Præfectus: qui cum Urbis Senatu ac Ordinibus collocati, de Reipublicæ, eiusque profano Imperio, in potestatem Cæsaris, hæredumque eius, translatione transgere, eo facilius, quòd scirent Ultraiectini, non ita dudum eam potestatem in rem Cæsaris, successorumque eius, Antistitem suum libera voluntate eiurasse. Paulo post Gorinchemi Hollandiæ Oppido, nomine Cæsaris pro incunda cum Geldro pace cõuenere Buræ ac Hoochstratæ Comites, Antistes Panormitanus, Laurentius Doublionius; nomine Geldri Henricus Grossius, Præfectus Tilæ; Collierius, Rolandus Kerckelandius, Ioannes Rossemius, Brouchusa Dominus; Doctor Erckelensius, Ioannes Verresius, Duci à secretis; Henricus Kiespenningius: qui, post aliquot dierum disceptationes, hisce conditionibus pacem fecere: Dux Geldriæ Carolus in perpetuum Francico foederi renunciato, cum Cæsare nouum perpetuumque inito. Cæsar, deductis præsidijs, Duci capta Geldriæ Oppida reddito. Dux, eiusque virilis tantum stirpis liberi è legitimo matrimonio procreati, Geldriam Zutfaniamque vt clientalia beneficia, à Cæsare, legitimisque eius hæredibus, non vt à Cæsare, sed vt ab Hollandiæ Comite, ac Brabantæ Duce, obtineto, possidetoque. Deficiente legitima virili stirpe, Geldria ac Zutfania Cæsari, legitimisque vtriusque sexus eius hæredibus, relinquito. Si Dux mortuus filiam aut filias ex vxore reliquerit, Cæsar, eiusque hæredes, eam aut eas recipito, pro dignitate educato, nobiles cum se digna dote viro nobili ac claro in vxorem collocato, Cæsar Duci præfecturam trecentorum ordinariorum equitum concedito, annuam quoque pecuniariam ad vitam pensionem trium millium florenorum persoluito. Tertio Nonas Octobres pax primùm Gorinchemi, deinde alijs Belgarum ac Geldriæ locis publicatur, magno (exceptis militibus) omnium hominum gaudio. Certatum enim multis annis cum Geldro ingentibus potius latrocinijs, quam iusto fuerat bello. His factis, Dux Legatos Mechliniam ad Gubernatricem Margaritam Austriacam mittit, Martinum Rossemium, Henricum Kiespenningium, Henricum

Henricum Grossium. Excipiuntur cum comitatu, Cæsaris sumptu, honorificè, ac in Templo D. Rumoldi, sumpto sacre Eucharistiæ sacramento, nomine Ducis in pacis leges iurauere. Inde lautia eis aliquot diebus data, tandemque liberaliter donati in Geldriam reuertuntur. In omnibus Brabantæ Oppidis immunes habiti, lautè fuere tractati. Subsequuntur eos statim Legati, quos Gubernatrix Ultraiectum mittebat, Comites Buræ ac Hoochstratæ, vbi in summo Urbis Templo, Diuo Martino consecrato, Antistes Henricus Bauarus Cæsari, eiusque successoribus, omne ius ac Imperium profanum, quod in Urbem ac Ditionem Ultraiectinam ipse successoresque obtinere poterant, libera voluntate, tanquam Brabantæ Duci, ac Hollandiæ Comiti, celsit, cum per Antistites prædecessores suos ea Ditio cum Trans-Isalana per nongentos sexdecim & paulo plus annos, vt absolutos Dominos, esset administrata. Idem deinde vtriusque conditionis Ordines statim fecere, eademque de re decimo-tertio Augusti publicas Cæsari Tabulas in hanc formam exaratas tradidere: Quoniam Carolus Geldriæ Dux, ce nullo iure, nullaque legitima de causa, Urbem Ultraiectinam occupa- ce uit, ac ex ea bellum Antistiti Henrico Bauaro intulit, occupatoque ce Oppido Rhena, Arce Horstia, ac Emda, vniuersam Ditionem Ultra- ce iectinam ad grauissimarum exactio- num solutionem coëgit, nullo in ce recusantes siue profani siue sacri ordinis homines saxitiæ nec calami- ce tatis genere omisso, aded vt vniuersam tandem Prouinciam subegisset, ce ac leges suas admittere coëgisset, nisi Caroli quinti Cæsaris Duces ob- ce stitissent, ac pedite equiteque adducto Geldrum repressissent: ne rur- ce sum in easdem recideremus calamitates, ac aliqua ratione Cæsari de ce factis huius belli causa sumptibus satisfieret, communi consilio, libera ce voluntate consensimus, ac tenore presentium consentimus. Henricus ce Bauarus, Antistes noster, Cæsari Carolo, tanquam Brabantæ Duci, & ce Hollandiæ Comiti, pro se, suisque successoribus, vtriusque sexus legiti- ce timis liberis, cedat, inque perpetuam possessionem tradat Urbem Ul- ce traiectum, Amersfortium, Rhenam, V Vicam, reliquaque Oppida, Ar- ce ces, Castella, ac Munitiones Prouinciæ agrique Ultraiectini, cum om- ce ni apparatu bellico, Pagis, villis, vicis, hortis, ædificijs, prouentibus, ce decimis, redditibus, cuiuscunque conditionis, cum agris, campis, syluis, ce paludibus cespites bituminosos præbentibus ac non præbentibus, iuri- ce bus patronalibus, clientalibus, ac castrensibus, portorijs, beneficijs, cum ce iurisdictione summa, media, infima, mero mixtoque Imperio, ac denique ce vniuersum absolutumque profanæ iurisdictionis Imperium Regnum- ce que, ea ratione ac modo quo id præcedentes Antistites supra nongentos ce possedere rexereque annos, ac vt absolutum decet Dominum Princi- ce pemque, cuiuscunque etiam ea sint nature ac conditionis, cum vniuerso ce

1528. Nederſtichtio, (hoc eſt, inferiori Ditione, quæ eſt Dicio Ultraieſtina, quemadmodum *Opperſticht* eſt Trans-Italana Dicio) nihil inde excipientes, præter ſacram iuriſdictionem, ac annuos eius prouentus, qui Antiftiti, eiſque ſucceſſoribus, in ſempiternum ſarti tecti manebunt, quemadmodum ædes Pontificales quæ ſunt in Vrbe Ultraieſto, ac altera Antiftite digna in hac Prouincia quam eliger. Ad hæc Cæſar Carolus Antiftiti Heinricho Bauaro ſingulis numerabit ad vitam annis duo millia florenorum, donec tot ei ſacerdotia procurarit, quæ dictam in ſingulos annos ſummam conficiant, eaque in perpetuum Episcopatus reditibus adiungi curarit. Supplicantes & orantes Romanum Pontificem, hæc omnia ſua auctoritate approbare, confirmare, rataque habere dignetur. Hæc primùm à quinque Canoniorum Collegijs, deinde ab Abbatibus, tum ab Urbis Senatu ac Nobilibus, fuere ſubſignata, ſigillisque munita. Poſtero die, qui fuit vigefimus-quartus Auguſti, cum Antiftite Ordines tranſigunt, illeque à dicto ſibi ſacramento eos liberat. Tum Cæſaris cum Legatis Antiftites communicans, pro erectis à ſeminationibus quadraginta-quinque florenorum millia ex promiſſo accipit, quindecim quidem millia in numerata pecunia, triginta millia certis terminis ſoluenda, pro quibus Ciuitates aliquot ſpondere. Promittunt inſuper Cæſaris Legati, ſe eius omnibus militibus in hunc uſque diem debita ſtipendia perſoluturos. Tum de iure dicundo, de confirmandis ſacris beneficijs, ſacerdotijs, ac profanis officijs munijſque in hoc uſque tēpus collatis agunt. Ad hæc omnia recte adminiſtranda Cæſar Ultraieſti Senatū conſtituit, cui Præſidem, Conſiliarios, Principiſque Aduocatum iunxit, à quo nulla eſſet prouocatio. Antiftites renuntiationis eiurationiſque ſuæ literas duodecima Octobris Cæſari dedit, curauitque eas à Pontifice Clemente ſeptimo decimo-tertio Cal. Septembres anni ſequentis confirmari: idemque factum eſt à Ferdinando Rom. Rege poſtridie Cal. Ianuarij anno 1541. Vtræque prolixa oratione ac operoſo ſermone verbis Latinis erant exarata. Vetus erat Ultraieſti mos, cum nouus Antiftes inauguradus Urbem intraret, duo Senatus miniſtri (portæ cuſtodes appellant) equum, quo uehebatur, manu per ſrena apprehenſum, pro ſe cum deſcendiſſet, abducerent. Intranti Cæſari hac de re ſupplicem offerunt libellum, qui eis in perpetuum loco equi quinquaginta florenos concedit. Sacramentum verò à Cæſare Carolo, ac poſtea quarto Octobris anno 1549. ab eius filio Philippo, Vrbi Prouinciæque dictum tale fuit: Ego Philippus Dei gratia Princeps Hiſpaniarum, &c. promitto ac iuro ad hæc ſancta Dei Euangelia, me Antiftite, Prælatos, ac Capitula Eccleſiæ Ultraieſtinæ, totumque ordinem Eccleſiaſticum, ſanctam Eccleſiam Catholicam ac Romanam, nec non Nobiles, Ciuitates, ac Oppida, omneſque

dictæ

dictæ Prouinciæ incolas, eorumque bona ac fortunæ, ab omni uſu, oppreſſione, ac inuafione proteſtaturum, eorumque iura, priuilegia, immunitates ac conſuetudines conſeruaturum, ac aduerſus quouis deſenſurum, tum etiam per vniuerſam Ditionem me æqua ratione iudicaturum, adminiſtraturumque; denique ea omnia facturum, quæ bonum probumque Principem decent. ita me Deus omneſque Diui adiuuent. Deinde Ditionis tranſlatio, his ferme verbis facta, in publicas reſertur Tabulas, longa prius narratione rerum cum Geldro geſtarum præmiſſa: Cum ego Heinrichus Bauarus, Comes Palatinus, Præſul Ultraieſtinus, Vrbes, Oppida, Ciuitates, præſidia, Caſtella, Arces, agros, clientes, ac populum nobis ſubditum, inferæ ſuperæque Ditionis Ultraieſtinæ, defendere non poſſem contra Carolum Egmondium, Geldria Ducem, ac Zutania Comitem, neque facultates meæ totiuſque Prouinciæ ferant, vt Cæſari factas ea de cauſa impenſas reddere poſſim, minus ei ſatisdare, & vt decet oportetque cauere, accepta beneficia reponere, ingentemque pecuniæ ſummam mea cauſa expenſam reſtituere; volens tamen noſtro publicoque nomine Maieltati eius aliqua ratione ſatisfacere, in ius ac poteſtatem Cæſaris ſucceſſorumque eius in perpetuum conſtituimus agros, Vrbes, clientes, populumque Eccleſiæ Ultraieſtinæ, ſacri profaniſque ordinis, vt eos ab omni hoſtium uſu, iniuria, ac oppreſſione vendicet liberetque. Quare conſilio publico ac priuatum cum omnibus Prouinciæ Ordinibus iniro, ex eorum conſenſu, voluntate, approbatione, ac auctoritate, in ius, Ditionem, poteſtatem, ac Imperium Caroli quinti Cæſaris, hæredumque eius vtriuſque ſexus, Ducum Brabantia, ac Comitum Hollandia, trado tranſferoque Urbem ac Ditionem Ultraieſtinam, publica priuataque eius Dominia profani iuris, Oppida, & quicquid inde dependet præſidiorum, Arcium, Caſtellarum, Munitionum, tormentorum, quæque ad hæc ſpectant. Deinde & iura omnia redituum, cenſuum, agrorum, canporum, montium, ſiluarum, fluminum, paludum, ac quicquid vſuſque terrarum profani eſt iuris, ſuperæ inferæque Ditionis Ultraieſtinæ, ijs omnibus meo ſucceſſorumque meorum Antiftitum nomine, libera voluntate, Cæſari, eiſque hæredibus vtriuſque ſexus, cedens; vt his non aliter vtantur, quam alijs omnibus hæreditarijs Prouincijs, ciuitatibusque poſſeſſionibus, liberans ac ſoluens Ciuitatum, Arcium, ac Caſtellarum, totiuſque ſuperæ inferæque Ditionis incolas, Præfectos, clientes, nobiles ac ignobiles, à dicto nobis ſacramento, ac quo nobis obſtringebatur datæ fidei vinculo, quod ad profanum tantum attinet Imperium, idque ea lege ac conditione, vt extemplo idem ſacramentum eadem de cauſa Cæſari dicant, ac in eius ſucceſſorumque vtriuſque ſexus Imperium, Ditionem, poteſtatemque pleno iure tranſeant, eodem modo vt

K K 2

fecimus

1528. fecimus Anthonio Lalano, Hoochstrata Comiti, nomine Cæsaris, successorumque eius, quum celsionem à nobis ac sacramentum nomine Cæsaris acciperet, utque id facere posset, per literas nos publicas docuisset. Placer igitur nobis, ac volumus, ut Ciuitates, Castella, Arces, Oppida, Munitiones, homines, incolæque omnes vtriusque sexus, superæ inferæque Ditionis Vltraiectinæ, publicè ac priuatim in Ditione & Imperium Caroli quinti Cæsaris, legitimorumque eius vtriusque sexus successorum, qua diximus formula ac modo concedant, præstitoque iureiurando se ei obstringant ac denunciant, Imperio insilique; eius obsequatur, ac fideles ei, legitimisque successoribus vtriusque sexus, ad exequenda debita officia præstent, mihi verò, meisque; posteris, Episcopis Vltraiectinæ Ditionis, in supera inferaque Prouincia nil seruans nec reliquum faciens, præter integrâ iurisdictionem sacram, ac merum Ecclesiasticum Imperium, quæque inde dependent annui census, prouentus, ac redditus, cum æde Pontificali quæ est in Vrbe Vltraiectina. Actû decimo-tertio Cal. Nouembres. Cum hac translationis, eiurationis, ac celsionis profani Imperij forma Ioânes Slachsius paulo post Romam est profectus, ut ea quæ Antistes ac Vltraiectensium Ordines cum Cæsare transegerant, summus Pontifex Clemens septimus sua autoritate approbarer. Postero die populus Vltraiectinus ad concionem vocatus, edoctusque de ijs quæ acta erant, Cæsari, legitimisque eius vtriusque sexus successoribus, fidelitatis sacramentû dicit. Quo factò, congiarium datur, nummi que aurei ac argentei in publicum sparguntur, estque hic dies inter factos ac solemnes adscriptus, singulisque annis celebratus. Exinde Amersfortij, missis Vltraiectum Legatis, cum priuilegiorum cõfirmationem obtinuissent, in Cæsaris hæredumque eius potestatem formula Vltraiectina concessere, profectusque est Hoochstratæ Comes Nonis Nouemb. cum centum equitibus Amersfortiû; acceptoque Cæsaris nomine à ciuibus iureiurando, sexiesque in populum sparsò auro argentoque, est inauguratus. Liberalior in hunc populum fuit Cæsar, quòd eius exulmque insigni operâ ac fortitudine in recuperando Vltraiecto, pellèdisque Geldris, paulo antè esset vsus. Exules deinde omnes in sua restituti, & ad publica munia honorésque vocati. Dehinc Hoochstratius nomine Cæsaris VVike, Rhenis, alijsque Prouinciæ Oppidis, præsentè vbique Præsìde Assendelfio, Sasboutio, ac Vincetio Cornelij, magno populorû concursu ac læticia, quòd intestino liberarentur bello, inauguratur: ac quicumque adhuc in carceribus detinebantur, aut ab Antistite ad pœnam quæstifœdis locis delitescabant, accepta gratia, in publicû liberi prodire. Tum omnibus sub capitis pœna bonorumque publicatione interdicitum, ne quis præteritorum memoriam refricet, alicui conuitium aut iniuriam hac de causa dicat. Exinde Doublionius Arnhe-

1528. Arnhemum ad Ducè Carolû proficiscitur, ac ab eo inite pacis confirmatione, accepto publicè sacramento, recipit: utque Vltraiectinis de futuro Antistite caueretur, Michael Einccafordius, Cardinalis ac Antistes Derthusiensis. natione Belga, Romæ tum agens, ac ad has dignitates ab Adriano sexto Papa promotus, Heinrico Bauaro mortuo successor declaratur. Sed Bauarus anno sequenti (ut dicemus) summo Pontifici Præfulatum Vltraiectinum restituens, ab eo Mogutinum accepit. Quibus rebus peractis, Antistes Bauarus ad fratrem Palatini Comitem proficiscitur. Hoochstratius verò ad Governatricem Margaritam Mechliniam contendit, quum mutata Vltraiecti Republicæ forma, eam à populo ac Antistite ad Austriacos transfulisset, Arcemque in Vrbe munitam continendis in officio seditiosis ad Orientem iuxta portam Catharinariam, Hollandorum sumptu, ex cocto latere ædificari curasset, eamque à pacis procuratore Freburgam appellasset.

VITAE CAROLI QVINTI CÆSARIS PARS III.

HISTORIÆ LIBER DECIMVS.



ENSE Ianuario huius anni Bourgis in Hispania Franciæ ac Angliæ Regum Legati bellum Carolo Cæsari indicunt, præsentibus Oratoribus Venetorum ac Sfortiæ. Hilari Cæsar fronte denunciationem accipit. Sed Angli Oratore dimisso, Franciæ, Venetorum, ac Florentinorum Legatos triginta ab Aula sua milliaribus arcè custodiri, Sfortiæ verò in ipsa Aula assernari iussit, præfatus suos Oratores ab his in Italia detineri. Tum ab vtraque parte ingentes fiunt apparatus; motisque Lotrechius Bononia castris, per Aemiliam, Flaminiam, ac agrum Picenum in Regnum contendit Neapolitanum, Pontifice ac Florentinis, proprii commodi causa, aliud iter suadentibus. Classis verò Confederatorum, varijs implicata difficultatibus, Siciliam nec Neapolim constituto tempore tenere potuit. Quum aliquandiu Legati hinc inde detenti fuissent, tandem ab vtraque parte in libertatem restituntur. Sed cum Antistes Gratianopolitanus, Franci ad Cæsarem Legatus, Regi Francisco retulisset, Cæsarem, cum ei bellum indiceretur, respon-

1528. disse, Regem Franciscum violata fide turpiter agere, proinde, ne innocens populus iterum belli calamitatibus obrueretur, praestare inter se singulari certamine decernentes, alterius morte miseris finem imponerent. Rex Franciscus Nicolaum Perenotum, Cæsaris Legatum, reuocari iubet, ac vigesimo-octauo Martij omnium Principum Legatis in amplissimam Curia Parisiensis Aulam conuocatis, in sede sublimi Regie indutus confidens, longa oratione in Cæsarem culpam omnem instantis belli ac violata pacis rejicere conatur, postulans à Perenoto, epistolam ad Cæsarem deferat, continentem se falso de violata pace ab eo accusatum, ac, quories id dixisset, toties eum iniquè mentiri, mentitumque esse; petereque locum constituat, quo hæc vera esse, singulari cum eo certamine congressus, declarare possit. Cùm Perenotus literas deferre, & mandata tam cõtumeliosa insolentiaq. exponere Cæsari recusasset; Rex, misso in Hispaniam castrensi Legato, in hanc formam

» Cæsari scribit: Intelligo te apud Legatum meum, Antistitem Grarianopolitanum, eiusmodi verbis usum, quæ non parum existimationem honoremque meum lesere, locutumque ac si contra datam fidem caprius è potestate tua discessissem. Quod qua ratione fieri potuit, cùm facta pace, legibusque eius constitutis, mihi adhuc custodiam in Hispania reliqueris? Hanc ob causam quum nullis de iure promissis tenear, nec excusatione egeã, defendendi tamen honoris mei ergò breuiter verbis tuis respondere volui. Si abitum meum accusas vt furtiuum, teque inuito factum, ac proinde aliter quàm Principem virum decet me fecisse criminari, aperte dico te false mentiri. Quamdiu enim vel vna sanguinis guttula corpori meo supererit, honorem meum defendam. Non igitur amplius opus est literis; sed si quid à me requiris, singularis certaminis diem & locum constituio, prodibo in aciem. Quòd si certamen detrectaueris, nec interea de me criminando accusandoque destiteris; obtestor, quicquid inde dedecoris manare possit, in te id totum redundaturum, qui singulari certamine controuersiam sopire nolueris. Has quum Cæsar septimo Iunij legisset, hilari serenoque vultu respondens, certamen se admittere ait; addens, Regem iusto prælio captum, de iure se ad certamen prouocare, nisi conditionibus Madrilianis per omnia satisfecisset, non potuisse. Eò enim vsque captiuum de iure Regem haberi censerique, quòd fidem dedisset, in carcerem se Madrilianum reuersurum, si conditionibus stare non potuisset aut licuisset. Captiuum autem proprii corporis nullam habere potestatem, sed in victoris esse manu quod velit de eo statuere. Impletis verò Madrilianis conditionibus, Regem iuste aut iniuste de illata à Cæsare sibi iniuria conqueri, eumque ad certamen prouocare potuisse, antea verò non. Quare vigesimo-quarto Iunij Masonio Regi in hunc modum respondet, literasque ei per

ei per Legatum suum mittit castrensem: Ego de te non conqueror, 1528. necte accuso, quòd ex Hispania in Franciam sis profectus; id enim me iubente, consentiente, ac permittente, fecisti: sed quòd non sis è Francia in Hispaniam ad veterem carcerem reuersus, vt te facturum dicto mihi sacramento recepisti, si non licuisset, aut si non potuisses satisfacere conditionibus inter nos pro pace tuaque libertate initis; quod Tabulis manu tua propria exaratis ac subsignatis docere possum. Id si fecisses, fidem datam seruasses, ac officium viri Principisque boni praestitisses. Nunc quum hac in re fidem & promissa sefelleris, sine vilo mendacio iterum asseuero, inhonestè, indecorè, ac vt ignobilis animi homines solent, te fecisse. Proinde quum hac de causa ad singulare certamen me prouoces, diemque tibi ac locum à me assignari petis, accipio conditionem, locum tibi statuens ad amnem Tolosam, qui inter Fontarabiam ac Andaniam labitur: quem locum recusare non debes, quum ante benium eodem in vestigio è carcere à me liberatus, & te & filios tuos potestati meæ commiseris, eosdemque mihi in hunc vsque diem, fidei ac filiorum immemor, aut contemptor, reliqueris. Nil igitur est causa, quare nunc eundem subterfugere debeas locum. Ne verò certamen diutius extrahatur, legantur ab vtraque parte viri nobiles, harum rerum gnari, qui locum iuxta dictum amnem inspiciant, ac diem armorumque genus constituent. Quòd si intra quadragesimum ab accepta hac epistola diem mihi non responderis, nec cuius sis animi declararis, dilationis ac recusatae pugnae dedecus ignominiaque in te recidet, cum perpetua violata per te fidei nota, turpique macula. Iussit Cæsar Legato suo castrensi, has literas Regi, obrepta facultate, palam legeret, aut ei hac conditione legendas traderet. Admissus igitur Parisijs in pleno Procerum consessu, Rex in medio sedens rogat anne responsum afferat, certamenque Cæsar admittat. Affirmat Legatus, addens se & alia habere Maiestati eius communicanda, iniunctumque sibi, petere à Rege potestatem publicè Cæsaris literas alta voce legendi, aut vt sua Maiestas id facere dignaretur. Rex non bene sibi conscius, generosumque Cæsaris animum probè noscens, literas nec legi nec recipi voluit, sed solus paulisper cum Legato castrensi locutus tandem abiit, nec eum amplius audire voluit, multo minus recipere Cæsaris literas. Paulo post Anglus iterum Cæsari bellum indicit, animo diuortium cum Catharina Cæsaris matertera meditans. Amore enim in humilem eius vilemque furebat pedisequam, à qua in posterum libidine adeò animum deiici, tandemque & vinci est passus, vt ad saua horrendaque conuersus scelera, omnium sui temporis tyrannorum monstruosam superarimmanitatem, æternamque nomini ac familiae labem maculamque inufferit, moxque contra Procerum, Magistratum, Rectorum, Praefectorum,

1528. Etorum, ac populi Britannici voluntatem, Anglos ad suscipiendâ falsâ
condemnataque Religionis decreta, veteri diuino cultu Romaniq̃ue
Pontificis autoritate reiecta, cogere cœpit. Interea in Italia Lotre-
chius, capta Aquila, ad interiora Regni Neapolitani progrediebatur,
Oppidis ac Ciuitatibus omnibus deditioem facientibus, præsidiaque
admittentibus; redegissetque in potestatem vniuersum cum Vrbe Re-
gia Regnum, nisi clam numerante Cæsarianis Pontifice aliquot men-
sium stipendia, exercitus Germanorum, Hispanorum, ac Itolorum Ro-
ma deductus, Neapolim contendisset, ac Ciuitates aliquot munitiores
insedisset. Discessere Roma decimo septimo Februarij; delectuque habi-
to, vix duodecim millia peditum ac mille quingentos equites recedere,
ceteros pestis luxurque absumperat. Anthonius Leua, militem in of-
ficio retenturus, Mediolanenses auro exhauriebat; inque extremâ ca-
lamitatem coniectos, Urbem fortunaque deserere coegisset, nisi edu-
cta præsidij parte Leucum recepisset, Musiniamque eius Præfectum à
Confederatis ad Cæsaris partes traduxisset, adiutus ab eo pecuniæ
ac comæatus non exigua copia, quem ob hoc beneficium Cæsar Leu-
cij Marchionis titulo ornauit. Fine mensis Aprilis Lautrechius castra
ad Urbem Neapolim communit, expectans Confederatorum classem,
quo Urbem terra marique, quam vi expugnari posse diffidebat, preme-
rent. Accessere huc Ducis Ferrariæ ac Mantuæ equitum auxilia. Inter-
ea Cæsariani, qui Neapoli in præsidio erant, spem concipiunt oppri-
mendæ classis Aurianæ, quæ in sinu erat Salernitano, præeratque ei Phi-
lippus Auria. Conscendunt Neapoli classem Hugo Moncada, omnium
Præfectus, Vastij Marchio, Cæsar Faramusca, Ascanius Colonna,
Princeps Salernitanus, Camillus Colonna, Cruceus, Gobbius, Sere-
nonius, ac clarissimi quique Præfecti, cum mille veteranis Hispanis
sclopetarijs, exceptis ordinarijs classis militibus, ac ad hostem con-
tendunt. Sed qui de eorū consilio per fidos exploratores ante biduum
præmonitus, acceptis à Lautrechio sexcentis sclopetarijs, omnia ad
pugnam necessaria pararat. Congrediuntur in alto; emissioque prior
Auria è sua Prætoria ingentis tormenti globo, vltra quinquaginta Hi-
spanos occidit, vulneratque plures. Tum Moncadæ tormentum quan-
quam rectè libratum exoneratur, non tamen Auria tantum intulit de-
trimenti. Tandem Cæsariani, numero & arte superari, classem perdi-
dere, Proceribus omnibus, quos nominari, cum Præfectis in hostiū po-
testate relictis, excepto Moncada & Faramusca, qui pugnantem occisi,
in mare sunt deiecti, cū mille, qui ceciderat, militibus. In Auriana clas-
se nullus sine vulnere discessit, perire quàm plurimi: tam difficile fuit
superare veteranos. Auria multum ad victoriam contulere Turcæ
ac Mauri remiges, qui, accepta libertate ac armis, fortissime rem ges-
fere.

fere. Captiuos Philippus Auria ad Andream Auriam misit. Exinde 1528.
arctius Neapolis obsideri est cœpta, emissusque Vrbe magnus inbel-
lium hominum numerus. Literas quoque ad Cæsarem, quibus terra
marique auxilium ac pecuniam petebant, destinauerant; sed interce-
pta, Lautrechio, summis etiam difficultatibus implicato, animum addi-
dere. Laborabant enim Franci inopia aquæ, equitum, ac pecuniæ. Leui
armatura equitum Cæsariani superiores erant, ac proinde non semel e-
reptum Francis comæatum ac vinum ad Urbem detulerant. Orta etiam
erat, iamque grassabatur intra & extra Urbem pestis, Germanorum
maximè vtrobique negligentia. Lautrechius quoque frustra militem &
pecuniam è Francia expectabat. Interea Anthonius Leua, eductis Me-
diolano copijs, Papiam vi expugnat, omnibus Fracis, qui intus erant, in-
terfectis. È Germania verò Henricus Brunswichi Dux cum decem
millibus peditum ac sexcentis equitibus, Cæsaris pecunia conductis, in
auxilium Neapolitanorū profecturus, in agrum Veronensem descen-
dit, Oppidaque aliquot capit. Sed cum Anthonius Leua aurū non ex-
pediret, summa verò per omnem Italiam esset rerum omnium ac præ-
cipuè panis inopia; Germani, conuersis signis, mense Iulio in Germaniā
rediere, duobus millibus exceptis, qui cum Leua mansere, omni Nea-
politani auxilij spe sublata. Tandem decimo Iunij Venera classis vi-
ginti duarum triremium in Sinum Neapolitanum appellit, impediens
nequid amplius mari in Urbem adueheretur, tardius adueniens, quòd
interea temporis maritimas aliquot Regi Ciuitates asseruisset. Hoc
rerum statu Andreas Auria, relictis Regis Francisci stipendijs, Cæsari
dat nomen, causatus inter alia patriæ suæ Genuæ libertatem à Rege op-
primi, ac ad Sauonam omnem rei maritimæ mercaturam transferri.
Expugnarant captiuo Cæsaris Præfecti agrum eius animum, promissa
Genuensibus libertate; ad quam confirmandam, ad Cæsarem in Hispan-
niam virum nobilem, generalem Franciscanorum Præfectum, miserant.
Quo reuerso, his nomine Cæsaris cum Auria legibus conueniunt: Ge-
nera Cæsaris patrocinio libera esto. Sauona Genuensibus pareto. ce
Quòd olim in gentem Hispanam odium acrius Auria exercuit, ac re ce
demonstrauit, obliuiscitor. Auria Cæsari cum duodecim triremibus ce
suis militato, eoque nomine quotannis sexaginta millia aureorū num- ce
mum in stipendium, cum Principatu Melphitano, accipito. Post hæc ce
Philippus Auria quarto Iulij cum sua classe Neapolim deserit, menseque
Augusto Andreas Auria cum duodecim triremibus suis Caietam, quæ
in Cæsaris erat potestate, venit; dimissisq; captiuis Proceribus, qui eum
in carcere ad transitionem pellexerant, Cæsaris militare signū exponit,
Regique Francisco torquem aureum, cum insigni D. Michaelis, remit-
tit. Interea adeò pestis ac nouus ille in Europam non ita dudū inuectus

1528. ex venerea coniunctione morbus in Fracorum ad Neapolim castris graf-
 fabatur, vt vix centum Lautrechio (præter ratione obstinatissimè in
 obsidione perseveranti) superessent sani equites, pedites vix mille. De-
 cumbebat ipse, vt & cæteri Proceres, grauitè, negligebantur excubia,
 ac præter morientium luridos vultus in castris nil obuerfabatur, tan-
 demque Lautrechius, Vaudemontius, ac complures alij viri illustres
 moriuntur. Ægrotabat vehementer Salutijs, qui Lautrechio in Im-
 perio successerat, Nauarrus, ac Guido. Quare Hugo Maramaldus, qui
 cum Pro-Rege Aurantio Neapoli cum Imperio erat. Capuam, Puteo-
 los, ac Nolam, eiectis Francis, recuperat. Non enim solum Franci cum
 peste, sed & cum fame luctabantur. Tandem mali magnitudine victa
 pernicitâ, nocte clam castra Neapoli Auerfam mouent. Sed abitu à
 Cæsarianis percepto, inuaduntur, ac sternuntur. Capitur Nauarrus, ac
 cum eo clariores Præfecti omnes. Salutijs Auerfæ sine commeatu in-
 clusus, deditiõnem hisce conditionibus facit: Auerfam cum Arce, tor-
 mentis, omnique bellico apparatu, Cæsari relinquit. Salutijs cæteri-
 que Duces (Guidone Rangonio excepto) captiui manent. Salutijs, vt
 Venetiæ ac Franci Cæsari vniuersum Regnum Neapolitanum restituât,
 curato. Miles nobilis ac ignobilis sine signis, armis, equis ac impedi-
 mentis liber abito. Ordinum ductoribus minoribus mulas ac equos
 sarcinarios ad iter concedito. Itali per sex menses contra Cæsarem non
 militanto. Exinde Auerfa à Cæsarianis diripitur, finisque obsidioni
 Neapolitanæ, duabus de causis Francis fœdæ ac exitialis, est impositus.
 Primùm ob Ducis Lautrechij pertinaciam, consilium rebus aduersis,
 ne proprium damnare videretur iudicium, mutare nolentis, turpe cen-
 sens præiudicatam mutare opinionem, vitium viris militaribus fami-
 liare, inde procedens, quod humanæ naturæ conditionem non satis ha-
 beant perspectam. Deinde ob vim morbi ex parte procedentis ex Re-
 galis aquæ ductus, qui Poggij erat, ruptura, (inde *Pocken*, ac *Pockes*,
 vulgo morbus est dictus) quod Franci fecerant, vt Neapolitanis mo-
 lendi tritici potestatem ac vsum eriperent. Diffusa enim per planitiem
 hæc aqua, quum exitum non reperiret, facile cõputruit, ac canicularium
 dierum astu, aère hinc inde infecto, castris Francis tabem pestiferam
 induxit. Accessit & pestilentia, per Cæsarianos milites Roma Neapo-
 lim translata, ac per infectos homines, auxiliij causa trãsfugiètes, Fraco-
 rum castris cõmunicata, mirumq. in modum cum ab infecto aère, tũ ob
 insalubris cibi vsum in summa famis necessitate ducta, ac in nouâ inco-
 gnitâque putrefactione cõmutata. Nõ enim natus est hic morbus è po-
 tu aquæ, sanguine hominum lepra infectorum corruptæ, vt plerique eo
 tẽpore falso prodidere. Ex Occidentali India ab Hispanis allatum non-
 nulli volunt, ibique familiarè dicunt, sed nequaquã adeo vt apud nos ve-
 hementem

hementem nec sanum, sed curatu ibi admodum facilè. Calendis Augusti 1528.
 Cæsar Valledolero literas ad Germaniæ Principes mittit, Conuentum-
 que Spiram mense Februario sequentis anni indicit, Legatos in Imperio
 se absente cõstituens fratrem Ferdinadum, Fredericum Palatinum, Gui-
 lhelmmum Bauarum, Tridentinum ac Hildessenum Antistites. Augusto
 ac Septembri mensibus in Ducatu Mediolanensi bellum à Cõfederatis
 contra Cæsarianos acerrimè fuit gestum. Adueniente enim è Francia
 iustis cum copijs Fani D. Pauli Comite, vltraque duodecim millia pe-
 ditum ac bis mille quingentos equites adducente, Cæsarianis negotium
 facessabant. Anthonius enim Leua octo millia tantum peditum ac octin-
 gentos equites habebat: quibus copijs cum Ciuitates præsidijs essent fir-
 mandæ, Francis loco aperto par esse non poterat. Interea Andreas Au-
 ria Genuam, eiectis Francis, in potestatem redigit, ac Cæsaris voluntate
 liberam esse iubet, qui eius ope Arcem mense Octobri funditus diruere.
 Receperat & paulo antè Sauonam, dignitatis suæ æmulam; cuius Por-
 tum inutilem reddituri, lapidibus & ruderibus replerunt. Interea An-
 thonius Leua, vt militem aleret, Mediolanensibus prohibet, ne quisquã
 domi panem pinsat, nec molitum frumentum habeat, præter eos qui id iu-
 ris à se numerata pecunia redemissent, (hi octo cõtinuis mensibus tres
 ei aureos nummos in singulos modios numerauerunt) qua pecunia per
 totum ferè annum peditem equitemque Germanum ac Hispanum
 aluit; Insubriamq. miserima calamitate pressam, Cæsari seruaui. Itali
 enim pedites præda ac extorta rusticis pecunia viuiebant, leuibus præ-
 lijs ac inualidorum Oppidorum direptionibus cum Francis certantes.
 Aurantius Pro-Rex Neapolitanus, tanto bello diuina ope liberatus,
 habita de his quæstione, qui duris temporibus aliquid contra Cæsarem
 erant conati, Fredericum Ducem Caietanum, ac Heinricum Bouiani
 Ducem, cum quatuor alijs viris illustribus, publice Neapoli in fo-
 ro securi percuti iubet. Idem alijs in ciuitatibus actum, animos eo-
 rum, qui Francis erant addicti, vehementer perculit, ac à nouis ineundis
 consilijs deterruit. Horum publicatis bonis, non exiguam stipendij mi-
 litaris summam corrasit. Consule hisce de rebus Franciscum Guicciard.
 Historiæ libro 18. & 19. & Paulum Iouium Hist. lib. 25. 26. & 27.
 Mense Apriliano 1529. Alfonso Daualus, Vastij Marchio, cum reli-
 quijs Francici exercitus, eorumque Cõfederatis, in Regno Neapoli-
 tano bellum gessit, eosque maiori Oppidorum ac Ciuitatum parte
 eiecit, sed Calabros ac Apulos, defendente eos Melphi Principe Frede-
 rico Carassa, ac Simone Romano, (qui duo forruitis casibus his co-
 natibus periire) subigere non potuit. Interea Fani Diui Pauli Co-
 mes in Mediolanensi Ditione bellum varia gerebat fortuna, frustra co-
 natus Genuam Sauonamque recuperare, ac cum suis Cõfederato-
 rumque

rumque copijs Mediolanum obsidere. Quare Papiam cum altera exercitus parte proficiscitur: quam cum mense Iunio occupare iterum conaretur, ab Antonio Leua, qui de eius consilio ac copiarum diminutione certior factus Mediolano exierat, iuxta Landrianum pugna superatur, ac capitur, cumque eo Ioannes Chastillonius, Claudius Ragonius, Liniacus, Carbonius, ac aliquot alij clariores Præfecti, cum omnibus impedimentis ac tormentis. Qua clade territi Franci, vniuersa derelicta Insubria, in Franciam reuertuntur; Confœderatorumque Italorum animi ad pacem inclinari cœperunt, moti non minus Cæsaris potentia ac fortuna, quam sociorum Francorum infelicitate, ac sinistra belli administratione. Dum tam acerbo inter Cæsarem, Italos, ac Francos in Italia certatur bello, domitamen Angli, Franci, Belgæ, ac Hispani, beneficio induciarum, quas mense Iulio præcedentis anni in octo proximos fecerant mensēs, ac deinde in alios sex continuerant, quieuerunt. Exinde pax iterum inter Pontificem Clementem septimum, ac Cæsarem, Barcilonæ his concipitur conditionibus: Inter Pontificem & Cæsarem pax perpetua esto. Cæsariano exercitui, è Regno Neapolitano discedenti, per Pontificias Ditiones sine iniuria liberum iter præstato. Cæsar Alexandrum Medicem, Laurentij filium, tradita ei in vxorem filia nothâ Margarita Austriaca, Florentiam reducito, ac in maiorum authoritate constituito. Vt Apostolicæ Sedi sine fraude Imperij restituatur Ceruia, Rauenna, Mutina, Rhegium, ac Rubercia, Cæsar operam dato. Pontifex Cæsari Diploma de iusta Regni Neapolitani possessione concedito, niueique tantum coloris equi tributum accipito. Pontifex in Sacerdotia solitum ius obtinero. Pontifex ac Cæsar in Italia ad colloquium prodeunto. Cæsar Pontifici contra Ferrariæ Ducem auxiliator. Cæsar Francisci Sfortiæ rationem habeto, eiusque causam Iudicibus non suspectis committito. Cæsar, eiusque frater Ferdinandus, ac Pontifex vi aut amicitia Lutheranos ad veteris Catholicæ religionis leges perducito. In has condiciones Cæsar vigesimo-nono Iunij Barcilonæ ad summi Tēpli Altare solemniter iurauit. Internuncijs ad Cæsarem ab amita Margarita missi in Belgium redierant, summam absolutamque in solemnibus Tabulis ei afferentes potestatem transigendi cum Rege Francisco. Erant huius rei conscij Pontifex & Angliæ Rex, qui dudum enixè laborarant, pax inter Cæsarem & Francum iniretur. Contrà nitebantur Confœderati Itali, quos Francus magna simulatione continebat in officio, promittens se nunquam cum Cæsare pacem facturum sine eorum assensu. Verum cum omnia essent ad tractandum de pace apud Belgas parata, iterum Vrbs Cameracensis ei negotio conficiendo destinatur. Venit eò nomine Cæsaris eius amita Margarita, cum Senatu Belgico;

1529. gico; à Rege Francisco, eius mater Lodowica, cum Concilio Francico. Hæ septimo Iulij diuersis portis Cameracum ingressæ, in contiguas domos, rupta maceria, diuertère. Rex Franciscus, vt propè esset, Compengam venit. Milit Anglus Londinensem Antistitem, ac Suffolciæ Ducem; Pontifex Clemens Capuanū Archipræsulem: aduenerantque & omnium Cōfœderatorum sociorumque Legati, quibus semper Franci diuersa, quam quæ tractabantur, referebant. Tantis enim Regis Francisci animo recuperandis filijs infederat ardor, vt decoris, officij, ac promissorum facile obliuisceretur. Iulij die vigesimo-secundo Cameracum nuncijs adferuntur de inita inter Cæsarem & Pontificem firma pace: conuentus verò Cameracensis eodè tempore ob res Burgundias ferè erat dissolutus, parabantque singuli, re infecta, discessum, nisi prudentia Archipræsulis Capuani Proceres retinuisset, negotioque in integrum restituto, tandem vt inter Cæsarem Regemque pax concluderetur, causa fuisset, quæ Nonis Augusti in summo Cameraci Templo hoc modo publicatur: Pax Madriliana, paucis mutatis, rata firmaque esto. Contentus est Cæsar actione iureque quod sibi tempore fœderis Madriliani, ac antea, in Ducatum Burgundiæ, Comitatum Auxerroij, Musonij, Barræ ad Sequanam, ac in Fanum D. Laurentij competebat, ita vt ipse, aut eius successores, via iuridica, aut arbitrum sententia, ius suum, quando placeret, nulla obstate longi temporis præscriptione experiri possent, Regique Francisco, eiusque successoribus, actionem quoque suam defendere liceret. Rex reditu annuo mille librarum Viennensium, quas in Salinas Ducatus Burgundiæ præredebatur, Margaritam Austriacam, eiusque successores, in perpetuum omnium tributum, quod in Salinas Comitatus Burgundiæ Rex obtendebatur, liberato. Qui in Ducatu Burgundiæ sal sunt empturi, id ibi soluunt, aut ibidem de solutione, dato sponfore, cauero. Rex pro redemptione duorum filiorum Cæsari vigesses centena aureorum liliorum millia puri puti auri, iusti que ponderis, persoluito: qua in re monetariorum vtriusque Principis iudicium sequentur, qui auri crustulam constabunt, eamque in tres partes secabunt, quarum imitatione reliqua omnia aurea cudentur lilia. Vnam verò particulam Cæsar, alteram Rex, tertiam Margaritam Austriacam, Cæsaris amita, custodito. Dictam verò summam hac ratione soluito. Mille ducenta millia aureorum liliorum ante instantis Martij Calendas, quibus Rex filios est receperurus, representato. Ducenta nonaginta millia aureorum liliorum Cæsaris nomine Regi Angliæ, à quo is ea mutuo accepit, redditis Cæsari syngraphis, numerato. Derestantibus quingentis ac decem aureorum liliorum millibus Rex Cæsari annuam vsuram (reditum vocant) æquissimam, quinque singulis annis pro centum soluens, numerato, nimirum viginti quinque

1529. millia ac quingentos florenos, singulis, donec fors soluatur, annis: pro
 cuius annuæ pensionis solutione, Rex Cæsari in potestatem constituito
 bona ac Dominia omnia quæ apud Belgas possidet Dux Vendomi, cæ-
 terique Franciæ Proceres. Huius annui reditus eodem die initium erit,
 quo Regij liberi in libertatem restituentur. Rex Cæsari ab Angliæ Re-
 ge reddi curabit Tabulas obligatorias, aureū lilium, cum gemmis im-
 mensi pretij, ac aliam pretiosam supellectilem, quæ causa pecuniæ Cæ-
 sari mutuò datæ in cautionem Anglus accepit. His rebus à Rege per-
 fectis, Cæsar, dato Regi Diplomate, eum à pacis Madrilianæ legibus li-
 berum pronuntiabit. Rex decimo-quinto ante filiorum liberationem
 die ex Italia omnes cuiuscunque nationis milites, maiores minoresque
 Præfectos reuocato, ac exauthorato. Ditionem Hesdinam, cum Oppi-
 do, Arce, ac tormentis, Comitatuui Atrebatensi restituito. Rex iterū om-
 ni priuilegio ac prærogatiua, quam in Flandriam, Artesiam, Ciuitatem
 Tornacensem, Fanum Amandi, ac Mortangam habet, aut allegare po-
 test, siue ea sacri siue profani sint iuris, aliarumque omnium Ditionum
 quas hac pace Cæsari restituit, libera voluntate cedito, eaque à prouo-
 catione ad Curiam Parisiensem in perpetuum liberato, iterum cedens
 emptioni ac obligationi quam prætendebat in Duacum, Insulas, ac Or-
 chiacum, liberans in perpetuum Cæsarem, eius successores, incolas no-
 biles ac ignobiles, patronos, clientes, Ciuitates, Oppida, Arces, Muni-
 tiones, Magistratus, Castellanos, ac cuiuscunque generis & conditionis
 subditos, quam sibi ac successoribus Regibus debebat, obedientiã, sub-
 iectione, sacramento, fide, iurisdictione, ac prouocatione, non obstanti-
 bus fœderum, induciarum, nec pacis antehac inite conditionibus, præ-
 cipue quæ anno 1498. postridie Cal. Augusti Parisijs fuere sancitæ, qui-
 bus omnibus Rex eiusque mater absolute cedunt ac renūciant, quemad-
 modum & prærogatiuæ, qua Regibus Francorum Flandri ac Atrebatenses
 obstringebantur, vt membrū (*Pair* vocant) Regni Francici, tum etiam
 omnibus cuiuscunque nominis titulis ac exactionibus Regi debitis, quas
 mercatores è Franc. aliquid in Artesiam vehentes soluere erant soliti,
 vt & tributigenere, quod appellare solent, Antiqua compositio, in
 æternum separando, ac à Regno Francico eiusque Imperio abscondendo,
 Comitatum Flandriæ, & Artesiæ, quæque inde dependent, excepta
 Ciuitate Terouana, quæque alia extra Artesiam ac Flandriam Fran-
 cici iuris semper fuere, vt Comitatus Boloniæ, Pagus Lignij, Neder-
 vuchelum, Alesta, Fanum Michaelis, Hellia, Arguim, Aiza, Auesna,
 Estraila, Merlesium, Sempium, Recquesium, Cleuelena, Tribonna,
 Neufvilla, ac Estreza. Ex aduerso Cæsar iuribus & actionibus, quas
 in Ciuitates ad Somonam amnem fitas allegare potest, absolute
 renunciato, ac reliquis omnibus quibus tractatui Madriliano ces-
 sit, his

fit, his in Comitatu Ghuinenfi exceptis Pagis, Castellania, Turne- 1529.
 haimia, Auderwico, Bredeuorda, quæque ab his dependent, Artesiæ-
 que sunt coniuncta. Lites omnes ex prouocatione ac alia ratione Fran-
 ciæ varijs locis pendentes, redditus chartis ac Tabulis eò seruientibus,
 Prouinciali Flandriæ aut Artesiæ Cōcilio, aut generali quod est Mechli-
 niæ, definiendas remittito. Sententiæ Parisijs alijsque Franciæ locis la-
 tæ Cæsar, vt finem ac executionem consequantur, curato. Post tertium
 huius transactionis mensem Curia Parisiensis Mechliniam transmitti-
 to chartas, schedulas, Tabulas publicas priuatasque, ac inter a-
 lias eius litis quam Eingelbertus Cluius, Neuerfij Comes, contra Phi-
 lippum Castellæ Regem, Cæsaris patrem, intentauit. Renunciat vterque
 Princeps prauæ consuetudini, quæ iuris vim obtinuit, vulgo Auboina
 dictæ, poteruntque posthac vtriusque Regni subditi hæreditates sibi
 debitas adire, nullo patriæ respectu habito. Rex Cæsari, eiusque succes-
 soribus, post sextam huius transactionis septimanam, ac ante filiorum
 liberationem, Astæ Comitatum, omniaque quæ adhuc in Ditione Me-
 diolanensi possidet, restituito. Comitatum Charoloij Margarita Au-
 striacæ, ea mortua, Cæsar possideto: post eius obitum, ad Regem, eius-
 que hæredes, reuertito. Eodem etiam temporis spatio Rex Cæsari
 Barlettam, ac quicquid adhuc in Regno Neapolitano obtinet, reddi-
 to, curatoque idem faciant Veneti, omnesque confœderati. Qui recu-
 sarint, his Rex bellum indicito infertoque, singulis Cæsarem mensi-
 bus iuuans, donec ob hanc rem in Italia bellum fuerit, triginta mil-
 libus aureorum liliorum. His qui à fœdere Madriliano ad hoc vsque
 tempus contra Cæsarem rebellauere, Rex nulla ratione iuato, nec
 fœdere hoc comprehendifinito. Rex Cæsari triremes, aliasque naues
 hoc bello varijs locis captas, restituito. Carolum Engoulesmæ Comi-
 tem in Cæsaris Aulam mittere, aut domi retinere, Regi liberum esto.
 Auxilia ad vtriusque Principis Ditionum, quas nunc possident, ac in po-
 sterum possidebunt, defensionem tantum mittito, sumptu ea petentis.
 Rex nil in Cæsaris præiudicium in Italia nec Germania vnquam tenta-
 to. Leonora Cæsaris soror, Regi nuptura, cum Regijs filijs in Fran-
 ciam proficiscitor: dotem illi pecuniariam Madrilij promissam dato, cui
 Rex centum millia aureorum liliorum addet, nomine sex millium pe-
 ditum, quæ Cæsari se missurum receperat. Impendetur verò hæc pecu-
 nia secundum conditiones fœderis Madriliani. Comitatus Auxerræ,
 Malconnij, ac Barræ ad Sequanam, eius manebunt conditionis, cuius
 Ducatus Burgudiæ. Quicquid hinc inde ante octo annos confiscatione
 fuit donatum, ratum firmumque maneto. Priuilegia ac immunitates
 quæ Franciæ Reges Belgis olim contulere, ac ex aduerso, facta testæ
 sunt. Captiui vltro citroque liberi dimittuntor, ijs exceptis, qui ante
 has le-

1529. has leges tranſegere, aut Neapoli contra Cæſarem rebellare. Rex Ro-
 „ berto Marcano auxilia nulla mittito, Ducatumque Bullionium, à Cæ-
 „ ſare Antiftiti adiudicatum, relinquito. Hæredibus Caroli Borboni
 „ Ducis, fortunas ac hereditatem eius omnem reſtituito, ea conditione,
 „ Heinrico Naſſaui, Renetę Marchioni, reddant decem millia ducato-
 „ rum, quæ is Borbonio Toleti mutuo dedit, vt patet ex Tabulis ea de
 „ cauſa exaratis. Rex Iohanni Ponteyræ Comiti, Aiglę Domino, omnem
 „ paternam hereditatem, qualis ea erat cum eius pater, relicta Fran-
 „ cia, ad Cæſarem ſe conferret, reddito. Venditionem aliquot Ditionum
 „ à Carolo Borbonio factam Rex ratam habeto. Philiberto Challon-
 „ nio Aurantij Principatum reſtituito. Agri belli tempore vtrinque cum
 „ iniuria occupati, veris poſſeſſoribus relinquuntor. Carolus Egmon-
 „ dius, Geldriæ Dux, Cæſari reconciliatus, hoc fœdere comprehenditor.
 „ Hæc Nonis Auguſti acta, ſubſignata, ac ſigillis munita, ante de-
 „ cimum-quintum Septembris fuere publicata. Rex verò Compen-
 „ ga ad Fanum Quintini, indeque Cameracum, ad ſalutandum Mar-
 „ garitam Auſtriacam, ſponſæ ſuæ Leonoræ amitam, venit; aliquotque
 „ diebus Confœderatorum Italorum conſpectum, pudore confulus, vita-
 „ uit. Sed ante abitum ſingulorum vocatis Oratoribus, excuſat ſe,
 „ quod coactus ad has leges deſcendiſſet, quum nullam aliam recipien-
 „ dorum filiorum rationem videret. Cæſarem enim, ſuæ fortunæ inni-
 „ xum, totius Italiae ac Franciae obſtinata coniuratione cogi non poſ-
 „ ſe. Deinde ſingulis ſpem facit ſe in amicitia veterique fœdere perman-
 „ ſurum, ſed nil minus cogitabat. Receptis enim filijs, omnes deſeruit,
 „ Borbonij hæredibus nil reſtituit, Aurantio nil ſeruauit. Auguſti die
 „ duodecimo Rex cum matre ad Fanum Quintini reuertitur, Margarita
 „ Auſtriaca Mechliniam. Cæſar interea iter in Italiam parans, Pro-
 „ Regi Aurantio ſcribit, omnibus in vnum coactis copijs, Pontificem
 „ Clementem ac Mediceos Florentiam vi aut amicitia reducat, cæ-
 „ teraque omnia, quæ Pontificij Iuris eſſent, illi ſubigat. Aurantius ad
 „ Aquileiam copias parans, ſine Iulij Romam proficiſcitur, ac cum Pon-
 „ tifice de belli ratione militumque ſtipendijs agens, certam ab eo pe-
 „ cuniæ ſummam tormenta que aliquot accipit. Germanis in vnum coac-
 „ ctis, Vaſtius cum Hiſpanorum peditatu expectabatur. Interea Cæſar
 „ rebus omnibus in Hiſpania conſtitutis, vxore filioque Philippo bien-
 „ ni ipſis in Principem relicto, cum integro ſeptennio in Hiſpania fuiſſet,
 „ onerarijs ac nauibus longis mille equites ac nouem millia peditum
 „ imponens, Barçilone claſſem ſoluit, ac poſt quindecim dierum mole-
 „ ſtam nauigationem duodecimo Auguſti Genuam appellit, ſtatimque
 „ nuncium de pace Cameraceni accipit, Felicemque Furſtenbergij Co-
 „ mitem cum octo millibus Germanorum peditum, ac mille equitibus,
 „ aliquot-

aliquotque tormentis, pecunia ſua conſcriptis, adueniſſe intelligit: 1529.
 qui apparatus Confœderatos Italos inſigniter terruit, inaximè quum
 à Franco ſe deſertos viderent. Exceptis Veneris omnes varijs de
 cauſis Legatos gratulatum ad Cæſarem miſere. Ille Hiſpanos pe-
 dites in Inſubriam ad Anthonium Leuam mittit, Germanos apud
 ſe retinet. Interea Aurantius cum veteranis Italjs ac Germa-
 nis decimo-nono Auguſti Florentiam verſus mouet, in itine-
 re Spoletum recipit. Florentini enim, pulſis eiectisque Medicæis,
 popolare Imperium induxerant. Eam iniuriam familiae ſuæ factam
 Papa Clemens ſeptimus, inita cum Cæſare pace, eius auxilio vindicare
 cupiebat. Cæſar trigeſimo Auguſti Placentiam venit, vt inde Bono-
 niam profectus cum Pontifice colloqueretur, reiectis Florentinorum
 (niſi Medicæos recepiſſent) ac Ferrarienſium Legatis. Mantuæ Mar-
 chionem in gratiam recipit, militiaeque ſuæ aſſcribit. Franciſcus Sfor-
 tia, Cæſari non fidens, ad Venetos ſe contulerat: vtrumque Pontifex
 Cæſari conciliare ſtudebat. Cupiebant idem Veneri, ſi æquas Cæſar le-
 ges dediſſet; eaque de cauſa bellum Cæſarianis inferentibus reſiſte-
 bant tantum, vimque propuſſabant, arma non inferebant. Menſe Sep-
 tēbri Solymanus Turcarum Rex, cum ingenti exercitu Hungariam
 inuadit, ac pro maiori parte occupat, indeq. in Auſtriã cōuerſo exercitu
 Viennam per menſem fruſtra, ac cum ſummo ſuorum detrimento, op-
 pugnat, tandemque circa Idus Octobres re infecta diſcedit, propugnare
 Urbemque defendente Philippo Palatino, cum duabus Germanorum
 legionibus, quibus de rebus conſule Paulum Iouium libro Hiſtoriae 26.
 Aurantius interea cum copijs haud procul Peruſia conſederat, quo loco
 ad eum Vaſtius cum Hiſpanico peditatu venit; factaque cum Malate-
 ſta compositione, Peruſiam obtinere, ac Pontifici reddidere. Decimo
 Septembris Cortonenſes Aurantio deditonem, perſolutis viginti mil-
 libus aureorum nummum, fecere. Hos Aretini decimonono ſunt ſecuti.
 Fine Octobris Aurantius, tormentorum inopiã lentè progreſſus, ad
 mœnia Florentina caſtra ponit, ſtatimque cōſpexit eam ſe Urbem vni-
 co exercitu expugnare non poſſe. Certatum eſt per totum menſem No-
 uembrem leuibus vario euentu prælijs: quo tempore Pontifex Bo-
 noniam profectus, Cæſarem, poſt paucos dies eodem venientem, ſum-
 mo cum honore ac gratulatione excipit. Tum Cæſar Franciſcum Sfor-
 tiam, eius ſe fidei ſiſtentem, ac Venetorum Legatos audit; annicentēq.
 Pontifice, tandem cum vtroque vigefimo-tercio Decembris hijs condi-
 tionibuſ tranſigit: Franciſcus Sfortia Cæſari nongenta millia aureo-
 rum nummum perſoluito, dimidiam partem ante duodecim inſtantium
 ce menſium finem, alteram partem intra proximum decennium, æquis
 ce ſingulis annis penſionibus: interea Cæſari pignoris loco Arx Mediola-
 ce

1529. nensis ac Comensis maneto, qui eas Sfortia, primæ pensionis solutione
 ,, facta, restituet, ac Ducale tum Diploma addet. Veneti Rauennam ac
 ,, Ceruiam Pontifici restituuunt, iuris sui in his actione seruata. Pontifex
 ,, ijs offensam omnem remittit. Veneti ante elapsum mensem Cæsari
 ,, omnia quæ in Regno Neapolitano occuparunt, reddito, duoque millia
 ,, auri pondo è veteris fœderis debito soluunt. Exulibus ex eiusdè fœ-
 ,, deris legibus satisfacito. Cæsari alia auri millia pondo numerato, quin-
 ,, genta ante decem mensium finem, reliqua fine anni, post decem dictos
 ,, menses, repræsented. Vrbinatium Dux, Venetorum Imperator, fœde-
 ,, re comprehenditur. Veneti Gambaræ Comiti ignoscunt. Commercia
 ,, vltro citroque libera sunt, nullius piratas recipit. Veneti ijs quæ pos-
 ,, sident, pacatè fruuntur. Quicumque Cæsariibus Venetæ Ditionis ab an-
 ,, no 1500. in hunc vsque diem adhæserunt, ab exilio liberant: bona ta-
 ,, men in fisco relata, nisi Veneti velint, non restituuunt. Pax firma ad
 ,, Italiæ quietem vtriusque in perpetuum esto: eiusque conseruandæ cau-
 ,, sa, Cæsar ac Veneti curantore, vt Sfortia semper in sua Ditione para-
 ,, ti adsint octingenti grauis, totidem leuis armaturæ equites, cum sex
 ,, millibus peditum, iustoque tormentorum apparatu. Totidem Ve-
 ,, neti, cogente necessitate, in aciem educunt, mutui tantum auxilij ac
 ,, defensionis, non inferendi belli, causa. Si quis Regnum Neapolita-
 ,, num inuaserit, Veneti Cæsari quindecim armatis triremibus auxi-
 ,, liantur. Fœdere hoc vtriusque clientes ac socij, qui voluerint, com-
 ,, prenduntur, vt & Ferrariæ Dux, si cum Pontifice ac Cæsare in gra-
 ,, tiam redierit. His capitibus subsignatis, appensisque sigillis confir-
 ,, matis, Cæsar statim Francisco Sfortia non solum Insubriam, dimissis
 ,, militibus, restituit, sed etiam paulo post ei cognatam Christianam, na-
 ,, tam è Christierno secundo Daniæ Rege, ac sorore Elizabetha Austria-
 ,, ca, decimum agentem tum annum, despondit. Veneti quoque exem-
 ,, plo Pontifici Aemilia, ac Cæsari Apuliæ Ciuitates restituere. Atqui hac
 ,, ratione Itali paucis diebus, posito fastu, à præsentē victoreque Cæsa-
 ,, re facile impetrare, quod octo continuis annis, ingenti excitato
 ,, armorum strepitu, misereque deuastata Italia, obtinere non potue-
 ,, rant. Obsidebat interea ab vna parte Florentiam Aurantius, (hoc
 ,, vnum in Italia restabat bellum) cui Cæsar alijs defunctus in auxilium
 ,, mittit Germanos Hispanosque, qui hætenus in Insubria ac Veneto-
 ,, rum finibus bellum gesserant: quorum aduentu mox deditiōnem fe-
 ,, cere Pistorium ac Prata. Vastius verò cum veteribus nouisque Hi-
 ,, spanorum cohortibus trans flumen Arnū prope Florentiæ fossas con-
 ,, fedit. Tum Petrosancta deditiōnem facit. Atqui hæc omnia mense
 ,, Decembri. Mense Aprili huius anni, decreta conuentus Spirani de
 ,, concordia religionis publicantur. Sed quum omnibus ea non pla-
 ,, cerent,

cerent, Saxo, Brandenburgius, Luneburgij duo, Høllus, Anholtius, ac 1529
 quatuordecim Imperij liberæ Ciuitates, facta obtestatione, eis se non
 subscripturos nec parituros testabantur. Inde primum dicti Prote-
 stantes. Singulis annis varijs locis Germani constituendæ Religionis
 causa conueniebant, nec tamen inter se conuenire poterant, quòd tanta
 esset nouorum Magistrorum in doctrina varietas, vt discrepantiū sen-
 tentias nullus conciliare posset. Animis verò is infederat fastus, vt publi-
 cata semel dogmata, sapiusque recusa, ab omnibus amplecti vellēt; ac
 ne existimationem apud imperitum vulgus perderent, ea pro oraculis
 suscipi iuberent, nisi in sempiternum mori mallent. Sudor Anglicus hac
 ætate totam Europā peruagatus, antequam remedium reperiri posset,
 immensam hominum multitudinem è viuis abripuit. Mense Septem-
 bri Cæsar Placentiæ Legatos Protestantium Germanorum audit. Re-
 spondet Mense Octobri de scripto humaniter, vtque decreta conuen-
 tus Vormatiani ac Spirani obseruent admonet. Illi (vt existimabāt)
 formidinem Cæsari incussuri, Principum illi Ciuitatumque obtestatio-
 nem de scripto exhibent: quo viso, iratus, Legatos sine suo iussu pedem
 domo efferre vetat. Tandem dimissi, concitatis Principibus ac Ciuita-
 tibus vt Smalcediæ clam inter se conueniant, fœdusque pro nouæ reli-
 gionis defensione ineant, persuadent. Cumque primum inter se conue-
 nire non possent, Argentineses in quindecim annos cum Bernaribus,
 Tigurinjs, ac Basiliensibus fœdus fecere. Interea Bononiæ ad redimien-
 dum per Pontificem Clementem corona aurea Cæsarem necessaria
 instruebantur: quibus paratis, Pontifex eam Cæsari magna cum pōpæ
 imponit, cum ante biduum ferream Lombardici Regni coronā capite
 suscepisset, Heinrico Nassauio, ac Noircarmæ Regulo, primis Cæsaris
 Cubicularijs, eum semper solennibus vestibus induentibus ac exuen-
 tibus. Facta sunt hæc Bononiæ vigesimo-quarto Februarij anno 1530.
 Cæsaris natali die, illique faustissimo; eodem enim & Regem Franci-
 cum ad Papiam cepit, & prima argenteaque Romanorum Regis co-
 rona Aquiligrani est redimitus. Peracta coronatione, Cæsar multos di-
 uersis ornat honoribus, ac inter alios Anthoniū Croniacū, Reusij, Do-
 minum, Comitem renunciat. Qui exactam huius pompæ descriptio-
 nem petit, legat Paulum Iouium Historiæ lib. 27. Exinde Cæsar in
 gratiam recipit Ferrariæ Ducem, ei Carpiū Oppidum, acceptis sex-
 centis auri libris, in perpetuum beneficium concedens. Tum Mantuanum
 venit, omni que magnificentia genere à Marchione Frederico excul-
 tus, eum ante abitum, dato Diplomate, Ducem renunciat. Pontifex
 sine Martij Romæ reuertitur. Hac ætate Antistes Ultraiectinus Hein-
 ricus Bauarus, dignitatem eiurans, summo Pōtifici reddit, ac Vorma-
 tianus sit Antistes, successitque ei Ultraiecti Guilihelmus Eincafor-
 dius,

1530. dius, Derthufenſis Antifteſ Cardinalis, qui per Legatos has dignitates rexit, Romæ (vt diximus) habitans, ac moriens. Augebatur interea Indies Aurantij ad Florentiam exercitus, quod, facta per Italiam pace, præterquam in Hetruria nullum militi bellum nec præda ſe offerret. Valtius Florentia cum iuſta manu profectus, Empolim expugnat; Volaterras ter frustra oppugnat. Florentini ab alia parte, Duce Stephano Colonna, ac Babylonio Malateſta, ante auroram Germanorum caſtra inuadunt. Sed Malateſta tardiùs ſubſequentem, qui priores caſtra inuaſerant, multis trucidatis, à poſterioribus in Urbem repelluntur. Poſt captam Monopolim Florentini commeatu egere cœperunt. Eius comparandi cauſa Ferruccius Florentinorum Dux, qui Volaterras defenderat, cum iuſta manu Piſas profectus, copias augebat, vt commeatu in Urbem importaturus, ſeque vrbaniſ iungens copijs, prælio cum Cæſarianis certaturus. Rebus omnibus paratis, cum copijs Piſas egreditur. Aurantius de eius aduentu ac viribus dudum certior factus, cum maiori manu obuiam progreditur, ac Ferruccium in Piſtorienſium montibus adeptus, prælium committit. Cumque non Ducis, ſed equitis officio functurus, inter primos equum calcariſ incitat, bombardæ manualis globo traiectus cadit: Florentini funduntur: captus Ferruccius à Maramaldo priuata inimicitia cauſa occiditur. Capitur & Ioannes Cæres, cum pleriſque clarioribus Præſectis: cecidere è militum vulgo multi. Hac pugna fracti Florentini, cum denuo caſtra Cæſariana inuadere ſtauiſſent, Malateſta ſe ſecutum negante, quod res temeritatis deſperationiſque plena, Vrbi nil præter extremam calamitatem, Ducibuſque ſummam ignominiam adferre poſſet, nil eſt factum. Cumque ad ſeditionem res ſpectaret, prudentum interceſſione neceſſitati cedentes, quarto Idus Auguſti quatuor Oratores in caſtra ad Ferdinadum Gonzagam (qui Aurantio, Valtio ad Cæſarem profecto, ſucceſſerat) pro compoſitione mittunt, ac poſtero die his legibus conueniunt: Florentini Cæſarianis militibus debita hoc bello ſtipendia perſoluunt. Urbis ſtatus è Cæſaris arbitrio. intra tres proximos meſes componitor. Libertas ſarta tecta manero. Omnium iniuriarum obliuio eſto. Baleonius Malateſta, cum duobus peditu millibus, Urbis cuſtodia præſto. Germani ac Hiſpani, acceptis ſtipendijs, in agrum Senenſem proficiſcuntor. Medicejs patria ac bona reſtituuntor. His ita tranſactis, Cæſarianum præſidium in Urbem admittunt; redeuntelque cum eis Medicej, Reipublicæ munia eis committuntur, pauloque poſt Cæſar Alexandrum Mediceum, è Pontificis voluntate, Hetruria Ducem renunciat, tradita ei in vxorem Margaritha filia notha, è formoſiſſima Belgarum virgine nata. De hoc bello prolixè Paulus Iouius Hiſtorie lib. 27, 28, & 29 agit, quem Lector conſulet.

fulet. Interea Cæſar in Germaniam profectus, Auguſtam VVindelicie 1530. Idibus Iunij venit. Conſcripſerant Auguſtani octo peditum cohortes ad Urbis cuſtodia. Cæſar, iſ exauthoratis, alios in nomen ſuum adactos Urbem tutari iubet. Saxo Cæſari ad Miſſe ſacrificium eunti gladium de more præferre iuſſus, id facere non eſt auſus, antequam conſulti Theologi Lutherani id illi licere cenſuiſſent. Adeo enim arrogantes nouarum religionum legumque latores erant facti, vt non ſolum imperiti inconstantique populi animos obſidere, ſed primorum etiam Principum mentes ſuo imperio aſſurè ſubiicere non dubitarent. Ac quoniam tantæ authoritatis Imperator, tot Regnorum poſſeſſor, Germanie terror, Hiſpaniæ, Italiæ, ac Galliæ domitor, triginta tantum annos natus, Germanie, cariffimæ patrie ſue, ob perturbatas veteres leges inquietiſſimæ, pacem tranquillitatemque procurare adnitebatur, præcipuaque hæc eius aduentus cauſa erat; paucis referre libuit, qua ratione ad Auguſtam ſit receptus: per integrum enim ſerè decennium Germaniam non viderat. Bononia igitur, vt diximus, Cæſar Mantuam, indeque per Venetorum Ditiones trans Alpes Oenipontem (*Inſprung* Germani vocant) venit, vbi Mercurium Garinariam Cardinalem, poſtremum Burgundiæ Cancellarium, ac Conſiliarium maximè intimum, morbo ereptum ſepeliuit, ſubſtituitque illi Nicolaum Perenorum, Granuellæ Dominum, natione Burgundum, qui Cancellarij primiſque Conſiliarij munere functus, titulo abſtinuit; virum ingenij, iudicij, ac memoria ſingularis, quibus dotibus ad ſummum dignitatis faſtigium, è mediocri loco, ſuo merito ac Cæſaris liberalitate euectus, liberos vtriſque ſexus, non minoribus corporis animique dotibus à Deo ornatos, reliquit: è quibus cum hæc ſcriberè, Anthonius Perenotus, Granuellæ Cardinalis, ſexageſimo-nono ætatis ſue anno, menſis Septembris die vigefima prima, anno 1585. Madrilij in Hiſpania, ſummis deſunctus honoribus, honeſtiſſima relicta fama, è viujs deceſſit, ſuperſtite fratre natu minimo Frederico Perenoto, Châpagnij Domino. Suſceptus eſt Cæſar Oeniponti à fratre Ferdinando, omnibuſque Aſtriæ Proceribus, ſummo cum honore, qui ei ad quatuor milliaria Germanica obuiam prodierant. Diſcedens Oeniponte, comitatum in duo agmina diuidit. Vnum Auguſtam præire iubet: ipſe cum fratre alteri ſe agmini iungès, Suaſium contendit, iuxtaque annem Oenum obuias habet operas metallicas. Erant hæc ad quinque virorum millia, in duas acies militariter inſtructa diſtributaque, ſingulis ordinibus ſeptenis viris conſtantibus: quæ cum inclinatis armis metallicis ad tympanorum ſonitum congreſſuræ viderentur, altera acies à ſeptingentis alijs metallarijs, ex inſidijs prodeuntibus, à tergo inuaditur, inque fugam conijcitur: tanto hæc omnia cum ordine, vt aſpicientibus ingentem excitarent voluptatem.

1530. rem; statimque denuo omnes in vnam coacti phalangem, Cæsarem cum fratre ad Oppidum deducunt, magnifq; vocibus felicè aduentum, sæpius repetito clamore, congratulatur. Præfecti metallorū ac operarū Cæsari dant dono argenteum ingentis magnitudinis nummū, centum quinquaginta librarum, in quo biceps aquila, corona redimita, habens in pectore clypeum, cui auita recentisque parta Cæsaris Regna artificiosissimè insculpta erant. Hinc in Bauariam cum fratre Cæsar profectus, Monachij à Duce Guilhelmo ac Lodowico, nullo honoris genere omisso, excipitur. Scenicorum ludorum magnus exhibebatur numerus, equites peditesque ludicris certaminibus pro honore decurrebant, conuiujs ac epulis nullus excludebatur. Decimo-quarto Cal. Iulij Augustæ Cæsar appropinquans, Principes, qui eò ad Comiticia celebranda conuenerant, in equis obuiam prodeuntes conspicit, equibus præcipui erant hi: Ioannes Dux Saxonie, Septem-vir, cum filio Ioanne Frederico, Franciscus Dux Luneburgi, VVolfgangus Anholtij Comes, Ioachimus Marcgrauus Brædeburgij, Septem-vir, cum filio Frederico, Heinricus Dux Brunswichi, Philippus Lantgrauus Hesiæ, Ioannes Anholtius, Arnoldus Brunswikius, Philippus Antistes Spirensis, Hertmannus Archiantistes Colonienſis, Septem-vir, Albertus Archiantistes Cardinalis, Septem-vir Moguntinus, Georgius Brandeburgius, Lantgrauus Luchtenbergij, Georgius Dux Pomeraniæ, Georgius Saxo, Conrardus Antistes VVittenbergij, Baltazar Antistes Constantiensis, Euerardus Marcanus, Antistes Cardinalis Leodiensis. Hi in conspectū Cæsaris veniētes, in pedes desiliūt: singulis Cæsar pro gentis more dextram porrigit. Archipræsul Moguntinus, Imperij Orator, omnium nomine aduentū felicè Cæsari gratulatur. Gratias omnibus Cæsaris nomine agit Fredericus Comes Palatinus, Septē-vir. Tum singuli equos repetunt, ac cum Cæsare, eiusq; fratre Ferdinando, ad Urbē pergunt. Ciues verò ac milites hac ratione Cæsari obuiam ex Urbē processere. Trahebantur ante omnia duodecim maiora tormenta, quorum magistri ac ministri albis omnes erant vestiti, quemadmodum & ij qui ijs præsidio erant destinati. Subsequebantur pedites sclopetarij, tum ciues pro arbitrio armati, nigris omnes amicti, ac holoseris thoracibus induti. Hos mercatores cineritij coloris vestibus vestiti, thoraces è satinio confectos gerētes, ac in pileis lutei coloris plumas ferentes. Hos sequebantur bis mille lancearij pedites milites, explicatis quatuor vexillis, ad tympanorum sonum incedentes: tum equites vestiti veste rubro, obmixtam fuscedinem deficientē. Deinde altera pars ciuium albo nigroq; vestitorū, plumas albi coloris gerētes, armis pulcherrimis conspicui, ac cum his equites cataphracti sumptuosè armati ornatique. Tum altera pars mercatorū tunicis iecorini coloris indutorum, quorum manicæ ac

simbriz

1530. simbriz aurei erāt coloris. Exinde Focquerij cineritio etiā colore præ-risissimo omnes vestiti. Postremi iterū erant milites bis mille ducenti sexaginta, tam equites quā pedites, mercede conducti. Hi omnes simul, appropinquante Cæsare, haud procul porta 12000. viros efficientes, vna quadrata acie constiterant, ac maiora minoraque tormenta per vices exonerabant. Quo factō, Magistratus cum nobilitate, ter in genua procumbens, summa cum reuerentia ac gratulatione Cæsarem salutat, medioque receptum ad Urbem deducit. Solus equitabat Cæsar, generosissimo vectus militari Hispanico albi coloris equo, pro seſoris dignitate instrato. Ante portam sub aurea à quatuor Senatoribus receptus vmbella, in mediam deducitur Urbem. Tum à Præsule vniversoque sacro ordine honoratus, alia ornatissima susceptus vmbella, quam sex nobilissimi generis Canonici deferebant, ad summum deducitur Templum. Cum ante primam aram Deo gratias egisset, Diuosque omnes veneratus esset, illiq; à Præsule bene precatum, ad paratum hospitium diuertitur. Intrarunt autem omnes Urbem Augustam hac ratione. Præcedebat nominatorum Principum comitatus sumptuosissimè vestitus, eosque sequebantur Hispani ac Itali qui cum Cæsare venerant. Tum Bohemiæ Regis, Cæsaris fratris, domestici, rubro omnes amicti. Exinde Cæsaris comitatus, luteo holoserico indutus. Hos sequebantur tubicines Austriaci, albo ac rubro colore tecti. Tum Cæsariani voluntarij, luteo nigroque colore conspicui. Deinde sympanistæ ac tubicines, peditum equitumq; singuli Principum suorum gentilicios colores vestitu ostentantes. Deinde sequebatur Rex Ferdinandus, cum dictis Principibus, omnibusque Proceribus. Tum Regis ac Cæsaris corporum custodes, pedites ac equites. Saxoniæ Dux Cæsari nudum præferebat gladium. Tum Cæsar sub vmbella Senatus Augustani. Post sequebatur Bernardus Cardinalis Tridentinus, Georgius Antistes Brixienſis, Matthæus Cardinalis Saltzburgensis, Christophorus Præsul Augustanus, Cardinalis Cæpegij, summi Pōtificis Legatus. Tū Legati Regum Franciæ, Portugalliæ, Venetorū, multorumque aliorum Principum. Postremò Belgarum Burgundionumq; Proceres, quorum omnium terga claudebant mille quingenti Cæsaris equites cataphracti, lutei coloris vestibus supra arma ornati: ac tandem magni numerū Hungarorum numerus, purpureis omnes vestimentis conspicui: quorum vestigijs hærebāt equites Augustani antea nominati. Hoc ordine Cæsar in mediam vsque Urbem deducitur. Posterum diem, sacro Christi corpori hoc anno dicatum, Cæsar cū omnibus Principibus (exceptis Protestantibus) summa cum pietate celebravit. Ferebat sacram sub vmbella Eucharistiam Archipræsul Moguntinus, cuius dextram Rex Ferdinandus, sinistram Ioachimus Marchio Brandeburgius tenebat.

1530. bat, ponè solus sequebatur Cæsar, nigro holoferico simpliciter vestitus, ardentè, vt cæteri Principes, manu ferens tedà: deinde vniuersus sequebatur populus, ijs exceptis, quos Lutheri deterrebant minæ. Inter hos erât Ioannes Dux Saxonix, Georgius Brandeburgius, Arnoldus Dux Luneburgi, Philippus Lâtgravius Hafsix, V Volfgangus Anholrij Comes. Præcedebant Moguntinum domestici Nobiles cum tedis ardētibus, Cæsar, Regis Ferdinandi, cæterorumq; Principū Catholicorū sacer ordo, ac symphoniaci. Missæ Sacrificiū faciebat Moguntinus, in honorem laudemq; Sancti Spiritus. Concionatus est ad Cæsarem, Regem, Principes, ac populum Pimpinellus Archipraful Lofannensis. Iulij die vigesima Cæsar cum Principibus Comitijs Augustanis initium facit; eiusque nomine primus Principes alloquitur Fredericus Comes Palatinus, ac ad pacem, religionisq; consensum, omnes enixè adhortatur, vtque defectores Principes eodem perducât, persuadere conatur. Eo silente, & alij, Cæsar, iussu, viri docti & disert, diuersis orationibus Germanos ad pacem, religionis cōsensum, ac bellum in Turcam decernendum admonent. Principes Protestantes oblati libellis, ac ex Imperij Principibus nouæ religionis Concionatores effecti, Cæsarem, legat, recteque perpendat, vrgere non desistit. Is rem viris doctis committit. Verùm cum oblacioni libellorum, in quibus semper de noua religione agebatur, modus nec finis esset, Cæsar cum fratre Ferdinando vigesimo-tertio Decembris Augusta discedit, nil à Germanis in causa religionis obtinēs, iubēs Septem-viros initio Ianuarij Colonia Agrippinæ sibi præstò adesse, ad eligendum nominandumque Romanorum Regem. Et quoniam his Comitijs in Vrbe Augustana primùm Protestantes nouæ religionis capita Cæsari exhibuissent, Confessio Augustana est appellata, eadem planè quæ Protestantium Secta. Tum varia inter se Germani ac cum vicinis fœdera ineunt; iterumque mense Decembri Smalcaldiam conuenientes, fœdus mutux defensionis causa faciunt, nouosque aliquot socios recipiunt, ac ad Reges, Principes, Ciuitatesque quæ nondum coniurarent, mittendum, vt se iungant, decernunt. Sumit verò Smalcaldicum fœdus hoc tempore serio initiū, desistitque eodem anno Sueuicum. Mense Septembri Cæsar, Imperialibus indutus vestimentis, extra Urbem Augustanam nudo in campo fratri Ferdinando, alijsque aliquot Principibus, clientalia Imperij beneficia confirmat, Equites creat, variosque honores varijs largitur. Tum ludicra belli spectacula inter pedites equitesque celebrantur, concurruntque Cæsar & eius frater inter equites summa cum laude, ac spectantiū voluptate. His quoque Comitijs Cæsar, consensu Septem-virū, cæterorumque Germaniæ Procerum, Ciuitatem Traiectum ad Mosam (vulgo *Maastricht*) Brabantix asseruit, eiusque in posterum absolutum esse mem-

membrum voluit; pronuntiataque contra Leodienses sententia, (cum dimidiam eius partem Ditioni Leodiensi vindicare dudum fuissent conati) litem illam in posterum controuersiamque, imperato omnibus silentio, iacere, nec amplius fuscitari moueri que, iussit. Cumque Antistes Leodiensis Euerardus Marcanus, Leodiensiumque Legati, in Principum confesso contra essent obtestati, ijs à Cæsarianis clarè ac disertè cōfutatis, iudicij Spirensis Assessoribus vetitum fuit, ne Leodienses, eorumque Antistites, hac de re ius petentes, & litigare cupientes, audirer, admitterentve. Pridie Cal. Decembres sub mediam noctem Mechliniæ è viuus decedit Margarita Austriaca, Cæsaris Maxæmiliani primi filia, Caroli Cæsaris amita, ætatis anno ferè quinquagesimo-secundo, Belgicæ gubernationis circiter vigesimo-tertio, sepeliturque, vt iusserat, corpus Burgis in Hispania iuxta fratrem, cor Brugis Flandriæ apud matrem, Mechlinia, vt patria, sibi viscera seruante. Iustis illi pro dignitate solutis, Cæsar in eius locum, se absente, Belgis præesse voluit sororem Mariam Austriacam, viduam Lodowici Bohemiæ ac Hungariæ Regis, quam ex Austria Augustam perductam, in Belgiū se proficiscentem sequi voluit. Interea Francorum Rex Franciscus omnia pararat, quæ ad recipiendos obsides filios, è promisso fœderis Cameracensis, erant necessaria, Cæsarisque pignora ab Angliæ Rege impetrarat. Itaque Anna Mommorancius, primus Curix Regalis Præfectus, mense Ianuario huius anni cum auro ad Fanum Ioannis Lusij venit. Conestablis verò Castellæ cum Regijs filijs Fontarabiam, cuius mœnia præterlabitur amnis Tolosa, Galliam ab Hispania eò loci separans. In Hispania est Fontarabia; in ripa Gallica Pagus Andaia dictus. Amnis ad Fontarabiam in mare cadēs, eius æstu intumescit; decrescente Oceano, pediti ferè in æstate transitum præbet. In hoc ane longa stabat nauis, vtriusque Regni ripam ferè contingens, anchoris ita firmata, vt cum maris æstu erigi ac surgere posset. Hic monetarij ab vtraque parte de auri natura disputantes, idque examinantes, tres triuere menses. Eò tandè descensum, vt Franci summæ mille ducentorum millium aureorum liliorum quadraginta nullia adderent, vt conditionibus satisfaceret: quod necesse non fuisset, nisi Præxus, Franciæ Cancellarius, lucrum se Regi facturum arbitratus, iterum aurea lilia examinari voluisset; quo facto, summæ quadraginta millia ad auri puritatem deesse, compertum fuit. Ita inanis nimiumque sibi fidens curiositas damnosa Francis fuit. Aduenit summo mane Mommorancius cum auro, quo viginti & duæ oneratae erant mulae; exploratisque ab vtraque parte locis & vijs, vt cōuenierant, Franci aureum lilium, pretiosam supellectilem, Cæsaris syngraphas ab Angli impetratas præsentant. Tum demum auream monetam naui imponunt, traduntque Conestablis Castellæ ministris: illi

1530. verò Mommorancio sanos restituit Regis Francisci filios, ac sponsam Leonoram, quos Rex (qui hæcenus Burdigalis substiterat) summo cum gaudio suscepit; ac sub anni initium Leonoram in vxoré ducit, menteq; Martio corona aurea ad Fanum Dionysij redimiri, solemnemq; Parisijs nuptias celebrari curauit. Sub idem ferè tēpus Parisijs in carcere sine liberis obiit Maxemilianus Sfortia, decimo-quinto captiuitatis suæ anno, nihil sine patre miser adolescens felicior. Initio anni

1531. Franciæ ac Angliæ Reges alieno se à Cæsare animo declarare incipiunt: hic ob materæ Cæsaris repudium, quod ægerrimè eum ferre sciebat; Francus felicitatis ac gloriæ Cæsarianæ splendore inuidia correptus, quiescere non poterat, sed noua consilia spectare, nouosque excitandos motus decernit. Quare vt Solymannum Turcarum Regem ac Protestantes Germaniæ Principes in Cæsarem concitet, clam Legatos mittit, cum vtrisque communicatis consilijs secretum fœdus iniens, hoc tamen anno, pudore coactus, à bello abstinens. Cæsariani Duces Pontifici gratificaturi, reductis Senas Monijs, Vrbisque statu non immutato, trecentos tantum Hispanos pedites in præsidio reliquerant, Melphianoque Principe Vrbi præfecto, exercitum è finibus deduxerāt. Paulo etiā post Iudices à Cæsare constituti sententiā de Murina ac Rhegio pro Ferrariæ Duce, contra Pontificè, Oppidis Duci adiudicatis, tulere. Pontifex ægerrimè rem ferens, ac Cæsarem sui exiguā ratione habuisse censens, implacabiles contra Ducem inimicitias animo concepit. Nonis Ianuarij Ferdinādus Bohemiæ ac Hungariæ Rex, Archidux Austriæ, Coloniæ Agrippinæ, præsentè Cæsare, à maiori Septem-virū parte Romanorum Rex renunciatur, reclamante, facta obstinatione, Saxone, omnibusque Protestantibus. Tertio Idus Ianuarij corona Caroli Magni argentea Aquisgrani magna cū pompa redimitur, Cæsariq; publicis literis edicit, eum omnes Imperio subditi pro Rege agnoscat, suscipiāt, reuereātur, ac obediāt, expressè eadē de re ad Saxonem omnemque Protestantes scribēs. Coronatio autē hac ratione est peracta. Cæsar, Rex, Septem-virū pars maior, magnaq; Procerū multitudo insigni ornatu Aquisgranū cū bis mille ducētis equis veniūt. Cæsar postero die solemnibus vestibus Imperialique diademate ornatus, cumque eo Rex Ferdinādus, Septem-viri, cæteriq; Principes, decenti ordine ad Tēplum D. Virginis Mariæ eunt, præcedentibus domesticis Nobilibus, Legatis castrensis, duobusq; equitū Præfectis è familia Pappenheimica, quorum alter nudū gladiū, alter pretiosissimā vaginā præferbat. Hos Ioachimus Brandeburgij Septem-vir Imperialem globum, ac Lodowicus Palatinus Septem-vir sceptrum ferens sequebatur. Cæsar in medio solus ibat, ponē eius sinistrū latus Rex Rom, extremū agmen exterorum Principum Legati claudebāt. Septem-vir Coloniēsis sacrum peragebat.

Interea

Interea Rom. Rex solemnè Caroli Magni veste, quæ Norimbergafuerat 1531. allata, de more induebatur, in capite, pectore, ac scapulis inungebatur, ac tandem corona Caroli Magni, à multis hæc annis cōseruata, per tres Septem-viros Archipræsules, Moguntinum, Coloniēsem, ac Treuirensē, precibus ad singula additis, insignitur, Rexque Romanorum declaratur, nominaturque. Sacro cæremonijsq; coronationis absolutis, Cæsar, Rex, ac Principes, ad Vrbis Curiam prorsum eunt, auream argenteamque monetam in plebem, dum eō venissent, spargentes. Ante Cæsaris hospitium duæ stabant erectæ columnæ, vtraque in fastigio leonem, ac supra hunc bicipitem ferens aquilam. E pectore aquilarum per totum diem vinum rubrum, è leonum faucibus album proflebat. Decimo-nono Cal. Februarij, cum se Magistratus ciuesque Aquisgranenses Romanorum Regi sacramento obstrinxissent, postero die Cæsar cum sorore Maria in Brabantiam, Rex Rom. in Austriam contendit. Coloniæ Rex propinquus, à quinque millibus peditum ac multis equitibus in Vrbem deducitur, paucisque diebus honorificè lauteque cum comitatu tractatur. Deinde accepto sacramento, Spiram Nemetum proficiscitur, vbi septimo Cal. Martij eodem cum honore est receptus; salutatusque in itinere ab Augustanæ Vrbis Legatis, obsequium offerentibus, consensū naui, secundo Danubio in Austriam peruenit. Protestantes Germaniæ Principes, considerantes Cæsarem nouæ religionis dogmata omnino auerfari, ac proinde vim aliquando ab eo timendam, tertio Smalcaldiam conueniunt, literasque ad Reges Franciæ, Angliæ, Daniæ, mariti atq; eius tractus Ciuitates, ac ad alias Imperij dāt Vrbes, secum fœdus propagandæ nouæ religionis causā ineant petentes. Dant omnes spem, neminem tamen subscribente. Vt verò ratione munire se viderentur, cōuocant Theologos ac Iuriscōsultos, proponunt an salua æquitate pietateque contra legitimum Principem fœdus inter se facere possent. Negant Theologi arma rectè ac piè cōtra legitimum Principē sumi. Idem affirmant Iuriscōsulti, sed sub cōditione: expressas enim esse legibus causas, quando id iustè pieque fieri possit. Faretur Lutherus se id antea ignorasse. Arrepto igitur statim calamo, contra quam sæpius scripserat, ac in publicis concionibus docuerat, populum aduersus Cæsarem, omnemque qui Protestantibus essent arma illaturi, vehementer concitat, æterna cōminatus supplicia his qui ad Cæsaris iussu castra; nunquā desitura promittēs gaudia, qui se ac cōsilio Protestates iuuissent. Quū semel increpuiisset hæc tuba, mirū quā auidè à turbulentis, inquietis, ambitiosis, ac per causam religionis vulgi imperitia abutentibus hominibus, diuersis Europæ Regionibus, ad arma sit cōcursum. Experimur (proh dolor) in hodiernū vsq; annū 1598. huius tubæ ærūnosissimū stridorē, nec quādo sonare desinet adhuc videre possumus, Deus

NN 2

scit.

1531. scit. Cæsar omni ratione Protestantes ad veterē religionem reuocare conatus, multis legationibus ac scriptis ē Belgio ad eos missis, frustra egit. Pertinacissimē enim sibi Lutherum eiusque dogmata defendenda proposuerant. Is verō eorum mentes (corporibus, vt mentibus imperaret, nihil non permittēs) in miseram seruitutem redegerat. Quarto Idus Octobres Heluetij Zuingliani (noua hæc Berengariana, Luthero contraria, erat secta) Catholicique collata acie inter se concurrunt, victoria (cadente Zuinglio, resuscitata sectæ authore) penes Catholicos stetit. Post paucos dies iterum, imō tertio ac quarto congressi, eadem fuit Zuinglianorum fortuna, semper Catholicis vincantibus. Quare Deum Berengarianæ sectæ fauere nolle conspicientes, relicta Catholicis a uorum religione, ipsi Zuinglio adhaerentes, pacem inter se faciunt. Eodem mense obiit Lodowica Sabauda, mater Francisci primi Francorum Regis, mulier ambitiosissima. Mense Decembri Protestantes Francofurtum conuenientes, ea, de quibus diuersis conuentibus inter se consenserant, Tabulis exarata, propria manu subsignant. Circa Cal. Octobres Christiernus secundus Daniæ Rex exul exactusque, cum iusta neque à Cæsare, neque ab alio Christiano Principe, auxilia impetrare potuisset, consensu Cæsaris à Belgis mutuò accipit duodecim onerarias naues maiores, ac mediocrē pecunię summam; coactisque circiter decem peditum millibus, ac aliquot voluntarijs, classi imponit, Norwegiamque versus contendens, inde se Daniam amicorū operā facile subacturum sperabat. Appellit cum classē Anfloium, munitiōnemque Aggerhusianam deditiōne obtinet. Ex aduerso adiuti à Lubecensibus Fredericus electus Daniæ, ac Gustauus Sueciæ Rex, conatibus Christierni facilē resistere: quo motu huic anno factus est finis. Nam propter hiemis summam ea in Regione asperitatem, agi ab vtraque parte parum potuit, non paucis nauibus tempestate delectis: cuius belli occasione factum est, vt summa annonæ apud Belgas esset caritas. Lubecenses enim Danis coniuncti Zontam clausērunt, nec Hollandos eam transire volebant, ægerrimē ferentes quòd nauibus, pecunia, ac milite eorum instructus Christiernus molestum eis concitasset bellum, quanquam eò Regem Christiernum redegissent, vt Anfloij muris inclusus, se defendere cogeretur. Tandem mense Iunio Belgæ cum Danis ac Lubecensibus Copenhauia congregati, firmā æternamque pacem faciunt. Tertio Decembris Cæsar in Germaniam profecturus, Tornacum certis de causis contendit, ibique eodem die Equitum Aurei Velleris numerum, nouis aliquot ascitis, supplet. Mense Ianuario anni

1532. Cæsar ē Belgio Ratisbonam ad Comitiam contendit; Calendisque Februarij Moguntiam veniens, Archipræfule ac Palatino petente concedit, cum Protestantibus de pace agi liceat. Sed nunquam res ad optatum

tum finem peruenisset, nisi Solymanus Turcarum Rex cum trecentis virorum millibus ad expugnandā Austriæ Viennam aduenire fuisset nunciatus. Quare concedente Cæsare vt ad tempus generalis aut Prouincialis Concilij, Protestantes, sine vlla molestia, religionis nouarum ritibus vterentur, communibus omnes consilijs ac animis auxilia Cæsari contra Solymanum mittunt. Erant autē in Protestantium fœdere Germaniæ Principes septem, Ciuitates viginti-quatuor. His se non religionis causa, sed quòd Ferdinandū Rom. Regem creatum non probarent, Bauari fratres iunxerāt; Rex quoque Francorū, qui apud Bauaros centum millia aureorū liliorū deposuerat, maiora pollicitus auxilia, si eis à Cæsare aut Ferdinando vis inrentaretur. Erat & eis hac de causa operā pollicitus Anglus, qui, repudiata Cæsaris matertera, Annā Boulainam, ex se in adulterio grauidā, vxorē ducere animo decreuerat. Cæsar interea Ratisbonæ agens, placatis aliqua ratione Protestantibus, vndique copias contra Solymanum in vnum cogebar. Camerę Spirensis (ita Imperij iudicalem vocant Senatū) reformationē certis cōmittens Principibus. Obijt hoc tēpore Ratisbonæ Ioannes filius vnicus Christierni secundi Daniæ Regis, natus ex Elisabeta Cæsaris sorore, ætatis anno decimo-sexto, Cæsarem auunculū sequutus; eodemque tempore pater eius Christiernus, Anfloij à Danis, Suecis, ac Lubecensibus obsessus, tandemque per speciē compositionis in hostiū classem cum paucis ingressus, causantiū (sed falsò) quòd leges induciarū violare esset conatus, Sundeburgi, Arci Holsatiæ munitissimę, caprius includitur, in qua tandem miser, Regno libertateque priuatus, post aliquot annos obiit, duabus tantum filiabus Christierna ac Dorothea ē sorore Cæsaris apud Belgas enutriendis relictis. Interea vndique copiarū, quibus Solymano obuiam iretur, cogeabantur. Is enim non ita dudum occupata Hungaria in Austriam irruperat, ac Viennam magno conatu impetuque frustra aliquoties oppugnarat, fortiter eam defendente Philippo Palatino, cui discedens minare fuerat, se breui maioribus comitatū copijs rediturū. Id nunc re cōprobaturus, iter accelerabat. Vastius ac Leua, adductis veteribus nouisque Hispanorū ac Itatorum cohortibus, cum quatuordecim militum millibus, exceptis voluntarijs, ad Cæsarem veniunt. Sequebatur Ferdināus Gonzaga cum duobus millibus galeatorū equitum, exceptis voluntarijs. Andreas Auria ingentem mari classem instruebat. Belgarum quoque ac Burgundionū instructissimæ superuenere copiarū, ipseque Cæsar per Maxamilianum Oberstainiū ac Tamesium, Germanorum peditum veteres Præfectos, qui diu in Italia militarant, ad duodecim millia mercede conduxit. Pontifex Clemens Hippolytū Medicæ Cardinalem, cum multo auro ac nobilibus aliquot Præfectis, ad Cæsarem Legatū mittit, Anglus Cæsari ac Pontifici iratus, quòd diuor-

1532. tium cum Catharina Cæsaris matertera improbarent, nil misit auxiliij, quemadmodū nec Francus, clām Solymano fœdere iunctus. Cum quæ Cæsar per Legatum auxilium aut aurum, è postremi fœderis legibus, petiisset, respondit, Cæsarem non ita pridem Franciam auro exhaustisse, militem verò non se posse mittere, ne Regnū veteranis nudatum, hostibus inuadendū diripiendūq; exponere videretur. Interea Solymanus in Stiria castra habens, Bassam Casonem cum quindecim millibus equitum excurrere, ac Austriā Germaniamque euasitare iubet. Is Lincium (alijs Lincem) prætergressus, rusticos diuersis locis ad arma concurrentes cædens, cum immensa hominum pecorumque præda ad Solymanum regredi instituit. Vastius ei occursum, ad Fanum D. Hippolyti properat. Frædericus Palarinus, Germanicorum auxiliorum Imperator, ad Viennā castra mouet. Austriaci Duces suas etiā educūt copias. Idem facit Lodowicus Lodronius. Idem Bohemi, Morauī, ac Hungari, singuli diuersis locis in insidijs, vbi transiturū Casonem existimabat, confidētes. Primi omnū Neustattij (quod Neapolitan sonat) hostis aduentū vicinis significant, ipsique cum quinque millibus peditū egressi, opportuno loco ad occupandas vallis, per quam Turcæ incedebāt, fauces aciem instruant, è quibus quatuor Itatorū ac Hispanorū cohortes, temere in hostem inuectæ, cæduntur, multis fortibus desideratis viris. Exinde Caso quatuor captiuorū millia, ne oneri essent, trucidat; duobusque factis agminibus, diuerso itinere reditū parat. Primum agmen Duce Ferisio per siluas ad Meridiem contendens, non viso hoste ad Solymanum incolūm peruenit. Alterum Duce Casone iuxta Oppidum Storimbergā in Palatinū incidit. Habebat is duodecim millia peditum, duo millia equitum lanceatorū, ac viginti tormenta, quæ in pertrans-euntes exonerata hostes, complures discerpere: deinde vniuersis incumbens copijs, magna Turcarum edita cæde, omnes in fugam conijcit. Capitur supremum militare vexillum, interficitur Bassa Caso, ac cum eo promptiores quique. Casonis vexillum, claua, ac cristata galea ad Cæsarem perfertur. E valle in campum Turcæ, tertia suorum parte desiderata, elapsi, mox in Lodronium incidunt: qui cum Brandeburgio, extensis in longitudinem copijs, lunata eos acie excipit; ac cum ægre elabi possent, ad satietatē trucidat. Qui hinc euasere, in patentes effusi campos, reflexis in gyrum equis, facillè Germanos equis grauioribus vrentes eludunt, intentoque cursu ad Norici Oppidi amnem perueniunt, vt que corpora equosque rescicerent, se parare incipiunt. Sed Austriacorum copix diu Turcas quaritantes superueniunt, cum quibus vel inuiti pugna inæquali congressi, fortiter tamen se defendebant, non quidē pro victoria, sed qua ratione manus eorum euaderent, certates. Quumq; insigni & hic accepta clade equorū pernicitate

1532. citate elapsi essent, omneq; iam periculum superasse se putarent, in Hungaros tandem equites toties fusi cassique incidunt, qui eis extremam intulere calamitatem. Pernicitate enim equorum, genere armorum, ac disciplina pares, recentibusque equis aduenientes, cursum adæquabant, ac ad multa passuum millia cadendo, sternendo, capiendūq; sequebantur, amarissape sarcasinis eos increpantes, ac ànne veteranos fugere puderet rogantes, flarent, corpora iungerent, alteroq; anno ad deuastrandam Germaniam maiori manu reuerterentur, eos in hypocaustis perpotantes se reuerturos. Ex octo millibus Turcarum equitum qui cum Casone ierant, nulli ad Solymanum, per paucos autem itineribus Belgradum peruenere. Cæsar Solymanum in Stiriam penetrasse certior factus, è Ducum consilio cum omnibus copijs Viennam ad Germanos tendit, ibi Solymanum expectare, ac de rerum summa decernere statuens. Habebat iuxta Viennam in castris Cæsar ducenta sexaginta hominum millia. At flos peditum centum millia, equitum triginta millia non superabat: cū quibus, quod ex acerrimis Germaniæ, Hispaniæ, Italiæ, ac Belgarum veteranis essent collecti, Cæsar acie cum Solymano certare, si aduenisset, ex omnium consilio statuerat. Non enim longius à Danubio recedere, ne ab immenso hostium equitatu comiteatu intercluderetur, decreuerat. Tormentorum Cæsari ingens aderat numerus, quæ per calefacta, & ad exonerandum in idonea facta, plaustris rotisque eiecta, hisque implicata, pediti contra hostilis equitatus inuasionem, valli loco, obijci iusserat. Sed Solymanus, consilio Cæsaris perspecto, disciplina, militum virtute ac ardore motus, conuersis signis Drauum ac Sauum amnes cum omnibus copijs trajicit, Belgradumque reuertit, vltra triginta hominum millia in captiuitatem abducens, cū non minorem numerum diuersis locis trucidasset. Dixisse Solymanus ad familiares fertur, non se temulentos Germanos, sed Caroli fortunam reformidare, quæ eum in hunc vsque diem non deserēs, insignes victorias tribuisset. Cæsar, cognito Solymani regressu, in Italiam reuerti statuit, quicquid frater Ferdinandus rogaret, Ioannem Vaiuodam Hungaria eiiceret; cui nil aliud tribuit, quā vt Itali Austriacis iuncti, Duce Fabritio Maramaldo, in Hungaria bellum gererent. Sed Itali in seditiōe versi, ad octo millia virorū, inuitis Ducibus, domum contendere, reliqui cum Maramaldo mansere. Cæsar cū veteranis Germanis ac omnibus Hispanis per Forū-Iulij Venetorūq; Ditiones amicè ac pacatè incedens, Mediolanū peruenit, mensēq; Nouembri ad Ordines Imperij dat literas, iubēs pacē Ratisbonensem obseruent, fratresq; Rom. Regē agnoscat, sibi necessariō ex Italia in Hispaniā proficiscendū. Liberorū enim creandorū desiderio apud vxorē esse cupiebat, quod alter filius Ferdinandus paucis diebus super-

1532. vixisset. Sub anni finem Cæsar ac Pontifex iterū Bononiā cōtinere, sed in negotiorum communicatione non satis consensere. Cæsar enim, ad Germaniæ tranquillitatem, Concilij tempus ac locū à Pontifice indici cupiebat. Rem ille dilatam adhuc volebat. Cæsar, ne aliqua ratione fœdus cum Franco nec Anglo faceret, petebat. Ille se aliter non posse, quàm cum Franco amicitiam inire, docebat. Optabat Cæsar, Catharinam Medicæam, Vrbinatium Ducis filiam, Francisco Sfortiæ in vxorem daret. Asserebat Pontifex se eam Duci Aureliano, Regis Francisci filio, promississe. Sub initium autumnii Cæsar fit certior de inuentione Ditionis Peruana, in Occidentali plaga vltra æquatorum sita, operâ ac diligentia Francisci Pisarræ Trugillani Estremaduri repertæ. Hic enim anno præcedenti cum paucis nauibus, ac quingentis tantum Hispanis, mari se commiserat; repertaque noua Insula, Ciuitateque in ea cõdita, vtramque Diuo Michaeli consecrauerat. Inde Cassamalca in Peru appellit, vbi fratres duo de Regno Cuscano inter se contendebant, Guascar ac Atabalipa. Guascar viribus inferior, Pisarræ auxilium implorat. Ille, inuadendi Regni occasionem sibi offerri videns, promittit. Prodit in aciem Atabalipa in campo Cassamalcano plus quàm cum centum virorum millibus. Appulerat hoc anno ad Pisarrâ eius frater Ferdinandus Pisarra, cum nouis Hispanorum equitum peditumque exiguis auxilijs. Prodeunt fratres Pisarræ in aciem contra Atabalipam, tormentis in fronte dispositis. Ante congressum ad Atabalipam Legatum mittit, Vincentium Monachum Ordinis D. Dominici, qui Atabalipæ nunciat, Cæsari Carolo, cui multi ac magni parebāt Principes, sese dederet, tributum ei annuum solueret, Christianamque religionem amplecteretur, futurum alioqui vt summus Pontifex omnia eius Regna Cæsari daret, cum sit Legatus Iesu Christi, Filij Dei, qui è nihilo mundum fecisset, homoque factus, homines omnes in se credentes à seruitute maldæmonis liberasset. Respondit Atabalipa, lubenter se admittere amicitiam Caroli Cæsaris, cui tot Reges ac Principes parere dicat, donaque se illi pro merito ac dignitate lubenter missurum, tributum verò in hunc vsque diem Cuscanos Reges accipere, non dare, consueuisse. Quod de summo Pontifice adferat, eum se pro stulto habere, qui ea alijs donet, in quibus nec ius nec potestatem habet. Christum nec eius cultum se nouisse, ac proinde veteres Cuscanos Deos deferere nolle, maximè quòd iamdudum mortuum Christum dicat. Talem enim se Deum non cupere, sed adhærere Soli ac Lunæ, qui nunquam moriuntur. Quòd dicat Deum suum de nihilo mundum creasse, cupere se scire vnde id illi constet. Se enim existimare, hunc mundum aliquot annorum millibus extitisse, ipsum verò Vincentium nondum centesimū attigisse annum. Cupere igitur se scire, quid certi habeat vir iuuenis de re tam antiqua.

Tenebat

Tenebat Vincentius vna manu cruci affixi Christi imaginem; altera, sacra Biblia. Hæc ei tradens, illis ea contineri ait. Aperit volumen Atabalipa, inspicit, versat folia digitis, tandem auribus ac naribus admouet. Cumque se à libro nec alloqui, nec aliquo sensu admoneri sentiret, indignabundus eum in terram proiecit, dicens se à volumine ludibrio haberi, quòd tam mira ac multa Vincentio detegens, ne vno se verbo nec syllaba digraretur. Vincentius collecto volumine ad Pisarram reuertit, legationis suæ euentum exponit, vtque Atabalipæ impietatem vindicet castigetque rogat. Datur statim Hispanis prælij signum, exploduntur subito omnia tormenta, irrumpunt à lateribus equites, à fronte pedites, ceterumque ingentem faciunt. Barbarorum nullus se defendebat, sed Atabalipam indagine circumplexi, pugnae signum ab eo expectabant. At ille obstupefactus inexpectata Hispanorum inuasionem, vociferatione, tympanorum strepitu, tubarum clangore, maiorum minorumque tormentorum reboatu, sui ipsius ac proponedi pugnae signi obliuiscatur, adeo vt tandem maiori parte cæsa, Franciscus Pisarra cum paucis ad Atabalipam in solio aureo sedentem, ac in altum Procerum humeris elatum, cæsis aut in fugam coniectis proximis, peruaserit, eumque manu è throno in terram detraxerit ac ceperit. Vis auri ac argenti ingens cum quinque millibus feminarum ac virginum est capta. Atabalipa in amplissima Aula compedibus vincetus custodiebatur, promittens, si liber dimitteretur, se eandem Aulam aureis ac argenteis vasis repleturum, vsque ad diuidiam altitudinis mari partem, propria manu signum circuducens. Sed aut suorum proditio aut Hispanorum auaritia effecit, vt Atabalipa paulo antè baptizatus, ac Christianis Sacramentis munitus, stragularetur, multis argumentis, ne id faceret, impedire conatus, vtque in Hispaniam ad Cæsarem mitteretur frustra rogatus. Affirmabant Hispani, eum fratrem Guascarum paulo antè eodem modo è viuis sustulisse, quòd is non negabat, sed se ea de causa iussisse dicebat, quòd eum mortem suam procurasse certò sciret. Obtinuit hoc prælio Pisarra centum millia pondo puri puri argenti, ac tantundem auri, quæ summa ter centies millies ac vigesies sexties centena ducatorum millia præsentabat, exceptis alijs quinquaginta auri pennis (vt Hispani loquuntur) è qua præda tantum sibi seruauit auream purissimam cassidem, qua Atabalipa in solio sedes circundabatur. Facto prælio, Pisarra cum Hispanis Urbem Cuscam occupat, Regemque cõstituit Mangam, tertium Atabalipæ fratrem, à quo plus auri & argenti quàm superiori victoria accepit. Miles Hispanus diruendis Nobilium ac diuitem sepulchris diues est factus. Hos enim in campis ac agris sepeliri moriserat, ac cum corporibus inferre sepulchris res preciosissimas. Valere plerisque vnius sepulchri exuuiæ decem millia ducatorum. Sita est

OO

Cusca

1532. Cusca septemdecim gradibus ab altera æquinoctialis lineæ parte, ac propterea ibi frigus est intentissimum, nix cadit aut iacet abundanter, cum apud nos Syrius torret. Vestiuntur incolæ satis decore, vescuntur carne cruda, viri quot volunt vxores capiunt, ac inter has proprias, cum placuere, sorores. Adulteras morte puniunt, fures excæcant. Nepotes ac cognati proximiores, non liberi, hereditates adeunt, exceptis Regum Principumque liberis. Regum tanta est dignitas, vt oris excrementa terram tangere impium ducant. Quare excreaturi, non in terram, sed in nobilis & formosæ virginis manum id deponunt, illaque igni sacro reddit. Sepulchris signa addunt quo modo vitam traduxerint. Corporum reuiuiscenciam ac animorum immortalitatem credunt, propterea in magnatum sepulchris res pretiosæ cum cibo ac potu inferuntur. Famili quoque ac vxores, libera voluntate se sepulchris includentes, fame commoriuntur. Ab alia parte Iacobus Almagrius, à Cæsare cum Pisarra missus, Ditionem Chilianam non sine suorû clade subegit, tum quod incolæ multo essent Cuscans bellicosiores ac fortiores, tum quod frigoris violentia, cum montes transirent, non paucos extinxerit. Hi nobis planè sunt Antipodes, contraria figentes vestigia. Nam cum illi Solstitium brumale sentiunt, nos æstiuale gaudemus: cum æquinoctium autumnale sentiunt, nos vernale lætamur. Paulo post Rex Manga rebellat; ac antequam domari potuit, Pisarra ultra quadringentos Hispanos pedites, ac centum equites, varijs prælijs desiderauit. Tum inter Pisarram ac Almagrium discordia oritur de Ditionis Peruanæ gubernatione: quæ res, vt postea suonarrabimus loco, vtrique exitialis fuit. Hispanis verò magnam calamitatem inuexit, ac Cæsari rebellionè periculossimam concitauit. Tractabant interea Cæsar ac Pontifex de nouo inter se cæterosque Italiæ Principes foedere ineundo, quod tamen ante mensis Februarij diem vigesimum-quartum, Cæsari semper auspiciatissimum, anni 1533. perfici non potuit. Comprehendebantur hoc foedere Pontifex Clemens, Cæsar, Rom. Rex, cæteri que omnes Italiæ Principes, (exceptis Venetis) qui ad præsentis Italiæ status defensionem se inuicem obstrinxere, exprimentes quem quisque militum numerum ac quantum auri esset collaturus, si quis Italiæ bellum intulisset. Anthonium Leuam (quem Mediolanani manere volebant) Confœderatorum Imperatorem nominant. Occultius etiam foedus Pontifex clam cum Cæsare inijt, pollicitus se Angliæ Regem cum Anna Boulaina, Reginæ Catharinæ pellice, diris (nisi respuissent) deuoturû. Interea Francorum Rex omni pollicitationum genere Pontificem Clementem Masiliam pridie Nonas Octobres pertrahit; ac posteaquâ admodum amicè & humaniter inter se aliquandiu communicassent, Catharina Medicea, Vrbinatum Ducis filia, inspicientè summopereque lætante Pontifice,

Heinrico

1533. Heinrico Aurelij Duci, Regis Franciæ filio natu secundo, qui postea patri in Regno successit, nubit. Nunquam Pontifex nec Cæsar sibi persuadere potuerant, Regem Franciscum pro filio Heinrico, eas ex animo expetisse nuptias, quod genere loco, gradu, ac forte planè impares essent. Propterea Cæsar Pontificem non semel monuerat, ab astu Regis cauere. Verùm cum vterque rem seriò peractam, nuptiasque cum Catharina Heinricum decimum sextum nondum ingressum annum fecisse, eoque in amplexus prima nocte venisse didicisset, tanto perfusus est Pontifex gaudio, vt tum primùm familiaribus confiteretur, supremo felicitatis cumulo familiam se suam à Deo perornatâ vidisse, quod nepotem Alexandrum, domita Florentia, desponsatâque ei tanti Cæsaris filia, Ducem conspiceret; neptem verò Catharinam Francisci Regis filio iunctâ videret; ac Hippolytum Medicum cognatum, defuncti Pompei, Colônæ Cardinalis locum tenentem, sacerdotijque opulètum, alterum familiæ lumen columenque constituisset. Lubenter itaque se satis concessurum, idque breui futurum, præteritas verò calamitates se facile memoria depositurum, in tanto felicitatis ac honoris fastigio summaque nominis existimatione à Deo constitutus. Cæsar Regè Franciscum ad tam impares descēdisse nuptias animo voluens, pro certo sibi persuadebat, eum ingens animo coquere bellum, nullaque foedera, nec pacis leges, odium ac inuidiam, qua in se familiamque Austriacam flagrabat, delere, obliterare, nec extinguere posse, sed omnibus Regem artibus ac modis paraturum amicos ac locios sui opprimendi causâ, excitaturumque per omnem sibi Europam bella, cōiurationes, seditiones, hostes, ac tumultus. His verò nuptijs id moliturum, vt operâ Pontificis filio Heinrico Regnum Longobardicum aut Neapolitanum paratur. In hac tantorum Principum diffidentia, potentia honorisque amulatione, quæ solida pax ac concordia iniri potuit? Quare tandem Cæsar sinceræ voluntatis suæ testimoniû Italis præbiturus, ac amicos quoque paraturus, euocata è Belgio Christierna Dana, sororis Elizabethæ filia, eam Francisco Sfortiæ in vxorem collocat: Feltrio Vrbinatum Duci Soram restituit: Colomnios Proceres magnis donis prosequitur: Andree Aurie Principarum Melfitanum donat: Mantua Duci Montferrati Marchionatus Diplomatis spem facit: Ferrariæ Ducem, adiudicata illi Mutina ac Rhegio, suum paulo antè fecerat: Venetos, restituto Sfortia, sibi conciliarat: Pontificem, debellata subactâque Florentia, ac desponsata Alexandro Mediceo filia Margarita, omnino sibi deuinxerat. In hunc modum rebus Italicis optime constitutis, initio veris Cæsar Bononia profectus Papiam venit, camposque sua victoria, ac capti Francorum Regis, cæsi que exercitus, memoria ac testimonio nobilitatos, extantesque adhuc Francicorû castrorum reliquias, monstrante Vastio,

OO 2

summo

1533. summo cum gaudio inspicit, pleneque de eius pugnae occasione, initio, progressu, ac successu edoctus, Mediolanum venit. Sforzia Arce egressus, eam Cæsari relinquit, in priuatâ, quam in Vrbe habebat, diuertens domum. Hic se venationibus, donec omnia ad profectioem parata esse ex Auria literis didicisset, recreat. Tum Genuam profectus, in Suburbanis Auria magnificentissimis hortis excipitur, pauloque post classem soluens, haud procul Masilia Tendæ Comes, Regis Francisci Ammiralis, munera Cæsari nautici commeatus delicatissima adfert; subortoque secundo vento in altum delatus, paucis diebus in Hispaniam appellit. Hac æstate Andreas Auria, Cæsariani classis Præfectus, Coronem Græciæ Ciuitatem, quam superiori anno, eiectis Turcis, occuparat, Hispanorumque præsidio munerat, iusta Solymanni classe obsessam liberavit, ac de rebus necessarijs recreauit, Turcarum classe in varias partes dissipata; terrestrem quoque obsidionem eos relinquere coëgit. Mense Nouembri Pontifex Clemens, rebus omnibus Masiliae cum Francorum Rege ex animi sententia peractis, Genuam, indeque terrestri itinere Romam peruenit, hominibus variè de hac eius profectioe iudicantibus. Hoc quoque anno Henricus Octauus Angliæ Rex, repudiata Catharina Cæsaris matertera, cum qua per viginti annos coniunctissimè vixerat, filiumque ei, qui paucis diebus vixit, ac filiam Mariam, postea Cæsaris filio Philippo nuptam, susceperat, Annâ Boulainam, Regiæ Catharinæ pedissequâ, liberalius inter nobiles virgines educatâ, ex se grauidam, in vxorem, (vt omnes credere volebat) re ipsa pellicem, acceperat, ac Londini quarto Cal. Iunij corona redimiri iubet. Peperit septimo Idus Septembres filiam Elizabetham, in adulterio susceptam, quæ sorori Mariæ in Regno Angliæ successit, patrem Henricum impietate ac crudelitate, matrem ac patrem obscenis libidinibus referens. Mensis Martij die vigesimo-tertio anni. 1534. Rex Angliæ Henricus, ob repudiatam vxorem Catharinam, superinductamque pellicem Annam Boulainam, (nullis sacris admonitionibus aures præbens) lata Romæ sententia condemnatur, Boulainæ coniugium adulterium esse pronunciat. Quare grauisimo contra Romanam Catholicamque Ecclesiam concepto odio, cum nullam sui vindicandi aliam conspiceret rationem, reiecta Sedis Apostolicæ obedientia, per vniuersum regnum publicari iubet, Regem Ecclesiæ Anglicanæ caput primumque Sacerdotem habeant agnoscantque; capitis pœna his qui non paruissent constituta, aut vel minima in re Ecclesiæ Romanæ obediissent. In Germania Philippus Hærsiæ Lantgrauus, Austriacæ crescentis potentia infensus, ac dudum à Franco ad res nouandas, concitandumque Cæsari in Germania bellum, inductus, clam in Franciam proficiscitur; acceptaque à Rege pecunia, negotium re-

stituendi

1534. instituendi Ulrichi Ducis V Virtembergij, ante decennium à Sueuico fœdere pulsi, suscipit. Cogit è suis ac sociis pecuniâ Francicâ iustas pedum equitumque copias, ac tribus locis Ducatum V Virtembergicum ingressus, maioreque parte in potestatem redacta, ad Oppidum Laufenum Ferdinandi Romanorum Regis copias, quibus Philippus Palatinus præerat, promptioribus cæsis, in fugam agit. Sed mense Iulio pax certis legibus, Ulricho restituto, componitur: quam ea condicione Cæsar confirmauit, vt Ulrichus eiusque hæredes Ducatum V Virtembergij ab Austria Archiduce, beneficiario iure obtinerent, possiderentque; foeminaeque in eum non succederent, sed deficiente virili hærede, Ducatus V Viurtbergicus ad Austriacos deuolueretur, tum certum pedum equitumque numerum contra Urbem Monasteriensem mitteret, quam per fraudem Anabaptistæ seu Retincti, eiecto Antistite, omnibusque viris probis, initio huius anni hac ratione occupant. Luthe- ro Germaniam opinionibus suis inficiente, varij indies nouorum dogmatum authores, diuersis locis, populum ijs recipiendis paratissimum seducebant. Inter hos Retinctorum seu Anabaptistarum stultissima doctrina Flandros, Hollandos, ac Frisios mirum in modum infatuarat: cumque ob seditiosa absurdaque dogmata à Magistratibus seuerè punirentur, in diuersas sparsè dissipatiue Prouincias, impietatem, quantum poterant, promouebant ac disseminabant, donec tandem è Hollandia ac Frisia, vbi mirum in modum creuerant, magno numero in V Vestfaliam se conferunt, ac Urbem Monasteriensem anno 1532. eodem tempore ingrediuntur, quo Lutherani pellendis Catholicis ibidem satagentes, votiferme compotes erant facti. Magistratus enim ac ciues contra Antistitem Franciscum, V Valdæi Comitem, à Lutheranis Concionatoribus irritati, per integrum biennium de mutanda aut conseruanda Catholica religione inter se magna cum dissensione ac acerbitate disceptarant; eoque res spectabat, captis armis inter se congressis, alteri parti migrandum esset. Maximum autem Catholicis imminerebat periculum, quod non pauci Germaniæ Principes Lutheranis fauerent, Cæsar verò in Hispania esset. Tandem mense Februario huius anni Retincti res suas Monasterij satis ex animo procedere videntes, vt numero aucti certius vim facerent, Coesveldiâ, V Vestfaliam Transrhenanam, V Varendorpium, ac Osenbruggum, ad suæ sectæ homines scribunt, datum sibi à Deo Monasterij Vatem, qui rectam eius voluntatem hominibus exponeret. Proinde rebus omnibus relictis, Monasterium se conferrēt, nil eis defuturum, sed in summa rerum omnium affluentia ac pace victuros. Lectis literis, clam magno numero è dictis Oppidis Monasterium confluunt, ac ciuū dissidio opportunè & prudenter vtendum statuentes, (ne se Lutherani anticiparent) meliori

1534. ciuium parte per seditionem pulsa, Rempubliam inuadunt, Senatum è suis legunt, opportuna Urbis loca præsidijs muniunt, Sacella, Nobilium ædes, horros, timiliaq; in Ciuitatis circuitu diruunt. Tum Tempa eorumq; ornatum diripiunt, ac vt lymphatici fanaticiq; (diuino enim se Spiritu concitari dicebant) per Urbem discurrunt, horribiliq; eiulatu ad populum vociferatur de præteritis pœniteret, ac diuinæ iræ flagella tergoribus hærentia à se auerterent, nisi grauiora sentire vellent. Post hæc subito correptis armis omnes Vrbe pellunt qui retingi nolebant, ætatis, sexus, multo minus ordinis ratione habita; vaganteq; per publicas vias, magnis vocibus, ex imo pectore depromptis, hæc erucebant: Migrate impij, adest diuinæ iræ flagellū. Eorū interim bona fortunaq; inuadentes, in prædā vertebant. Et quoniā non dubitabāt quin Antistes suis amicorūq; viribus Monasterium esset oppugnaturus, scribunt Harlemum, Amstelrodamum, ac ad aliorum Oppidorum præcipuos suæ sectæ Præfectos, populum sibi addictum, secretissimè, sed seriò & grauius admoneant, neminè iis in locis tutò acturum, quòd impiorū domicilia mox Deus sit euerfurus. Impios autè, vt hoc semel admoneam, vocabant omnes, qui non essent retincti, nec nomina sectæ suæ dedissent. Quare necessariò omnibus Monasteriū migrandū, qui diuinam pacem verumq; Dei cultum concupiscerent. Hunc enim esse locum electis in hoc Orbe à Deo præuisum & destinatum, vbi sine omni formidine ac ærumna summa in pace rerumq; affluentia Deum essent culturi. Iubet eos, qui itineris societatem recusarent, deserere, ne parentū quidem, vxorum, nec liberorum ratione habita. Supellectilem commeatumq; omnem venderent, paucis tantum, quibus in itinere essent vsuri, seruat. Instruerent se pecunia, panno lineo, ac armis, quantum liceret; traiectoq; Meridionali Hollandiæ Sinu, amnem Isalam intrarent, inde tutò Monasterium peruenturi. Exemplum literarum varijs

» Hollandiæ Frisiæque locis missarum, tale erat: Fidelibus confederatis in Christo gratia ac pax à Deo Patre per Filium eius Iesum Christum, Amen. Charissimi fratres ac sorores, pax ac gaudium Dei filijs præ manibus est, redemptio enim ante fores stat. Dilectissimi amici, certiores vos facimus, à Deo nobis patefactum iniunctumque, singulū vestrum quàm primū se instruāt profectio[n]i versus nouam electamque à Deo Hierusalem, Urbem ab eo datam conseruationi habitatio[n]ique sanctorum beatorumq; hominum. Punire enim Deus terrarum vult orbem. Quisque sibi caueat, ne per negligentia[m], aut inobediētia[m], in iudicium incidat. Scripsit enim nobis Ioannes Beukelarius, Vates Monasteriensis, omnesque eius in Christo administrari, summiq; Dei Vates certissimi, neminem Draconi huius mundi seruientem euadere posse, quin ab eo deuoretur interficiaturque secundum corpus, aut spiritum.

1534. spiritum. Proinde omnes ad iter se instruant, nisi iræ diuinæ flagellum experiri malint. Tumultus enim horribilis, ac commotio formidabilis, toti instat terrarum Orbi, de qua locutus est Hieremias capite quinquagesimo-primo, dicens: Fugiat è Babylone, qui animam suam saluam cupit, nec corda vestra exhorrescant clamore, qui per vniuersam exorietur terram. Plura non dico, sed Dei nomine vobis præcipio vt obediatis, ac opportunum tempus elabi non sinatis. Cauete vobis, ac recordamini vxoris Loth, neque in tergum alicuius rei causa, quam terra producere potest, respicite, imò ne mariti quidem, vxoris, nec obliberos, ne decipiamini. Nemini curæ sit incredulus maritus, nec vxor, neque nos adducite, quemadmodum nec immorigeros liberos, discipulam odio habentes: neque enim diuinæ congregationis esse participes. Opes ac diuitias, maritos, vxores, ac liberos noua Hierosolyma, quæ sanctis sufficiant, abunde ac affluenter habet, & dabit. Proinde nulla re vos onerate, præterquam auro, argento, panno lineo, veste vna præcipuaque, ac commeatu quo in itinere exiguo tempore egebitis. Qui gladium, lanceam, aut bombardam habet, adferat; qui non habet, ære comparet. Electos enim suos Deus præpotenti manu, ductu Moyseos ac Aaronis, est liberaturus. (Electos enim tantum retinctos, ac qui in horum verba iurarant, appellabant) Prouidi igitur estote, ac prudenter res vestras in medio impiorum instituite. Curate autem vt ad dimidium milliaris præter Hasselium, iuxta Mōtis Monasterium, vigesimo-quarto Martij circa meridiē cōueniatis. Estote præsentis animo, ac omnibus in rebus cauti; neque ante dictum diem ibi reperiamini, neque postea, sed vt memorato die ac tēpore præstò adsitis, curam extremam adhibete. Eo enim elapso momento, nullius ratio amplius habebitur, nemo expectabitur. Quapropter vigilate, ne vobis mora aut festinatio detrimentum adferat. Si qui verò venire neglexerint, aut contempserint, sanguinis eorum innocens esse volo, eaque de re obtestor. Subscriptum erat: Emanuel. His literis in varias Ciuitates ac Pagos dimissis, cōuenere vigesimo-primo Martij iuxta Hollandiæ Oppidum Monikedamum supra triginta varij generis onerariæ, alter de alterius aduentu ac profectio[n]e ignari, nisi quòd singulis in nauibus vnus erat rerum conficius, qui omnium se inscium simulās, diuino omnes Spiritu impulsos, naues hac direxisse, famam spargebat. Id autem stulti imperitiq; libenter credebant. Communicatis igitur consilijs, eodem die naues soluunt, ac Swartewateram contendunt. Sed quòd ante nec post vigesimum-quartum Martij diem, quo iussi erant, conuenire non debebant, vno die medio Sinu in anchoris quiescunt. Interea Transalani varijs locis de eorum aduentu certiores facti, ignariq; quòd tanta tenderet quidve moliretur classis, ducibus Drossardis Vollenho-

4351 uio ac Geelmudano è proximis Ciuitatibus ac Pagis magna multitudine cum armis in vnum conueniunt, ac Swartewateram contendentes, descensum Reinctis, nisi iustam aduētus dedissent causam, impedire constituunt. Illi Deoidentes, à nemine vim timebant, ac propterea in terram sine armis pro parte descenderant. Quare facile ab armatis capti, cū n aliquot Præfeti in tortura rei veritatem edidissent, armorumque ingens repertus nūnerus verba conprobasset, capite puniuntur, vulgo in nauibus reuerso ac custodito, donec Bruxella à Principe Maria didicissent quid de eis statui veller. Princeps interfici omnes iussit qui sectam eiurare nollent, ceteros minis oneratos nudos dimitti; & si ad vomitū rediissent, igne puniri voluit. Nautæ cum nauibus sunt dimissi, quod ignorasse se docuissent, qua de causa essent conducti. Reperta est in classe auri argenti que magna copia, lineæ telæ complures, aliquot millia lancearum pedestrium, gladiatorum lateralium, ac qui duobus reguntur manibus, manualia quoque sclopetæ, cum dolijs aliquot puluere tormentario plenis, tympana quatuor, signa militaria quatuor, singula quinque cruces in medio ferentia. Vestium ac commeatus valde parum erat: ea enim cælum ac noua Hierosolyma erant suppeditatura. Hoc auxilio frustrati Reincti Monasterienses, è vicinis, vt diximus, Ciuitatibus ac Pagis, iustam conscripserant manum, ac populum Monasteriensem partim metu, partim mendacissimis promissis in partes tractum, ad muniendam Urbem, propulsandosque Antilitis conatus, (dum per Hollandiam ac Frisiam maiores iterum coëgissent copias) se conferunt. Erant autem huius factionis præcipui authores Ioannes Beukelarius, sartor Leidanus; Ioannes Matthæi, pistor Harlemianus; Ioannes Ghelanus, ac Iacobus Campensis, qui se summi Dei Vates credi volebant, quæque faciebant aggredebanturque, eius se iussu ac mandato facere, graui vultu asseuerabant. Hi è sui similibus Magistratum legunt viginti quatuor virorum, è quibus duo Consules creabantur, ac primi omnium Bernardus Cnipperdollius, ac Gerardus Cnippenbrouc. His tamen omnibus imperabāt Vates, quod nil præter Dei iussa adferre crederentur. Ex horum somnijs Magistratum, Senatores, politiam, bellum, ac religionē constituiebant. Ciues verò vno consensu, omnibus oclusis tabernis, ad muniendam Urbem confluebant, cibum è publico accipientes. Primo die dabantur eis carnes recentes, altero fumo indurata, tertio haleca, butyrum, caseus. Hic ordo observabatur, semper in ordinem rediens; nec ab opere domum ire licebat, nisi tertio quoque die semel, idque tempore pomeridiano, sed ante tenebras redeundum erat. Nocte nemini abesse licebat. Singulis quoque diebus singuli Vates ad Urbis portas per continuam concionabantur horam, animabantque populum ad defensionem nouæ Hierusalem ac Regni

1534. Regni Sionis, cuius se à Deo Duces protectoresque constitutos, summa cum arrogantia asseuerabant. Antistes Monasterienses cum probissima ciuium parte pulsus, ac proinde vim necessariam videns, suo are collecto milite, adiuuusque ab amicis & propinquis, castra ad Urbem ponit, experturus quid seditiosi fanaticique nebulones essent molituri. Erumpunt illi non semel cum trecentis deuotis Retinctis, quorum Dux erat Ioannes Matthæi, Vates Harlemius, ac Antilitis castra, illata clade, non semel inuadunt, spoliaque opima in Urbem referunt. Quo euentu ex audaculo temerarius factus, Deumque sibi omnia ex voto confecturum promittens, quodam die cum triginta tantum viris Germanorum castra inuadit; paucisque cæsis, mox repellitur, ac cum maxima suorum parte interficitur, magno collegarum cum dolore, ac populi stupore, qui primum præcipuumque Vatem nunquam à Deo desertum iri, sibi persuaferant. In huius locum succedit Ioannes Beukelarius, Leidanus; qui nocte quadam è lecto euolans, nudus per Urbem discurrit, clamitans, Rex Sionis adest: domumque reuersus, mutum se per triduum simulat, scribens, Deum linguam suam immobilem tenere. Tertio die redditum sibi linguæ usum dicens, multa quæ ad belli ac politia statum spectabāt, ex diuina, vt dicebat, inspiratione ordinauit. Tum prodit in publicum, ac vt singuli fortunas omnes in commune adferant, nec quicquam priuati propriique habeant, Deum iussisse ait, eum singulis necessaria liberaliter largiturum affirmans. Paulo post alius in forum prodit Vates, adferri Deum iussisse asserens vnum in locum quicquid in Vrbe erat librorum, præter sacra volumina: quo facto, omnes iniecta flamma cremantur. Faber quidam ferrarius nomine Hubertus, liberius in hos Vates iocatus, ab alio Vate tormenti globo traicitur, clamate iussisse Deum ita faceret. Mosaicis enim vtebantur verbis, autoritate plenis, dicentes: Hæc dicit Dominus. Tum minis, promissis, blanditijs, autoritate, ac humanitate, populum sibi credentem ac obsequentē reddere conabantur. Omnibus verò edictis ac statutis vitæ pœna transgressoribus ac parere recusantibus erat constituta; periæque similes ob causas, aut quod clam defectioem molirentur, supra quinquaginta morte violenta viri, partim gladijs maioribus in duas partes secti, tormentorū globis traiecti, aut capite plexi, Vatribus carnificum semper officio fungentibus. Octauo Cal. Augusti, nouus Vates, opere aurifex, nomine Ioannes Dufentschuir, VVarêdorpheus, in publicum prouolat, festinansque ad Ioannem Beukelariū Leidanum, magno populi confluxu, furenti ac insanienti similis, Deum iubere ait, Beukelarius in Dauidis Regnum succedat, Principeque terrarum omnes ob impietatem subigat, impios interficiat, pijs iustisque Regnum perpetuum constituat, quod tandem Christo redditurus sine

1534. sine floreat duretque. Hac ratione Beukelarius omnium consensu Monasterij Rex constitutus, Bernardum Rotman Oratorem ac Interpretem suum nominat, Tielbekium Consulem, Oeconomum, Gerardum Cnippenbrouc ærarij Præfectum constituit. Ordinarios sibi stipatores duodecim legit, Consiliarios quatuor hos, Gerardum Boucbinder Swollanum, Bernardum Crechtinc, vtrumque Sacerdotem apostatam, Heinricum Rec, ac Gerardum Reninc, ciues Monasterienses. Deinde & Magistratum mutat, bellique Præfectos pro arbitrio nominat. Postremum conuocato vniuerso populo ad publicam cœnam, quæ in cœmeterio summi Templi apparabatur, conuenere hominū vtriusque sexus quingentes millia, appositæque fuere primū carnes fumo indurata, tum recentis elixæ, (Belgæ *Huispot* vocant) potus tantum cereuisia fuit. Absoluta ferè cœna, aduenit Rex, nigra holoserica amictus tunica: torques aureus à dextro humero per pectus ac tergum defluens, ad sinistri ferè lateris fœmur propendebat, appendebatque illi Orbis terræ aurea orbicularis figura, à duobus transversis gladijs perforata. Capitis eius tegumentum aurea ornabatur corona, è puro puro auro facta: dextra Regia eiusdem metalli sceptrum ferebat. Cùm cœnatum esset, hac ratione ornatus in superbo considerat solio; singulisque ad se post sumptam cœnam venientibus coniuuis, frustum panis in os inferit, verba Christi in extrema cum Apostolis cœna habita homo impius addere non veritus. Deinde his omnibus comitatus, ad aliam descendit cœmeterij partem. Hic duo Regis Consiliarij sedebant, vini dolium mero plenum medio habentes, ac ex eo singulis propinantes, qui à Rege frustum panis acceptum deuorant, prolatis & hic Christi, ore impuro, impij nebulones verbis, quibus, præbito calice, ad Apostolos est usus. Vtrique negotio subseruiebant Regina, Regis concubinæ, cæteri que Consiliarij: dignum profectò patella operculum. Quædam verò è concubinis, quòd præsentia non probassent, falsò obiecto adulterio capite puniuntur, ipso Rege hanc eis operam dignante, aut ad palum alligatas sclopeti globo trajiciente. Erant ex numero tredecim, vxorum nomine honorata, inter quas sola eminebat, corona (vt Rex) aurea redimita, vidua Ioannis Matthæi defuncti Vatis, adolescentula formosissima Harlemi nata. His rebus peractis, cùm satis ad Regiam parandam auctoritatem ac existimationem se fecisse Beukelarius existimaret, tyrannicum mox factum prodit, omnesque sibi obedire cogit, sæpe ad populum de Dei voluntate, suaque potestate, vt erat naturâ facundus, magna cum arrogantia concionatus. Tum viginti-sex viros legit, quorum pars maior desertores ac transfugæ erant Monachi ac Sacerdotes, eosque cum Vatibus aliquot in varias Regiones proficisci iubet, ac noui diuini que Sionis Regni leges præceptaque hominibus publicare,

eosque

1534. eosque ad morum emendationem vitæque innocentiam inuitare, reuera autem vt vbique concitata seditione populos ad res nouas animet, eorumque quam maximum numerum ad leuandam Monasteriensem obsidionem arment, ac adducant. Ex his vnus erat Ioannes Dufentschuirius, Vates memoratus, qui cum quinque alijs Zcestâ profectus, quum venenum spargere cœpisset, agniti captique gladio perire. Idem & alij sunt conati Coesveldiæ, Ofenbruggi, VVarendorpij, aliisque locis, sed capti similiter perire. Missi enim ad Antistitè Monasteriensem, probeque examinati, interficiuntur; vno excepto Heinrico, qui liber Monasterium remissus, ac à Deo se libertatem miraculosè accepisse narrans, à Rege inter domesticos admittitur: cuius cùm omnia intima probe explorasset, ad Antistitem est reuersus. Rex verò hac ratione domesticos vestiebat. Indumenta è viridi ac cineritij coloris panno laneo ac serico erant confecta. Capicum tegumenta alba. Dextra primus iuxta pollicem digitus aureo annulo ornabatur. Hæc interpretans Rotman, Regius Orator, dicebat colorem viridem nouum innocentemque significare hominem; cineritium, carnis ac vitiorum subactionem; annulum aureū, mutua sinceramque dilectionem. Quid autem cæteri Vates à Rege emissi Amstelrodami aliisque tentarint locis, paulo post narrabimus. Cùm Antistes belli sumptus aliquot mensibus per se sustinuisset, nec iam amplius fortunæ sufficerent, exercitusque voluntariorum confluxu non parum esset auctus; Hertmannus Archipræsul Colonienfis, Ioannes Cliuix Dux, VViricus VVirtembergij Dux, eum auro, tormentis, comæatu, ac milite iuuant. Quare promotis ad fossarum vsque labra tormentis, ingenti que in mœnibus hiatu facto, aliquoties Retinctos oppugnat. Sed semper reiectus, nō paucos viros fortes perdidit; erumpentesque insuper fanatici, non semel dubio euentu rem gessere. Tandem septem idoneis locis erectis circū Urbem munitionibus, eruptiones sunt impeditæ, & seriò Monasterium premi cœptum. Cùmque obsidio opinione longius protraheretur, ad omnes Germaniæ Principes & Ciuitates auxilij causa Antistes Legatos mittit. Conueniunt decimo-tertio Decembris ad confluentem Rheni & Mosellæ anniū Germani, in Oppidū Ditionis Præsulis Treuerorum nomine *Cobelens*, corruptum à Latina voce, Confluens, ac Antistiti Monasteriensi, quòd cōmunis ageretur causa, certā pecuniæ summā in militum stipendia aliosque, necessarios vsus, durate obsidione, in singulos decernunt menses. Qua ratione factū est, vt in sequentē annū cōtinuata obsidione, Monasteriū tandē in Antistitis potestatem redigeretur. Septembris die 25. Romæ moritur Papa Clemens 7. diuturno stomachi vitio tabefactus. Surrogatur in eius locum (quòd Clementē Cardinales ita semper sentisse sciebant) Alexander Farnesius, Romana familia natus,


P P 2

Cardi-

1534. Cardinalium natu maximus, literarum cognitione clarus, qui Paulus Tertius nominari voluit, statimq; Ascaniū ac Alexandrū Farnesios inter Cardinales legit; Romanis latantibus, quòd post tredecim Pontifices, quos spatio centum ac trium annorum Vrbs viderat, iterum Romani generis Papam in D. Petri Sede secundo Nonas Nouembres sedentem vidissent. Aestate huius anni Rex Franciscus, ingens Cæsari in Italia bellum meditans, veteri Romanorum more septem legiones in Frácia instituit, singulæ sex millibus peditum constantes. Præerant eis Proceres septem, duobus singuli cum Legatis. Septem præcipuæ Regni Francici Prouinciæ suam singulæ pro defensione habebant, contribuebantque in earum stipendia certam singulis mēsis pecuniæ summam. Legionarij verò magnis à Rege ornati immunitatibus, certa militari disciplina continebantur. Sed ad vitam tantum Regis Fráncisci inconstanti disciplina, Procerum negligentia, durauere. Concepti verò animo belli progressus morte Clementis Papæ est interruptus, dilatusque in opportuniorem occasionem, eo magis, quòd ob receptos Solymanni Turcici Legatos malè apud Germanos, quorum Francus egebat auxilijs, audiret. Quamobrem missis Cal. Februarij anno 1535. ad Principes Imperij literis, sollicitè, sed non solidè, se excusat.

VITAE CAROLI QVINTI CÆSARIS PARS III.

HISTORIÆ LIBER VNDECIMVS.



CÆSAR certior factus Hariadenum Barbarossam, Argerij in Numidia Regem, Solymannicæ classis Præfectū, eiecto Rege Muleasse, occupasse Regnum ac Urbem Tunetum, haud procul veteris Carthagini ruinis situm; quanquam de Franci fide multum dubitaret, expeditionem tamen sibi contra Barbarossam suscipiendam, restituendumq; Muleassem decernit, nunquam alioqui Sicilia, Italia, nec Hispaniæ littora ab Afrorum Turcarumque inuasionibus tuta fore iudicans. Prescribit Andree Auriaz, quam maximum paret nauium numerum; condit testamentum; vxoreque grauida relicta, Hispaniæque cura commissa, postridie Cal. Martij Madrilio Barcionam proficiscitur. Calendis Maij Andreas Auria cum viginti duabus triremibus optime armatis, ac vna insigni quadriremi,

1535. quadriremi, quæ Cæsarem erat vectura, Barcionam venit. Ferebat quadriremis vexilla duo: vnum Iesu Christi cruci affixi imaginem, artificiosissimè ad mouendam commiserationem effictam; alterū Imperij præferebat bicipitem aquilam, pectore Cæsaris auita insignia in scuto habentem. Conuenerant & Barcionā Belgarum onerariæ, militem & commeatum vehentes; tum Lusitaniæ Regis carauellæ, cum ingenti galeone, quæ etiam militariter instructæ, veteranum adducebant peditem: præeratque Lusitanæ classi Ioannes Regis Emanuelis filius; bellicaque simulacra mari exhibentes, iucundum Cæsari ex Aula suæ fenestra spectanti præbebant spectaculū. Cum onerariæ instructæ Malga Portu Granatensi aduenissent, equites, pedices, Principumque Legati, quisque destinatam sibi intrat nauem. Cæsar trigesimo Maij, audito sacro, decima ante meridiem hora quadriremem conscendit, ac cum eo Ioannes Lusitanus, Imperatricis frater, exoneratisque tam in Ciuitate quàm classe omnibus tormentis, sublati anchoris, dant vela, tubis aliquandiu omnibus insigniter concinentibus, ac classicum personatibus. Paulo post ijs, quorū scire intererat, significatur, quòd Cæsar cum classe tenderet. Vastius ac Furstenbergius, Hispanum, Italum, ac Germanum peditem triremibus imponentes, iam antea in Siciliam peruenerant. Balearès trāsente Cæsare, Gubernator Maioris de recenti commeatu quadriremem recreauit; veneratoque Cæsare, impetrat, Portum Oppidi Alcodiæ cum classe intret: quo facto, omnes ferè Insulani cupiditate visendi Cæsaris accurrunt. Hinc in Minorem trajiciens, Portū Oppidi Maho intrat, totius Insulæ spatiosissimum, ac sexcentarum nauium pacem. Audito Cæsar sacro, onerarijsque in conspectū se datibus, simul mari se committunt. Iunij die duodecimo circa aurorā Calarim Sardiniaz Oppidum Cæsar appellit, ac in Siciliam venisse intelligit Germanos, Hispanos, & Italos, cum tormentorum ac commeatus ingenti copia; tum etiam Pontificias Anthonij Auriaz ac Procerum Melitensium naues: eratque hæc classis viginti-quatuor triremium, ac triginta-sex onerariarum, inter quas erant duæ immensæ vastitatis. Simul verò coniuncta vniuersa classis septingentarum nauium numerum excedebat. Audito Cæsariani sacro, classem decimo-quarto Iunij mari committentes, postero die Africam, hostiumque ignes in promontoriorum speculis conspiciunt. Occupant triemes Portum Farinæ, quatuor nulliaribus Guleta distantem; vbi Cæsar, iactis anchoris, onerarias (quæ post tres horas adfuere) expectat. Tum propius Guletam Cæsar mouet, ac Barbarossam, qui haud procul cum sua classe abesse dicebatur, operit. Sed cum aliquandiu frustra expectasset, duæ tantum Francorum exploratoriaz naues audaciùs prouectæ capiuntur. Examinati adeò obstupere, vt ad proposita non responderēt. Receptis animis, falsi sunt se Tuneto

1535. ac Guleta venire, tendereque Mafiliam; addebantque, Secretarium Franciæ Regis Forestium, qui paulo antè cū Barbarossæ Legato è Francia venerat, ab eodem Constantinopolim missos, vt Solymannum de Cæsaris classe, consilio, ac militum genere edocerent. Barbarossam verò ad defensionem se instruere, neque iam Forestium procul Constantinopoli abesse. Instituisse Barbarossam tam Guleta quam Tuneti nouas, docente Forestio, munitiones. Iunij die decimosexto pedites, equites, ac tormenta Cæsariana in terram exponuntur; expugnatifque aliquot munitionibus, Guleta appropinquant. Tusi Turrim Aquariam, mox Salinariam, vbi Cæsar tabernaculum figi iubet, occupant; statuta capitis pœna, si quis sine Præfecti iussu à signis discessisset, aut tecto ignem iniecesset. Capitur eodem tempore cum hominibus & mercibus ingès oneraria Constantinopoli veniens, in littus se conijcere coacta. Vastius pro more productis tormentis, à decimo-octauo Iunij die, vsq; ad vigesimum-tertium, continuè Guletanæ munitiones rumpit, quamquam ventus adè esset impetuofus, vt tentoria disijceret. Interea Afer à Rege Muleasse missus Cæsarem adit, aduentum gratulatur, ac ingètia promittit auxilia. Guletani leuibus quotidie prælijs æquata clade cum Cæsarianis certabant. Perijt enim è Cæsarianis Comes Sarmensis, è Turcis Præfectus Giaffer. Paulo post tres à Muleasse ad Cæsarem Legati cum literis veniunt, petentes copijs Africanis castrorum locū designet, vtq; triremes mittat, vehendi Regis causa. Cæsar, dimissis duobus Legatis, tertium apud se retinet. Habebat in proximis Oliuetis Barbarossa militum stationem, qui Cæsarianis castris tormentis suis detrimentum inferebant. Cæsar ipse eò profectus, captis tormentis, cassifque sexaginta Turcis, cæteros pellit, desideratis nouem viris, ac leuiter fauciato Marchione Mondeiari. Dum hæc fiunt, Marchio Alarconij Neapoli, ac Ferdinandus Gonzaga è Sicilia, mille ducentos milites in supplementum, cum ingenti commeatus copia, aduehunt. Iunij die vigesimonono Muleasses Rex Tuneti pulsus, ducentis comitatus Afris, triremibus Aurianis ad Cæsarem venit. Obuiam ei eunt Dux Albæ, Marchio Alarconij, Comes Bonauentæ, omnis equitatus, ac aliquot peditum signa. Ad Cæsaris accedens tabernaculum, porrecta dextra ab eo salutatur, tum à Ioanne Lusitano. Ille se ad terram vsque inclinans, Cæsarem Procerefque veneratur. Inde ad tentorium Domini de Praet perductus, lautè excipitur. Promittebat ingentia auxilia, ac multum commeatus, sed verba fuere. Quarto Iulij omnibus ferè copijs Guletani erumpentes, pabulatores nostros, qui magno numero exierant, inuadunt; & quamquam tempestas cum fulgure & tonitru omnia perturbaret, repelluntur. Dispositis terra marique omnibus tormentis, decimo-quarto Iulij ipsa aurora contra Guleram exonerari incipiunt, dura-

1535. durauitque vis vsque ad horam secundam pomeridianam. Tum omni exercitu, qui triginta millium erat virorū, ad pugnam parato, cū Cæsar acies circumequitans, militem ad fortiter agendum inflammasset, signum inuasionis datur. Quumque aliquandiu acriter vtrimque esset pugnatum, tandem Cæsariani vi irrumpunt, obuiofque omnes sternunt. Cecidere multi, nec tamen inulti. Captæ centum quinquaginta Barbarossæ naues, in Sinum Guleranum subductæ. Serui aliquot Turcæ ac Afri in Christianis triremibus vincti, dolore cladis, ac libertatis desperatione, manus sibi intulere. Rex Muleasses, cæteri que Afri, tam subita Guleta expugnatione in extremam admiratione sunt rapti. Barbarossa, Guleta ac classis amissione obstupefactus, consilij aliquandiu inops constitit. Tormenta quadraginta diuersi generis Guletae capta, inter quæ Francica fuere complura, lilijs ac iridibus insignita, aut Salamandram cum his verbis habentes: Nutrisco & extinguo. Guleta turris erat lateritia, quadrata, duorum tabulatorum, quæ intus quadraginta, extrà quinquaginta passus continebat, plena cōcameratis locis, in quibus necessaria custodiebantur. Circunductus turri muruserat, cum vallo ac fossa, quæ defensiones primis tormentorum ictibus mense Iunio, administrante Vastio, inutiles erant factæ. Quicquid intus erat, exceptis tormentis, militi in prædam nauatæ operæ cessit. Deinde relictis Guletae sexcentis militibus, mortuisque magnis fossis coopertis, Cæsar vigesimo Iulij Tunetum versus mouet, Andrea Auria ad classem, vt tormenta reduceret, relicto, sex tantum muralibus, ac totidem campestribus, militū corporibus attractis, Cæsare sequentibus. Equos enim nullos præter militares habebat: milites quinque dierum cibaria adferre iussi, cætera erat Auria subministraturus. Cæsar vndique armis tectus, Hispanico insidebat militari equo, ferreū manu gerens clauum, perequitansque peditum ordines, verbis vultusque alacritate omnes animabat. Deinde ad equitum aciem in dextro latere reuersus, ante Cruci affixi Christi imaginem solus equitabat. Pedites Germani cum tormentis ac impedimentis in medio ibant, à lateribus Hispani Italiq; sclopetarij, præcedente equitatu. Haud procul Tuneto in Oliuetis sedebat Barbarossa, centum millia inermium Afrorum habens, sed decem millibus Turcarum peditum, quos Constantinopoli adueixerat, fidens. Appropinquante Cæsare, (necessariò enim hac illi iter erat) tormentis vltrocitroque exoneratis, pugna varijs locis initur, magno Afrorum cum vltulatu, ac incondito nostrorum clamore. Afri, cū facta impressione nil proficerent, cedebant, iterumque reuertebantur. Sed magno detrimento à sclopetarijs accepto, hastatorum Germanorum phalangem horrebant vitabantque: quumque ab hac illato pede vrgerentur, inde nimbo pilarum obruerentur, in fugam abeuntes, Turcis pugnam relin-

1535. relinquunt, qui pro veteris virtutis fama constantissimè fortissimeque pugnantes, tandem numero obruti, ruptis ordinibus, pro maiori parte cæduntur. Barbarossa, desertis tormētis ac impedimentis, Tunetum, re desperata, se recipit, maiorem accepturus cladem, si Cæsariani siti propè enecti insequi potuissent. Quæ causa fuit, vt eodem loco Cæsar castra facere cogeretur. Tanta enim ijs locis, torrente Syrio, aqua fuit penuria, vt pro dulcis aqua hauſtu tres aureos solueret, totidem pro pomo Punico, aut simili fructu, guttur ac os refrigerante humectanteq; . Vulgus militum, exuta veste linea, repertaque aqua turbida & immunda, eam immergebat, ac exugebat. Nox necessitati, repertis puteis, auxilium tulit. Summo mane, qui fuit vigesimo-primo Iulij, castra Cæsar mouet, ac ab aliquot fugitiuis Christianis fit certior, Barbarossam cum equorum ac tormentorum parte, deserto Tuneto, in proximum montem castra posuisse, postero die reliqua ablaturū, ac Arcem, incenso puluere tormētario, cum captiuis Christianis, ac quicquid auferre non posset, absumpturū; sed seruos, de prælijeuentu Cæsarisque aduentu certiores factos, ruptis catenis se liberasse, Barbarossam, occupata Arce, exclusisse, eumque cum cæteris piratis Gerbam vsque profugisse. Hæc albis expositis signis, è serico linoque factis, serui vera esse ex Arce testabantur; moxque nonnulli eorum emissi, tutoque ad Cæsarem delati, eum de rei veritate edocuere. Quare nemine resistente Tunetū intrat, seruosque Christianos omnes, qui viginti millium numerum superabāt, liberos pronunciat. Erant inter hos non pauci viri nobiles, quorū plerique pro libertate octo, decem, ac quidecim aureorum millia frustra obrulerāt, hiq; Franci Italiq; , quos à Cæsaris corpore ne intentatis quidem minis depellere poterant, prosternentes se, seminudi, squalidi, verberibus fœdati, fame macerati, ac præ gaudio sui impotentes, ad eius pedes, vt vel calceos in grati animi signum exosculari liceret. Cæsar animi eorum desiderio satisfactorius, in sede confidens, pedes, genua, ac manus exosculandas præbuit, vestes singulis ac aureum vnū donat: quo accepto, tanta cum lætitia abibant, Cæsari exercituique felicia faustaque omnia precantes, vt omnibus lacrymas excuterent. Francos seruos Cæsar ad Regis Francisci Legatum mittit: Hispanos, Italos, ac Germanos vt suos tractat, maioremque partem, id petentem, militiae suæ ascribit. Reperta sunt in Arce Tunetana tormenta omnis generis complura, tentoria eximij operis, panni canabini ingens copia, arma varij generis, erepta etiā Fræcis infelici expeditione Regis Lodowici sancti. Rex Muleasses ciuibus iratus, quod nil in tāta opportunitate pro se mouissent, consentiente Cæsare Urbem militi dat diripiendam. Certiores hac de re primi omnium Hispani irruunt, nil intactum relinquunt, viros, fœminas, pueros ad decem millia vendunt, reliqui in proximos montes fugiunt.

1535. fugiunt. Tum Mahometica sacra diripiunt, resistentes vanorum sacrorum Ministros occidunt: fuereque non pauci qui sibi suisque hinc opes quaerere, alijs quinquaginta, alijs centum millia aureorum corradentibus. Rex Muleasses, inspectis captiuis, complures qui olim sibi fideliter seruierant, ac fœminas aliquot libidinis socias, redemit. Vigesimo-seculo Iulij Cæsar præconis voce Urbis direptioni ac ciuium miseriæ finem imposuit. Postero die Muleassem in Regnum restituit, tributum ei annum duorum falconum ac pernicium equorum imponit, vt que deserta Solymanni amicitia suam colat, præſidiariisque Guletanis stipendia persolui curet. Deinde exercitu Vrbe educto ad vicum Rada, iuxta dulcis aqua torrentem castra locat. Tum ciues qui in proximos montes confugerant, domum sub veteri Rege redeunt. Volebat Cæsar & Algerio Barbarossam pellere; sed impeditus alui fluxu, quo miles promiscuè laborabat, in Siciliam cum classe contendit, Guletæ præſidies Bernardinum Mendosam, Marchionis Mondeiari fratrem, cum præſidio mille Hispanorum peditum, iustoque tormentorum numero ac comæatu, ad litus decem, Duce Antonio Auria, triremibus. Exinde Cæsar Ioannem Lusitanum cum sua classe domum dimittit. Ipse quadremem conscendens, cum reliqua classe versus Urbem Africam, olim Adrumetum, proficiscitur. Sed aduerso vento iterum in Siciliam eiectus, Trepanam vigesimo-seculo Augusti venit, reperitque partem onerariarum suarum, reliquis Palernum ac Neapolim delatis, aut ad Africæ littus disiectis, vbi quatuor diebus in anchoris stâtes, de Cæsare nuncium expectabant: quo accepto, Trepana n venere. Hinc militi persolutis stipendijs Cæsar classem dimittit, seruatim tantum veteranis Hispanis, ac bis mille veteranis Germanis. Tertio Septembris terrestri itinere Trepana Mons-Regium Cæsar peruenit, Archipræſulatu insigni ac ditissimo ornatum, vbi pulcherrimum totius Insulæ Templum, Iudaico veteri ritu in orbem ædificatum, sustentatumque à diuersis marmoreis vnus lapidis columnis, visitur. Hinc duodecimo Septembris Palernum, nunc Siciliæ Metropolim, veniens, summo excipitur gaudio, nullo lætitiæ genere omisso, Cæsarem Insulares centum quinquaginta millibus aureorum nummum munerantur. Deinde auditis populi querelis, ob malè administratam iustitiam, authores partim capite plectit, partim exilio aut auro multat; restitutaque legibus autoritate, Ferdinadum Gonzagam Siciliæ Pro-Regem nominat. Exin Messinæ conscensa classe, felici nauigatione mense Nouembri Neapolim peruenit, vnde datis ad Protestantes in Germaniâ literis, intellexisse se scribit, eos contra postremæ pacis leges sacra occupare bona: quod si verum sit, non posse sibi non esse perquam molestum ac graue. Gratulantur hinc Cæsari aduentū duo à Pontifice Paulo missi Cardinales. Tum Philippus Stroz-

1535. za, cæteri que Florentini exules, ingentia crimina Alexandro Mediceo imponentes, oblata que Cæsari magna pecuniæ summa, ac non contemnendo singulis annis promisso tributo, petunt, reiecto Alexandro, negata que illi filia Margarita, Florentiam sub Cæsaris Imperio liberam permittat. Sed paulo post Alexander Neapolim veniens, de impositis criminibus facile se purgat. Quare Cæsar, reiectis exulum postularis, ac præclare seruata defuncto Clementi fide, mense Februario sequentis anni Neapoli, vbi hiemabat, Bacchanalibus diebus, quæ piscales Quadragesimæ dies præcedunt, Alexandro filiam Margaritam in vxorē collocat, nuptias que magna cum pompa celebrat, ipse que Maurorum Afrorum que ritu eques decurrens, inter personatos nuptialis pœpæ visitatores cum illustribus Matronis ac virginibus choreas familiariter ducebat. Vigesimo quarto Octobris Mediolani moritur Fraciscus Sfortia, Insubrum Dux huius familiæ postremus, nullis ex vxore Christierina, quæ nondum pubuerat, relictis liberis: causa noui inter Cæsare ac Regem Franciscum in Italia belli, quanquam octo annorum intervallo bis Rex huic Prouinciæ solemniter renunciaffet. Amicos igitur Francus sibi paraturus, decimo-nono Decembris Guilhelmu Belaium Smalcaldiam ad congregatos Protestantes mittit, petens in fœdus admitti. Illi non recusant, modò contra Cæsarem nil sanciat. Idem Regis Angliæ Legato respondent. Cum que fœdus Smalcaldicum in annum tantum unum huc vsque fuisset initum, ac iterum sæpius renouatum, nunc in decennium continuauere, nouis aliquot Principibus ac Ciuitatibus fœderi ascriptis. Mese Iunio huius anni, fortuna Retinctorum Monasteriensium planè inclinare cœpit. Tanta enim in Vrberum omnium erat penuria, vt non pauci inedia perirent, infames sordidi que cibi deficerent. Solus Rex pro ducentis hominibus penum satis instructum clam habebat. Emiserat iam dudum, vt narrauimus, Vates omnes, quo in diuersas Prouincias Dei voluntatem sibi soli detectam nunciarent, populos que ad eam amplectendam hortarentur, reuera autem vt esecutoribus quammaximas pararent copias, Monasteriensis que commeatu ac milite iuuarent. Sed Vates, varijs locis capti ac excruciat, iustas dedere concitate plebis pœnas. Interea V Vormatiam iterum à Romanorū Rege Ferdinando conuocati Germaniæ Principes, de cogendo contra Retinctos milite, expedienda pecunia, ijs que omnino domandis decreta fecerāt, legerant que V Vigericum Obersteinium exercitus Imperialis Ducem. Tradit venienti Obersteinio Antistes Monasteriensis copias, qua ratione tam arctè Vrbs premi est cœpta, vt nullus exire, nec intrare, sine præsentis periculo posset. Sed quod Germani in administranda pecunia essent negligentiores, Obersteinius ob non soluta stipendia non semel militari seditione laborauit, præclara

1535. rasque aliquot rerum agendarum occasiones perdidit. Tandem mense Iunio Ioannes quidam Langestratius cum socio vno ad Obersteinium transfugiens, qua posset ratione capi Monasterium docet. Militarat prius Antistiti, sed quod iustam certa ob crimina metuisset pœnam, Monasterium transfugerat; quum que causam eius Retincti probassent, veteranum que esse militem Rex videret, excubijs ac vigilijs vrbans præfecerat: quo munere aliquandiu fideliter defunctus, tandem exofus Retinctorum inoposturas ac tyrannidem, cum vniuersum Urbis situm, fossarum altitudinem, muri ac valli naturam probe perdidicisset, excubiarum que conditione, si quis alius, optimè calleret, obscura nocte muro se deiiciens, fossam transit, ac recta ad Antistitis castra contedens capi se sinit; impetrata que præteritorum venia, ei ac Obersteinio rationem capiendi Monasterij explicat. Iunij die vigesimo-quarto tentatur negotium, præcedit Langestratius, sequuntur intempesta eum nocte quadringenti pedites; ducti que per fossam non admodum profundam, primum triginta in vallum, interfectis vigilibus, conscendunt. Hos centum alij sequuntur, deinde cæteri omnes, simul que contententes ad propinquam portam, eam refringunt, ac quingentos alios pedites cum signis ac Præfectis intromittunt. Recognita, aduolat cum armatis Rex, ac ingenti conatu depulsis Germanis, portam iterum claudens, cæteros qui summa cum festinatione in auxilium properabāt, excludit; conuersus que ad eos qui intrarant, atrox prælium, non paucis hinc inde cadentibus, committit. Imperiales enim, quod auxilia sibi non defutura scirent, summis se viribus defendebant. Cum que per horam & amplius acriter esset dimicatum, tandem varijs locis tentatis fossis ac muris, altera que refracta porta, magno numero Germani irrumpunt. Defendunt se in foro ac locis patentibus Retincti pertinacissimè, carros ac plaustra pro munimentis habentes, adiuuantur que non segniter à suæ sectæ fœminis ac pueris, è domorum tectis ac fenestris omne telorum genus in Imperiales deuoluentibus, donec ciues, obtenta venia, arma proiecissent, Retinctos que deseruissent. Tum vndique superati, passim sine vlla commiseratione caduntur. Rex cum Cnipperdollinco ac Crechringo Vatibus capitur. Rotmannus Orator Regius, supplicio se liberaturus, in confertam irruens turbam, pugnant confoditur. Regem Antistes ad se perductum in hunc modum alloquitur: Vilis ac infamis nebulò, quæ te ratio impulit, vt me populum que meum hac calamitate afficeret? Reddit promptè: Domine Papa, non tibi detrimentum intulimus, qui ex debili Oppido munitissimam tibi Vrberem relinquimus. Quod autem auri nobis oppugnandis impendisti, si mihi credere velis, mox duplo, imò & triplo, recipies. Subridens Antistes, Qua, inquit, ratione? Tum Rex: Corbem iube fieri ferream, ad corporis mei propor-

1535. tionem dimensam: in ea me deponito, corio desuper tegito, ac lautè
 » habeto, deinde per Europam operà satellitum tuorum minorum Pa-
 » parum circumferri iubeto, ac à singulis, qui me videre cupient, album
 » tantùm Germanicum denarium exigito; plus auri aceruabis, quàm
 » vniuerso huius belli tempore Papales valuere indulgentiæ, aut tu Ger-
 » manique tui in id impendistis. Reddit Antistes: In corbem ferream, vt
 » peris, descendes, sed alia quàm præscribis ratione. Tum eum in Arce
 Oppidi Tellicht arctè custodiri iubet. Antistitis ministri cum Rege eò
 profecturi, eum ad equi caudâ manibus brachijsque alligant, equum-
 que currentem, aut euntem, sequi cogunt. Vates alijs carceribus sepa-
 rati includuntur, sequentiq̃ue anno cum Rege occiduntur. Recepto
 vigesima-quinta Iunij Monasterio, dimidia præda pars cum omnibus
 tormentis Antistiti cedit, reliquum militi permittitur: qui mox acceptis
 stipendijs, sacramento liberatur, ac dimittitur. Duas tantùm Antistes
 cohortes ad Vrbs sui que custodiam seruat. Obsessum oppugnatum-
 que fuit Monasterium octodecim continuis mensibus. Conati erant
 varijs Hollandiæ ac Frisiæ locis Retincti vires cogere, ac Monasterien-
 sibus auxilio proficisci, sed semper detestæ coitiones ac dissipatæ fuere
 manus. Ianuarij die vigesimo-quarto huius anni Leidam Hollandiæ
 Ciuitatem claram occupare fuerant conati: sed in tempore aperta
 Magistratui prodicione, armatæ Tribus vi obuiam Retinctorum cona-
 rui iuere: captiui gladio ac igne periere, fœminæ aquis sunt suffocatæ.
 In Frisia mense Aprili Audeclosteram occupât, muniuntque: sed expu-
 gnati, cæsi, ac puniti, cæteri in varias partes diffugere. Decimo Maij
 Amstelrodami res in summo fuerat periculo. Ædem enim publicam,
 seu Prætoriam, occupant; auxiliaque expectantes, contra ciues ali-
 quando defenderant: sed interfecti viginti octo, cæteri capti, aqua,
 igne, gladio, aut laqueo periere; Ducibus aperto pectore cor extractum,
 ac in os coniectum. Proditio autem hac ratione fuit instituta. Ioannes
 Ghelius Vates à Rege Monasteriensi inter alios ad diuulgandas noui
 Regni leges, vt scripsimus, emissus, quum Amstelrodamum profectus
 sese diu clam esse non posse videret, Bruxellam Brabantiæ proficiscitur,
 ac per veterem amicum Marię Austriacæ, Belgarum Gubernatrici, sup-
 plicem offert libellum, quis sit, ac qua de causa patria pulsus, sine dissi-
 mulatione prodit, deceptum se à Retinctis penitere, gratiam veniam-
 que rogare simulat, ac proinde, vt liberè vbique degere commearique
 posset, petit, tandemque impetrat. Accepta gratia, Amstelrodamum re-
 uersus profitetur quis sit, impetratæ gratiæ Diploma exhibet, recipitur-
 que. Interea animo nil mutatus, clam rebus necessarijs ad occupandam
 Urbem paratis, cum armatis focijs media die ædem Prætoriam occu-
 pat, munit, ac defendit, auxilia è Frisia Holladiâq; è cõstituto expectas.

Sed

1535. Sed quòd armati ciues ac Sodalitates portum Vrbi que portas custo-
 dirent, aduenientes nauibus Retincti, intrare se non posse videntes, in
 varias Europæ Regiones voluntariè exulatum abiere. Tum ciues, pro-
 ductis maioribus tormentis, contra eos, qui Prætoriam ædem occupa-
 rant, constituunt, ac aliquot horis acriter vtrimque tormentis certant:
 quo conatu aliquot ciues cecidere, interque hos alter Consulium. Re-
 tincti verò fame domiti, cum frustra auxilium expectassent, tandem de-
 ditionem faciunt. Ioannes Ghelius, gnarus quale supplicij genus teter-
 rima prodicione esset meritus, quum aliquandiu aperto loco ignotus
 continua sclopeti exoneratione ciues irritasset, tandem globo traiectus
 occubuit. Inter captiuos capitali supplicio affectos Iacobus fuit Cam-
 penis, à Retinctis Amstelrodami Antistes cõstitutus. Cæteri quos Præ-
 toria domus capere non potuerat, vt in Vrbe seditionem ac tumultum
 augerent, viri ac fœminæ, pars nudi, pars vestiti, claro die per plateas
 discurrunt, clamitantes: Væ, væ, væ, pœniteat vitæ antea cta, adest po-
 strems mundi dies, nouum Christi instat Regnum, impij omnes (Ca-
 tholicos indicabant) iam iam pœnas sunt daturi. Harlemi ædiu recta
 ascendentes, è cælo consilium ac cibum expectabant. Idem & alij, qui
 proceras conscenderant arbores, à Deo se extorturos frustra persuaderi
 sibi siuerant. Sed cum vtrimque in vanum aliquot diebus rogassent ac
 expectassent, fame deficientes, penum inuisunt. Non pauci stultitiæ
 pœnas dantes, capti, irrisi, ac ignominia notati, Ciuitatibus pelluntur.
 Summa certè Hollandorum diligentia effectum est, vt nuspian nec
 iustam cogere manum, nec munitum occupare Oppidum potuerint. Feli-
 citatis fuit, quòd virum in autoritate positum (summa enim id ope
 querebant) qui Retinctis præ esset, nullum vnquã reperire valuerint, sed
 vbique pulsi aut capti viri gladio, laqueo, aut igne, fœminæ aqua ma-
 gno numero punirentur, tandemq; in diuersas Europæ plagas dissipati,
 modestiores paulò sunt facti, stultæ impiæque religioni suæ, vt tutius
 degerent, arma ademere, aut ademisse se simulauere. Cauendum certè
 sedulo probis ac prudentibus est Principibus ab hac Retinctorum si-
 mulata modestia. Nam omnium eiusmodi hominum mos est, captare rerum
 nouandarum occasiones; quibus oblati, omnia sursum deorsumq; moue-
 re, nilq; intentarum relinquere, vt rerum summam ad se trahant. Ad Idus Iu-
 lias iterum V Vormatiâ Rom. Rex conuocatis Imperij Principibus pro-
 ponit, qua ratione, capto Monasterio, planè Retincti possint extirpari.
 Tum de Concilij vniuersalis conuocatione, de restituendis ex promisso
 Antistiti Monasteriensi, alieno ære oppresso, belli sumptibus. Sed cum nil
 decerni posset, quartus V Vormatiâ ad Cal. Nouembres indicitur con-
 uentus, quo tamè Antistes nil obtinere potuit, iussus insuper erectas à se
 Monasterij Arces demoliri, omnesq; qui Retincti non esset, in sua resti-
 tuere.

QQ3

tuere.

1535. tuere. Interea Rex Monasteriēsis cum duobus memoratis captiuis Vatribus ad vicinos Principes spectaculi causa circūducitur, ac cum varijs aliarū sectarū Professoribus de religione disputat. Catholicis enim aures præbere volebat. Sed cum inani verborū cōrentione diu vitilitigasset, nullo non semper aliquid in abstrusissimis, omnemq; humanū captū superantibus, arcanarum rerū quæstionibus, quod respōderet repente, magis quàm antea incerti discessere. Mense Ianuario anni 1536. obiit Catharina Arragona, Cæsaris Caroli matertera, ante triennium à marito Heinricho octauo Angliæ Rege repudiata, ac nunc tandem veneno sublata, nubili relicta filia Maria. Pellex Anna Boulaina non diu eius thoro est gauisa. Nam mense Maio Regis iussu ob incesta adulteria, capite cum adulteris (inter quos & germanus eius fuit frater) est punita, vnica etiam relicta filia Elizabetha, adhuc hoc anno 1598. Angliæ Regina. Ianuarij die decimo-nono, Rex Monasterij cum duobus dictis Vatribus ad Urbē reducitur, ac, ciuibus omnibus rebellionē condonata, ad huiusmodi mortis genus condemnatur. Rex, viginti-sex tantum annos natus, die Ianuarij vigesima-secunda in scenā ligneam, quæ in foro Monasteriensi erecta stabat, perductus, ad vmbilicum vsq; nudus palo alligatur. Astabant carnifices duo, singuli candentibus forcipibus carnem eius frustratim à pectore, tergo, lateribus, ac humeris vellicantes lacerantesque. Ad tres primas vellicationes Rex obtulit, deinde sine intermissione misericordiam ac gratiam à Deo magna voce implorabat. Cumque per horam hac ratione esset excruciat, alter carnificum, iussu Magistratus, adacto per præcordia pugione, vitam illi eripuit. Eodē modo de Bernardo Cnipperdollinco Pro-Rege, ac Bernardo Crechtingo Cancellario, quos Rex Duces creat, supplicium est sumptū, altero de alterius mortis genere ignaro. Fama erat, Regē Ioānem Beukelarium, eiorata impietate, ad Catholicam religionē reuersum. Sed duo Vates, obstinatē in secta morientes, nil aliud in tormentis vociferabantur, quàm, Pater, Pater. Ossēa eorum cadauera (caro enim vini calculi iniecta, ab ea erat consumpta) ferreis cancellatis inclusa caueis, ad summi Templi Diuo Lamberto consecrati turris fastigiū appenduntur. Rex medius, à dextra Crechtingum, à sinistra Cnipperdollincum habebat, hominis Rex longitudine sublimior anno adhuc 1598. pendens. Vtebatur autem Rex hoc titulo: Ioannes verus Rex noui Templi, famulus Dei altissimi, anno ætatis suæ 26. Regni primo, secundo die primi mensis, sumptæ à Iesu Christo Filio Dei carnis anno 1535. Hic finis fuit Anabaptistici apud Monasteriēses, primariæ Vestfaliæ Ciuitatē, Regni, quum paulo amplius quā biennium durasset, Vrbs verò per sesquiannum obsessa fuisset. Misere ad hoc bellum Antistitiū auxilia vicini omnes, ac inter hos præcipuè Maria Austriaca, Belgarum

rum

rum Gubernatrix, Cæsaris Caroli soror germana; memores versus 1536. Ouidij:

Tunc tuæ res agitur, paries cum proximus ardet.

Franciscus Rex Franciæ, quod mortuo Francisco Sfortia, missis ad Cæsarem Neapolim Legatis, petitaque Ducatus Mediolanensis restitutione, responsum pro voto non obrinisset, odio ac inuidia indies crescentis potentia Cæsaris concitatus, copias vndique ingentes, rupta pace, cogit, eisque Philippum Chabotium, Franciæ Admiralem, præficit, iubens, auunculū Carolum, Sabaudia Ducem, Ditione pellat, causatus se maternæ hereditatis portionem, quam amicitia non posset, vi armisque obtenturum. Sciebat enim, hac occupata Prouincia, Mediolanum euadere manus suas non posse. Ad hæc Heluetica arma in auunculum, Geneuensium causā, concitat. Confidebat Sabaudus amicitia ac affinitate Cæsaris. Vxores enim eorum germanæ erant sorores, dederatque Cæsar Sabaudus à Ducatu Mediolanensi, vt à Francica eum distraheret amicitia, Comitatum Astr. Quam leues huius belli causas habuerit Francus, apud Bellaium Francum scriptorem legere licet, qui cum longa narratione ac fastidiosa verborum iustas eas fuisse docere conatur, aërem eum verberare diligens Lector facile animaduertet. Bernares adiuturi Geneuensēs, quod facto fœdere societatem secum iniissent, authoreque Ioanne Caluino Archipræsulem Catholicamque religionem Vrbe eiecissent, copias educunt; repulsoque Sabaudus, multa ei ad lacum Lemanum ac Rhodanum opportuna loca adimunt. Idem à sua parte Friburgij fecere. Philippus Chabotius, cum Francicis copijs in Sabaudiam irrumpens, vniuersam ferè occupat; transgressusque Alpes, Pedemontanam Regionem inuadit, nullibi iustis, que resisterent, reperijs copijs. Vnde facile in potestatem redigit Turrinum, Fossanum, ac Cheriū, munitissima Prouinciæ Oppida, quæ longè munitiora reddēs, imposito præsidio, de comætu ac tormentis in multos menses prouidit. Vercellas, Anthonio Leua præsidium submittente, capere non potuit. Carolus Sabaudia Dux, maiori Ditionis parte exutus, cum vxore, filio, ac thesauro ad Cæsarem est profectus: qui per Oratorem Venetis paulo antè persuaserat, relicto Franco, secum fœdus inirent. Polliciti sunt iisdē se legibus Cæsarem defensores, quibus defuncto Sfortiæ operam promiserant. Tanta enim Cæsaris vbique erat, ob præteritas recentisque victorias, gratia ac authoritas, vt nemo non eius amicitiam fortunamque, Francorum ambitiosæ infelicitati anteponēdam censeret. Hoc fœdere Cæsar confirmatus, operā fratris Ferdinandi perditum equitumque delectus in Germania fieri iubet, impetratque ab Heluetijs, neutram partem quieti fouerent. Scripsit & sorori Mariæ, Belgarum pedestres equestresque copias conscribi, opportunoque tempore

1536. pore ab ea parte rem gereretur. In cogenda pecunia Cæsarem Siculi, Neapolitani, Mediolanenses, Genuentes, Senenses, Lucenses, gener Alexander, ac in primis Regna Hispanica insigniter inuauere, à quibus supra trigentes centena aureorum nummum millia expectabat. Ineunte vere Cæsar Neapoli Romam profectus, à Pontifice Paulo ac Romanis summo cum honore excipitur. Dato à Pontifice Senatu, insigni oratione docet, quàm inuitus ad nouum bellum, à Franco prouocatus coactusque, descendat, ac proinde satius fore singulari certamine cum Rege controuersias finire, quàm multa hominum millia ambitiosi odij calamitates perferre. Roma Senas, inde Florentiam peruenit, vbique incredibili cum pompa receptus. Cùm Florentinam Arcem, à genero Alexandro edificatam, ingenti que tormentorum apparatu instructam, cum admiratione inspexisset, eum in libera Vrbe nouum Dominatum ineuntem serio admonet, probe sibi à ciuium, exulum, omnium denique hominum insidijs caueat. Florentia Lucam proficiscitur, indeq; transgresso Apennino Astam veniens, ab Antonio Leua Fossanum expugnatum, ac Franciscum Salasium, (alij Salusium appellare malunt) deserto Francorum Rege, suas partes amplexum discit. Quo feliciterum initio, ad Alpes maturè transcendendas, atque ad interiora Fræciæ inuadenda, mirum in modum est inuitatus. Rebus igitur omnibus paratis, subsequente per Liguriæ littora cum instructissima classe ac Italicis cohortibus Andrea Auria, Cæsar per maritimas Alpes, ac Tédanos colles, Lugdunensis Prouinciæ fines iusto cum exercitu intrat. Auria Antipolim ac Gratiam capit, diripitque. Cæsar ad Forum-Liuij perueniens, exercitumque recensens, repperit Germanorum peditum viginti millia, Ducibus Tamisio ac Georgio Franispergio; Hispanorū octo millia, Ducibus Vastio ac Leua; Italorum peditum decem millia, Duce Ferdinando Centinillio Santseuerino, Principe Salernitano. Hastatos equites Belgas ac Burgundos Maxæmilianus Egmondus, Buræ Comes, adduxerat; Hispanos ac Italos Ferdinandus Toletanus, Albæ Dux. Veterano leui equitatu præerat Ferdinandus Gonzaga. Tormenta classis aduehebat. Francus Cæsaris celeritate præuentus, neque hac parte eum irrupturum expectans, iuxta Lugdunum legionarios pedites equitesq; in vnum coegerat, Auenionemq; versus progrediens, alium in Picardia exercitum, quem Heinricho Nassauio cum Belgarum copijs Franciæ minitanti opponeret, conscribebat. In Italia vero distrahendis Cæsaris consilij ac viribus, è suæ factionis Proceribus, ad Mirandulam octo peditum ac duo equitū millia in armis habebat, quibus Guidonem Rangonum præfecerat, ac vt Genue insidiaretur iniunxerat. Cæsar promotis ad Fanū Maximini castris, receptisq; aliquot Oppidulis ac Arcibus, Francos compluribus minutis prælijs non sine

detrimento

detrimento superauerat, tandemque ad Aquas Sextias, indeque haud 1536, procul Mafilia castra locans, inspecto vetustæ Urbis situ, Arelatensem agrum latè vastat. Dum Francus cogendis contra Cæsare copijs est intentus, nuncium accipit tristissimum, Delfinum Franciscum, filium è tribus natu maximū, magnæ spei adolescentem, octodecim tantum annos natum, repentino morbo extinctum. Volunt Franci veneno sublatum, eaque de causa Lugduni Sebastianum quendam Montecuculum, tormentis excruciatum, à quatuor equis in diuersa tendentibus discerpi iussere, quòd tormentorum violentia coactus, se id fecisse, inductum ab Antonio Leua, ac Ferdinando Gonzaga, professus esset, falso, vt postea compertum est indicio, quòd his Ducibus nulla subisset causa, vt tantum vellent auderentque facinus. Extincto enim Delfino, supererant Regi duo alij filij; & his sublatis, Regij sanguinis Proceres complures. Certè apud ipsos Francos non defuere, quibus certò persuasum fuit, Heinrichi Aureliæ Ducis operâ scelus perpetratum, instigante eum Catharina Mediciæ, vxore ambitiosissima, quæ maritum Regem, seque Reginam Franciæ, adorari, vt euenit, cupiebat. Cæsar ad Aquas Sextias castra habens, comineatus inopia premebatur, militesque, nimio fructuum esu, alui fluxu ac torminum dolore laborare ceperant. Franci enim, nequid Cæsariani in agris reperirent, omnia, quæ rustici statuto tempore, auferre nequuerant, igne corruerant. Sub idem tempus Guido Rangonius citato itinere Apenninum transgressus, cum copijs ad Genuam accessit; frustra que admitti petens, duobus locis appositis muro scalis, vi ingredi conatur. Sed in tempore cum septingentis peditibus adueniente Antonio Auria, Franci facile pelluntur. Rangonius, quòd sine tormentis aduenisset, irritò conatu in agrum Pedemontanum reuertitur, cæterisque iunctus Francis, Carinianum ac Carmagnolam ad deditionem compellit. Receperat Burius, Turini Francorum Præfectus, proditione Casalim, Cæsarianis Arcem tenentibus: quibus statim Asta Vastius cum iustis copijs auxilio profectus, Francos prælio superat; maiori que parte cæsa, Burium, Taisium, ac Christophorum Guasum cum multis militibus capit, paucis fuga euadentibus, inter quos fuere qui Oppidum Francis prodiderant. Rex Franciscus, receptis in castra Helueticorum viginti millibus, ad Cabillonem castrametatur, Cæsarianos pestilenti fluxu alui laborantes pressurus. Prælio enim nequaquam cum fortunatissimo Cæsare certare decreuerat. Sed is antequam maiori incommodo vrgeretur, (morbo in castris desiderato Antonio Leua, expeditionis auctore) quo venerat itinere in Liguriam est reuersus, perditis morbo multis viris præclaris, ac supra duodecim millibus militum. Dum Cæsar ad Aquas Sextias castra habet, Heinrichus Nass

R. R.

fauij,

1536. Fauij, ac Adrianus Reufij Comes, eductis viginti millibus peditum, ac sex millibus Belgarum equitum, in Picardiam contendunt. Capiunt Braiam ad Somonam amē sitam. Guifam, caſis præſidarijs, expugnāt, Arce deditionem faciente. Tum vltteriùs in Franciam profecti, omnia in prædā vertunt; quodque auferre non poterant, igne cōſumunt. Quumque aliquan diu inſig uter in Pagos, Villas, ac miteros ruſticos ſauiffent, iuxtaque Fani D. Quintini muros, vbi paulo antè Florennæ Dominus, è familia Marcana ortus, cū iuſto præſidio intrarat, iter feciffent, ad Peronam copias conuertunt, Pariſienſibus tanto metu correptis, vt omnis ſexus, ætas, ac ordo ad muniendam Vrbem concurreret. Vendomæ ac Guifæ Duces, qui exiguis cum copijs Cæſarianorum veſtigijs inſtebant, Peronam Florennæ Dominum, Cerceium, ac Seuallium miſerant, ſinguli mille pedites ac ducentos equites, quæ Picardica erat legio, ducentes, vniuerſæ verò legioni Comes Dampmartinus, iam antea Peroniam ingreſſus, præerat. Productis tormentis, Cæſariani tribus locis oppugnationem aggrediuntur. Primam ad portam Pariſianam, alteram ad portam D. Nicolai, tertiam ad Fanū Forcini; factique ingentibus ruinis, inſtructis aciebus, irruptionis dant ſignum. Tuebatur Pariſianam ruinam Dampmartinus, Nicolaiçã Seuallius, Forcinam Cerceius. Quumque continuis quinque horis atrociffimè eſſet pugnatum, reſiſterentque præſidarij pertinaciſſimè, Cæſariani verò nec in Oppidum irumpere, nec è ruinis propelli poſſent; Naſſauius, deſideratis trecentis viris, receptui canit. Deſiderarunt Peronenſes octoginta-quinque viros, ac inter hos Humerium, cum aliquot viris nobilibus. Auguſti die vigefimo-ſexto iterum Perona diuerſis locis vehementiſſimè oppugnatur. Sed cùm ſe in vanum niti Naſſauius conſpiceret, militem è ruinis ad caſtra reducit, maioribus interea tormentis à vi non ceſſantibus. Ignis etiam in Oppidum eiaculatus non parum detrimenti dedit, plus illaturus, niſi interuentu effuſiſſimi imbris fuiſſet extinctus. Turris ingens, quæ Arcis erat loco, Belgas vehementer affligebat. Dum hanc actis cuniculis ſuffodiunt, Dux Guifæ trecentos ſclopetarios pedites noctu in Oppidum mittit, ſingulis collo ſaccum, cui decem libræ pulueris tormentarij inerant, quoque obſeſi egebant, ferentibus. Cuniculis abſolutis, Cæſariani ignem ſubdunt, deiecta que maxima turris parte, eò loci Comitè Dampmartinum cum multis alijs obruunt; conati que per ruinam ingredi, ab equitatu repelluntur. Octauo Septembris Cæſariani tormentis reliquam turris partem deiocere, iterumque Germani irruere niſi, fruſtra vim intulere, non paucis vtrinque tot oppugnationibus deſideratis viris fortibus. Naſſauius ac Reuſſius obſtinatè ac fortiter reſiſti videntes, appropinquareque militem à Rege in Francia ac Germania

Germania collectum, deſerta Perona, copias ac tormenta diuidunt. 1536. Reuſſius cum Belgis Cameracū, Naſſauius cum Germanis Atrebatum proficiſcitur, pauloque poſt triginta Francorum equites in inſidias allectos capiunt. Reuſſius verò Terowanam multarum rerum inopia laborare ſciens, ſubitò cum copijs eò conuolat, obſidetque. Fine Septembris Heinricus Naſſauij Comes ſupremum apud Belgas diem obiit, relicto filio Reinerò, qui caſo ad Florentiam in Italia Philiberto Chalonnio, Aurantij Principe, ducta iam antea eius ſore Claudia Chalonnia, Aurantij Principatum, vxoris cauſa, primus familia Naſſauiæ acquiſiuit. Cæſar, dimiſſo Genuæ exercitu, conſenſiſſique triremibus, cum Carolo Sabaudia Duce, eius vxore ac filio, deducente Auria, in Hiſpaniã contendit, ac decimo Decembris felici nauigatione Barcelonam appulit. Hoc iterum anno Retincti Pouldikij in Hollandia, occupata domo munita ſe armare conati, quòd ſatis magno numero conueniſſent, à milite, quem Senatus Hollandiæ eò miſerat, ſuperati diſſipantur: capti vtriuſque ſexus, vario mortis genere puniuntur. Obijt paulo poſt Romæ Guilihelmus Eincaffortius Cardinalis, Antiftes Derthuſienſis ac Ultraieſtinus, vbi ei ſucceſſit Georgius Egmòdius. Menſe Maio Ciuitas Delfenſis apud Hollandos, patria mea, (in qua ego vigefimo-tertio Auguſti, hora quarta pomeridiana, anno 1535. in hanc lucem ſum editus) fortuito igne ferè tota cōſlagrauit. Summa Templacum Monafterijs exuſta. Homines multi miſere ambuſti ac cremati. Obijt & hoc anno Deſiderius ille Erasmus Roterodamus, perpetuam hominum memoriam ob ſummam eruditionem ac faciendam meritis, Græcè Latineque doctiſſimus, ac vtriuſque linguæ reſtaurator feliciffimus, in quo memoriæ admirabilem capacitatem ac tenacitatem, an iudicij diuinitatem acrimoniamque plus mireris, meritò addubites. Æſtate huius anni Carolus Geldriæ Dux ſeptuagenarius, quietis impatientis, per ſpeciem domandorum Groningeniſium, qui ab authoritate ſua, pulſo Carolo filio notho, paulo antè diſceſſerant, ac, cæteros prudenter imitati Friſios, ad Cæſarem transferant, in ea Ditione ac Friſia ſimulanter Cæſari bellum inferit, inito fœdere cum Chriſtierno tertio Daniæ Rege, Cæſaris hoſte, cauſa Regis Chriſtierni ſecūdi. Meinardus Håmius ac Ioannes Hackeuordius Chriſtierni tertij nomine tria millia peditum conſcribunt, occupantque Dammum, Ditionis Groninganiæ Oppidum, inſigniterque muniunt. Augetur indies è Geldria, Friſia, ac Groninga numerus ab ijs qui Dano Geldroque fauebant, quòd prædā raptoque viuentes, impunè quiduis auderent tentarentque. Groninganos ob defectionem inprimis vexabant, omnibuſque momentis ad Vrbis vſque portas excurrentes, prædas ingentes abigebant, Ommelandios verò ad iniquam rerum ſuarum redemptionem cogebant. Non

1536. enim ita dudum Groningani, pulso Carolo Geldri filio spurio, cū omnibus præfidiarijs, Retinctis eum fauere dicentes, reuera quòd se defendi à Geldro non posse videbāt, cum Cæsare cōuenerant, ac, seruatis immunitatibus, eius se Imperio, vt Brabantia Duci ac Hollandia Comiti, subiecerant, Georgio Sceinckio eam in rem diligentissimè satagere, ac cum tribus peditum cohortibus Groningam veniente, vbi octauo Iulij, Cæsaris nomine, magna cum pompa inauguratur; accepto que ac dicto sacramento, auream argenteamque monetam in populum spargit, promittens expugnaturum se Dammum, dirutisq; munitioibus, ac repletis fossis, in Pagi Ommelandici formam, Oppidum Groningæ semper amulum, redacturum. Gelder, his rebus intellectis, apertè hostilem declarat animum, ac ferme per proditiōem Amersfortiū occupat. Sed profectus eò cum milite Hoochstratus, de proditoribus supplicium sumit, Geldrique ad Ducem reuertuntur. Groninga Cæsari conciliata, Sceinckius militem cogit, Dammumque obsidet. Habebant in Oppido quæ ad aliquot mensium obsidionem tolerandã erant necessaria, quòd recens electus è Duce Holstainio. Christiernus tertius Rex Daniæ eis auxilia submitteret. Obsidebat is eodem tempore. Coppenhauiam, pro Christierno secundo facientè. Hanc vt Cæsar obsidione liberaret, militem conscribi iubet, ac Frederico Comiti Palatino, (qui in vxorè duxerat Dorotheam, Christierni secundi filiam alterã) vt vxoris in Regnū Daniæ ius persequeretur, naues ac pecuniam pollicetur. Palatinus statim in Belgiū mittit fratrem VVolfgagū, cū quatuor millibus Germanorū peditū, ac multa nobilitate, iubetq; iungens se Cæsarianis, auxilio Coppenhauijs proficiatur. Dum in hanc rem Campveræ apud Zelandos quadraginta maiores onerarię, Hulchæ dictæ, instruuntur, Groninganū contra Geldros oritur bellū: quod subito finiturus Sceinckius, nō solum milite pro obsessis Coppēhauijs collectū, sed etiã Germanos à VVolfango Palatino adductos, in iducit. Illud verò in primis erat quod Christiernus tertius quærebat, eaq; de causa Geldrū ac Dammios clam palamq. ingentibus promissis animas, pecunia ac milite iuuabat. Sperabat enim se Coppenhauiam, quam arctissimè obsidebat, prius in potestatē redacturū, quam Sceinckius Dammum expugnare posset: quo facto, eius ac Palatini aduentū minus timebat: cum Cæsare verò facilè se transacturū sperabat, quū nil minus ei in votis esset, quã Groningã sui iuris ac potestatis facere. Hoc verò tēpore Dammios magis ad resistendum animaturus, iterū eis pecuniã, trecentos pedites, ac quicquid à se petebāt, mittit, Groninganorū omnia eis priuilegia tribuit, potestatem eudendę aureæ ac argenteæ monetæ facit: vidiq; daleros, ac minoris pretij argenteos nummos, eo tempore Dammij cusos. Præfidiarij verò ac ciues adeò Dammum munierant, vt nulla vi Sceinckius expugnare

1536. gnare posset, quanquam non semel maioribus tormentis dissectis munitioibus non sine exiguo detrimento id esset expertus. Ad hæc crebris eruptionibus multum Sceinckio damni dederant. Quare erectis opportunis ac necessarijs locis Castellis, ad obsidionem se confert; quam tamdiu est protracta, donec Coppenhauij, extrema rerum omnium inopia coacti, Christierno tertio deditiōem facerent: qua de re VVolfgangus Palatinus certior factus, dimissa expeditione Danica, ad fratrem Fredericum in Germaniã redijt. At Christiernus tertius, voti in Dania compos factus, Dammios, Geldros, omnesque ijs in Ditionibus belli concitatores deserit, ac sibi ipsis consulere cogit, eorum causa cum potentissimo Cæsare bellum nec inimicitias quarens. Is quoque contentus adiecit cæteris Belgarum Ditionibus Urbem ac agrum Groninganum, tyrannidem Christierni secundi, filio eius vnico hærede innupto mortuo, propugnadam sibi non existimauit, præsertim cum tot ac tantis vndique premeretur infestissimis hostibus, ac ingentibus implicatus esset bellis. Quare tandem Dammij, rerum omnium penuria compulsi, Idibus Septembris nulla alia cōditione Sceinckio deditiōem faciunt, quam vt præfidiarij vacui, albam manu virgulã ferentes, in Geldriã ac Daniam liberi abirent. Exinde Dãmij munitiones ex Groninganorum arbitrio demoliuntur, fossę replentur, portæ diruuntur, leges ac immunitates abrogantur, Oppidumque in Pagum redactū, Groninganorum imperio subijcitur. Vigesimo secundo die Septēbris Sceinckius Arcem VVeddanam ad deditiōem cogit. Tum Groningam reuersus, rebusq; necessarijs constitutis, vxoreque Ioanna Egmondia ibi relicta, ad exercitum, quem ad obsidendam Couvordam ac Bronchorstium miserat, venit. Post alterum obsidionis mensem, Couvorda rebus omnibus incolumibus cum Arce deditiōem facit. Postridie Cal. Decembres, Bronchorstii ijsdem cōditionibus in potestatē venit. Coegerant Geldri haud procul Dauētria iusti exercitus speciē. Contra hos properat Sceinckius, in itinere Arcē Dispenhorstia expugnans; quo eius successu territi Geldri, desertis ad Dauentriã castris, domum dilabuntur: neque antè quiete, amissa Frisia ac Groninga, quam iterum operã Sceinckij à Maria Austriaca pacem obtinuissent, facile ob bellum Franciẽ ea illam dante. Sed paulo post Gelder, leuissima inductus spe capiendi Einchuse, clari Hollandiæ Oppidi, ad Sinum Meridionalem siti, clam naues aliquot Harderwiehi armat. Quumque fraus non successisset, exarmatis nauibus factum dissimulat, à similibus tamen in posterum tentandis non abstinens, sed hostilem erga Cæsarem animum ad mortem usque seruans, eo, ob Franciẽ in Italia ac apud Belgas belli magnitudinem, perfidiam dissimulante. Postremæ pacis cum Geldro leges hæc fuerunt: Dux Geldriæ, eiusque subditi, fœderi Franco, Holstano, Danico, et

1536. omnibusque alijs contra Cæsare inicitis renunciato, literasque; ijs de rebus
 ,, exaratas intra proximos sex menses remittito. Idem Cæsar à sua
 ,, parte facito. Ante duodecimi mensis finem Cæsar Duci Carolo possessio-
 ,, nem Ducatus Geldriæ, ac Comitatus Zutania, pro se suisque tan-
 ,, tum legitimis liberis dato: quibus non existentibus, Cæsar eiusque suc-
 ,, cessores in Geldriam ac Zutaniam succedunt. Renunciat Gelder in
 ,, perpetuum omni actioni quam potest prætere in Ciuitatem ac
 ,, Ditionem Groninganam, Ommelandios, Dammum, Drentam, Twen-
 ,, tam, Couvordam, quæque huc pertinent, eis Cæsari eiusque successoribus
 ,, in perpetuum cedens, amplius harum Ciuitatum ac Ditionum ti-
 ,, tulo non usus. Cæsar viuo Duce Carolo, legitimisque eius liberis,
 ,, titulo Ducis Geldriæ, Comitatusque Zutania, cum successoribus absti-
 ,, neto. Pro veterum omnium actionum cessione semel à Cæsare acci-
 ,, pito triginta-quinque millia florenorum, ac singulis ad vitam annis
 ,, duo millia. Subditi utrimque, persolutis veteribus tantum portorij
 ,, ac tributis, liberè commeant. Bona hinc inde fisco addicta reddito.
 ,, Ultraiectini Duci Carolo pro omnium actionum cessione semel vi-
 ,, ginti millia florenorum persolunt. Captiuos utrimque gratis dimittunt.
 ,, Vtriusque partis socij his legibus comprehenduntur. Proximis
 ,, sex mensibus Cæsar, Regina Maria, Dux Carolus his legibus subscri-
 ,, bunt. Intra dies quatuordecim eas publicant. Actum decima De-
 ,, cembri, pro Cæsare subsignante Florentio Burano, Claudio Bouto-
 ,, nio, Corbaroni Domino, Philippo Nigro, Ordinis Aurei Velleris Can-
 ,, cellario, ac Lodouico Schorio, arcani Concilij Senatore: à parte Gel-
 ,, dri, Christophoro Meursij Comite, Ioanne Virosio, Secretario; Iodo-
 ,, co Swetio, Præfecto Tilano. Publicata est Bruxella pax vigesima-se-
 ,, cunda Decembris, militesque omnes qui in Frisia, agro Groningano,
 ,, Geldria, Ditione Ultraiectina ac Trans-Isalana erant, in Brabantiam,
 ,, indeque in Artesiam conueniunt, ituri cum Burano cæterisque Cæsaris

1537. Ducibus contra Francos. Sub initium anni 1537. in Italia Laurentius
 Medices Alexandrum Medicum Florentiæ Ducem primum, cognatum
 suum, in cubiculo pomeridiano tempore quiescentem, nihilque aduersi
 timentem, trucidat, nullos è Margarita Cæsaris filia liberos relinquen-
 tem, succedente illi in Hetruriæ Ducatu cognato Cosmo Mediceo. Ca-
 lendis Febr. missa à Rege Francisco Terowanam auxilia Oppidum,
 noctis obscuritate ac ingentis tæpestatu beneficio deceptis Cæsarianis,
 intrauere; pauloque post ducentis Francorum equitibus idem conatus,
 eodem modo successit, certabaturque; quotidie minutis prælijs pari cum
 detrimento. Intrant enim Terowanam adolescentes nobiles claroque;
 loco nati copules, qui nec otium pati, nec alijs cedere poterat. Cum-
 que iterum commeatus ac puluis tormentarius deficere inciperent, Rex
 mense

mense Martio Monstreulio, Duce Annibaldo, mille ducentos equi-
 tes cum iusta peditum manu, magnaque commeatus puluerisque; copia, eò
 mittit, comitantibus præstantissimis Francorum, Italarum, ac Alba-
 norum ordinum ductoribus. Proficiscuntur ad siluam Fauquenber-
 gicam, expectantes equites Terowanenses, qui de suorum aduentu cer-
 tiores, subita eruptione Cæsarianos eò loci excubantes, paucis interfe-
 ctis, ad castra compulere. Erat tum ad Fanum Audomari Reusius, cer-
 tiorque factus de Annibaldi profectio, cum octingentis equitibus
 haud procul Terowana insidias ei locat. Sed detectis, alio itinere inco-
 lumes Franci cum commeatu rebusque; necessarijs Terowanam intrant,
 Reusius ad Fanum Audomari reuertit. Annibaldus Terowanæ manet,
 maiori equitum parte Monstreulium remissa. Dum hæc fiunt, Rex Fran-
 ciscus Parisijs contra Cæsarem Iureconsultorum formulis actionibus-
 que bellum gerens, Flandriam, Artesiam, similisque olim iuris Ditiones
 fisco suo addicens, Cæsarem declarat rebellem. Tum coactis in unum
 copijs, Anna (alijs Annaus) Mommoranciaco Legato constituto, contra
 Belgas proficiscitur. Ditionem illi statim facit Arx Auchiacæ. Inde
 ad Oppidum Hedinum, Ditionis Atrebatensis, castra locat. Cæsariani,
 Oppidi munitione diffisi, ad Arcem, quæ munitissima erat, se contulere.
 Præerat ei nomine Cæsaris Sansonius, nobilis ac veteranus Namur-
 cæus, Borbesij Dominus, cum quingentis peditibus; ac Estrumellius, cum
 toridem alijs. Habebat Rex in exercitu ultra viginti-quinque millia
 virorum; cumque actis cuniculis parum proficeret, productis tormetis,
 ingentem in muro ruinam facit. Aduolant ad hiatum Francorum ali-
 quot cohortes: sed non exiguo detrimento, clarisque aliquot
 desideratis viris, repelluntur, cadente inter alios Carolo Builio, San-
 xerræ Comite. Sed cum Cæsariani non diu se vim sustentaturos cense-
 rent, res omnes pacti incolumes, Regi Arcæ cum Oppido ac tormentis
 reliquere: qui, Sercinij Domino in præsidio relicto, Fanum D. Pauli, quod
 huc usque neutrius fuerat partis, cum Arce occupat, ac muniri ingenio
 arteque Anthonij Castelli iubet, cum exercitu, dum opera fiunt, Perne-
 sij, ne quis ea impediret, sedens. Paulo post occupat & Lillerium, præ-
 sidioque firmat: expugnat Venantiam in palude sitam, prælio utriusque
 parti cruento; Marauillæ idem conaturus, nisi Reusius cum quatuor pe-
 ditum millibus ac sexcentis equitibus aduenisset. Fano D. Pauli non-
 dum planè permunito Rex præficit Ioannem Tureuillium, Villaboni
 Dominum, attributis illi bis mille peditibus, ac sexcentis equitibus; Arci
 verò Reinerum Pallierium cum mille peditibus, qui omnes, æquato cum
 fossoribus labore, cæpta opera perficere conantur. Exinde Rex Dorla-
 num reuersus, exercitum dimittit, exceptis octo millibus Germanorum
 peditum, quos Guilielmus Furstenbergij Comes ducebat, quem Dorla-
 ni ad-

1537. Iani, additis aliquot equitibus, in præsidio reliquit, ut Fano D. Pauli, exigente necessitate, auxilio esset. Noua enim opera Reusius, cum mille ducentis equitibus ad Oppidum vsque excurrere, diligenter inspexerat. Mense Iunio Reusius Lentij apud Atrebatas copias cogit, ac cū Burræ Comite ad Fanum D. Pauli veniens, aperiri portas Cæsari iuber. Respondent Franci, expugnata Perona se deliberaturos quid essent facturi. Ægre fert miles Germanus se irrideri. Quare tormentis facta ruina, acceptoque oppugnationis signo, ira perciti, ad Oppidum conuolant. Resistunt acriter Franci. Dumq; ad ruinas dubio Marte pugnatur, quinque Cæsarianæ cohortes ab altera Oppidi parte iustum præsidium non reperientes, interfectis viginti-quinque custodibus, in Oppidum perimpunt, ac propugnantes à tergo inuadunt. Qui ad ruinas pugnabāt, suos in Oppidum peruenisse intelligentes, tandem quoque vi irrupunt, nemini parcunt, Præfectos cum militibus interficiunt, capto tantum Villabonio, Bellaio, Laubino, Blerencurtio, Iuillio, cum paucis alijs. Signifer Iuillij, Germanos irruere conspiciens, animi consternatione sui impositus, ignarus quid faceret, elato signo in Oppidum se fugere existimans, recta in medios hostes se conijcit, ac confoditur. Alius nobilis Francus, timore cordis calorem extinguente, subito mortuus corruit. Cecidere in Oppido ac Arce circiter quater mille quingenti Franci prædijarij, exceptis ciuibus; foemina enim nec pueris paritum est, tanto furore crebris Francorum scommatibus irritati fuerant Germani. Inclinate die, Buranus, educto milite, captiuos omnes ad se perducere iussit. Villabonius Grauelingam missus, postea pro libertate decem millia aureorum liliorum soluit; Bellaius tria millia, spondente pro eo Glaioni Domino. Rex, intellecta Fani Diui Pauli oppugnatione, Annam Mommorancium cum Delphino Henrico in auxilium miserat. Sed certiores de expugnatione, ad fines defendendos redire. Buranus incenso Oppido, diruta Arce, ac demolitis munitioibus, postea exercitum recēset. Repperit circiter quindecim millia Germanorū, ac octo millia Vallonum peditum, Belgarumque equitum octo millia. Motis Fano Diui Pauli castris, cū Hefdinū transisset, Monstreulij muros productis tormentis verberat. Canapla Dominus, Oppido diffidēs, impetrata ciuibus ac militibus rerum omnium incolumitate, exeundiq; cū armis potestate, Burano deditioē facit. Eodem tempore Terowanā Franci iterū de rebus necessarijs recreant. Iunij die vigesimo-secundo Delphinus cū Mommorancio omnibusq; copijs Ambianū venit, euocatoq; ad se cū Germanis peditibus Furstenbergio, his alia Germanorū peditū quatuor millia, bello Danico ac Monasteriensi exercitata, quos ducebat Nicolaus Rustikus, dictus Gibbosus, iugit: qui cū Abbenillā cōuenissent, Annibaldo iubet Terowanā puluerem tormentarium ac sclopetarios pedites introducere.

1537. troducere. Buranus enim, dissectis moribus ac vallo, in summū Oppidanos periculum adduxerat. Proficiscitur Hefdino Annibaldus cū quadringentis sclopetarijs peditibus, ac aliquot equitibus, singulis è humero sacculum tormentario puluere plenū deferentibus: qui sine detrimento Terowanam intrauere. Annibaldus certo extra Oppidū loco cum equitibus grauis armaturæ eos expectat equites, qui pedites Terowanam euntes erant comitati. At ij pugnandi desiderio flagrantes, contra quam iussum erat, aduenientes Cæsarianos excipiunt, temereq; proeliū committunt. Altera enim Cæsarianorū equitum pars, auio vsa itinere, Annibaldo à fronte occurrit, inuaditque. Committitur duobus diuersis locis inter equites acriter proelium, deteriori Francorum conditione, quod à fronte ac tergo interclusi, iniquo loco resistere. Quare tandem, multis desideratis faucibusq; ruptis ordinibus in fugam conijciuntur. Annibaldus equo deiectus capitur, ac cum eo Piennæ Dominus, Comes Villarsij, Doius, Georgius Capussenantius, Epirotarum Præfectus, Franciscus Bernardinus, Sansacus, ordinumque ductores omnes qui torrente nēdō loci fluentem non transmiserant. Capussenantius capite est plexus, quod à Cæsare ad Regem transfugisset. Piennius, liberato Seneschallo Hannoniæ, quem Franci paulo post leui in pugna cœpere, liber est factus. Hæc ad Guinegatam, seu Blangisiam, locam Francorum cladibus ac Belgarum victorijs non semel nobilitatam, sunt acta. Exinde Delfinus cum Mommorancio ad Terowanæ expugnationem impediendam cum viginti-sex millibus peditum, ac grauis armaturæ mille sexcentis, leuis bis mille equitibus, intra Guinegatam ac Terowanam ad flumen Canchæam munito loco, vnde non facile ad pugnam cogi poterant, castra locat, in omnem rerum agendarum occasionem intenti. Sed mensis Iulij initio trium mensium induciæ inter Francos ac Belgas, moderante hinc Arschoti Duce, cum Cæsarianis aliquot Consularijs, inde Fani Diui Andreae Regulo, Poierto Præside Senatus Parisiensis tertio, ac Nicolao Berteraio, Regis Secretario, his conditionibus concipiuntur: Hostilia vltro citroque cessant. Damna data, ex pacto reparant. Terowanā obsidione liberant. Franci è Belgio copias educunt. Alter alterius fugitiuos nec recipiunt. Induciarum leges in finibus vtriusque Regni vno die publicant. Durantibus inducijs, Rex in Ditionē nec Oppidū Fani D. Pauli militē mittit, nec locū aliquē munito. Subditi vtrinque liberè cōmeant. Rex duobus viris nobilibus, ac sex eorū comitibus, tutū per Franciā iter cōcedit, ut cum mātatis ac literis à Maria Austriaca in Hispaniā ad Cæsarem pacis tractandæ causa proficiscantur, idque post quartū publicatarum induciarum diem. Actum Bōnij secūdo Cal. Augusti. Subsignauere Delfinus, Maria Austriaca, Florētius Egmontius, Burræ Com. SS Dux

1537. Dux Arſchoti, Anna Mommorancius, ac Conſiliarij. Menſe Octobri Geldri contra Ducem Carolum rebellant, quòd prouectę atatis Princeps, nullis ex vxore genitis liberis, Geldriam Zutſaniamque Frãcorum Regi teſtamento relinquere conſtituiſſet. Conuocarat ea de cauſa Arnhemũ totius Prouincię Ordines, petens Francię Regi ſacramētum dicerent: cumque recuſarent, quatuor millia peditum ijs terrendis conſcribit. Idem faciunt præcipue Ciuitates, ac non ſemel vario euerũ diuerſis locis conſigunt. Sed tandem Dux, omnibus ſerè Ciuitatibus ac Oppidis excluſus, cum vix duo aut tria è minoribus, quòd ſe reciperet, retinuiſſet, vt diſſiduum componatur conſentit. Non enim Geldri adeò Francis erant addicti, vt eis parère, Dominosque habere cuperent, quemadmodum nec Burgundos, nec Auſtriacos, quos recentium bellorum cauſa eo tempore mirum in modum oderant. Menſe igitur Nouembri pacem faciunt, promittente Ordinibus Duce, ſe viuo, eos ad aliũ recipiendum Principem non coacturum, Arces in Ciuitatibus non conditurum, militem ſtatim dimiſſurum, cum nemine bellum ſine Ordinum conſenſu conſilioque ſuſcepturum: illis ex aduerſo ei promittentibus, ſe ſingulis annis quadraginta millia florenorum ſoluturos. Sub hoc tempus Chriſtierna Dana, Frãciſci Sfortiæ intacta vidua, Medioloano in Belgium ad auũculum Cæſarem redijt, nupſitque poſtea Franciſco Lotharingiæ Duci, cui filium Carolũ, duasque edidit filias. Interea Alſonſus Daualus, Vaſtij ac Piſcarij Marchio, mortuo Anthonio Leua, à Cæſare Inſubribus præfectus, coacta in vnum valida peditum equitumque manu, contra Frãcos, qui vniuerſam Sabaudiam, ac parre Pedemontis, pulſo Duce Carolo, occuparant, cõtendit, ac Carmagnolam cum aliquandiu obſediſſet, deditione in poteſtatem redigit, Francorum præſidiarijs rebus omnibus incolumibus dimiſiſis, deſideratoque Franciſco Saluçæ Marchione. Cumque auxilia Germanorum Duce Frederico Furſtenbergio, Guilielmi fratre natu maximo, Vaſtio ſuperueniſſent, ijsque ſex millia Hispanorum ac quatuor millia Italorum peditum cum iuſto equitatu iũxiſſet, Frãcos viribus inferiores cedere, ac in præſidia ſe cõferre cõegit. Præerat hoc tempore Francis Humeriæ Dominus, qui militũ inobediẽtia ac Præfectorum diſſenſione nil poterat, niſi quòd, miſiſis Turinũ viginti quinque millibus aureorum nummũ in præſidiariorũ ſtipendium, Pedemontem Vaſtio relinqueret, cum copijs Sefanã præfectus. Vaſtius Aſtæ in vnũ cõegerat 25000. peditum, ac tria millia equitum, tormeta maiora viginti-quatuor, cum quibus tertio Cal. Septembres Querſum obſidet, pauloque poſt expugnat, diripitque. Alban Põpeiã dedente Iulio Vrſino recipit, præſidiarijs cum armis & impedimentis Pignarollam in tutum deductis. Hinc Quieram, quam Cæſar Fregofius præſidio obtinebat, mouet. Sed cum bis reiectus, tertiam pararet oppugnationem,

1537. nationem, expectare Fregofius non auſus, Vaſtio Albanorum conditione Quieram decedit, ac ad Humerij caſtra cum præſidiarijs proficiſcitur. Hinc Vaſtius Pignarollam, Ciuitatem amplam, vaſtam, arte ac iuſto præſidio munitam, contendit. Præerat Vrbi Franciſcus Pontere-mius, cum quinque millibus peditum Italorum. Quare Vaſtius vi nil tentandum cenſens, diſtributo in circuitu exercitu, Urbem obſidet. Rex Franciſcus Lugduni exercitum cogebat, filiumque Carolum, cui viros pace belloque expertos adiunxerat, in Picardiam contra Belgas ire iubet. Deſinum verò Annamque Mommorancium ſecum proficiſci, ac cum parte copiarum præire in Sabaudiam præcipit. Octobris die decimo præfecti Lugduno Brianſonij Humerio ſe iungunt, inde Chaumontium proficiſcuntur, Caſarianosque, qui ſe Duce Caſare Maſio Neapolitano, ac Camillo Colonna Romano, Suſanis vallibus munierrant, proximis occupatis montibus, pellunt. Vaſtius, Suſanæ vallis ac Saltuum amiſſione intellecta, deſerta Pignarolla, Riuolam ſe cum exercitu conſert, Regem, qui in itinere erat, eo loci expectaturus. Ducenti Hiſpani, Arcem Suſanam cuſtodiẽtes, Burrio Reginum tormentorum Præfecto deditionem, conſeſſa corporum impedimentorumque incolumitate, faciunt. Tum Vaſtius mutato conſilio Riuola præfectus, ad flumen Oppidi Moncallerij caſtra locat. Mommorancius cum Deſini copijs Vaſtium ſequens, in itinere Arcem Villanam expugnat, ducentosque Hiſpanos præſidiarios ad vnum omnes interficit. Inde caſtra Creuillam transfert, tribus à Vaſtio, qui Mõcallerij adhuc erat, miliaribus: qui ſe imparem Regijs ſentiens, deſerto Moncallerio, relictisque Quierſij quatuor peditum millibus, Duce Anthonio Arragonio, Aſtam cum exercitu redijt. Quum Padum Mommorancius, occupato Moncallerio, traieciſſet, munitiones ac Oppidula omnia quę circa Foſſanũ, Albam, Quierſiam, ac Aſtam erant, in poteſtatem redigit, vbique ingenti reperta com meatu copia, quo Turinum in annum prouidit, eoque loci Regem expectare cõſtituit: qui cum Carignanum veniſſet, Deſinum ac Mommorancium ad ſe vocans, de belli ratione conſultant. Interea nuncius è Francia ad Belgas venit, tractari de pace, ac in eam rem inducias vſque in vigefimum ſecundum Februarij diem ſequentis anni pactas, vnoquoque quod tum obtinebat retinente. Publicantur tertio Cal. Decembres nomine Cæſaris Aſtæ, ac nomine Regis Carmagnolæ. Calendis Decembris Vaſtius, clarioribus comitatus ordinum ductoribus, Carmagnolæ Regem, Deſinum, caterosque Francorum Proceres inuiſit. Erat Vaſtio à latere Fredericus Fuſſerbergij Comes, qui fratrem Guilielmum iuxta Regem conſpicatus, nec ſaluat, nec dextram offert, ſed irato vultu taurinum aſpiciens, quòd contra Cæſarem Germanus, Imperijque cliens, militaret, tacitè exprobrabat. Dimiſiſ

1537. vtrunque exercitibus, Rex in citeriorem Franciam, Vastius Mediolanum redijt, missis Locatam Legatis, qui de pace agerent. Sed quum de conditionibus conuenire non possent, inducias in sex menses, hoc est, in vigesimum-secundum Augusti sequentis anni, prolongant, vt interea commodius de ea agi posset: mirum enim in modum Leonora Cæsaris soror, Regis Francisci vxor, pro pace laborabat. Exinde Rex Annam Mommorancium, ob ingenij ac iudicij maturitatem, summamque in rebus agendis dexteritatem ac efficaciam, Franciæ Conestablen renunciat: quæ dignitas, vt prima à Rege, post defectionem Caroli Borbonij vacauerat. Mense Maio Maria Austriaca nomine Cæsaris, magno Belgarum commodo, in tres annos inducias facit cum Christierno tertio Daniæ Rege, restituta Belgis Zondæ nauigatione. Sub initium sequentis anni Cæsar cum Pontifice Paulo tertio ac Venetis nouum fœdus facit, stipulante pro Cæsare Ioanne Ferdinando Manrico, Aguillarij Marchione; pro Venetis Marco Anthonio Contareno. Pontifex ipse in Vaticano, vbi hæc agebantur, propria manu subscripsit. Igitur Cæsar cum Christianis Principibus quietem ad tēpus nactus, arma in Turcas vertenda, ac Græciam Christiano Orbi vendicandam statuit. Sexto igitur Idus Februarij anno 1538. Cæsar, Pontifex Paulus, ac Veneti, diuisa inter se Græcia, contra Solymannum, Italiæ minitantem, bellum decernunt, promittente Cæsare octoginta duas triremes, totidem Venetis, Pontifice triginta sex, quibus Cæsar atque Genuenses onerarijs conuehendo commeatui, pedestribusque copijs, addebant, Ferdinando Gonzaga, Siciliæ Pro-Rege, ijs præfecto: vniuersæ verò Confœderatorum classi Andreas Auria Cæsaris nomine erat imperaturus; Pontificiæ Marcus Grimannus, ac Paulus Iustinianus; Venetæ Vincētius Capella præerat. Sed tantæ in vnum coactæ vires, quanquam contrâ prodijisset Solymani Præfectus Hariadenus Barbarossa, nil dignum memoria gessere, Auria pugnam vafro artificio detrectante, ac paulo post Turcarum classe ingenti tempestate fœdè disiecta. Qua re Veneti perspecta, soluto fœdere, vel cum Reipublicæ suæ incōmodo, pacem à Solymano petiere ac impetrauere. Hæc qui exactè desiderat, legat Paulū Iouium lib. Histor. 37. Pontifex Paulus certior factus Locatæ nil inter Cæsarem ac Regem Franciscum de pace transigi potuisse, Legatis ad vtrumque, missis effecit, ipsi Principes, eius cōficiendæ causa, ad Nicæam, Prouinciæ Lugdunensis Ciuitatem, Sabaudo parentem, se venturos pollicerentur, Pontifice eadem de causa tertio Martij Roma proficiscente, ac decimo-sexto Maij, ætatis suæ anno septuagesimo-quinto, honorifico cum comitatu Nicæam intrante. Exceptus est à Cæsare (qui pridie Villafrancam, haud procul Nicæa sitam, mari è Hispania appulerat) summa cum reuerentia. Paulo post Rex Franciscus terrestri itinere Villanouam,

Villanouam, Nicææ propinquā, venit. Vterque Princeps solus cum Pontifice locutus, necessitates ei suas sigillatim exponit. Verum quāquam Pontifex, summūq; hinc inde vtriuq; sexus Proceres diligentissimè pro pace laborarent, nil tamen aliud quam decennales inducias his legibus impetrare potuerunt: Induciæ decimo-octauo Iunij huius anni incēpturæ in decennium durantote. Subditi liberè vltro citroque terra marique cōmeantote. Quæ nunc vterque tenet, retinet. Agris vtrinque, pulsique restituuntor, Neapolitanis ac Siculis rebellibus à parte Cæsaris exceptis. Alter alterius hostibus opem non ferro. Qui aduersæ parti militauerunt, rebellibus exceptis, ignoscūto. Ius sine factione administrato. Sabaudus, Genueses, Florētini, ac quicumque voluerint, inducijs cōprehenduntor. Factæ Bōmij induciæ ratæ sunt. Actū Nicææ decimo-octauo Iunij, subsignate pro Cæsare Ioāne Ferdinando Manrico, Aguillarij Marchione, Francisco de los Codos, Cōmendatore Ordinis D. Iacobi d'Alantado, Cacola, ac Nicolao Perenoto, Granuelle Domino; pro Rege, Ioanne Lotharingi Cardinali, Anna Mommorancio Conestable. Mense Octobri hæc fuere addita: Pro restituēdis bonis, quæ vocāt, mobilibus, Rex apud Sueffones Anthoniū Lanerū, qui Belgis ac Hispanis, legitime quid perdidit fidem facientibus, satisfaciatur, mittito. Idem Bruxellæ apud Brabantos Petrus Damantius, iussu Mariæ Austriacæ, Fræcis idem docentibus facito, neglecta omni iuris formula, nē tempus litigando extrahatur. Vendomæ Ducem ac Aurantij Principem in sua restituuntor. Duci Arschotano Comitatum Porceanum, Philippo Hornio Batiogniam, Dominæ Daymeries Dorchianum reddito. Lis de collatione Abbatia Montis Diui Ioannis iuxta Terowanam per arbitros decido, quemadmodum & de Ditione Nouionensi. Septimo die instantis Ianuarij, Rex Reginaque Maria Cameraci Legatos, qui monetæ deprauatum vsu in ordinem redigant, mittito. Hæc ab vtraque parte subsignata sigillisque munita fuere vigesimo-tertio Octobris. Pontifex summopere laborabat, Cæsar ac Rex sese inuiserent amplexenturque. Sed magnis de causis id facere recusarunt, Pontifice tanto honore se frustratum non parum dolente. Promulgatis Nicææ inducijs, Leonora Franciæ Regina fratrem Cæsarem inuisit, salutaturque: qui statim cum Pontifice Genuam est reuersus, desponditque filiam notham Margaritam, Alexandri Medici Florentiæ Ducis viduam adhuc adolescentulam, Octauio Farnesio, filio Petri Lodowici Farnesij, qui Pontificis Pauli è legitimo matrimonio erat filius. Genua Cæsar, valedicto Pontifice, in Hispaniam traicturus, ad Oppidum Aquæ Mortuæ dictum (olim Fossæ Marianæ) contendit, ijs in partibus Regem Franciscum hæere intelligens, cui per Legatum nunciari iussit, se eum amplecti salutareque velle. Lætatus Rex, ad Cæsaris

1538. quadriremem accurrir, eamq; cum paucis intrans Proceribus, per horam cum eo solus est collocutus, admisso paulo post ad manus osculum Andrea Auria. Postero die Cæsar per præconem edici iubet, ne quis è classe in continentem exeat. Tum ad Regem pransurus contredit, qui cum Regina, duobus filijs, ac magno Procerum numero obuiam Cæsari prodiens, ad Aulam deducit, apud quem & cœnatus ea nocte dormiuit, posteroque die iterum prædet. Exinde ad classem honorificè deductus, iterum Rex cum exiguo comitatu Cæsaris quadriremem intrat, ac aliquandiu hilariter compotantes, amicissimè tandem inuicem amplexi, ac valedicentes, Cæsar sua cum classe Hispaniam versus, Rex in citeriorem Franciam contendit. Hæc cum vtriusque subditi intellexissent, factis ad Diuorum Tempia supplicationibus, gratias Deo agebant; extructisque publicis locis ignibus, inter se epulabantur. Ingentem enim animis læticiam conceperant, aurea in posterum sæcula ac perpetuam pacem sperantes. Pridie Calendas Augusti Arnheimi è viniis discedit Carolus Egmondus, Geldriæ ac Iuliz Dux, Comes Zutfaniz, ætatis anno ferè septuagesimo-primo, nullis ex vxore relictis liberis, nothis verò vtriusque sexus quamplurimis. Vir fuit natura turbulentus, quietus, impatiens, ambitiosus, inuidus, inconstantis fidei, bellicosus, vaser, ac cautus, Francis supra modum addictus, matris causa, quum tamen Hollandica stirpe patris parte esset ortus. Quinquaginta ferè continuis annis bella cum vicinis vario euentu gessit. Positum est illi Arnheimi summo in Templo Latinum tale Epitaphium: Admirabilis magnificentiz Princeps illustrissimus Carolus Dux Geldriæ & Iuliz, Comes Zutfaniz, Frisiorum, Groningæ, Couvorde, Tencteriorumque Dominus, ad æruminas superandas vt alter Hercules natus, & vario rerum turbine tota vita iactatus, ad omnes fortunæ casus inuictum animi robur gestabat. Christianam inferioris Germaniæ Ecclesiam, prauis opinionum simultatibus pollutâ, pectoris verè Christiani constantia, veluti sacra anchora, pijsimè stabiliebat. Post infinita præclarissimè gesta, tandem mentis iniquo vulnere confectus obdormiebat in Christo, anno M.D. XXXVIII. Iulij die secunda, noctis hora vndecima. Vixit 70. annos, menses 7. dies 21. horas 14. Et quoniam veteris actionis iure, postremique fœderis legibus, solus Cæsar Carolus quintus, eiusque legitimi successores, in Geldriam Zutfaniamque de iure succedebat, odij tamen inueterati erga Burgundos, eorumque hæredes, causa, Dux Carolus dictas Regiones quum Francis, quod paulo antè tentarat, (recusantibus Geldris) relinquere non posset, Guilhelmo Marcano, Cliuiz Duci, adolescenti viginti duorum annorum, Ordinum aliquot assensu, concessit: qui paulo post à Geldris in Ducem inauguratus, præcipuis Ciuitatibus præsidia imposuit.

fuit: quæ res, vt narrabimus, paulo post calamitosissimo bello causam præbuit. Obijt etiam hoc menle Euerardus Marcanus, Cardinalis, Antistes Leodiësis ditissimus. Nonis Octobris Leonora ac Maria Austriacæ, Cæsaris sorores, hæc Hungariæ, illa Franciæ Regina, Cameraci se inuisunt, ac de initis inducijs congratulantur. Postero die Rex Franciscus eodem venit, nonoq; Octobris die ad Fanum D. Quintini perductas, honorificentissimè per aliquot dies recreat. Inde Compengam reuersus, in periculossimum ex maligno vlcere, quod in ventre eruperat, incidit morbum. Quum conualuisset, in Pedemontem Præfectum mittit Annibaldum: qui instantibus inducijs ad eò Oppida muniuit, ac Arcibus in officio populis continendis instruxit, vt nunquam postea inde Franci vi eijci potuere. Narrauimus sub anni huius initium, Cæsarem cum Pontifice ac Venetis fœdus contra Turcam inijsse, vtque cõmunibus viribus Græciam inuaderent conuenisse. Erat tum temporis Cæsar in Hispania, conuocaratque Toletum totius Hispaniæ Ordines, pecuniam in hoc bellum petiturus. At Castellani, authore Ignico Velasco, Castella Conestabli, collaturos se pecuniam præter consuetum ordinem negant, ne hac ratione semel voti compos factus Cæsar, postea sepius idem tentaret. Itaque re infesta fuit discussum, Cæsare reculationem ægerrimè ferente. Conestablis verò, quòd se Cæsarem hac intercessione offendisse sciret, domum profectus, aliquot annis Aula abstiuit. Paulo post Cæsar extra Urbem Toleranam Nobiles equestri ludicro certamine exprouocatione concurrentes spectatum cum Imperatrice iuerat, ac cum eo præcipui totius Hispaniæ Reguli. Ad Urbem redeunt, subsequeretur ingens hominũ turba. Præcedebant in equis Proceres, discurrebant Præfecti Magistratum, cū oblongis pro more Regionis virgulis turbam dimouentes, quorum vnus ad præcedentes Proceres adequitans, iter accelerent, aduenientique cum Imperatrice Cæsari locum faceret, admonerat. Infantaz Dux, è Mendosiorum familia ortus, Procerum Hispaniæ potentissimus ac ditissimus, sentiens & suum ab eius virga verberari equum, seque ad iter sine dignitatis respectu vrgeri, conuerso equo Præfectum rogat, an se nouisset. Affirmatille, vtque properet admonet, adesse enim Cæsarem. Dux euaginato gladio Præfectum in capite grauitè vulnerat, comitesque eum interficere conantes inhihet. Vulneratus Præfectus ad Cæsarem se conuertès, de vi ac iniuria conqueritur. Is se præsentè factum molestè fert, moxque Ronchillius Iurisperitus, vnus è tribus Aule Cæsaris rerum capitalium Præfectis, ad Ducis latus dextrum modestè adequitans, significabat se eum captiuũ Cæsaris iussu ducere. Ægre id Dux, ægrius multo eius comites, viri nobiles, ferre; è quibus vnus Rõchillium accedens, discederet, cum bis ferò admonet: qui vim quoque ac vulnera timens

1538. mens paret, ab itque. Exinde Dux ad Aulam suam Toletum reuertitur, comitantibus ferè omnibus, deserto Cæsare, Proceribus ac Nobilibus. Cæsar pro tempore arrogantiam ac iniuriam à Duce sibi legibusque illatam dissimulandam iudicauit, nil in eum grauius statuens, quam vt domi relictum operà eius in posterum nunquam vteretur; renunciari ei iubens, faucium Præfectum secundum leges à Iudice pro merito puniri curaret. Dux, actis Cæsari gratijs, cum se tangi verborum veritate sine iniuria sentiret, Præfectum suo sumptu curari, ac posteaquam vulnus esset obductum, quingentos ei aureos numerari iussit. Calendis Maij anno 1539. Toleti è partu obiit Elizabetha Lustrana, Cæsaris vxor, filium, qui paucis diebus vixit, enixa, relicto filio Philippo, Maria ac Ioanna filiabus. Rex Franciscus celeberrimas ei Parisijs celebrauit exequias. Eodem mense Gandenses, longa Cæsaris absentia, militumque exauthoratione insolescentes, coniurare inter se primum in Vrbe, deinde per vniuersam Flandriam cœpere: quod cum diu clam esse non posset, iamque famam spargi audirent, Magistratum, Cæsarique Præfectos, Vrbe pellunt, complurium ædes diripiunt, arreptisque armis, custodias in portis ac muris constituunt. Prima verò seditionis ac coniurationis causa hæc fuit. Anno 1536. vigente ardenteque cum Francis bello, Maria Austriaca, Belgarum Gubernatrix, conuocatis omnium Prouinciarum Ordinibus, in Francicum bellum obtinuit duo decies centena millia florenorum, è quibus Flandri pro sua parte erant soluturi quadringenta millia, inita ratione pro facultate ac opibus singularum Prouinciarum. Opposuerunt se soli Gandenses Reginæ Mariæ, cæteris cōsentientibus Flandris. Illa iure agendum, non vi, cœns, Gandenses Bruxellæ, Mechliniæ, Antwerpæ, aliisque locis repertos, in honesta vincula duci iubet, donec Vrbs satisfecisset, ciuesque liberasset. Gandenses, re intellecta, anno 1537. mense Augusto Bruxellam mittunt alterum Urbis suæ Syndicum, hominem turbulentum, nomine Lebuinum Blommium, qui Urbis nomine Reginæ offert Supplicem libellum, petens nexi ciues dimittantur, allegans Gandenses ad extraordinarias pecuniarum collationes cogi de iure non posse, ob priuilegia à tribus diuersis Comitibus Vrbi collata: primum anno 1296. à Comite Guidone, deinde anno 1334. à Comite Lodowico Neuerflo, tertium anno 1477. à Maria Burgunda, Caroli Pugnacis filia. Perplacet Reginæ Mariæ de his iuridicè a Senatu Mechliniano, aut Bruxellæ in arcano Cæsaris Cōcilio disputetur, priuilegiaque examinentur, se statutam cuiuscunque voluerint Concilij sententiæ; ea tamen lege, interea suam è quadringentis millibus portionem numerent, si nexos ciues dimitti cupiant. Gandenses Brugas, Iperas, ac ad Franconates mittunt Legatos, petentes contra dictam pecuniariam exactiōnem secum excipiant. Illi (paucis Oppidu-

lis

lis exceptis) fœdus inire recusant. Mittunt cōmuni nomine ad Reginam Mariam vigesimo-quarto Septembris dicti anni Flandriæ Ordines supplicem libellum, petentes executionem differat, donec Cæsar in Hispania, de controuersia edoctus, sententiam declarasset. Dat in hac rem Regina Flandris menses tres. Contenti sunt illi: soli Gandenses, in pertinacia persistentes, pridie Cal. Ianuarij contra obtestantur, breuius esse tempus, quam vt interea Cæsar pro rei magnitudine plenè edoceri possit: obtestationemque suam à publico tabellione in acta referri petunt, offerentes Reginæ certum è veteri more contra Francos in certos menses Urbis sumptu peditum numerum, ac, nisi acceptisset, de damno, ac interesse, per tabellionem obtestantes. Cæteri Flandri, hac in re à Gandensibus dissentientes, consensu Reginæ in Hispaniam ad Cæsarem mittunt, sententiamque eius, cui se staturos receperant, exquirunt. Cæsar, audita legatione, lectisque fororis literis, pridie Cal. Februarij anno 1538. Gandensibus ac Flandris rescribit, Reginæ Mariæ vt sibi præsentipareant; & si aliqua in re iniuriam immunitatibus suis fieri existiment, Senatui id Mechliniano, aut arcano Concilio definiendum committant, horumque in aduentum suum sententiæ stent, nisi pro seditionis ac rebellibus haberi malint. Proficiscitur hæc cū literis Lodowicus Scorijs, Cæsaris Consiliarius, adferens & alias ad Gandenses a Cæsare literas, quibus expressè iubebatur, Reginæ Mariæ obedirent, ac quadringenta millia soluerent, nisi via iuridica cogi præoptarent. Rectè eam fecisse, quod soluere recusantibus, ciues Gadeses in vincula duci iussisset. Scribit & ad Senatum Mechlinianum, cui Flandria parer, Gandenses omnesque Flandros solutionem facere recusantes, iuridica executione cogant. Gandenses, his intellectis, contumaciores fiunt, ac hoc anno supplicem libellum admodum prolixum ad Cæsarem in Hispania, alterumque ad Reginam Mariam Bruxellâ tercio mittunt, iterum loco pecuniarum militè offerentes. Docere enim his supplicibus libellis conabatur, Cæsarem ab eo tempore quo Belgis imperare cœpisset, vsque in hunc annum 1539. circiter quinquages nonies centena florenorum millia à solis accepisse Flandris, petentes his ac similibus in posterum exactiōnibus beneficio priuilegiorum suorum liberentur, nexique ciues dimittantur. Huic libello Cæsar non respondit, sed iter in Belgium animo constituens, quid postea egerit, sequenti anno narrabimus. Gandenses (vt supra diximus) planè ad rebellionem animis consternati, quum cæteras Flandriæ Ciuitates infanix suæ comites fieri nolle conspicerent, Mariam verò Austriacam, non liberatis ciuibus, pedires insuper equitesque cogere, Senatum Mechlinianum contra se sententiam protulisse, eamque executioni mandare cœpisse, arma, pulsus Exe-

T T

tione

1539. tione in timorem versi, captiuos aliquot dimittunt. Deinde iterum resumptis animis cōueniunt, dant nomina cōiurationi subscribunt, missiq; in Franciā ad Regē clam literis, amplissimisq; cū mādatis Legatis, ei Urbē cū vniuersa Flādrīa, si se suaq; omnia in protectionē suscipere vellet, offerūt. Rex, negotio rectē perpēso, inducias nulla ratione violādas, oblatione incerti cōmodi, quod à plebis inconstantissimo iudicio instabiliq; voluntate pendēre videbat, iudicauit, cū in maxima propinquaq; spe pacis Ducatū se Mediolanēsem à sincera Cæsaris liberalitate breui pro filio Carolo obtenturū consideret. Prescribit igitur statim Cæsari in Hispaniam quid Gandenses moliantur, eorumq; ad se scriptas literas vnā mittit. Nō erat hæc cōmunis totius Ciuitatis Gandensis omniūq; Ordinū rebellio, sed cōiurarāt tantū aliquot homines turbulentī, inquieti, nouarum rerum cupidi, nomen ac opes perturbata Republica paraturi, rerum imperitos mendacijs in partes tracturi, superiorumq; temporum exactiōnes ac nouorum tributorum extorsiones criminantes. Conqueriebantur enim, Urbis Gandēsis priuilegia ac immunitates à Cæsare eiusq; sorore Maria conuelli, tantumq; pecuniæ superioribus bellis exactum, altera vt inde Flādrīa coēmi, ac ducenta virorum millia per multos annos ali potuerint, nunc triginta tantū pugnatorum millibus in aciem educētis, vix vnum atque alterum expugnatum esse Oppidulum. Obsessam Terowanam, Flādrīæ infestissimam, capere Cæsarianos noluisse, vt rediuiua occasio exigendæ pecuniæ gerendiq; belli semper existeret. Eadem de re Atrebatēs ac Hānones, deserta Perona, amissoq; Heddino, conqueri, maximam pecuniæ Belgicæ partem à Regina Maria fratri Ferdinando in bellum Hungaricum, ibi aliquando cū eo regnatura, suppeditari; alterā partem Cæsari Carolo in Hispaniā mitti, quo eius fines cōtra Numidas ac Turcas pecuniā Belgicā tueatur, Italiāq; subigat: militibus verò Belgis stipendia non persolui, sed exauthoratos sine ære domum dimitti. Non diutius ferendum impotens rapaxq; fœminæ imperium, ac pecuniā ei non pro lubito, sed ex Ordinum decreto, cōstitutis Administratoribus ac Quæstoribus numerandam, ne eius ministrorumq; auaritiæ ac peculatuī amplius locus auertendæ pecuniæ relinquatur. Hæc ad populum summo animorum cum ardore prolata, in speciem vera esse apparebat; bellumq; seriō duci ac protrahi, nouaq; dissidia ex re queri iudicabant, vt semper noua occasio extorquendæ esset pecuniæ. Sed cū Cæsarem ac Regem inducias fecisse, in amplexum venisse, pacem expectari, reliquos Flandros Regiæ Mariæ parere, secumq; subscribere nolle, Reginam Mariam copias parare, Regem se contemnere, Cæsariq; coniurationem ac oblata aperuisse, certiores essent facti, nec vniuersa Urbis Ciuitasq; idem sentiret, in extremam desperationem
versi,

1539. versi, nec arma expedire, nec consilia explicare poterant, sed stupore attoniti, quid Cæsar, per mediam proficiens Franciam, de se esset constituturus, solliciti magno cū timore expectabāt. Cæsar enim quum ex Hispania in Italiam, indeq; in Germaniam proficisci statuisset, vi aut amicitia conuulsam à Luthero religionem restitutus; mutato consilio, negotioq; in aliud tempus dilato, per mediam Galliam terrestri itinere in Belgiū contendebat. Obtulerat ei fœpissime Rex Franciscus tutum per Franciam iter: sed cū Cæsarem de fide sua subditare animaduertet, obsides ei filios, aut quoscumq; esset petiturus Proceres, offert. Cæsar humanitate Regis, ac oblationum magnitudine permotus, postremum hac de re conuocato Cōcilio, sententias exquirat. Quumq; non pauci viri magni rerum periti, inprimisq; Hispaniæ Proceres omnes, Regi non fidendum, magnis rationibus in medium prolatis, contenderent; Cæsar aliquandiu tacitus secum omniū rationes ponderabat. Tandem quum paucis in contrariū differuisset, sibi omnino per Franciam eundem, nullosq; à Rege obsides accepturū, sed publica fide ac Regis verbo contentum, de animi magnitudine cum eo se certaturum dixit: habere enim Deū sua in manu cor Regis, vt id, quod velit, flectat. Iustissimam sibi esse in Belgiū properādī causam, diuini iudicij sententiam executioni mandaturus, nisi cum perituris Flādris Belgisq; simul perire velit. Octobris die vigesimo-quarto Buræ obijt Florentius Egmondus, Buræ Comes, Dominus Isesteinij, Leerdami, &c. vir consilio manuq; promptus, quiq; in rebus magnis Cæsari non exiguam præsstitit operam. Tum Cæsar paruo cum comitatu è Hispania in Franciam profecturus, Regem, qui tum Compengæ adhuc ex vlcere decumbebat, de sententia sua, præmissio Granuellio, certiozem facit; acceptaq; ab eo fide Regia publicaq; ea conditione, pacis leges conscriberentur, quas in Belgiū reuersus confirmaret, approbaret, subsignaretq; ne in Frācia coactus fecisse videretur, itineri se mēse Nouēbri cōmittit, præficiens Hispaniæ Ioannem Talaueram, Cardinalem Toletanum, ac Commendatorē Couos. Rex Cōpenga, valetudine nondum planè confirmata, Cæsari obuiam proficiscitur, filio Carolo ad Fanū D. Sebastiani, Delfino ad Fanum Ioānis Lusij præmissio, vnde cum Cæsare Baionam, Burdigalim, ac in Pictauiā mēse Decembri terrestri itinere peruenere. Mēse Ianuario anni 1540. Chastellerautiū Cæsar venit, vbi 1540. Regem cū Regina Leonora repperit, à quibus summo cū honore pompaq; receptus est. Inde Ambrosia Reges noctu intrauere, tot in Arce, quæ in edito est colle sita, resplēdentibus tēdis ac facibus, vt nox meridiem referret. Intrante Cæsare priorem Arcis turrin, (duæ enim sunt artificiosissimæ amplissimæq; structuræ) vnus facem ferens (casu, an studio, mihi ignotum) eam secretē incendit: cuius flāma cū tapetes vndique
TT? inua.

1540. inuasisset, fumum ingentem excitarūt, ita vt Cæsar cum plerisque alijs ferme fuerit suffocatus. Capti aliquot perpetrati facinoris suspicione laborantes, cum eos Rex strangulari iussisset, exorante Cæsare vitam seruauere. Ambrosia Blossum, inde Aureliam Reges peruenere, disputatumque hinc fertur, variantibus sententijs, de retinendo Cæsare: sed, contradicente Conestable Mommorancio, nil fuit conclusum. Post incendium Ambrosianum Cæsar de Regis fide dubitare cœperat, ac proinde occasionem querere captandæ beneuolentiæ Estampij Dominæ, quæ in summa apud Regem erat gratia, disertaque muliebri garrulitate Cæsarem subinde oblectabat. Quum paulo ante cœnam ad focum se Cæsar calefaceret, aderat inter alios Estampia, quam digitis prehensam ad focum ducit, ac perquam humanè & familiariter cum ea confabulatur, manu circulum aureum, ad digiti humani ambitum factum, cui ingentis pretij adamas erat inclusus, tenens: qui cum digito eius excidisset, Estampia subito inclinata circulum è paui méto subleuat, Cæsarique præsentat. Ille blandum subridens, Tui is nunc iuris est, inquit: veteri Cæsarium Regumque more, nunquam ea, quæ manu in terram excidunt, à subleuantibus recipientium. Cum illa, ingenti exhibitio honore, non se dignam tanto munere dixisset, iubet Cæsar, anulum sibi seruet, in memoriam huius à se suscepti itineris, ac colloquij Aurelianensis. Tum gratias agens, memorem se beneficij, honoris, ac doni futuram promittit: nec ex eo amplius tempore Rex de retinendo Cæsare, abruptendaque data illi fide, audire voluit, sed Lutetiam prægressus, pompam intraturo Cæsari honorificentissimam apparari iubet. Aurelia Fonteneblauum Cæsar proficitur, ubi Rex in insigne Palatium ædificarat, ac ferarum volatiliumque venationes iucundissimas instruxerat. Quum hinc aliquot dies Cæsar cum Proceribus se recreasset, tandem Parisios venit, non aliter ab omni hominum ordine, sexu, ac genere exceptus, quam si Rex ipse primùm inaugurandus aduenisset. Septem in Vrbe Regia moratus dies, Chantilli Conestablis Arce honorificè tractatur: emensusque Picardiam, ac à Rege ad Fanum usque Quintini deductus, Cameracum, indeque vigesimo-primo Ianuarij Valenchenas Hannoniæ venit, huc usque eum Baiona, Regijs filijs, Conestable, ceterisque Franciæ Proceribus comitantibus: qui cum aliquot diebus honorificè ac lautè Valenchenis fuissent excepti, à Regina Maria Belgarumque Proceribus deducti, valedicto Cæsare, in Franciam ad Regem patrem reuertère. Valenchenis Regis Francisci Legatus à Cæsare petit, pacis conditionibus in Francia conceptis expresso subscribat. Respondet Cæsar, Belgarum Ordinum, fratrisque Ferdinandi, qui in itinere erant, aduentum expectandum, ac eorum consilio transigendum. Nullas Cæsar Franciæ Vrbes nec Ciuitates intra-

1540. res intrauit, quin prociens cum nobilitate Magistratus clauis offerrent, exornatisque vijs ædibusque eum exciperent, lautia cum vniuerso comitatu præberent, pedestres equestresque pugnas ludicras exhiberent, nihilque, quod ad eum honorandum facere poterat, ommitteret, immensa vbique accurrente hominum multitudine, vt tanti Principis ac Monarchæ aspectu satiarentur, nexis captiuisque omnibus locis, volente Rege, liberatis. Dum adhuc in Francia Cæsar agit, Vastius Cæsaris, ac Annibaldus Regis nomine Venetias profecti, Senatui, ne foedus aut pacè cum Solymanno faceret, persuadere conatur, inprimis verò Vastius. Ingens enim Cæsar contra Turcam animo bellum agitabat. Campveræ enim in Zelandia quadraginta-quatuor, Amstelrodami quinquaginta-quinque maiores onerariæ instructæ paratæque ad iter in anchoris stabant, quæ Cæsaris in Belgium reditu sunt dimissæ ac exarmatæ. Nam quanquam Claudius Annibaldus apertè idem quod Vastius Venetis suaderet, clam tamen per veterem Francicum Legatum, pacem cum Solymanno facerent, author erat: cuius secuti consilium, relicto Cæsare, pacem admodum detrimentosam, vt supra diximus, cum Turca fecere. Sub idem tēpus in Belgiū venit Ferdinandus Rom. Rex, Cæsaris germanus frater, comitatus duabus Germanorū peditu legionibus, cum quibus, comitate sorore Regina Maria, omnibusque ferè Belgarū Proceribus, mille quingentos equites adducentibus, Gandauum vigesimo-quarto Februarij intrat. Statim ad omnes Urbis portas, murorumque ambitum, custodix, ne quis elaberetur, collocantur. Tum euocato Procerum Senatúsque Flandriæ Concilio, Aduocatum fiscales accusationem contra rebelles instituere iubet. Repetit is ea quæ diuersis temporibus Gandenses aut per supplices libellos à Regina Maria petiissent, aut propria autoritate fecissent, exactè respondens ad allegata ab ijs priuilegia, à dictis tribus Comitibus concessa. Comitibus Guidonis priuilegium tantum loqui docebat de pecuniaria impositione, non vniuersæ Flandriæ facta, sed soli Vrbi Gandensi imperata, addita conditione, si maior pars ciuium, qui ex annuo viuunt censu, in imperatam pecuniam consentiisset, omnes rum Gādenses teneri; quanto igitur eos magis debere teneri, si vniuersa Flandria rogationem admisset! Quod ad Lodowici Neuerij priuilegium attinet, id loqui non de Flandriæ Comitibus, sed singularibus hominibus in Vrbe aut Ditione tyrannidem contra Comitem inuadentibus, populumque è via deducentibus, quos hac de causa seuerissimè punire priuilegium iubet. Mariæ Burgundæ priuilegium, quam cæso patre captiuam in Vrbe detinebant, vt vi extortum, eos allegare non posse, quod non solum fuerit violentum, sed etiam quod Maria contra violentam hanc extorsionem eodē tempore sit obrestata falsaque se vi coactam dedisse Diploma. Pudere igitur

1540. tur Gandenses debere, quum tam iniqui Diplomatis mentionem faciunt, dedecusque silentio tegere. Si enim eius privilegij contextus per omnia Comitum Flandriæ esset seruandus, non solum Gandenses Comiti pares, sed etiam in Flandria superiores essent: quare non grauatum Gandenses anno 1485. privilegio huic cecississe. Accedit quod dictis tribus privilegijs anno 1525. certa de causa allegatis, ac e iuris formulis probe examinatis, fuerit declaratum pronunciatumque, ijs non obstantibus, Flandriæ Comites pecuniarias per Prouinciam collationes de iure imperare posse, ac à tribus Ordinibus admittas, si Gandenses se opposuissent, executioni etiam Gandauim mandandas. Dolere Cæsarem, res Belgarum eo se statu reperisse, necesse ut fuerit spatio viginti-quinque annorum immensam, quam allegant, Fládras conferre pecuniæ summam: sed hoc certo constare, dicti auri portionem sextam Gandenses non numerasse. Reusij Comitem, Gandauum à Cæsare cum literis missum, Gandenses irritasse, supposititiâsq; literas dixisse, donec sacramento vir tantus contrarium affirmasset: quo tamen non obstante, frigidus cum responso dimisso Reusio, nec Cæsari, nec Reginae Mariæ, scripto respondere esse dignatos. Hinc ad alia digressus, ac quam varijs rationibus crimen læsæ Maiestatis incurrissent edocens, tandem concludit, non solum Gandenses, qui que cum eis fecissent, privilegia omnia ac immunitates ob seditionem, coniurationem, ac rebellionem amisisse, sed vitæ bonorumque omnium pœnam incurrisse, petereque, Cæsar ex merito, iuris æquitatisque dictatu, sententiam proferat. Ad hæc Gandensium Aduocatus ex scripto prolixè responderet, sed frigidè ac eneruè: quod cum ipsemet satis sentiret, conclusurus, quæcunque ad mouendam commiserationem facere poterant, adfert, adque solam Cæsari innotatam clementiam Gandenses confugere profiteretur. Cæsar diu ac mature cum Proceribus ac Consiliarijs habito super lite consilio, tandem pridie Cal. Maij hoc anno in publico Senatus confessu, cæteris paulo altius eminens, sententiam hoc exemplo pronuciari iubet: Notum omnibus ac singulis volumus, consilio Procerum Aurei Velleris, Præsidentum diuersarum Curiarum, Præfectorum supplicum libellorum, ac complurium aliorum magni nominis, eruditionis, ac prudentiæ virorum, visa, audita, ac probe matureque examinata, ab Aduocato fiscali nostro contra Gandenses instituta accusatione, eorumque defensione, nos definitè ac absolutè declarare pronuciareque, Gandensium supplicem libellum non admittendum, sed consensum trium Flandriæ Ordinum (quod ad solutionem quadringentorum millium florenorum attinet) sufficere: Urbem proinde nostram Gandensem, eiusque Castellaniam, quæque ad hæc spectant, in posterum, omnemque perpetuitatem, ut ita fiat, obligantes, idemque per vniuersam Flandriam obseruari iubentes, non

1540. non obstantibus privilegijs à Gandensibus allegatis, donatisque à Comite Guidone, Lodowico Neuersio, Maria Burgûda, nec obtestatione à Gandensibus interposita, quam hac nostra sententia nullam irritamque declaramus. Utque de criminibus, quorum Gandenses reperti sunt rei, ius quoque faciamus, dicimus ac pronuciamus, Urbem, incolasque Gandenses omnes, ob violatam obedientiam, ruptam fidem, motam seditionem, inuitam coniurationem, ac ausam rebellionem, incurrisse crimen læsæ Maiestatis, perdidisseque omnes immunitates, libertates, consuetudines, privilegia, iura, ac quæcunque vim, naturam, efficaciam, auctoritatem, ac iurisdictionem hanc aut similem habent, aut habere possunt, siue ea ad Urbem Gandensem opificumque collegia spectent, siue à textorum tribu dependant, in perpetuum eis hæc omnia adimittentes; insuperque volentes iubentesque, vtriusque sexus hæredes successoresque nostri, Flandriæ Comites inaugurandi, nil aliud in posterum se obseruaturus iurent, quam nouam à nobis Gandensibus præscribendam reipublicæ formam, vetera eorum privilegia ac immunitates omnes abrogantes, librumque purpureum ac nigrum, quibus continetur, ex archiuis scriniisque in præsentiam hæc nostram allatum, ad voluntatis nostræ arbitrii condemnantes, de ijs, ne vlli in posterum Gandensibus vsui esse possint, quæ sequuntur, constituentes. Primum absolutè iubemus, ne futuris temporibus, ijs contenta, vlla ratione allegare præsumant, prohibentes verantesque ne ciuium vllus dictorum librorum exemplum describat, aut exscriptum penes se habeat, nisi ira nostræ pœnam subire, aut à successoribus nostris ob falsi crimen arbitrariè puniri malit. Declaramus ad hæc, ac pronuciamus, bona, fortunas, census annuos, redditus, ædes, tormeta, apparatus bellicum omnem, Campanam dictam Rolandus, ac similia quæ Urbis Gandensis, Tribuni textorum, qui que cum eis faciunt, propria ex publico sunt, fisco nostro, ut de ijs è voluntate nostra decernamus, cedere, inhibentes ne in posterum bellica tormenta vlla amplius consent, consilari curent, ne habeant. Postremò vtriusque Banche (ut loquuntur Gandauim) hoc tempore Magistratum fungentes Syndici, Scribæ, cum triginta clarioribus ciuibus, quorum nomina edemus, Præfectus quoque textorum, (Decanum vocant) ac Legati supremi Decani, induti vestibus talaribus nigris, discincti, capitibus nudi, quibus iungentur è singulis opificum collegijs sex, è textorum tribu quinquaginta, ac ex ijs qui initio seditionis nominari voluere *Cresfers*, quinquaginta, qui centum nostro legentur arbitrio; *Cresferij* verò, linea tantum supra nudum corpus talari veste induti, collo laqueum gestabunt. Hi omnes post tertium diem, loco ac hora quam declarabimus, vestiti ut diximus, à publica exeuntes, ad genua se hæc nostra prosternentes, alta intelligibi-

1540. intelligibilique voce à Syndico, omnium nomine, dici curabunt, se
 » summopere pœnitere, ob admissam contra nos Reginamque Ma-
 » riam, sororem nostram, rebellionem, seditionem, tumultum, in-
 » obedientiam, ac læsæ Maiestatis crimen: quæ si facta non essent, in-
 » secta futura. In posterum verò cautionem adhibebunt, ne in ea-
 » dem aut similia labantur crimina. Rogantes ob immeritam Iesu Chri-
 » sti sequam mortem, nos, sororque nostra Regina Maria, in veterē eos
 » gratiam, concessa præteritorum venia, recipere dignemur. Condemna-
 » mus ad hæc Urbem Gandensem (ob eorum cautâ factos sumptus, ex-
 » ceptaque portione, quam adhuc debent è quadringentis florenorū mil-
 » libus) in summam centum quinquaginta millium florenorum semel, ac
 » singulis annis in sex millium florenorum perpetuos redditus, veteribus
 » nostris Dominijs adiungendos. Liberamus Fiscum nostrum de annuo
 » reditu quingentarum quinquaginta Flandricarum librarum, quas ha-
 » ctenus Vrbi soluit, ob æs alienum à Carolo Pugnace, proauo materno
 » nostro, contractum, Gandenses verò pro solutione sponponderant, qua
 » dere data à proauo nostro Tabula vt discindantur exuranturque iu-
 » bemus. Volumus quoque statim in potestatem nostram constituat ple-
 » nam absolutamque Reipublicæ Gandensis gubernationem, eiusque
 » nunc ac in singulos annos dispositionem, carcerum portarumque Vr-
 » bis clauēs, quo de ijs ex nostro arbitrio, vt aliquando fecimus, iterum
 » disponamus. Insuper Urbem condemnamus ad absolutâ solutionem
 » eorum quæ publicè priuatimque, durante rebellionem, mutuo acceperunt,
 » aut viris probis extorserunt, addita legitima vsura. Volumus quoque suo
 » sumptu Gandenses impleant, impleri que curēt, Rytgrachtiam, priua-
 » tisque restituant factas hac de causa impensas, serio verantes ne in po-
 » sterum eam effodiant: Urbis quoque sumptu, spatio trium instantium
 » mensium, Urbis fossas à porta Antwerpiana vsque ad Scaldim repleat,
 » demolianturque portas, muros, ac turres Vrbi non necessarias, quas post
 » octauam diem nominabimus, quo earum materiâ Arx ad D. Bauonem
 » edificanda perficiatur. Quibus perfectis, Gandensibus singulis ac om-
 » nibus speciali gratia, solaque animi sinceritate inducti, remittimus ac
 » condonamus, quicquid in hunc vsque diē cōmiserit, siue ea ad Urbem,
 » siue ad eius incolas spectent, exceptis transfugis, aliisque sceleratis im-
 » probisque hominibus, qui ex eo tēpore, quo Urbē sumus ingressi, deli-
 » quere ac peccauere, quiq; adhuc seruantur in vinculis, quorū omnium
 » pœnâ ac gratiam nobis reseruauimus. Actū præsentē, audiente, ac ap-
 » probante Cæsare, pridie Calendas Maij anno 1540. Arcis ad Diuū Ba-
 » uonem prima fundamenta fuere iacta duodecima Maij hoc anno. Sen-
 » tentiæ huius exemplo ciuibus præbito, eodem post meridiem die Cæ-
 » sar quo antea loco cum Proceribus ac Consiliarijs confidens, nouas le-

ges,

ges, secundum quas posthac Gandenses Urbem eiusque incolas rege- 1540.
 rent, tulit, ac in hanc formam omnibus publicè prælegi, deinde in ar-
 chiua referri, ac, qui exemplum cupiebāt, sine vlla dilatione tradi iussit.
 Carolus Dei gratia Romanorum Imperator, &c. Notum præsentibus
 ac futuris volumus, nos hodie contra Urbem Gandensem, eiusque inco-
 las, sententiam pronunciaſſe, ac in ea causas exposuisse quare perdidierint
 veteres ac præsentis temporis immunitates, cōsuetudines, priuilegia, iu-
 ra, libertates, ac quicquid vim, naturam, efficaciam, authoritatem, ac iu-
 risdictionem aliquam similem vel minima in re habet, vel habere po-
 test, siue ea spectent ad Urbem ipsam, eius tribus, opificum collegia,
 siue ad textorum ordinē, quiq; cum his faciūt, ea omnia singulis ac om-
 nibus semel adimētes, ita vt posthac neq; in iudicio, foro, neq; extra, v-
 sui esse, neq; se aliqua ratione his iuuare possint: iubētes singulis ac om-
 nibus, indicta iræ nostræ successorumque; nostrorū arbitraria ac falsitatis
 criminis pœna, si quis earū exemplum aliqua ratione descripserit, aut de-
 scriptum penes se tēruarit. Et quanquā Vrbs nostra Gandensis, quæ am-
 plissima est, ac à frequenti populo habitata, hæctenus in multis ac ma-
 gnis rebus fuerit administrata secundum immunitatū, cōsuetudinū,
 priuilegiorumque suorū leges, vnde mille mala manarunt, infinitæque
 calamitates ortæ sunt, vt omnibus Flādris est notissimū, ac non ita du-
 dum experientia cognitū, desiderantes posthac ad Dei honorem, Vrbs
 nostra Gandensis melius, quietius, pacatiusque; regatur, dictæque; calami-
 tates ac incōmoda prorsus tollantur, vtque ius iustitiæque (sine quibus
 nulla diu consistere possunt Respublicæ, nec Regna) vniciuque æquali-
 ter administraretur, deliberato animo, maturoque consilio, subsequentes
 Vrbi nouas leges numero ferē octoginta tulimus, quas in perpetuū in-
 uiolatè seruari præcipimus ac volumus. Primū, absoluto præsentī an-
 no, Urbis Magistratū (sublato in sempiternū tribuum calculo) semper
 ac in perpetuum 10. Maij die renouari volumus, perque; Legatos, à nobis
 successoribusque nostris ad hoc constitutos, tredecim legi viros, Urbis
 ciues, probos, Comiti fideles, qui Scabini supremæ Banche (ita vocāt
 Gandauī Iudices Ordinarios, quam, *de keur*, appellant) constituentur.
 Tum tredecim alios similes viros probos, inferioris Banche (quam,
vanden gedeete, vocant) Scabinos nominabunt. Constituent etiam no-
 stri successorumque nostrorum Legati, tres vrbs Gandensis Quæstores,
 qui omnes eius redditus administrent, rationemque acceptorum ac im-
 pensarum curent, easque tertio à creatione noui Magistratus die no-
 bis, nostris successoribus, aut eorum Legatis, publicè exponent, v-
 numque earum exemplum in Urbis archiuo, alterum apud Quæ-
 stores, tertium in Curia nostra acceptorum impensarumque Urbis
 sumptu, vt apud reliquas Flandriæ Ciuitates moris est, custodietur. ce

V V

Per-

1540. Permittimus vtriusque Banche Scabinis, singula Scribas (quos Cleri-
 » cos vocant) quinque cōstituant, vt que suprema Bācha Syndicos duos,
 » minor vnum habeat. Officia dictorum decem Scribarum, idoneis ac
 » probis hominibus, accepta certa annua pēfione in Vrbe commodū ver-
 » tenda, locare licebit. Dicti Scabini Legatis nostris in hanc formam sa-
 » cramentum dicent: Iuras te nil dedisse, nec promississe, rogasse, nec ro-
 » gari curasse, vt Scabini officium adipisceris? Promittis fidelē te Co-
 » miti Flandriæ Scabinum, ac Keuræ Vrbe Gandensis, futurum: sanctæ
 » Catholicæ Ecclesiæ iura defensurum: decreta ac statuta Cæsaris Ca-
 » roli quinti, Flandriæ Comitum, publicata postremo Aprilis anno 1540.
 » obseruaturū custoditurumque: arcana Magistratus celaturum: viduas
 » ac pupillos defensurum: ius pauperibus ac diuitibus æqualiter sine dis-
 » simulatione aut gratia administraturum: Deum in hanc rem, omnesque
 » Diuos, testes aduocans? Eadem ratione Quætores, Syndici, ac Scri-
 » bæ, etiam si non mutentur, singulis tamen annis Legato nostro eodem
 » tempore sacramentum nostro nomine renouabunt. In eundem Magi-
 » stratum legi non poterunt pater ac filius, fratres, fratrum fororumque
 » liberi, nec simili gradu coniuncti. Primi Scabini officio defunctus, nisi
 » post alterum annum, ad idem munus non admittitor, bene quidem eo-
 » dem anno ad minoris Banche Scabinatum. Veste vnius coloris Magi-
 » stratus omnes vtuntur, Scabini verò in sinistro humero vitram holo-
 » sericam, quatuor digitis latā, cui chordę sericæ incūbent, gerūt. Vtrius-
 » que Banche Scabini, gratia nostra, solito loco conuenient, ac ius dicēt.
 » Scabini maioris Banche, nostra fulti auctoritate, in Vrbe eiusq. Balli-
 » uatu cognoscent de omnibus actionibus personalibus, realibus, ac
 » mixtis, vt Iure consulti loquuntur, more quo in hunc vsque diem cog-
 » nitionem habuere, ita vt litigantibus liberum maneat, ad Senatum
 » Flandrię prouocare, aut non, modò controuersia summam quinquagin-
 » ta aureorum Carolinorum semel, aut annum redditum librę Flan-
 » driæ non excefferit: quarum summarum sententiæ, sine vllō prouoca-
 » tionis obstaculo, executioni à Scabinis mandabūtur. Iudicabunt etiam
 » res omnes capitales, modò ex ad nostram auctoritatem dispositio-
 » nemque non spectarint, qualia sunt crimina læsæ Maiestatis, rebellio-
 » nis, seditionis, excitati tumultus, contra nos, iura, auctoritatemq. no-
 » stram, contra Senatum Balliuumque nostrum, eorū Legatos, licētores,
 » ac quicumque nobis illisq. sacramentum dixere, contra Annmannum,
 » omnesque qui dictis Administris iuris iustitięque causa subserviunt,
 » operamque præstant, contra homines ædesque sacras, aut Diplomata
 » priuato homini aut certo loco à nobis nostroque Senatu donata. Dicti
 » maioris Banche Scabini iudicabunt & de ijs, quæ sibi iudicio etiam à
 » singulari priuatoque homine sunt iussa: quod nemini posthac licitū vo-
 lumus,

lumus, nisi Balliuo nostro, eius Legato, aut Vrbehistori. Scabini mi-
 noris Banche iudicabunt de successione ac tutelis, constituent tu-
 » tores, audient horum rationes, iniurias verbis illatas, nullo vulnere
 » inflicto, ac similia, vt olim solent, cognoscent. Nolumus posthac Sca-
 » binos maioris Banche edicta proponere, nec proposita rescindere, nisi
 » expresso supremi Balliui Gandensis consensu. A sententiā per Scabinos
 » lata prouocari curō, sineque damno, in Vierschariū licebit: penderēq;
 » hic lite, Scabinis suam exequi sententiā licitum non esto. Vierscharia
 » singulis quindecim diebus ius dicit: interueniente die festo, proxima
 » fiat feria. Impositiones pecuniarias Scabini nullas sine nostro successo-
 » rumque consensu imperant, nisi acceptam pecuniam rependere, ac pro
 » arbitrio nostro puniri malint. Qui Magistratu funguntur, officiumque
 » publicum gerunt, ordinaria Vrbe tributa ac portoria non conducito,
 » nec cum conductoribus societatem inito, nisi dignitate aut officio
 » priuari, insuperque puniri malint. Si talium conductor ad dignita-
 » tem aut officium in Vrbe vocetur, desertum negotium ijs tradet, qui
 » pro se spondere. Si durante anno aliquis Scabinorum diem obierit,
 » permittimus cæteris cum Balliuo nostro alium post diem tertium eius
 » loco substituant, qui Balliuo nostro sacramentum dicet. Magistratus
 » Gandensis edicta per nos successoresque nostros publicata, etiam si bo-
 » norum merciumque confiscationem contineant, aliasque multas inuf-
 » ferunt, re ipsa statim executioni mandant. Supremum Balliuū, qui no-
 » bis sacramentum successoribusque dicet, sine vlla exceptione recipito,
 » neque amplius eius Diplomati vllam Ditionem eximi volumus. Magi-
 » stratus Gandensis veteri more Inspectores Rectoresque viros probos
 » statuent, qui curam habeant iudiciaque exerceant inter lanei pāni con-
 » fectores: qua de re mox certas concipient leges, easque nobis trāsmit-
 » tent, vt examinatas castigatasq; approbemus. A Gandensibus in exiliū
 » acti, ac à nobis restituti, sine vllō iuris obstaculo capitique diminutione
 » in Vrbe ac Flandriam admittuntur. Volumus Scabinos multas pecu-
 » niarias omnes in manus ac commodum supremi Balliui nostri adiudi-
 » care. Qui alicui è Magistratu verbis iniuriam fecerit, sexaginta florenis;
 » qui leuiter læserit, dextra; qui occiderit, vita multator. Controuersia
 » iniuriōsa inter ciues Gandenses orta, Scabini eos domi includant, do-
 » nec à cognatis ac affinibus concilietur. Quòd si his obedire noluerint,
 » in carcerem conijciantur, maneatque, donec in gratiam redierint, sin-
 » gulis Balliui quinque florenis pro multa persolutis. Qui hac ratione do-
 » mi à Scabinis conclusos violare aut liberare ausi fuerint, multam sexa-
 » ginta florenorum luūt. Si soluendo non fuerint, arbitrio Scabinorum
 » puniuntur. Idem in omnibus pecuniarijs multis obseruant. Qui alium
 » celo perierit, nec tetigerit, multam sexaginta florenorum incurrit.

1549. Qui cultellū feriendi causa euaginarit, decem florenis; qui gladium, aut
 » aliud militare telum, triginta multator; nocte factum, multam dupli-
 » cato. Qui de die alicuius ædes violare sit conatus, triginta; qui de no-
 » cte, sexaginta florenos soluito, ac arbitrariam Scabinis pœnam luito.
 » Qui baculo ferierit, quinque florenos numerato. Qui pugnum alteri
 » impeggerit, aut coma traxerit, triginta stuferorum multam incurrito.
 » Qui exulem maleficij aut criminis causa pulsū receperit, triginta flo-
 » renis; non criminis nec maleficij causa, quinque florenis luito: si vl-
 » tra viginti-quatuor horas eum oculauerit, arbitraria Scabinorum
 » pœna castigatō. Qui commissi facinoris causa fugerit, si ter citatus
 » non comparuerit, conititeritque eum vitæ pœnam incurrisse, bonis
 » fisco addictis, Vrbe ac Flandria exulare iubetor: si vitæ pœnam non
 » commeruisse reperietur, Vrbe Flandriæque exulare iussus, in sexaginta
 » florenos multator. Scabinis neminem in exilium mittere sit licitum,
 » nisi accusatori se supremus Balliuus, aut eius Legatus, iunxerit. Si ali-
 » quis ex inflicto vulnere obierit, non sepeliatur, antequam cadauer Bal-
 » liuus, aut eius Legatus, duoque Scabini cum Scriba inspexerint, ac de
 » re gesta inquiserint. Quum supremus Balliuus, eiusque Legatus, aut
 » alius Præfectus, aliquem Gandauī capere voluerint, ac in eam rem ci-
 » uium auxilium implorarint, recusantes tribus florenis multantor. Si
 » quis capitalis aut ciuilis rei causa condemnatus in domum confugerit,
 » Balliuo, aut eius Legato, præsentibus duobus Scabinis, eum educere
 » licitum esto. Qui hominem aut res à Balliuo, eius Legato, aut licito-
 » ribus sisti iussas violarit, triginta florenis multator. Qui aliquem iniusta
 » de causa sisti iusserit, tribus florenis luito, ac parti ex arbitrio Scabi-
 » norum satisfacito. Hominem apprehensum, aut sisti iussum, in publi-
 » co, non priuato, carcere custodito. Creditor debitorem in publico car-
 » cere, donec bonis cesserit, detineto: quod beneficium certis de causis ac
 » limitibus in Vrbe valere ac locum habere volumus. Sequentes multa
 » pecuniariæ Comitissæ Flandriæ fisco cedunt, de quibus Gandensium
 » Balliuus, aut eius Legatus, in Curia Comitissæ acceptorum impensarum-
 » que rationem reddet. Transgressoribus horum statutorum, pœnam
 » multamque Scabinis committimus: è quibus duæ partes nobis, tertia
 » Vrbi cedito. Multas omnes Balliuus, eiusque Legatus, tam ab homini-
 » bus, quam eorum fortunis, repetere poterit. Virgo octodecim annos
 » nata, patre matreque viuente, ijs inuitis nubens, ab vtroque aut eo-
 » rum altero exhæredari poterit. Si pupilla parentibus carens dicta ra-
 » tione ac ætate nupserit, tertia bonorum parte multator, eaque fisco
 » nostro applicator: seductor pupillæ dimidia bonorum parte luito,
 » Gandauo ac Flandria exulato. Si tutores ac cognati virginis de
 » ea matrimonio iungenda dissenserint, virginis propinqui rem ad
 Magi-

Magistratum deferent, qui pro rei exigentia ei prospicient. Qui 1540.
 clandestinas procurant nuptias, pro rei merito arbitrariè pleciuntor. «
 Qui virginem vi abduxerit, vita cum socijs punitor. Si quid ministri «
 nostri, successorumque nostrorum, in Vrbe deliquerint, nullus præter «
 nos, successoresque nostros, Senatumque Flandriæ, cognitionem habe- «
 to. Creationem licitorum (Sergantes vocant) in Vrbe Gandensi soli «
 Flandriæ Comiti relinquito. Bona nothorum, spuiorumque libero- «
 rum, aut alia simili ratione vacantia, nobis solis, successoribusque nostris, «
 cedere declaramus ac volumus, nullo in ijs Gandensi Magistratu iure «
 relicto. Adiudicamus nobis, nostrisque successoribus, domum dictam «
 D. Iacobi, cum omni qui in ea est apparatu, ac supellectile, de quo sin- «
 gulis annis rationes reddentur Balliuo nostro, ac duobus primis Sca- «
 binis. Abolemus in posterum Gandauī ciues omnes dictos Exteros. Qui «
 hoc tempore ciues sunt, ac in Vrbe eiusque Scabinatu habitant, tales «
 habebuntur, vtenturque legibus ac immunitatibus hac gratia à nobis «
 concessis. Qui ciuis fieri cupit, posteaquam in Vrbe annum vnum ha- «
 bitarit, Magistratu declarabit, se velle manere, ac inter ciues adnume- «
 rari. Qui è Scabinatu Gandensi migrarunt, eius immunitatibus care- «
 bunt; reuersi, ad eas admittentur. Si ciuis Gandensis in Vrbe deliquit, «
 ac extra eius iurisdictionem captus fuerit, loco captiuitatis de eo «
 cognoscatur, neque Gandauum remittatur: è contra Gandensis Urbis «
 ciues Gandauī capti, quanquam alibi deliquerint, in Vrbe iudicantor. «
 Si ciuis Gandensis fuerit conuictus de hæresi, crimine læsæ Maiestatis, «
 aut quid contra Principem, eius ministros, ministrorumque vicarios, «
 quiq; inde dependent, comississe, corpore ac bonis fisco addictis luat. In «
 alijs omnibus capitalibus criminibus vita luètes, fisco nil iuris in bonis «
 liberis nec clientalibus esto. Si ciuis pro maiori parte anni Gandauī ha- «
 bitarit, ac alibi mortem obierit, liber à melioris supellectilis amissione «
 esto. Non licebit posthac Gandensibus creditores nec villicos Ganda- «
 uum in ius vocare, sed eos primùm vbi habitant iudicio superare, nisi «
 facta locatione rusticus hoc iure ex pacto cesserit. Si posthac ciuis «
 Gandensis Ciuitatem eiurarit, aut crimine aliquo amiserit, cumque ex- «
 traneis hæreditatem ciuis Gandensis adierit, res publica ex omnibus «
 horum bonis mobilibus ac liberis decimam partem auferet, è clientali- «
 bus nihil. Volumus insuper ac decernimus pro nobis, ac vtriusque sexus «
 successoribus nostris, Flandriæ Comitibus, ne posthac in perpetuū Gan- «
 denses vllum ius, prærogatiuam, iurisdictionem, nec auctoritatem ha- «
 beant nec allegent in Omdenbruggam, nec in Ditiones Ciuitatesque «
 Cortracenam, Audenardanam, Teneramondanam, Alostanam, Geers- «
 berganam, Ninouensem, quatuor Præfecturas, nec in Ditionem VVa- «
 sanam, nec etiam in ijs quæ olim nominare solebant Castellaniam ac «

1540. Ditionem Gandensem, quæ in sempiternum ab Vrbe separamus, separataque manere volumus, ita vt nulla de causa hos ad se euocare aut sistere posthac poterint. Abolemus etiam, ac in perpetuū tollimus, tres Urbis Gandensis ordines, constituta corporis bonorumque pœna qui eos reducere conatus fuerit, iubentes decernentesque vnicum sit tantum Urbis membrum. Cùm opus erit Concilij vrbani conuocatione, loco collationum (vt plebeiam colluuiem appellant) dictorum trium Urbis ordinum, quos sustulimus, Cōcilij congregatio in æde fiat Prætoria, quam Publicam vocant: nec ab alio conuocari volumus, quàm à supremo nostro Balliuo, ac eius anni Magistratu, qui, coacto duorum præcedentium annorum Magistratu, his iunger sex vniuscuiusque Parochiæ probissimos viros, collectos ex his septem Parochijs: è Parochia Diui Ioannis, D. Iacobi, D. Nicolai, D. Michaëlis, D. Virginis Mariæ Decergem, Diui Petri, ac Saluatoris Christi: qui omnes sub pœna triginta florenorum ac exilij comparere, si poterunt, cogentur; auditaque reiproposita causa, antequam è Publica æde discedent, sententiam absolutè dicent, vt, collectis omnium calculis, è vocum pluralitate aliquid decernatur. Tollimus, ac in perpetuum certis de causis abolemus, Præfectos opificum omnes, tam maiores quàm minores, quos vocant Decanos, ac præcipuè ordinem textorum, quem appellant, *de Lette vande VVevers*; eorumque tribus, quas vocat, *VVijken*. Nolumus posthac in Vrbe nostra Gandensi è septuaginta-duobus opificum collegijs plura quàm hæc viginti & vnum. Primi erūt laniones: deinde piscarij; tertio nauaræ: quarto pistores: quinto cereuisiæ coctores: sexto textores lanei panni: septimo sartores, sarcinatores, caligarij, ac lanei panni tonsores: octauo tapetum, culcitrarum, ac linei panni textores: nono aromatorum, butyri, casei, candelarum, similibusque rerum mercatores: decimo pictores, tabernarij, pileorum cingulorumque confectores: vndecimo aurifices, ac qui in stanno nigro alboque plumbo operantur: duodecimo fabri lignarij omnes, curruum nauiumque adificatores, ligni sectores, ac mercatores, qui que torno ligna eburque poliunt ac cauant: decimo-tertio fabri murarij, cæmentarij, latomi, qui que tegulas, arundinem, stramen, aut iuncos ad iura rectis imponunt, argillaceorum murorum extructores: decimo-quarto futores ac coriarij: decimo-quinto pellium infectores, chirothecarij: decimo-sexto pelliones: decimo-septimo lanei panni tinctorum ac infectores: decimo-octauo barbæ-tonsores: decimo-nonò doliarij, capacitatis eorum ac vini exploratores: vigesimo fabri ferrarij, armorum cuiuscunque generis artifices: vigesimo-primo frumenti ac granorum oleum exudantium molitores. His viginti & vnum operarum collegijs Gandenses contentos esse iubemus, ea ratione, vt quum diuersas

operas

operas in vnum redegerimus collegium, singuli tamen vnum tantum 1540. exercent opificium, altero abstinentes, nisi ius eius exercendi compararint. Quod attinet ad proxenetas, funes è canabonentes, frumentimendores, baiulos, figulos, gerulos, pomarios, faccarios, aurigas manuarios, conuenire collegiisque constituere prohibemus; sed vno horum mortuo, alius à Magistratu in eius locum, accepta in publicum usum pecunia, substituetur. Horum omnium collegiorum Præfectos, quos Decanos appellant, abolemus, fungenturque eorum officio viri boni ac probi, quos Balliuus noster ac Magistratus legent: ij verò erunt, qui nullum opificium exercent, sed ex annuo centu viuunt, appellanturque Præfecti collegiorum, lingua Flandrica, *d'ouerste vanden Ambacht*: qui ascitis duobus è collegio, suo arbitrio, alijs, controuersias omnes diriment, partesque dissidentes conciliabunt, ac cùm non poterunt, re ad Magistratum reiecta, eius sententię stabunt. Vnumquodque collegium binos habebit delegatos sacramento adactos, eligendos à Præfectis, ac quatuor delegatos posteriorum annorum, factaque lectione, eos Balliuo ac Magistratui, vt admittantur, aut reijciantur, præsentabunt: id enim in eorum volumus esse potestate. Si admisi fuerint, sacramentum dicent Præfecto, præsentè Urbis Scriba: si reiecti, alij à Præfecto nominabuntur: qui si etiam repulsam passi fuerint, tum Balliuus ac Magistratus pro suo arbitrio delegatos statuent, collegiisque dabunt. Cuius Gandensis in opificum collegium, qualecunque id fuerit, admitti cupiens, persolutis semel collegio sex florenis, ac opificij sui arte probata, recipiatur. Abolemus, ac in perpetuum tollimus, custodiam Quadragesimalem, medio eius tempore fieri solitam, tum peregrinationem ac circumlationem Diui Lebuini Hatenum, alijsque locis: vtrumque Diui Lebuini collegium extra ac intra Urbem celebrari solitum: conuentum textorum in supplicatione Diuæ Virginis Mariæ sacra: omnesque armatos conuentus, qualescunque illi fuerint, Gandensibus prohibentes. Et ne posthac controuersia oriatur de iureiurando quod successores nostri in Flandriæ Comites inaugurandi sunt præstaturi, ac Flandri ipsis, vtrumque hinc inferi hac formula volumus: Iuras te futurum iustum Flandriæ Comitem, ac supremum dictę Ditionis Principem, quæque inde dependent te defensurum, curaturumque, vt defendantur iura sanctæ matris nostræ Ecclesiæ, Ditionem Flandrię in pace, iustitia, ac æquitate te recturum, curaturumque vti regatur Vrbs Gandensis secundum decreta ac statuta à Carolo quinto Cæsare, Flandriæ Comite, prædecessore tuo, pridie Calendas Maij anno 1540. promulgata lataque, tutaturumque te, ac vti tutentur curaturum pupilli, vidue, pauperes, ac diuites, quisque suo in iure; teque ad hæc omnia facturum præstaturumque, quæ supremum Flandrię Principem ac Comitem facere

1540. facere decet, æquumque est? Ira te Deus omnesque Diui adiuuent. Sub-
 » ditorum tale sit sacramentum: Iuratis vos futuros legitimo vestro
 » ac supremo Principi, Flandriæ Comiti, hinc præsentem, subditos bo-
 » nos ac fideles, defensuros, ut que defendatur vos curaturos eius hæredi-
 » tas, Imperium, ac limites, obseruaturisque ac sequaturos decreta ac
 » statuta à Carolo quinto, Flandriæ Comite, pridie Cal. Maij anno 1540.
 » lata promulgataque, vosque ea omnia facturos, quæ à probis ac obse-
 » quentibus subditis supremus Princeps ac Dominus requirere poterit?
 » Ita vos Deus omnesque Diui adiuuent. Tum sequentibus verbis to-
 » tum hoc negotium ita Cæsar concludit: Iubemus, ac expressè Balliuo
 » nostro, Scabinis, ciuibus, ac opificum collegijs, incolisque Urbis nostræ
 » Gandensis, præsentibus ac futuris, præcipimus mandamusque, ad vsque
 » apicem vnum obseruent, obseruarique curent, leges ac capita hoc no-
 » stro decreto contenta, nisi iræ indignationisque nostræ pœnam subire,
 » proque rebellibus haberi censeri que malint, seruantes nobis, successo-
 » ribusque nostris, vtriusque sexus Flandriæ Comitibus, horum statuto-
 » rum ac legum declarationem, interpretationem, ampliationem, ac re-
 » strictionem, quum necesse nobis illisque videbitur. Ad quarum rerum
 » certitudine præsens Diploma manu propria subsignauimus, ac appenso
 » sigillo nostro maximo approbauimus confirmauimusque. Gandaui pridie
 » Cal. Maij, anno Christi millesimo, quingentesimo, quadagesimo, Im-
 » perij vigesimo-primo, Regni Castellæ ceterorumque vigesimo-quinto.
 » Subsignatum erat: Carolus, ac Vereycken. Eadem ratione Cæsar Audenar-
 » dijs omnia vetera priuilegia ademit, ac nouas quoque leges tulit, quod
 » soli enixissime rebellibus Gandensibus studuissent. His rebus ita per-
 » actis, è captiuis Gandensibus viginti-sex capite plectuntur. Multi alij
 » pro fortunarum conditione pecunia multantur, ac ad Diuorum inui-
 » sendas oisium reliquias in longinquas peregrinationes ablegantur, ubi
 » plerique interiire, aut mansere; cæteri, absoluti itineris testimonium
 » adferentes, vniuerso vitæ tempore publicis munijs abstinere sunt iussi.
 » Centum partim è textoribus, partim è Creserijs æquo numero lecti, ac
 » talaribus vestibus induti, capite pedibusque nudi, collo laqueum gestan-
 » tes, ac ad Cæsaris pedes se prosternentes, veniam impetrare. Publica
 » multa etiam paulo post fuit persoluta, ac Arx ad D. Bauonem absoluta,
 » Monachis ad summum Urbis Templum, D. Ioanni Apostolo sacrum,
 » translatis, ac in Canonicorum ordinem transmigratis, Abbate Præposi-
 » ti, seu perpetui Archidiaconi, titulo (ut sacri loquuntur viri) summi
 » Pontificis auctoritate ornato, quibus pro dignitate annui redditus
 » splendidi ex Abbatia bonis fuere attributi. Est verò hæc sacra Præfectu-
 » ra huius tituli totius Belgij opulentissima ac splendidissima, nostro
 » nunc tempore Antistiti Gandensi pro maiori parte attributa. Hæc Arcem
 » anno

1540. anno 1576. à rebellatibus iterum ciuibus diruta, anno 1585. ipsè domitis
 munitius ac splendidius reedificata vidimus. Hæc Cæsar per tres men-
 ses Gandau, ac inter Flandriæ Senatores publice ius dixit, lata capitis
 bonorumque sententia contra Reinerum Brederodæ Dominum, qui,
 ducta è Marcanis vxore, cum ijs se Francorum Regi addixerat, Hol-
 landiæ Zelandiæque se Comitem, quod ex his ortu duceret, se futurum
 sibi persuadens, ac proinde gentilitia Hollandiæ Comitum insignia
 apertè ferens. Sed domitis Gandensibus, Cæsar paulo post sententiam
 moderauit, gratiamque petenti, ac per horam in genua, præsentem Sena-
 tu Flandrico, Præsidi Hollandiæ, præcipuis Proceribus, dū Cæsar eum
 alloqueretur, sedenti, vitam donauit, pauloque post Proceribus omni-
 bus pro eo interpellantibus, cum Francico ac Marciano foederi renun-
 ciaffer, bona etiam omnia restituit. Februarij die vigesimo-quarto Cæ-
 sar Protestantium Legatos Gandau audit, ac per Cornelium Sceppe-
 rum ita respondet, pacemne an bellum essent habituri ignoraret. Iam-
 dudum enim absolutam Religionis libertatem petierant, ac inprimis
 ne Cameræ Imperialis iudicio, nec Catholicorum Concilio, stare nec
 obedire cogentur, pertinacissime contenderant; sed ut Cæsar, cum v-
 niuerso Imperio, eorum decretis ac opinionibus subijceretur, tacite pe-
 tebant. Eodem mense obiit Georgius Sceinckius, Frisæ ac Gronin-
 gæ nomine Cæsaris Gubernator, cui successit Maxæmilianus Egmon-
 dius, Buræ Comes, Florentij filius. Postridie Cal. Aprilis obiit Antho-
 nius Lalanus, primus Hoochstratæ Comes, Hollandiæ Pro-Comes.
 Mense Maio ad Cæsarem, eiusque fratrem Romanorum Regem, Bru-
 xellâ Brabantia venit Guilhelmus Marcanus, Cliuia ac Iulia Dux,
 de Ducatu Geldriæ, ac Comitatu Zutania, in quibus ius prætendebat,
 coram transfaturus. Sed cum nullo eum iure nisi Cæsaris Consilia-
 rij docuissent, domum re infecta reuersus, ad Regis Franciæ amicitiam
 animam conuertere adolescens malè consultus cœpit. Maij die decimo-
 tertio Ferdinandus Rom. Rex è Belgio in Austria reuertitur, Cæsar ve-
 rò Gandauo Brugas contendit; indeque in Zelandiam ac Hollandiam
 profectus, ut ius subditis æquissime diceretur, laborauit, aliquoties in
 Haga Comitibus hac de causa in Senatu præsens, tandemque inuis maioribus
 Hollandiæ Ciuitatibus, Ultraiectu, inde Vianâ, (olim Diane Fa-
 num) tum Burâ, Gorinchemu, Buscoducum, ac tandem sine mensis Au-
 gusti Bruxellâ venit, duas hoc itinere Germanorum legiones, Gandauo
 eum comitatus, ducens. Cliuius à Cæsare malè contentus discedens, Lega-
 tum ad Franciæ Regem mittit. Sciebat enim alienato eos esse animo, quod
 Ditione Mediolanensi, nisi armis coactus, Cæsar cessurus nunquam vide-
 retur, dolere proinde Rege, quod ante restitutum Mediolanum è Francia
 eum dimississet. Æstas huius anni iocitate memorabilis, à multis seculis

1540. similem non habuit. Fôtes ac torrentes sine numero aruere, amnes maiores siccis pedibus homines transfîdere: quod non solum apud Belgas Mosæ, Scaldi, Lyfæ, sed etiam Rheno aliquot locis, ac præcipuè ad Coloniâ Agrippinam, accidit. Secuta est rerum omnium caritas extrema, excepto vino, quod non solum præstantissimum ac generosissimû hoc anno, sed etiam ingenti fertilitate prouenit. Maximam huius anni partem sine bello Cæsar apud Belgas exegit, audiendis Protestantium Legatis, mittendisq; ad eos literis, tempusterens. Vtraq; enim pars multis verbis de Religionis pace agebat, sed (vt postea res euentusq; docuit)

1541. simulanter. Initio Ianuarij anno 1541. Cæsar è conuentu V Vormatiâno reuocato Granuelliô, (disputari enim hîc cœptum fuerat de Religione inter Ioannem Eckium ac Philippum Melanchtonem) è Belgio Merum, Spiram, indeq; Ratisbonam, vbi Comitia Imperij indixerat, proficiscitur, eodemq; mense Martio Principum Ciuitatumq; Legatû conuenire cœpere. Mense Maio Guilhelmus Marcanus, Cliuix Iulixq; Dux, sparsa fama se ad Comitia Ratisbonensia proficisci, Ambosq; ad Regem Franciscum peruenit, diuersis itineribus comitatu eodem subsequente. Exceptus est à Rege perhumaniter & amicè. Eius enim operâ breui bellum resumere statuerat. Tum de Cliuij ac Ioannæ Nauarræ, impuberis adhuc puellæ, cõiugio est agi cœptû. Id quanquã pater puellæ materq; non probarent, sed planè auersarentur, volente tamen Rege, circa Idus Iunij nuptiæ magna cum solemnitate celebratur, ipso Rege sponsam ad Templum deducente, epulumq; magnificum exhibente, præsentibus Legatis Angliæ ac Lusitaniæ Regis, Venetorû ac Saxonix Ducis, Cæsaris Legato absentia excusate. Post aliquot dies Cliuius, clam cum Rege cõtra Cæsarè inito fœdere, intacta spõsa domû reuertitur, eâ apud parentes relinquens, donec viro matura foret. Hac de re Cæsar in Comitij Ratisbonensibus mense Iulio ad Principes summopere cõqueritur, demonstrato iure quod in Geldriâ ac Zutaniâ morte Ducis Caroli Egmõdij habebat, respondereq; conatibus Cliuij Legatis, ac pro eo deprecatibus, confurgens irato admodû vultu Cæsar abiit. Ratisbonensia pro parte decreta hæc fuere: Omnia quo tum in Germania erant statu manerēt, donec, generali indicto omnium Christianorû Cõcilio, cõtrouersia religionis causa orta è medio tollerētur. Cæsari ius suum in Geldriâ ac Zutaniâ persequi liberû esset. Carolus Sabaudus, à Franco pulsus, in clientelâ reciperetur. Protestantes pecuniâ ac militem Cæsari Romanorumq; Regi mitterent. Cõcilium Cæsar intra proximû sesquiannû in Germania celebrari curaret. Postero die Regis Fraciæ Legatus ad Principû cõfessum admissus, admodû proluxa morosaq; oratione, quam è scripto recitabat, Regis causam probare conatus, fastidiosa garulitate, quâ se eloquentissimè agere existimaret, omnium animos in so-

porem, non attentionè, traxit, aded vt cum discessisset, maior Germanorû pars, quæ dixerat, ignoraret. Instabat interea Regis Francisci apud Cæsarè Legati, promissum in Fraciâ Carolo Aureliano Mediolanensè Imperiû traderet, eumq; Ducè, concessio Imperiali Diplomate, renuñciaret. Quum diutius rem Cæsar differre nequiret, aperto animi interiori decreto, ait se magnis de causis Ditone Mediolanensè decedere nõ posse, in eius verò cõpensationem polliceri Carolo Aureliano filiâ Mariam vxorè, daturumq; cum ea dotis nomine Belgarû Prouincias. Rex Franciscus lōga Cæsaris simulatione deceptû se, nec quicquã in Italia, quàm quod armis posset, obtenturû videns, rumpere inducias, summisq; viribus bellû resumere cõstituit, in eam rem vndiq; diligèter ac secreto incumbens, vt multorû Principum amicitiam cõpararet. Cliuium Nauarræ nuptijs suum fecerat. Cum Anglo de nouo fœdere, quâquam summa cum difficultate, iam bene sperabat. Germani ac Heluetij neutrius partis se futuros pollicebatur. Ad Solymanû Cõstantinopolim mittit Cæsarem Fregosium Genuensè, ac Anthoniû Rinconè, exulè Hispanû: de quorû itinere Cæsariani aliquot milites certiores facti, positis insidijs, auaritiæ causa, eos Pado Venetias proficiscètes, occupato nauigio, sub initiû mensis Iulij interficiunt. Hinc Rex Franciscus belli causam arripit, violatos asserens contra ius gètium suos Legatos, ac proinde indictû, imò illarû sibi bellum. Negabat constanter Vastius suo iussu ac scientia violatos, minusq; interemptos, excusandiq; sui causa ad Regem mittit Fraciscû Lodronij Comitè. Respondet Rex, se saluo honore tantâ negligere non posse. Curet igitur de cade sibi satisfieri, nisi iustissimâ vindictâ sumere se malit. Egit & sepius cum Vastio per literas hac de re Guilhelmus Bellaius, Regis apud Pedemõte Præfectus. Sed respondète Vastio, se, diligèti habita inquisitione, nil de rei veritate aliud discere potuisse, quàm ab auarislatronibus, publicarumq; viarum violatoribus, militiæque desertoribus interfectos; iratus Rex, Georgium Austriacû, Cæsaris Maxemiliani filium nothû, Archipræsulem Valentinum, è Hispania per Franciâ in Belgiû proficiscèntè, Lugduni in carcerè conijcit. Per idem tempus Franciscus Anthonij Lotharingiæ Ducis filius, in vxorè ducit Christiarnam filiam Daniæ Regis Christiarni 2. ac Elizabethæ sororis Cæsaris, viduam intactam Francisci Sfortiæ Ducis Mediolanensis; Francorum Rege has nuptias non minus agre ferente, quàm Cæsare Cliuij cum Nauarræ. Exinde Cæsar, conscriptis in Germania duabus peditum legionibus, ac mille equitibus, per Tridentinas Alpes in Italiam contendit, obuiumq; in Alpiû descensu, cum insigni comitatu habet Octauium Farnesium, Petri Lodowici filium, Pontificis Pauli terciij nepotem, cui non ita pridem filiam Margaritam, Alexandri Medici viduam in matrimoniû collocarat; ac mox ad Athesim

1541. Alphonsum Vastium cum præcipua Infubrum nobilitate, Hispanorumque veteranis. Nec defuit honestissima Venetorum legatio, Cæsari eiusque comitatu gratuitos commeatus ac munera offerens. Tandem Mediolani insigni cum honore exceptus, Genuam contendit, vbi fratris Ferdinandi literis de Turcarum contra Hungaros victoria, Germanorum clade, ac Solymanni aduentu est certior factus. Pontifex Paulus Roma Lucam paulo antè peruenerat, aduenientemque Cæsarem, misso cum insigni comitatu Cardinale Alexandro Farnesio, honorificè exceperat. Ad portam præstò erant Cardinales ac Antistites, cum Senatu Lucensi, qui Cæsarem sub ymbella in Curiam deduxere. Cæsar ter Pontificem adiit, ac enixè de indicendo Concilio aliisque de causis cum eo egit. Is semel Cæsarem inuisit, diu communicans, ac Concilium in sequentem annum se indicturum promittens: cumque frustra pacem cum Franco renouare esset conatus, Romam rediit. Cæsar, comitante genero Octauiio Farnesio, cum classe quam dudum adornari ac armari iusserat, è Portu Lunensi soluit. Vehibat hæc pedites equitesque Germanos ac Italos, cum multo commeatu, magnoque tormentorum apparatu. Corsicam præteruectus, ad Baleares Insulas venit, indeque Siciliae littora emensus, auctusque Ferdinandi Gonzagæ, Pro Regis Siciliae, classe, quæ Hispanos vehibat, post biduum vigesimo tertio Octobris Algerium (olim Iulia Cæsarea) Numidiæ Oppidum appellit. Mendosamque cum Hispanica classe eodem venisse repperit. Vniuersa classe ad Oppidi conspectum in anchoris stante, ac Hispanos Belgasque expectante, biduum transiit, quo tempore Cæsar circiter viginti millia peditum, cum maxima equorum ac tormentorum parte, in terram exposuerat, ac ad expugnandum Algerium necessaria parabat. Inclinate die, subito exorsus procellosus imber tota nocte vniuersum exercitum aqua pluuiali perfudit; ingenti que allato incommodo, ne tormentis scloperisque vti possent, effecit. Ad hæc diuersissimis mundi è plagis exorti summa cum violentia venti atrocissimam excitant tempestatem, vnde fiebat, vt fluctuum ad littora repercussu iactata ac inter se concurrentes naues, ruptis anchorarijs stnibus, inspectante ac gemente exercitu, cum rebus pretiosissimis, ingenti commeatus copia, ac generosissimis equis, mari absorberentur, ita vt paucis horis circiter centum quadraginta varij generis nauigia, quæ velis agebatur, perirent. Triremibus quindecim in littus adactis, aquamque per rimas admittentibus, cum homines, abiectis armis, in seruitutem se offerrent, à suis Numidis interficiuntur: nihilque toto littore spectabatur præter hominum equorumque cadauera, nauium fragmenta, ac natantis supellectilis diuersas species. Turcæ ac Numidæ, qui Algerij in præsidio erant, occasione non deerat, sed varijs locis castra inuadentes, stationes cædebant, præliaque

1541. præliaque excitabant, desiderantque hoc die Cæsar vltra trecentos viros, ac inter hos non paucos præclari nominis veteranos Præfectos. Vulnerati sunt circiter ducenti, inter quos fuit Philippus Lanouis, Caroli Sulmonensis Principis filius. Cæsar, tribus instructis aciebus, Algerio discedit, ac non sine difficultate duobus superatis amnibus, ad Marafusij promontorium, quò Auria triremes adegerat, cum exercitu venit, inque diruta Ciuitatis ruinis contra Numidas confedit, equorum carne exercitum alens. Cum vis ventorum non nihil se remisisset, milites classem conscendere, equos verò omnes, etiam generosissimos, in mare eijci, vt eorum loco vel vilissimus reciperetur calo, Cæsar iubet. Sed vix dimidia pars hominum naues intrarat, cum tempestatem priore validior, incumbentibus diuersis è partibus ventis, insurgit. Quare cum classis certum tenere cursum, nec alter alterum expectare iuuareque posset, in varias dissecta plagas, nonnullæ cum hominibus periere, aliæ in diuersos Italiae Portus, rebus omnibus amissis, peruenere. Cæsar terrestri itinere, Auria renugio, Vticam peruenit, cuius hodie Portus Farinas dicitur, vbi eos Muleasses, Rex Tunetanus, omni comæatus genere affatim liberalissimè recreauit fouitque. Hinc Drepanum Cæsar traicit, inde ad Baleares cursum dirigit, tandemque sub finem Nouemb. Carthaginem nouam in Hispaniam saluus peruenit, non paucis locis hostibus eum à piscibus voratum iactantibus. Sed paulo post Cæsarem enata esse, sequentemque fortunam superasse, sunt experti. Carthagine Cæsar Occagnam peruenit, filias ibi agentes visens, filiumque Philippum Hispaniarum Principem expectans: quorum præsentia abunde recreatus, Madrilium proficiscitur, vbi multis diebus à lassitudine ac tempestatem iactatione corpus resciciens, animum varijs cogitationibus ac negotijs occupatum habuit. Qui exactam huius ærumnosæ expeditionis Historiam petit, Paulum Iouium libro Hist. 40. legat. Sub idem tempus Cæsar fit certior, Francum, ruptis inducijs, suis bellum intulisse: quod tamen diuersis rationibus à Cæsarianis prius illatum credi volebat, ne interpiarum Cæsaris expeditionum perturbatores à populo numeraretur. Vere anni 1542. Rex Franciscus, ac Rex Daniæ Christiernus certius, acerbissimis 1542. superbissimisque verbis Cæsari per castrenses Legatos bellum indixere, perque omnes Regni sui Prouincias publicari iussere. Idem apud Belgas vigesimo-quarto fit Maij. Interea Guilihelmus Bellaius, Fræncisci Regis apud Pedemontem Præfectus, intempesta nocte tribus locis Claracum scalis aggressus, cæsa præsidij dimidia parte, ceterisque pulsis, Oppidum munitissimum capit, ac post paucos dies, Præfecto Sangrio commeatus inopiâ deditonem faciente, Arcem quoque in potestatem redigit. Idem Franci, sed irritò conatu, Albæ tentarant, Verruceque alam equitum Epirotarum oppresserant. Quare Vastius, in vnum col-

lectis viribus, nouisq; conscriptis copijs, Insubribus aurum promenti-
 bus, Francos inuadit, Oppidâque duodecim, sed inualida, parûque mo-
 menti, quæ cum vno Clarasco comparari non poterant, diripit. Rex
 Franciscus, duobus confectis exercitibus, vni Heinricum Delfinum,
 alteri Carolum Aureliæ Ducem præficit, vtrique viros illustres, bello
 exercitatos, qui filios adolescentes moderarentur, adiungens. Delfinus
 Rosillonios apud Cantabros erat inuasurus, Aurelianus Lutzenbur-
 gios. Rex tertio loco bellum facturus, Nicolaum Bosluum, Longeualli
 Dominum, ad Guilhelmuum Cliuix Iulixque Ducem cum sexcentis
 mittit equitibus, vt iusta peditum equitumque coacta manu Brabantos
 inuadant, ijsque bellum acerrimum funestumque inferant, ne Maria
 Austriaca, domestico implicata bello, Lutzenburgijs succurrere possit.
 Aurelianus enim cum in vnum coëgisset duodecim millia Germanorû
 peditum, sex millia Francorum, cum tribus equitum millibus, inter
 quos quingenti erant Dani à Rege missi, comitâte Claudio Guisiorum
 Duce, eius filio Aumalæ Comite, Francisco Borbonio Anguiani Domi-
 no, ac compluribus alijs notæ virtutis ac nobilitatis viris, Lutzebûrgios
 mense Iunio inuadit, Oppidumque Damvillerium diripit, incenditque.
 Deinde Iuosium, paucis diebus oppugnatum, cõpositione recipit, præ-
 sidiarijs cum armis, impedimentis, ac sex tormētis maioribus in tutum
 abeuntibus: augenturque hic Aureliani copix decem peditum ac duo-
 rum equitum Germanorum millibus, à Longeuallio ac Martino Ros-
 semio, euastata Brabantia, (vt mox narrabimus) adductis. Tum Arlo-
 nium in deditiõnem accipit, ac contra datam fidem diripit, incēditque:
 mox facti pœnitens, ignem restingui iubet. Exinde ad Urbem Lutze-
 burgensem exercitum ducit, quam paucorum dierum oppugnatione,
 præsiarijs cum omnibus rebus liberè dimissis, ciuibus veterû legum
 fortunarumque incolumitate promissa, in deditiõnem accipit. Idem paulo
 post faciunt Mommedij, nil vniuerso in Ducatu præter Thionvillam Cæ-
 sare agnoscens. Aurelianus, rebus prospere gestis, cum Vrbi Lutze-
 burgensi Mansfeldium, vniuersa Ditioni Guisæ Ducem præfessisset, per-
 solutis dimissisque militibus, ad patrem reuertitur. Sed vix de tanta
 victoria inuicem poterant gratulari, quin certiores sunt, Reinerum
 Nassauium, Aurantij Principem, iustis cum copijs Lutzenburgios inua-
 disse, ipsamque Urbem, cum omnibus paulo antè à se occupatis Oppidis,
 excepto Iuosio, ad vetus Cæsaris obsequium reduxisse; Guisium Iuosij
 inclusum se fortiter defendere, aliquoties Nassauium repulisse. Duravit
 hæc Aurantij contra Lutzenburgicos Francos expeditio ad mensem ferè
 Octobrem. Tum enim pro maxima parte recepta Ditione in Iuliam
 mouet, Cliuio pro euastata per Rossemium Brabantia rationem reddi-
 surus. Etenim dum Aurelianus Lutzenburgios oppugnat, Cliuius,
 coactis

coactis in vnum duodecim peditum millibus, ac mille quingentis equi- 1542.
 tibus, hisque ijs iunctis copijs quas Longeuallius è Francia adduxerat,
 sparsa fama se eas in Hungariam Romanorum Regi contra Turcam in
 auxilium mittere, Martinum Rossemium, nobilem Geldrum, rei mili-
 taris peritissimum, præficit: qui aliquot cohortes Mosam transire, in
 Comitatum Hornanum tendere, ac à Leodiensibus, per causam addu-
 cendâ è Francia Cliuij sponsâ, transirum petere iubet. Sed, dissuaden-
 te Antistite Zeuenbergio, Leodienses, armatos commonstrantes
 agrestes, Rossemio transitum negant. Antwerpiani, re intellecta,
 suamque Urbem, tum temporis vniuersa ferè Europæ opulentissimam,
 Hungariam esse quam peteret Rossemius verecens, cohortes aliquot
 consensu Mariæ Austriacæ conscribunt, ac rusticis in Pelandia cum ar-
 mis congregatis auxilio mittunt: qui contra Rossemianos, qui Mo-
 sam transierant, contendentes, eos denuo trans amnem ad Rossemium
 redire cogunt; deinde positis armis, domum reuertuntur. Senatus
 Antwerpianus, Rossemio non fidens, necessaria ad Urbis defensionem
 parat, exteros omnes, præcipuè Cliuij subditos, ad dicendum sacra-
 mentum conuocat, recusantes, aut difficultatem facientes, Vrbe eijcit,
 populumque in cohortes distribuit, tormenta expedit, muros ac val-
 lum reficit, fossas purgat, rei que militari præesse iubet Cornelium
 Spangam, cuius mox consilio amplissima Suburbia incenduntur. Ros-
 semius iuxta Rauastainiû apud Cukios ac Kesselios copias omnes Mo-
 sam traducit; relictisque Leodiensibus, in Brabantia sine maleficio iter
 facit, tum ne subita hostilitate Antwerpianos ceterosque de periculo
 præmoneret, incolasque ad arma concitaret; tum ne militum pars,
 contra Cæsarem se duci intelligens, antequam in interiorem processis-
 sent Brabantiam, à signis dilaberentur. Petebat enim pro certo Ant-
 werpiam, non spe expugnandâ Urbis, sed inuitatus ab aliquot prodi-
 toribus, qui se eam diuersis locis incensuros, captisque armis portam
 occupaturos, eumque cum copijs intromissuros, immensâ ditissimæ-
 que prædæ participes futuri, erant polliciti. Consulatum hoc anno
 Antwerpia gerebant Lancelotus Vrsulus, ac Nicolaus Schermerus,
 qui cum ceteris Senatoribus diligenter ad Urbis defensionem in-
 cumbebant. Paulo post Senatus fit certior, Rossemium, detecto ani-
 mo, hostilem in agrestes declarasse voluntatem. Nam cum huc usque
 eius milites sine detrimento apud rusticos diuertissent, edentes & bi-
 bentes quæ proponebantur; tandem cum dempto metu eos qui arma
 ceperant, domum redijisse viderent, suosque omnes Mosam traiecisse, su-
 bitò singuli hospites suos capiunt, direptisque omnibus fortunis, magno
 vitam libertatemque redimere cogunt, agrosque, abactò pecore, flâma ac
 ferro

1542. ferro depopulantur. Diripere enim in Taxandria Fanū Oujeroiz, Orschotum, ac Heluerenbecū, clara apertaque municipia; locatiliq; ad Oosterwicum castris, Ditionem Langestratanam ad rerum omnium iniquissimam redemptionem cogunt, adeo ut qui ignis salutem euadere cupiebat, ingenti numerata pecunia summa, se liberare cogeretur. Hoc rerum statu Antwerpianis nunciatur, Rossemium Berlam ac Hoochstratum contendisse, munitissimamq; eius Arcem, rebus necessarijs instructissimam, agrestibus deditionem facientibus, in potestatem redegit, magnamque tormentorum ac pulueris copiam inde auexisse. Hac enim vna re Rossemius laborabat. Quare Consules non inani consuetudine statuebant, his Rossemium contra Antwerpiam vsurū, maxime cum certiores facti essent, Oppida clausa, à Rossemio, tantis copijs instructo, nulla peti, cum tamen inualida aliquot non contemnendam promitterent prædam. Dum Rossemius aliquandiu Hoochstrati morâ facit, Reinerus Nassavius, Aurantij Princeps, in vnum coactis quingentis equitibus, ac circiter tribus peditum millibus, partim ab Antwerpianis, partim à Buscoducanis conscriptis, vigesima-quarta Iulij Breda mouens, magnis itineribus Antwerpiam contendit, Vrbi his copijs præsidio futurus. Breda ac Hoochstrato Antwerpiam proficiscentibus, viâ ad Pagum Brescotum ac Ekeram in vnum concurrunt. Quare Aurantius ac Rossemius, ut singuli propositum tenerent, rem in celeritate positam videntes, incitato vterque passu Brescotum contendunt. Aurantium Rossemius diligentiam vincit, occupatoque Brescoto, insidias illi loco aperto ac plano, nouo modo, ponit. Nil enim vbi occultari miles poterat, nisi pauci rarique arbores, ad proxima visabantur dumeta. Quare ad fallendum Aurantium hoc vititur stratagemate. Quadringentos atratos equites Holfatos, (sic denominatos, quod arma atro colore inficerent) à Daniæ Rege ad Francorum Regem missos, iuxta Brescoti exitum in acie consistere iubet, pedites verò omnes in genua sedere, utq; in terram ad latera lanceas cæteraque arma deponant, præcipit, ne ab Aurantij peditibus equiteque, Danis equitibus impredientibus, conspicerentur. Appropinquat interea Aurantium, exploratorumque inopiâ de Rossemij insidijs ac stratagemate non præmonitus, contempsit quadringentis Danis equitibus, quos solos à Rossemio præmissos existimabat, Lubbertum Turcâ, equitū suorum Præfectū, eos inuadere iubet, ipse cum peditum legione solito subsequatur passu. Turca facillè cum galeatis lancearijs equitibus Holfatos, sclopetis minoribus vtentes, in fugâ coniicit, adque proximum dumetū refugientes, sclopetis se defendere cogit. Properat eodem statim cum peditum legione Aurantium Sed vix pugnam inierat, quum statim varijs è locis Rossemij pedites exurgunt, & Aurantianos vndique circumstant, cæteris Rossemij equitibus varijs è

latebris

latebris erumpentibus, ac vndique Aurantium prementibus. Sed is cum 1542. equitarum intentâ fugâ Antwerpiam contendit, feliciterque, multis desideratis, euasit. Pedites ad duo millia, abiectis armis, deditionem faciunt. Intrauit Aurantium paucis cum equitibus vesperti circa horâ septimam urbem, perturbatoque sua clade ciues præsentiam animat, rebusque necessarijs procuratis, ad Reginam Mariam proficiscitur. Vix discesserat, cum mox paucis cum equitibus infelici quoque pugna elapsus Lubertus adest Turca, diuerso rumore à populo exceptus. Ortum enim ac nationem Gelder erat, sed Cæsari semper militarat. Rossemius post hanc victoriam Brescoto Urbem versus motis copijs, ad Suburbium Dammum castra locat, ac ab vtraque parte intentissimas hac nocte agunt vigilias. Antwerpiani enim prodicionem, seditionem, insidias, incendia, aut ne hostes per tenebras diuersis locis Urbem, veteri muro debilem, oppugnarent, verebantur: Rossemius ac Longeuallius ciuium per noctem diuersis portis eruptionem timebant. Maximum autem Vrbi periculum erat inter Kipdorpiam ac rubram portam. Quare hic diligentissimè ciues fidelissimi excubabant. Rebus omnibus Antwerpie ad excipiendum hostem paratis, adest Rossemij Legatus castrensis, petens Regi Franciæ ac Daniæ deditionem fieri. Responderetur, Antwerpianos præter Cæsarem Carolum nullū agnoscere Principem, proinde sine eius iussu nemini armato Urbem patere. Quumque Cæsarem à piscibus voratum Legatus diceret, reddunt tertio die cum Iona reuerturum, ac citius fortasse quam Reges sui cuperent rediturum. Rossemium verò se non pro tantorū Regum Legato, sed grassatorū ac latronum Duce habere, qui nullius Principis nomine indicto bello, agros alienos depopuletur. Proinde ne amplius ad Urbem redeat, nisi ad arborem strangulari malit. Hoc cum responso Kipdorpia emissus portam, venire amplius desijt. Vagabantur Rossemiani gregatim per maturos in campo VVillebordiano segetes. In hos Antwerpiani maiora tormenta incontinenter exonerant, multosque interficiunt. Postero die è Ditione VVassiana (quæ Flandriæ pars est, Gandauum vsque ab altera Scaldis ripa pertingens) traiecto Scaldi mille ducenti feroces Flandrorum iuuenes Urbem intrant, ac à Magistratu armis instructi, ad necessaria custodienda defendendaque loca distribuuntur, eodemque die quicquid iuxta Urbem restabat Suburbiorum, ædium, ac sacrorum locorum, ciues iusta manu egressi, magno dominorum dolore, igne iniecto exussere, ne hoste ad obsidionem, oppugnationem, ac locandas insidias vsui essent. Sed dum Rossemius, Consulium prudentiam, insidias in Vrbe paratas non succedere videt, vigesimo-septimo Iulij cum aurora mouet castra. Nocte tormenta ac impedimenta progredi cæperant, quo tumultu ciues Rossemianos ad Urbem oppugnationem

YY

nem

1542. nem properare existimantes, ad defensionem se parabant; sparsaque à nonnullis proditoribus iam erat fama, parrem Urbis ab hoste teneri. Tumultuantur insigniter, omnibus eò loci, quò fama erat hostem intrasse, conuolantibus. Sed cum falsum esset repertum, eò tormenta omnia conuertunt, vnde extra Urbem strepitus ac tumultus audiebatur. Clara luce hostem abire vident, conflagrare omnes molas quæ in campo stabant VVillebordiano, cum Pago Merxheimio, Dammo, ac omnibus diuitum mercatorum nobiliumque virorum hortis, maxime ad Urbis Orientalem ac Borealem plagam ædificatis. Eadem ratione sæuiunt hostes Burgerholtij, vnde ad Oppidū Liram declinantes, propius accedere à præfidiarijs Oppidique tormentis prohibentur. Hinc Duffelam ac Rantsum occupant, diripiunt, incenduntque. Rosendalam pecunia multant. VValemum direptum cum pulcherrimo Templo exurunt, quòd pontonem, qui currus, homines, ac equos per amnem Netham transmittere solet, in aduersam ripam traduxissent. In Duffelanos ea de causa sæuiunt, quia eiusdem amnis pontem, qui apud eos erat, rescidissent. Quumque necessariò Netha Rossemianis esset transeunda, coactis vicinis è Pagis ac Villis cupis, in quibus fœminæ linea lauant vestimenta, tum dolijs cupisque vinarijs ac cereuisiarijs, amnem eò loci rapidissimum, altissimum, ac latissimum, nullo ordine, ingenti cum timore, ac non paucis aqua absorptis, traiciunt. Si enim vel paucissimæ militum cohortes, aut ciuium agrestiumque manus huc conuenissent, non exiguam eis cladem intulissent. Sed se uero Reginae Mariæ edicto cautum erat, ne quis ex Oppidis nec Ciuitatibus cum armis hosti obuiam irer. Transgressi summo cum periculo flumen, Mechliniam vsque excurrunt, sed tormentorum formidine propius non accessere. Venerat huc Bruxella Regina Maria, quare hostes ad meridiem declinantes Keersbergam contendunt, inde Veldoinckium, Schrikâ, VVerchteram, Rotfelaram, Haghtam, Tieldoinckium, ac VVespelarum veniunt: in quosdâ igne sæuiunt, maiorem partem pecunia multant, nusquam vel debillissimo expugnato Oppidulo. Quæ enim Paulus Iouius Oppida vocat, Pagi tantum sunt celebriores aperti que. Tandem Louanium contendunt, ac iuxta Monasterium Bethlehem prima locant castra, Heretū ac VVincesselum exurunt, motisque Terbanckium castris, ad portam Bruxellensem confidunt. Miserat Regina Maria Louanium Georgiū Rollinum, Aimeriæ Dominū, cum ordinaria equitū suorū turma, quæ admodum & Conrardum VVarneburgij Comitem, cum trecetis peditibus; ac Philippum Dorlainium, Gallicæ Brabantie Balliuum, cum ducetis peditibus. Sed defendere se posse, propter amplissimum murorum ambitum, tantillis copijs Musarum domicilium diffidentes, concepto timore,

1542. more, se inde cum copijs proripiunt, quod non parū ciues terruit. Rossemius de Ducum fuga, militum discessu, ac ciuium perturbatione certior factus, Legatum castrensem ad Urbem mittit, dedique eam Regi Franciæ petit. Idem quod Antwerpia fert responſi. Tum paucorū dierum fiunt induciæ, ac procurantibus aliquot proditoribus (qui à Rossemio pecunia corrupti, copiarum eius magnitudinem tormentorumque multitudinem mirum in modum auxerant) de conditionibus, quibus Rossemius ab Urbe discederet, agi est cœptum, quum tamen hac specie occupare eam conaretur. Petit ante abitum pro exercitu comeatum, tormenta Urbis maiora omnia, dolia aliquot tormentario puluere plena, ac octoginta aureorum liliorum millia. Offerunt Louanienſes quinquaginta millia, ac pro Rossemij Longeuallijque domestico comitatu vinum ac comeatum. Admittuntur conditiones; vinoque ab equis ad portam attracto, studiosi aliquot bonarū literarum (vt ibi tum celebris erat Academia) sunes, quibus attrahebatur, discindunt, vltteriisque protrahi vetat. Sinistri enim aliquid animis præfagiētes, verebantur ne dolo occupata porta, hostes, qui iuxta eā retro vineta in acie stabant, irumperent. Quare ex composito tumultu excitato, vinum comeatumque diripiunt, portam aperiri prohibent, ac mox è vallo tormenta aliquot in Rossemianos exonerant: quæ causa fuit, vt Urbis Præfectus, dictus Meierus, cognomine Bleheimius, ac Damianus Gouſius, qui Senatus populique nomine, durantibus inducijs, ad hostes exierat, statim ab ijs in vincula conijcerentur, violatas inducias tormentorū exoneratione causantes; nec liberantur, nisi persolutis duobus aureorum liliorū millibus. Rossemius nullam restare spem capiendi Louanij videns, valedictis Musis, Corbecum castra mouet, inde Rasburgum, Neer-Iſchâ, Sartū, Floriuallū, ac Tshertogedalā transit, hos exurēs, illos pecunia multans. Louanienſes hosteliberati, portis egrediuntur, ac casu Hieronymū Longū, è proditoribus vnū, capiunt: qui in quæſtione confcius prodēs, cū ijs in foro stragulatur. Rossemius ac Lōgeuallius in Gallicè loquētē cōtendunt Brabantia, primū Grauam, tum VVauerā, deinde Meleuinium, Longevillam, Geldenacū, Gembloursium, Argentonium, ac Stappanium. Arcem Conroiam infidebant octoginta rustici. Expugnati ad vnum omnes interficiuntur. Inde Floruanū veniunt, Abbatiaque ingēri pecunia multat, totūque ferræ Comitātū Namurcēsem similiter diuexat. Sombrix Sabim amnem traiciunt, rusticosque, ingentibus factis fossis, arbores ingentes deiecisse, intercludendisque publicis vijs in trasuersum abiecisse reperiunt. Sed omnibus his superatis difficultatibus, magnis itineribus ad Aureliæ Ducem, Lutzenburgios oppugnantem, festinabant. Certiores enim facti erāt, Cæsarianos, collectis vndiq; copijs, Duce Aurantio, Burano, ac Bosſuo, citato itinere in se qui. Quare traiecto iuxta

1542. Maseriam iterum Mosa, quòd id Francici iuris Oppidum esset, munito loco confidentes, militi aliquandiu requiem largiuntur. Cum que hoc loco inter Rossemium ac Longeuallium de prædæ diuisione cõtrouersia non exigua oriretur, eam mox Aurelianus sua autoritate cõponit, Rossemiumque, persolutis eius copijs, in Geldriam Cliuiamque dimittens, mox cum suis in Franciam reuertitur. Sub idem tempus Antonius Vendomæ Dux, Picardiæ Cubernator, mediocribus in vnum coactis copijs, munitissimam Arcem Tourneham cum Oppido Lilerfio ad deditionem cogit, ac vtrumque cum omnibus vicinis munitioibus funditus diruit, euastatisque agris Oppidorum Fani D. Audomari, Airæ, Bethuniæ, ac Atrebatensium, Comiteque Reusio in fugam acto, cum ingenti prædæ in Picardiam reuertit, copiasque in prædia distribuit. Eodem modo Franci ac Belgæ mari varia fortuna inter se conflictabantur. Cum Aurelianus in Lutzenburgios bellum gereret, Delfinus, coactis ad Auignonem quadraginta peditum millibus, inter quos quatuordecim millia Heluetiorum erant, ac quatuor millia equitum, Narbonam proficiscitur, vt Perpinianum, Rosillonij Ducatus primariam Urbem, expugnaret, eratque spes omnis in celeritate posita. Sed cum leuem equitatum ad Perpinianum præmisset, facilè Hispani natura astuti ac sagaces, quid moliretur sensere: qui ante eius aduentum necessaria omnia Vrbi importates, vt eam mox frustra obsideret, effecere. Ferdinandus enim Toletanus, Albæ Dux, cum magno tormentorũ apparatu, iustaq; veteranorũ manu, Perpinianum ante Delfini aduentum intrarat, necessarijsq; locis erectis munitioibus, adeò Francica castra tormentis vexat, vt de expugnatione desperaret. Venerat cum Delfino Annibaldus ac Brisaccus, viri militiæ perquam periti, qui Perpinianum difficilè expugnari posse considerantes, persuaso Delfino castra mouent, ac Montpellierum, re infecta, ad Regem, maxima exercitus parte dimissa, reuertuntur. Veterani in Pedemontem missi, acerrimum cum Casarianis gessere bellum. Bellaius enim, Francorum Præfectus, nocte ad Centallium tribus locis admotis scalis, Oppidum vi, Arcem deditione capit. Deinde in vnum coactis omnibus viribus, ad Carignanum munito loco castra locat, vt aduenienti maioribus cum copijs Vastio loci opportunitate resisteret. Quod cum is intellexisset, Quersiu contendit. Sed mox certior factus Bellaium copias diuisisse, equites peditesque aliquot trans Padum mittit, qui Carignanum vsque excurrentes, Præfectum, mortis metu iniecto, ad deditionem compulere. Sed mox eodem conuolantibus Francis, quòd in tempore Vastius suis succurrere non potuisset, rebus omnibus saluis, Carignano Casariani excelsere. Paulo post Bellaius, mirus hac in re artifex, expugnato Præfecti Bargesij animo, effecit, tradito Oppido ad Regis Francisci stipendia trans-

1542. dia transfret, quemadmodum & mox Monralti munitissimam Arcem apud Montferratenses, cum multis alijs, eadem arte Vastio eripuit. Ars in eo consistebat, quòd Bellaius, nullis parcens sumptibus, hostilium Præfectorum omnium ingenia naturaque perdiderat; ac apud quos aurum non nihil poterat, vt apud auaros ac prodigos semper egentes, hic profundebar. Vastius natura liberalis, ac virtute hac ei par, summa rei pecuniariæ inopia laborabat, multorumque mensium stipendia Præfectis ac militibus debebat. Quare promissis apud egenos ac rapaces parum proficiebat. Qui verò his furijs non agitabantur, sed ab ambitione nocte dieque stimulabantur, præsentissima pro his Bellaius parata habebat remedia. At quos vterque possidebat cacodæmon, vt tales plerumque sunt homines ingenij inconstantis ac mutabilis, facile in retia sua alliciebat, hisque artibus plura Regi Oppida subiecit, quam ceteri cruentis pugnis. Quare meritò inter sui temporis insignes belli Duces Bellaius connumerari meretur, quum præter bellicas artes, longamque armorum experientiam, accederet generis nobilitas, ac bonarum literarum cognitio singularis, rara inter Nobiles, rarior inter militares viros virtus. Rex Franciscus cum parte exercitus Delfini, Annibaldum Bellaio, diuturno corporis morbo conflictato, ac proinde vix amplius bellicis oneribus sufficienti, eo orante, successorem mittit. Bellaius ad Regem tendens, in itinere obiit. Annibaldus, cum veteribus copijs nouas iunxisset, castra ad Arcem Fani D. Bouij mouet, eamque, interfectis præsidarijs, expugnat. Oppidum Charillonium deditione recipit, præsidarijs cum omnibus fortunis in tutum dimissis. Inde Fanum D. Raphaelis deditionem ei facit, ac aliquot alia Arces, quas, excepto Chatillonio, omnes, quòd Turinensibus infestissimi fuerant, dirui iubet. Hinc motis castris Conium versus iter instituit, ex itinere per compositionem Moncallerium recipiens. Interea Conium tormentis maioribus sex continuè verberatur. Vastius, quòd nullum in Oppido esset præsidium, præter ciues fidei integritate erga Cæsarem constantes, Petrum Portium Vicentinum cum centum viginti veteranis partim equitibus, partim peditibus, ac Blassium Summarum cum alijs centum veteranis eò mittit, quorum operâ ac ciuium perseuerantia est factum, vt Franci, aliquoties ab oppugnatione cum detrimento reiecti, tandem Oppidum desererent, Annibaldo Carmignolam redeunte. Interea Papa Paulus tertius, Germanis, ac præsertim Casari, Catholicisque omnibus gratificaturus, Concilium generale Christianorũ Antistitum ad Cal. Nouembres Tridentum indicit. Est hoc Germaniæ in Comitatu Tyrolis Oppidum, ad amnem Athesim situm, Ditionis præ maxima parte Archiducis Austriæ, tridui Venetijs distans itinere. Mensis Octobri Aurantius Cliuius, ob Rossemij per Brabantiam profectio-

1542. nem, bellum infert, incendijs pecuniarumque extorsionibus Rossemianam expeditionem vindicaturus, vniuersam Ditionem Iuliacensem euastat, Zittardum, Iuliacum, Hensbergam, Susterniam, ac Duram in potestatem redigens, muros ac valla diruens, fossasque complanans, excepta Dura ac Hensberga. Sed discedente Aurantio militem Cliuius colligit; acceptisque à Saxone ac alijs aliquot Germanis auxilijs, circa finem mensis Decembris, Cæsariana præsidia adortus, omnia dicta Oppida, excepta Hensberga, recipit, Duramque insigniter munitam, firmissimo imposito præsidio, de comæatu ac tormentis abunde prouidet. Exinde Cliuius copias omnes Hensbergam transfert, Oppidumque obsidet. Sed mox cum exercitu obsessis in auxilium accurrente Aurantio deserit, in recessu non mediocri accepto detrimento, Iuliacoque, quod paulo antè munièrat, se includit. Narrauimus sub finem anni 1533. Franciscum Pisarram & Iacobum Almagrium de gubernatione Ditionis Peruana inter se dissensisse, quæ res hoc loco nobis est pro parte prosequenda, nimirum ea quæ hoc anno contigere. Almagrij igitur ac Pisarræ dissidium quam tandem ad apertum deuenisset bellum, acie congressi, Ferdinandus Pisarra ab Almagrio superatus capitur, ac post multas variasque disceptationes liber dimittitur. Sed mox renouato Pisarra bello, Iacobum Almagrium, prælio victum ac captum, in foro Oppidi Cuscani capite plecti iubet: quod adèò ægre tulit Iacobus Almagrius, interfecti filius, è foemina Peruana natus, vt, compluribus Hispanis in partes tractis, Franciscum Pisarram cum fratre notho Ferdinando vigesimo-quarto Iunij anno 1541. propria domo, in Ciuitate nomine Regium, interfecerit, Gonzalo (aut Consaluo) Pisarra, Francisci fratre, Quintoam, vt Ditionem Cauclanam subigeret, profecto. Is, re intellecta, cum Iacobo Almagrio iuniore, qui se Cuscæ Governatorem, ac tandem Principem, nominabat, diuerso euentu pugnat. Cæsar de tumultu Peruano certior factus, eò mittit Vaccam (alijs Vascum) Castrensem cum nouo milite. Ferdinandū verò Pisarram, qui è Peruana Ditione cum magno auri pondere aduenerat, in Arce Medinæ Campi custodiæ traditum, paulo post, accusante Alfonso Aluaredo, ob iniquè interfectum Iacobum Almagrium seniorem, capite plecti iussit. Quum Vascus Castrensis in Peru ad Ciuitatem nomine Regium peruenisset, septingentos Hispanos milites in vnum cogit; congressusque cum rebelli Iacobo Almagrio iuniore, eum superat, Cuscamque fugere cogit, vbi tandem à proprijs captus traditusque militibus capite plectitur; vtrinque hoc bello, quod anno 1543. est gestum, cæsis supra centum quinquaginta millibus Indis, ac circiter mille Hispanis. Cæsar intelligens Vascum Castrensem gubernandæ Prouinciæ Peruana non satis esse idoneum, ei substituit

tuit Vascum Nuguesium Velanum, legibus ac statutis Prouinciæ adèò 1542. duris, vt omnes Hispanos Indosque ad rebellionem concitarent. Nullus enim à læsæ Maiestatis crimine eximebatur, qui pro Pisarræ aut Almagrij causa steterat, quorum tamen factiones ad omnes pertinebant Hispanos. Quare cum singuli ad Cæsarem prouocarent, vtque eum missis Legatis de rei veritate docerelicet peterent, Vascus Nuguesius concessa potestati inflatus non permittit, intercedentemque Vascum Castrensem in carcerem conijcit. Tum serio coniuurantes Hispani, Ducem eligunt Gonzalam (aut Consaluum) Pisarram, fratrem Francisci ac Ferdinandi Pisarræ, à Cæsare capite plecti: qui fratris supplicio exacerbat, probata omnium causa, vindictamque rebellionem sumpturus, præfecturam accipit, diuersaque prælia cum Pro-Rege Vasco Nuguesio facit, in quibus non pauci veterani periere Hispani, interque alios Guilihelmus Suarius Caruaialus, manu Pro-Regis Vasci priuato iurgio interfectus: qui ea de causa à Consiliarijs Cæsaris captus, à Ioanne Aluaresio ad Cæsarem mittendus custodiebatur. Interea Consaluo Pisarra ac Franciscus Caruaialus, à Cæsare deficientes, Peruana sibi Regnum diuidendum proposuere. Quare auctis Cuscæ viribus, contra Cæsarianos multa feliciter prælia fecere. Ioannes Aluaresius, conspecta rebellionem, Pro-Regem Vascum Nuguesium, potestati suæ commissum, in libertatem restituit, ac cum eo contra rebelles in aciem prædit. Sed pugna ad Urbem Quitoam victi, Pro-Rex Nuguesius occiditur, caputque Cuscæ omnium ludibrio exponitur, Ioanne Aluaresio effugiente. Rebellionem detecta, ac Consaluo Pisarra pro Rege Peruano se gerente, statim pro Cæsare arma capiunt Ioannes Aluaresius, Iacobus Syluanus, ac Iacobus Centenius, clari bello Præfecti: qui in vnum coactis militum cæsi Pro-Regis reliquijs, ac cum Francisco Caruaialo acie congressi, superantur. Quis fuerit rebellionis huius finis, sub finem anni 1550. narrabimus. Iam annus ad finem inclinabat, aderatque solstitium Brumale, cum Claudius Annibaldus, Francorum in Sabaudia Præfectus, dimissa maiori exercitus parte, reliquos in præsidia distribuit, ipseque Calendis Ianuarij anni 1543. in Franciam ad Regem tendens, in transitu 1543. montis Cenij ad Noualesium, à subita tempestate ac niuium ventis agitatarum turbine deprehensus, ferme perijt. E monte enim in planum descendens, diu cum itinerum ducibus omni que comitatu animi impos iacuit; periissetque haud dubie, nisi subito ab his, qui in vilibus ibidem tabernis iter facientibus necessaria vendunt, succursus fuisset, eumque in casas suas delatum pro more refouissent. Multi è comitatu niue suffocati periere, alij frigore oculos, alij pedes aut manus perdidere; nullius certè in posterum valetudo con-

stitit,

543. stitit, ipseque Annibaldus per omnem vitam idem incommodum sentit. Refotus Laneburgi, per celeres equos in Franciam ad Regem contendit, Pedemontanæ Ditionis gubernationem, se absente, Buterij Domino committit. Mense Februarii Vastius fraude Turinum ferè cepit. Quatuor enim plaustra militibus repleta, qui sceno tegebantur, in Oppidum admissa, portam occupant. Sed dimissa subito cataracta, antequam Cæsariani, qui in propinquo latebant, aduolare poterant, effectum prodicionis impediuit. Qui intrarant, partim occiduntur, partim elabuntur. Apud Belgas hoc tempore Terowana obsidione à Cæsarianis premebatur. Defendebat eam pro Franco Villebonij Dominus: cui ut opem ferret Anthonius Vendomæ Dux, cum iusta peditum equitumque manu Gournaij iuxta Faucombergicam siluam castra locat, ac ex Oppido Monstreulio de rebus eam necessarijs mense Aprili recreat, desideratis aliquot equitibus, qui cum Anmalio castris præfecto quadringentis Belgarum equitibus obuiam facti, fusi profligati que fuere. Mense Iunio Rex Franciscus contra Belgas profecturus, Annibaldum cum iusta manu præmittit, cuius præcuriores, Hannonios inuadentes, Auennam usque excurrunt, indeque conuersis equis Landresium, ad Sabim amnem situm, castra faciunt. Sed prædijarij loco diffili, antequam includerentur, Oppido igne iniecto, cum commeatu omnibusque rebus exuffere, seque in siluam Mormaucianam occulere. Vedomius, veribus in vnum collectis copijs, eodem tendebat, iterque per Atrebatenses faciens, Bapau-mam occupat; Arcemque Belgis relinquens, Cambresium ad Regiam contendit castra. Inde vnà profecti ad Pagum ac Abbatiam Marollam castra locant, Rege cum duobus filijs in Abbazia diuertete, ac donec Landresium nouis quatuor ingentibus terreis munitionibus esset firmatum, ingenti que vallo ac fossa cinctum, manente. Tum Landæum, nobilem militaremque virum, Landresio præficit, ac de commeatu tormentisque abunde prouidet. Lambit ab vna parte Oppidum Landresium fluius Sabis, qui è palude Ofiaca in Guisæ Ducatu exortus, vorticosis ripis, ac iusta altitudine, quanquã non pari latitudine, exercitibus non parum commodi ac incommodi pro rerum opportunitate adfert, præterlabensque Chatillonium, Landresium, Marollam, Aimeriam, Mabugam, pontemque Sambrianum, iuxta Namurcum in Mosam aquas exonerat. Landresio ferè permunito, Rex Delfinũ cum parte copiarum ad interiora Hannoniæ mittit, qui, quòd copiæ Cæsariæ contra Cliuium essent profectæ, statim fugientibus prædijarijs, occupat munitissimam Aimeriæ Arcem, Barlamontium, Mabugam; indeque Binstium usque Franci excurrentes, in eius Subvrbijs alam equitum Belgarum inopinato aduentu opprimunt. Adest statim Delfinus cum reliquo exercitu, productisque tormentis, aperitur ad portam Melinam

murus,

543. murus, qui felicicasum maxima aggeris parte non in Oppidi fossam, sed introrsum procubuit. Franci hac re non moti, ad ruinas prorupunt. Defendunt se strenuè ciues, ac pauci Germani prædijarij, incensisque proximis ædibus, hostem flamma ac ferro repulere, Germanorum Præfecto Hertmanno Scrammio non exiguã fortitudinis laudem promerente. Desiderauit Delfinus inter multos Alegrium nobilem Præfectum. Iaspas Colligniacus, Chastillonij Dominus, in gutture fuit sauciatus. Ab hac infelici Binstiana oppugnatione, Franci ad portas usque Belgarum Hannoniæ ac Valenchenensium excurrere. Sed cum intellexissent Belgas è Geldria confluentes Quesnoij in vnum coire, deserto Binstio, ac, quam prius exusserant, Mabuga, ad Landresiana Regis castra reuertuntur, pauloque post Treslonnium, Glaionam, ac Aimeriam, munitas Arces, diripiunt ac euertunt. Effosis enim cuniculis, subditoque puluere tormentario, eoque incenso, crassissimas Arcis Aimeriæ lateritias turres, muros, ac portas quatuor dierum spatio diruunt, qui aliquot mensium multis operis euerti nequissent. Rex certior factus Cæsarem è Germania magnis cum copijs in Belgiũ contra se properare, Landresianis munitionibus ferè perfectis, Oppidoque de iusto præsidio rebusque necessarijs communito, Guisam quoque (vnde quotidie Landresianis commeatu assatim aduehebatur) præsidio firmat; dimissaque exercitus maxima parte, ad Fanum Virginis Liesæ, venationibus operam daturus, se confert. Interea Reusij Comes, parte exercitus è Geldria adducta, nouisque copijs coniuncta, subito Landresium aduolat, sperans Oppidum, de commeatu nondum satis prouisum, facillè recuperari posse. Sed cum ad siluam Mourmauciam peruenisset, Melphæ Principem (qui à Cæsare pulsus, Francis militabat) commeatu copiam ingentem introduxisse sit certior. Quare paruis aliquot prædijarijs, qui exire ausi fuerant, castigatis, receptisque aliquot Arcibus, ac Treslonnio iterum communito, Bohainum oppugnare statuit. Sed præmonitus equites, qui Guisæ in præsidio erant, diuersis in Pagis sparfos dispalari, eò cum octingentis equitibus ac quatuor peditum cohortibus tendit: qui cum tardius sequerentur, procurrens cum leui equitatu Francos inuadit. Defendunt illi è rusticorum casis se strenuè, ac mox iusto Guisæ adueniente auxilio, Cæsarianos, terga dare coactos, in proprios pedes agunt, vnaque in fugam conijciunt. Cecidere centum triginta, capti ducenti. Exinde relicto Bohaino, Quesnoium Cæsariani reuertuntur. Non contentus Rex Franciscus Cæsaris Ditiones vno eodemque tempore, quinque exercitibus, diuersis inuasisse locis, ut eum consilij inopem, quibus primum occurreret, incertum distineret, à Solymanno Constantinopolis Rege per Legatum Polinum iustã classem, quæ Duce Hariadeno Barbarossa Cæsarem alio loco oppugnaret, im-

zz

petrat,

1543. p̄erat, vt̄que huius anni vere educeretur efficit. Habebat Barbarossa centum quinquaginta actuaras diuersi generis naues, præteruētusque Messanæ fretum, Rhegium cum Arce occupat, incenditque, ciuibus in seruitutem abductis. Hinc Ostiam, Tyberis ostium, præternauias, ac Hetrurix Liguriæque oram lambens, in Mafsilix Portum classem infert, expectans cui loco Rex Franciscus vim inferri vellet. Tandem Nicæam, Prouinciæ Ciuitatem Sabaudo parentem, expugnare iuberur. Admouet Barbarossa classem, exponit militem, producit tormenta. Mittit & suâ classem Rex Franciscus, quæ viginti-duarum erat triremium, ac octodecim onerariarum, vehens octo millia peditum, cum ingenti commeatus copia. Huic classi præerat Franciscus Borbonius, Anghiani Dominus, viginti annorum adolescens, Pedagogum habens Virginium Vrsinum. Nicæam bis frustra à Turcis ac Francis non sine detrimento oppugnatâ, antetertiam oppugnationem, ciuibus libertatem ac fortunas incolumes promittens, in deditioem Anghianus accipit, præsidarijs cum Præfecto in Arcem concedentibus: quam quâ aliquandiu frustra oppugnasset, aduentu Vastij, qui cum iultis copijs in itinere erat, Turcæ Francique territi, reductis ad naues tormentis impedimentisque, direpta incensaque Nicæa, ciuiumque parte in seruitutem abstracta, cum classe, re infecta, discessere, Anghiano Mafsilix, Barbarossa in Portum Oppidi Tollonij, consentiente Rege, vbi hiemaret, classemque, reuiceret, contentente, vnde paulo post viginti-quinque triremes ad Hispaniæ oram euastandam misit. Vastius Nicæam veniens, ciues est consolatus, non paucos suis opibus iuuans. Exinde cum omnibus copijs Monteucum proficiscitur; cūque aliquoties frustra vim intulisset, tandem fictitijs literis, quibus Buterij Præfecti Pedemontani nomine Regis Francisci sigillum, veris literis detractum, artificiosissimè apponi curarat, Oppidi Præfectum cum propinqua Arce ad deditioem cōpulta indeque Altam concedens, paulo post omnia ferè Oppida non ita pridè à Francis occupata recipit, ac inter alia Carinianū, seu Carmagnolam. Id quoniam in medio esset situm eorum Oppidorum, quæ Francico tenebantur præsidio, Vastius insigniter cōmuniuit, ac Pyrrho Stipiciano, viro forti ac militari, cum iusto præsidio, commeatu, ac tormentis defendendum dedit; de cuius Oppidi possessione mox inter Cæsarianos ac Francos nobili proelio fuit certatum. Exinde Vastius, sparsis in præsidia copijs, Mediolanum est reuersus. Dum hac ratione Rex Franciscus cum suis tum Turcicis armis Cæsarem frustra oppugnat, ille parrelaturus, classem in Hispania instrui curat; cumque filium Philippum Hispaniæ Regem designasset, ei que Ordines ac Proceres sacramentum dixissent, Mariam ei, Ioannisterrij Lusitanæ Regis filiam, despondi facit, consensaque classe, in qua septingentos Hispanos equites ac octo

millia

1543. millia peditum imposuerat, cum quadraginta triremibus multisque onerarijs Barcelona soluens, circa finem Iunij Genuam appellit, exceptusque est in Auriana æde magno cum honore, inuisereque cum Vastius, Ferdinandus Gonzaga, Cosmus Medices, ac Petrus Lodovicus Farnesius, Octauij pater, qui socero Cæsari in Hispania, ab Algerianæ expeditionis reditu, indiuiduus semper comes fuerat; eiuſque vetus prætor, in Italiam ad uxorem redibat. Venerat Pontifex Paulus Bononiam vsque, cum Cæsare collocuturus. Sed is congressum vitabat, quod se Pontifex Franco hostem declarare nollet. Tandem Alexandri Farnesij Cardinalis operâ factum est, vt Pontifex ac Cæsar Buxeri Oppido, inter Cremonam ac Placentiam sito, in colloquium venirent. Quumque nil earum rerum Pontifex, quæ petebat, à Cæsare obtinere posset, amico complexu ac vultu inuicem valedicentes discessere, Pontifex Bononiam, indeque Romam; Cæsar in Germaniam, ac paulo post in Belgiū, inito cum Henrico Angliæ Rege contra Francū foedere, est reuersus. Alienatus erat à Franco summo opere Anglus, quod cum superiori anno bellum cum Scotis gereret, Francus pecunia ac milite eos iuuallet. Cōditiones tantum fuere, vterque summis viribus Franco bellū inferret, alter alteri rebus necessarijs auxilio esset. Hoc foedus Pontifex agerrimè tulit, eaque maximè de causa in amicitia Frætica sibi persistendum iudicauit. Verebatur enim, ne importuno tempore desertus oppugnatusque; ab omnibus ferè Christianis Principibus Fræcus, animo exacerbatus, a Pontificis quoque Romani autoritate discederet. Cæsar Spiram veniens, Protestantium Legatos audit, eisque pro parte satisfacit: deprecanteque pro Cliuio Archipræfule Colonienſi, ac Legato Saxonix Ducis, nullam esse respondit alia pacis rationem, nisi in perpetuum Geldria Zutfaniaque cefsisset. Ineunte vere, Regina Maria, iusto è Belgis exercitu coacto, Philippū Crouiacū, Arschoti Ducem, præficit: qui cum mense Martio, in profesto Paschatis, Hensbergæ commeatum inuexisset, ac in recessu Cliuianis ad Zittardā obuiâ factus, iniquo loco acies duceret, cōfligere coactus, post acrem, diurnamque pugnam, dissolutis peditum à proprio equitatu ordinibus, in fugā agitur; quū tamen prius omnē Cliuij equitatu, magna cæde edita, in præcipitem egissent fugā: sed insequēdi ardore in proprios à latere inuecti pedites, eos, in frōte egregiè Clinianis resistentētes, acie aperire coegere; in quā Cliuiani pedites inuecti, vt mox vniuersa acies dissolueretur, effecere. Cecidere è Cæsarianis peditibus circiter tria millia, multo plures capti, cum omnibus tormentis ac impedimentis. Equites enim Cæsariani, quamquam victores, peditum suorum clade permoti, Cliuianis equitibus campum, tormenta, ac impedimenta reliquere: qui hæc omnia Rurmondam detulere; indeque Limburgensem, Dalanam, ac Valkenburgensem

Z Z 2

tem

543. sem Ditionem inuadentes, flammaque ac ferro sauentes, ingentem prædam auexere. Tum Cliuiani vigesimo-secundo Iunii ad Hensbergæ obsidionem redeunt, eamque bis frustra oppugnatam, adueniente cum nouo exercitu Aurantio, post alterum obsidionis mensem relinquere sunt coacti. Aurantius recenti comætu ac præsidio Hensbergam illato, cum copijs Montjoiam contendit. Cumque prædijarij ditionem facere recussissent, facto tormentis ingressu, Germani Belgis mixti magna vi prouolant, ac post duarum horarum acerrimam pugnam Oppidum cum Arce vi capiunt, maiori prædijarij ac ciuili parte cæsa, cæterisque captis. Oppidum direptum incenditur. Hinc Aurantius cum exercitu in Brabantiam, indeque in Hannoniam contra Francos proficiscitur. Cliuij verò exercitus, Ducum dissensione in seditionem versus, extremam accepisset cladem, nisi magnis itineribus præcedens, de relicta impedimentorum & tormentorum parte, in tutum peruenisset. Tum Martinus Rossemius (cuius summa erat inter Cliuianos milites gratia ac autoritas) copijs præficitur, qui militari astu breui occupat Amersfortium, Helmoudam, ac Endouium, ubi ordinariam nobilium equitum turmam oppressit, ac ferè omnes in Geldriam captiuos abduxit, inter quos ego eo tempore nepotem ex sorore Cornelium Hamalium, & affinem Heinricum Reinefeldij Voochdium habebam: spoliataque hæc Oppida omni signato ac fabrefacto auro argentoque Rossemius deserit, metu ingentis, quem Aurantius paratum habebat, exercitus. Amersfortij centum tantum equites reliquit, qui adueniente Aurantio Oppidum deseruere. Paulo ante Paschalem ad Zittardam pugnam, in Comitibus Norimbergicis, Germaniæ Principes magna cum difficultate operam Granuellij à Cæsare exigui temporis inducias Cliuij impetrarant, Zittarda ac Hensberga in Cæsaris potestate manentibus, promittentes sese integram, stantibus inducijs, pacem procuraturos. Sed Cliuius, victoria animo elatus, inducias ac pacem repudiat; confirmatusque Franci pecunia ac literis, animum contra Cæsarem iuuenili imperitia obfirmat, maximè cum falso rumore intellexisset decretam Parisijs publicam supplicationem, ob insignem à Francis obtentam in Pedemonte victoriam. Cæsar, celebratis Spire Principum Comitibus, ordinum ductoribus dat negotium, militem in Germania conscribant. Deinde Bonnam ad Rhenum profectus, magnificeque ab Archipræfule Coloniensi exceptus, exercitum hinc coactum recenset. Repperit Hispanorum ac Italicorum peditum decem millia, Germanorum quatuordecim millia, Belgarum duodecim millia, equitum octo millia. Cum his copijs primum contra Cliuium, deinde contra Francum profecturus, Legatum constituit totius exercitus Ferdinandum Gonzagam, Siciliæ Pro-Regem, Stephanum verò Colomnam castrorum Magistrum, Iacobum

cobum Medicæum tormentis, leui equitum armaturæ Franciscum 543. Arestinum, Ferrariæ Ducis fratrem, præficit. Bonna mouens, tertio die ad Duram, munitissimum Ducatus Iulix Oppidum, castra locat. Cingebatur Dura duplici fossa, ac lateritio muro, cui ingens incumbibat vallum. Inter vtramque fossam agger circum Oppidi ambitum procurrebat, muri altitudinem æquans. Sita est loco plano, vndique collibus cincto, eo tamen relicto intervallo, vt ex ijs tormenta nec muro nec Oppido nocere multum possint. Præerat Cliuij nomine nobilis Iuliacus Gerardus Vlattenus, (per v consonans proferendum, Iouius Flatterum vocat) vir militaris, cum duobus electorum veteranorum peditum millibus, ac octingentis equitibus, excepta Oppidi animosa iuuentute, Cliuio admodum addicta. Appropinquante Cæsare, erumpunt prædijarij equites, positus idoneo antea loco insidijs, in quas post acerrimam pugnam protracti equites Itali funduntur, desiderato Huberto nobili Mantuano, Marco Buliano illustri Epirota, Zucceroque Græcorum Duce capti. Exinde summo mane producantur quadraginta maiora tormenta. Quæritur opportuno loco agger ac murus. Facto introitu, Hispani ac Itali iniussi prouolant. Germani cum equitatu in acie consistunt. Superant vmbilico tenus priorem fossam, inque primum aggerem euadentes, expositi Durensum maioribus minoribusque tormentis, magno numero cadunt. Coniiciunt se in alteram fossam, ac hastis scalisque in præruptum mari hiatum nituntur; cominusque congressi, audacissimum ac cruentum cum Duranis committunt proelium, eo tamen euentu, vt tandem per ruinas deiecti, ad castra, non leui accepto detrimento, se reciperet. Non cessabant interea maiora tormenta, nec vlla Duranis sarcendarum ruinarum dabatur quies, adeo vt iterum Hispani Itali que ad easdem iniussi prouolantes ruinas, obstinatissime depugnarent, Ferie Comite ac Gonzaga insigniter eos concitante. Vlattenus ingenti cum gladio, (Germanica lingua vocant *schwert*) quem vtraque regebat manu, è propinqua ruinæ excelsa domo acerrimè cum delecta iuuentute rem gerebat, ac præcipuum inde detrimentum Cæsarianis inferebat. Quod cum tormentorum Magistri, docente Gonzaga, animaduertissent, statim aliquot maiora tormenta in domum conuertunt; perfractisque tecti maceribus ac tignis, Vlattenum, ruente tecto, cum omnibus qui intus erant, oppressere. Tum Durani remissius languidiisque se defendere, animis cadere. Hispani verò ac Itali, quinto incurfu, omnibus viribus annexi, per suorum hostiliumque cadauerum aceruos vigesimo-quarto Augusti in Oppidum percurrere, ciues prædijarijque omnes interfecere. Qui euasere, grauissimis à milite tormentis excruciat, fortunas monstrare ac tradere sunt coacti. Mulieres ac virgines, quæ cum pueris ad Tempia non confugerant,

1543. rant, militum libidini cessere. Oppidum direptum, inscio inuitoque Cæsare conflagrauit. Qui ad Diuorum Tempia confugerant, seruati sunt, ac Cæsaris iussu primum ad castra, deinde in tutum dimissi. Periere Dura supra bis mille quingētos homines. Cæsar verò diuersis opugnacionibus circiter octingētos desiderauit viros fortes, interque hos promptissimos quosque. Iacobus Sufius, nobilis Mechlinianus, sequens distichon numerale de expugnata reliquit Dura:

dVra InCensa IaCet, dVra CerVICerebeLLIs:
QVo rVIt, AVgVstI MenIs & enIs erat.

Clade hac perterrefactę cęterę Geldrię Iulięque Ciuitates & Oppida, mox vno consensu Cæsari allatis clauibus deditiōem fecere, Venlonijs, nec Ruremondanis, quin idem facerent, dubitantibus, quanquam fatis firma validę Ciuitates haberent præsidia. Ipse Guilihelmus Cliuia Dux, qui ridiculę crediderat Cæsarem Algeriana expeditione aquis absorptum perijsse, Francorum magnificis promissis nil fidentum animaduertens, ad solam Cæsaris clementiam, positis armis, sibi confugiendum statuit: qua de re is per Granuellium certior factus, Cliuio potestatem veniendi & abeundi liberam facit. Adducitur ad Cæsarem in Tribunali pro dignitate sedentem, in castra ad Venlonium translata, à Reinerio Nassauio Aurantij Principe, Heinrico Brunswichi Duce exule, ac Legatis Hertmanni Archipræsulis Colonienfis: quibus vsus deprecatoribus, ad Cæsaris genua, cum alijs octo magni loci viris, nigris indutis vestimētis, se conijcit: Patere (inquit) clemētissime Cęsar, ignorantia adolescentię meę, Francorum magnificis ingentibusque promissis deceptę, apud te venię locum reperiāt. Errata virilis in posterum ætas constanti erga te fide sarciet. Hęc verba eius excipiens Cancellarius, in genua etiam sedens, breui submissaque oratione Cæsarem ad clementiã mouere est conatus, leges, quas esset daturus, Ducę xquo animo recepturū affirmans. Cęsar, dum hac agerentur, cōposito ad grauitatem vultu, ne vnum quidē respondit verbū, sed seuerę procumbentes intuitus, tandem ijs relictis surgit, ac Aurantio Granuelliōque præcipit, deditiōnis leges scribant: tum abit. Dux ab Aurantio è terra subleuatur. Leges septimo Septembris scriptę hæ erant: Ab Ecclēsię Catholicę Romanę religione nec ritibus discedito. Mutata in religione restituito. Fidem obedientiamque Cæsari, Romanorum Regi, ac Imperio promittito seruatoque. Fœderi Francicō ac Danico renunciato. Fœdus nullum, in quo non Cæsar, Romanorum Rex, eorumque hæredes comprehendantur, inuito. Geldrię Ducatu, ac Zutania Comitatu, Cæsari eiusque hæredibus in perpetuum

1543. tuum cedito: ac si qua loca in Cæsaris potestatem concedere recusarent, ad hos cogendos auxilia mittito. Geldros ac Zutanos à dicto sibi iure iurando liberato. Æterna pax cum Cæsare eiusque hæredibus esto. Cæsar Cliuio Iulię Ducatum reddito, Hensberga ac Zittarda exceptis, quę in Cæsaris manebunt potestate, donec Cliuius legibus satisfecerit, Cæsarięque promissam fidem obseruantiamque abunde probarit. Martinus Rossemius à Cæsare in gratiam recipitor, in omnia bona restitutor, Cæsarięque militię, dicto sacramento, ascribitor. Cæsar publicam fidem Ioannę Vendomę Ducis filię, vt è Francia per Belgiū in Cliuiam proficiscatur, dato. His legibus bello Cliuico Geldricoque tandem finis imponitur, ac paulo post Dux Guilihelmus in vxorem ducit Mariã Austriacam, filiam Ferdinandi Romanorum Regis, vt suo loco dicemus. Cū enim Rex Francię ac Dux Vendomę intellexissent, Cliuiū, Cæsari supplicem factum, leges accepisse, renunciatoque Francico fœderi, cum eo in gratiam redijisse, Ioannam Vendomiã illi negarant. Ille non admodum ægre ferēs, posteaquam à summo Pontifice antenuptiali stipulatiōe, ac qualicunque ratione data impuberi puellę fide, essent liberati, Ioanna non inuita alteri in Francia nupit, Cliuius ex Austria lætus vxorem accepit. Quam subsignatis tabulis in leges iurasset, more Principis Imperij Cæsarem salutat, gratias agit, ac mensę familiariter adhibetur. Tum productum Martinum Rossemium à sacramento sibi dicto liberat, nouumque Cæsari dicere, ei que militare permittit: quĩ exinde ad extremum vsque spiritum Cæsari fidelissimus, multis bellis præclaram præstitit operam. Nec minor in Cliuio, quã promiserat, exstitit erga Cæsarem, familiamque Austriacam, per omnem vitam, dubijs etiam temporibus, constantissimę culta fides. Exinde Aurantius ac Præxus ad Geldros Zutanosque à Cliuio paulo antè de dicto sibi sacramento liberatos profecti, nouo accepto, in Cæsaris verba adigunt, ac solitis cęremonijs eius nomine inaugurantur. Tum Cæsar, relictis apud Geldros ac Zutanos necessarijs locis præsidijs, Diestam, Brabantię Oppidum, venit; conuocatisque omnibus Belgarum Ordinibus, ingentem auri vim, tam ad debita solueda stipendia, quã ad instans bellū Francicum, liberaliter obtinuit. Dum Cęsar Cliuio bellū infert, Rex Francię, mediocri coactō exercitu, iterum Lutzēburgios per filiū Carolum Aurelię Ducem, ac Claudium Annibaldum, inuadit. Receperant enim Belge vniuersum Ducatum, excepto Iuosio ac Mommedio, quę Frãncis adhuc tenebantur præsidijs. Igitur per Stenaum Ditionem ingressi, occupat Aurelianus Viretonium, ac, exeuntibus præsidarijs, Arlonium, olim Aram Lunę. Decimo Septembris die ad Vrbe[m] Lutzeburgensem castra faciunt. Erant in ea, exceptis incolis, tria millia quingenti pedites, Duce Ægidio Leuanrio, ac Ioanne Hujo Metensi, cum quadringentis

gentis equitibus, qui parum decoris memores, non expectata tanto cum præsidio vel vnica inuasiōe, armis fortunisque incolumibus, Vrbe cum Cæsaris Senatu exiere. Præficit Lutzēburgo Aurelianus Longeuallium, cum duobus Germanorum peditum millibus, ac trecentis equitibus Francis. Tertio Cal. Octobres Rex Franciscus Lutzenburgum venit, ac de non diruenda Vrbe sententiam fert, asserens se nunquam verè Lutzenburgi Ducem appellari posse, nisi extrante primaria Ditionis antiqua Vrbe. Decreuerat enim Aurelianus eam diruere, quòd nulla ratione permuniri rectè posset. Arlonium, adiectis munitiōibus, inexpugnabile eius loco facere decreuerat. Postero die, qui D. Michaeli sacer erat, Rex Proceribus aliquot ordinem D. Michaelis Lutzenburgi communicat, ac de eo muniendo dat præcepta, relicto in hanc rem Hieronymo Marino, Bononiensi architecto, cohortis peditum Italicorum Præfecto, cum amplissimo peditum equitumque præsidio, quibus omnibus (vt diximus) imperabat Lōgeuallius. Cumq; excepta Theonvilla, vniuersum Rex in potestatem redegisset Ducatum, cum filio Aureliano, maximaque exercitus parte, in Regnum reuertit, certior Cæsarem, deuictō Cliuio, contra se cum victore exercitu properare. Obsidebant enim Belgæ, Duce Reufsio, Landresium. Aduenerat Ferdinandus Gonzaga cum parte Cæsariani exercitus, subsequente graui armatura, ac Landresium Guisamque simul premebant. Cæsar verò, valetudinis curandæ causa, quam articularis morbus nonnihil conuulserat, Quesnoi subfiterat. Equitatus fermè omnis cum Gonzaga Guisam obsidebat. Sed discedere, ac ad Landresiana castra reuerti est coactus, superuentu equestrium copiarum Francicarum è Ditione Lutzenburgensi, Duce Brisacco; captusque est à Francis leui in prælio Franciscus Atestinus, equitum Cæsarianorum leuis armaturæ Præfectus. Dum hæc in Hannonia fiunt, Franci magno sumptu ac labore Urbem Lutzenburgum ac Arlonium muniunt, inque tres menses de comæatu prospiciunt. Vrgebat interea Cæsar Landresium, habens in exercitu quatuordecim millia Germanorum, nouem millia Hispanorum ac Italicorum, sex millia Vallonum, decem millia Anglorum, duodecim millia Belgarum peditum Germanicè loquētium, ac tredecim millia equitum diuersarum nationum. Legatus eius erat Ferdinandus Gonzaga, huius verò Ferdinandus Toletanus, Albæ Dux, primus Cæsaris Aulae Magister, constituto Reufsij Comite (qui hæc dignitatē diu administrat) Flandriæ ac Atrebatum Governatore. Aderant & præcipui Germaniæ Belgarumque Proceres. Regem enim in pugnam processurum, constans erat fama. Constitutis tormentis, Gonzaga Landresij vallū ac propugnacula verberat, factoque ingenti hiatu, ab oppugnatione multis magnisque; de causis abstinendū censuit, fame se Oppidum in potestatem, quòd

quòd comæatus inopia laborarent, redacturum sperans. Instantibus Calendis Nouembris, Landresiani ad extremam comæatus inopiam peruenerant. Quare Rex, in vnum coactis omnibus ad Veromandunorum D. Quintini Fanum copijs, ad Arcem Cambresianam castra locat, Cæsari pugnæ spem præbens, sed nil minùs cogitans. Ingentē enim comæatus omnis generis copiā, ignaris Cæsarianis, Martinus Bellaius clam vicinis in Ditionibus coegerat, Rex interea Chatillonium castra promouet: Cæsar sua trans Sabim vnus in castris, pugnandū existimans, contrahit. Quo facto, Franci postrema acie, quam ducebāt Fani D. Pauli Comes, ac Claudius Annibaldus, cum omni comæatu Landresium intrant, impositoque nouo præsidio, veterique educto, ad Regem conuolant, Oppidi cura Verunio ac Rochebaronio cōmissa. Cæsar interim omni ratione ac arte pugnæ occasionem copiamque quærebat, auctus recenti milite, quem Mauritius Saxo ac Martinus Rossenius adduxerant: certabaturq; quotidie leuibus vario euentu prælijs, sed nunquam Francis funestiori, quàm quū Cæsar, producto in proximo colle omni leui equitatu, ac pone hos in ima valle duabus Germanorum peditum legionibus, Francorum leuis armaturæ equites alacriter in pugnam attractos, & sensim ad legiones præliando perductos, earum solo conspectu in fugam egisset, quamplurimis in receptu caesis ac captis. Quare Rex omni ratione prælio abstinendū iudicabat, præsertim cum esset præmonitus à Præfecto Busio, Maxamilianii Buræ Comitis Dispensatore, de nouis auxilijs à Saxone ac Rossenio adductis, ingentique totius exercitus pugnandi ardore. Hic Busius, Francico auro corruptus, Regem de omnibus semper rebus certiorein faciebat. Sed paulo post detecta proditiōe, captus Gandavi capite est plexus, corpusque in quatuor partes sectum, hinc inde suspensum. Rex Landresij compos voti factus, circa Nonas Nouembres, ineunte nocte silentio Guisa mouet, ac cum graui armatura, tormentis, impedimentis, omni que peditatu præcedebat. Delfinus cum leui equitatu in sylua varijs se locis in insidijs occuluerat. Cùm diluxisset, Cæsariani, de Regis discessu certiores facti, cum leuis armaturæ equitatu syluam ingressi, vestigijs instant, ac vario euentu cum Delfini equitibus decertant: è quibus plerique; repulsi, ad Cæsaris castra rediere; alij syluam emensi, postremis agminibus tardè incedentibus non parum incommodi intulere, ac cum non ignobili præda alio itinere ad Cæsarem reuertère.

1543. VITAE CAROLI QVINTI
CÆSARIS PARS V.

HISTORIÆ LIBER DVODECIMVS.



ANDRESIO de comteatu à Francis recreato, ac Rege è manibus fuga elapso, quòd autumnus in hiemem inclinaret, Cæsar, motis Landresio castris, Cameracum proficiscitur. Intellexerat enim, Urbis aliquot primarios ciues, de se militibusque suis questos, coniurasse, inclinareque maiorem partem animos ad Francos. Introducto igitur in Urbem præsidio, statum eius componit. Deinde munitissimam Arcem, excelsissimo eius loco extructam, firmo munit præsidio: vnde, cessantibus coniurationibus, serio Cæsari parere didicerunt; nihilque imminutis privilegijs, Austriacam familiam fidelissimè ac constantissimè coluere, donec anno 1580. auaritiâ Arcis Præfecti, Inchiij Domini, clara Gaueraua familia orti, ea cum Vrbe Francis dederetur: qui Ballignij Domino iusto cum præsidio in ea constituto, incredibilia Hannonijs ac Atrebatibus dâna intulit, nec recuperari Vrbs ante annum 1595. potuit. Tum enim Petrus Henriques ab Azeredo, Fontium Comes, Belgarum pro tempore Præfectus, expugnato vi Dorlano, caesoque Fracorum equitatu, castra Cameracum transtulit, ac vi inexpugnabilem Urbem, fideliciuij operâ auxilioque adiutus, breui cum Arce in potestatem redegit, Ballignio cum præsidio rebusque omnibus, exceptis tormentis, in tutum dimisso. Dum hac ratione iuxta Landresium inter Cæsarem ac Regem bellum geritur, Guilihelmus Furstenbergij Comes, nomine Cæsaris ac Imperij in vnum coactis duodecim Germanorum peditum ac tribus equitum millibus, cum non contemnendo tormentorum apparatu in Lutzenburgios contendit, primariam Urbem, non ira pridem à Francis aliqua ratione munitam, ad commeatus ac pulueris tormentarij inopiam redegerat. Sed Rex, veteribus copijs in vnum coactis, Melfitanû Principem præficit, auxilioque Lutzenburgijs proficisci iubet: cui Furstbergius nulla se ratione parem esse sciens, soluta obsidione, cum copijs in Germaniam redijt. Franci, Vrbe de rebus necessarijs prouisa, Longuallium cum veteri præsidio educunt, eiusque loco cum nouis copijs Vrbi præficiunt Estaugæ Vicecomitem, copiaque in præsidia distribuunt. Erat enim hiems sæuo continuoque gelu adeo aspera, vt flumina paludesque omnes peruiæ pedibus essent. Non desinebant tamen Franci

apud

1543. apud Pedemontanos cum Cæsarianis bellum gerere, Buterio Præfecto Fanum D. Germani, debile Oppidum, obsidente, ac bis magna suorum clade frustra oppugnante. Sed cum obsessis auxilium non ferretur, promptioribus interfectis aut sauciatis, facta compositione, cum armis ac fortunis incolumes abire possent, Oppidum Buterio deditere. Recepit & paulo post Crescentium ac Desannam, magno Vastij cum dolore, qui, negligentia Quæstorum Mediolanensium pecuniæ inopia laborans, militem conscribere non poterat. Circa Natalem Domini Rex Buterio successorem mittit Franciscum Borbonium, Anghiani Ducem. Cæsar eodem ferè tempore in Angliam mittit Ferdinandum Gonzagam, ac Ioannem Castaldum, ad traijciendum, bellumque Francis inferendum, Regem cõcitaturi: quod non admodum erat factu difficile, quum per se satis contra Francum irritatus, ingens bellum in proximum verpararet. Huius anni autumno Muleasses Tuneti Rex à Cæsare restitutus, iterum à proprio filio, nomine Amida, pellitur. Quumque auxilio exulum Italicorum (quibus hoc facto reditus erat pollicitus) Regnum repetisset, victus captusque ab Amida excæcatur. Tandem fuga elapsus Guletam venit, indeque in Siciliam ac Italiam traijciens, Cæsarem in Germaniam ac Belgiû aliquandiu est secutus. Interea Belgæ ac Franci à bello nec mari abstinebant, deteriore Francorum conditione, quòd Belgæ, nauibus abundantes, nil Francis tutum relinquerent. Mense enim Maio cum decem armatis onerarijs in Burdigalensem Portum inuecti, septemdecim naues, vino alijsque mercibus in Normandiam tendentes, capiunt, ac in Zelandiam abducunt, cæteris omnibus incensis, ac è continenti non exigua in naues aucta præda. Initio Ianuarij anno 1544. 1544. Cæsar è Belgio in Germaniâ profectus, Spiram Imperij Comiticia celebraturus venit. Adfuere, quod raro est visum, Septem-viri omnes, ac totius Germaniæ præcipui Principes, ipseque Cluius. Quo conuentu Cæsari aduersus Francum decernuntur equitum quatuor, peditum viginti-quatuor millia, qui sex mensibus Imperij sumptu militarent: promittitque hanc ob causam Cæsar Protestantibus, primo quoque tempore in Germaniâ, aut generale, aut nationis Germanicæ, Concilium se procuraturum; summo Pontifice Paulo factum ægerimè ferente, ac scripto Cæsari exprobrante. Superiori enim anno Concilium Pontifex in Vrbe Tridentina indixerat. His Comitijs Cæsar, magno Belgarû gaudio commodoque, pacem facit cum Christierno tertio Danicæ Rege, cohonestatque nuptias l'Amoralis Egmondij Comitissæ cû Sabina Bavaræ in Vrbe Spirensi. Ineunte vere, Barbarossa classe Tollonio, vbi hie marat, educta, iter Algeriû versus instituit, varijs locis facta descensione, calamitosæque prædationis relicta memoria; non exigua Fracisci Regis cum ignominia, quòd capitale nomen Christiani hostem miserabili

A A a 2

bili

1544. bili innocentium populorum cōditione, quò nunquã venire ausus fuisset, perduxisset: animaduersumque est ex eo tempore in hũc mex editionis annum 1598. à viris probis, nil exinde Francorum Regibus domi forisquẽ è voto successisse, sed indies Rempubicam ad deteriora progressam, inq; calamitates inenarrabiles nobilissimũ olim Christianissimumque Regnum recidisse, Deo tantam impietatem impunitam non sinente. Certẽ Veneti, in extremis aliquando constituti, oblata à Turcis auxilia generosẽ contempserunt ac respuẽre. Tum Rex Tollonios, quos ante annum migrare iusserat, in Oppidum ac ædes reuerti permittit. Barbarossa verò quatuor nauigia, virginibus ac adolescentibus captiuis formosissimis varijs locis captis plena, Constantinopolim ad Solymannũ mittebat. Sed à Pro-Rege Siciliae capti, suis magno cum gaudio sunt restituti. Anghianus à Rege Francisco Pedemontijs præfectus, accepto à Buterio exercitu, nouisquẽ additis copijs, Carinianum in medio suorum præsidiorum à Vastio permunitum, ac à veteranorum firmo præsidio defensum, obsidere, fameque ad deditiõnem cogere, aut, si Vastius auxilium ferre conaretur, prælio decernere cõstituit. Locis igitur opportunis circa Carinianum occupatis, Oppidoq; duplici fossa ac vallo circumuallato, vt nemo exire, neque intrare, nisi ferro viam fecisset, posset, Vastij conatus expectat. Is certior factus præfidiarios rerum omnium inopia laborare, acceptis à Cæsare duabus è Germania peditum legionibus, quibus Scaligeri fratres Christophorus ac Bruno præerant, alaquẽ veteranorum equitum à Cosmo Florẽtiæ Duce, veteres Germanorum, Hispanorum, ac Italicorum iungit copias, mensẽque Martio cum ingenti commeatus copia Carinianum contendit. Anghianus, eo appropinquate, motis castris, ad Oppidum Carmagnolam, quod præsidio obtinebat, cõsideret, meliori se cõditione ad amicum sibi Oppidum cum Vastio conflicturũ rectẽ iudicans. Confluxerant ad Anghiani castra, excitato prælij rumore, Nobiles omnes qui in Francia apud Regem erant, proximiquẽ etiam exciti indies magno numero castra Francica augebant, ipseque Buterus, paulo antè domum profectus, ad castra reuertitur, primæque aciei ab Anghiano honoris causa præficitur. Vastius, occupato Pago Ceresola, castra ponit, transitaque proxima valle, in propinquis patentibus campis acies constituit, ac per leuem armaturam equestrem Francos ad pugnam, ingenti tubarum clangore suos animans, hostesque excitans, prouocat: qui non minori strepitu respondentes, alacriter venientibus sese offerebant. Cumque Itali Cæsariani, ob erepta Francis duo maiora tormenta, temerius in aciem producta, victoriam aliquoties ingeminassent, Anghianus acies hac ratione instructas progredi iubet. In medio stabant Gascones, omnesque veterani pedites Franci, ac cum his in subsidijs Hel-

Hel-

1544. Heluetij veterani. Dextrum latus claudebant Heluetij recenter conscripti, sinistrum Grifones, lacus Lemani accola, rude hominum genus: quibus quòd non satis Anghianus fideret, miscuerat Italicorum ac Sabaudorum exulum cohortes, magna ex parte tyrones. Hæ peditum rernæ acies equitum æquali numero diuisorum auxilijs muniebantur. Thermæus leui equitatu præfectus, qui vnus ala cataphractorum firmabatur præsidio, Heluetiorum phalangem præcedebat. Vastius, conspecto hostium ordine, Germanorum phalangem, cui præerat Alitbrandus Matruccius, Tridentini Cardinalis frater, mediæ Francorum aciei opposuit, ijs Scaligeros fratres suis cum legionibus in subsidijs coniungens. Dextrum cornu Hispanis attribuit, quinque Germanorum cohortes ijs auxiliari iubens. In sinistro Italicos omnes, qui sex millia veteranorum excedebant, stare, ac proximi collis opportunitatem arripere, indeque per sclopetarios acriter rem gerere iubet. Philippus Lanioius, equitatu præfectus, inter Germanos ac Hispanos consistit, eum cum Baleonio opponens Thermæo. Dispositis tormentis, signa canunt. Primi omnium Thermæi ac Baleonij equites concurrunt, pari propè clade. Thermæus enim in Italicos pedites inuectus, equoque deiectus, capitur. Baleonius, interfecto equo saucius, ad eosdem se recipit. Hispani, ac veteres Germani, Grifones, eorumque subsidiarios, fundunt, inque præcipitem fugam agunt; quemadmodum & alam equitũ, quam ijs Anghianus in auxilium miserat, cadente Scrocchio Asseio ac Carolo Profio Ducibus, infecurique sunt hos Germani ac Hispani Carmagnolam vsque. Tum mediæ acies congregiuntur; dubioque Marte diu cerasent, nisi leuis equitatus Cæsarianus, cataphractorum Francorum vim veritus, postremum mediæ aciei suæ agmen perumpens, in fugam se coniecisset: in cuius hiatum Franci equites illati, ingentem edidere cædem, ac mox, omisis Italicis, phalangem à latere tyrones Heluetij urgentes, à fronte Vascones, veteranique Heluetij, à tergo equites Franci, vniversam concidere, cadentibus inter primos Scaligeris fratribus, cum promptissimis quibusque, aciem frustra retentare conantibus. Itali, conspecta phalangis necessitate, cum intacta acie auxilio aduenire debuissent, maluerunt prælij expertes, nemine persequente, ante mediam noctem Astam abire: quos mox Lanioius cum integro ferè equitatu est secutus. Hispani veteresque Germani, ab infecutione Grifonum reuersi, admirati suorum cladem, ac à circumfuso equitatu vndique clausi, necessariam deditiõnem fecere. Vastius in genu vulneratus, ac ferreis clavis caput egregiè contusus, è medio infelicis prælij tumultu euadens, Astam quoque peruenit, gladio vir robustus non semel ab infecutionibus se vindicans. Pugnatum est ad Ceresolam postridie Idus Aprilis, occisaque feruntur duodecim millia virorum, sed maxime

AA a 3

Germa-

1544. Germanorum. Adducta enim fuere vtrisque in aciem supra quadraginta virorum millia. Nec incruenta Francis, profigato sinistro cornu, fuit victoria. E Germanis capti sunt bis mille, quingenti, viginti, ex Hispanis sexcenti, triginta, cum tormentis quatuordecim, ac signis militaribus triginta. Præda ingens ac opulenta fuit. Exinde Anghianus, præsidia Cæsariana tentans, Monsferrati Ditionem omnem, excepto Cazalo, Trino, ac Alba, in potestatem redigit. Tum Carinianum reuersus, Pyrrhum nondum deditorem facere volentem arctius premit, non minus obsidibus quam obsefsis fame laborantibus: cui malo vt remedium adhiberet Anghianus, captiuos omnes generoso animo gratis hac lege dimittit, vt Germani in Germaniam, Hispani in Hispaniam inermes abirent, præbitaque sunt eis vicatim cibaria per totam Franciam. Ducit hoc anno in vxorem Philippus Hispaniarum Princeps, Cæsaris filius, Mariam Ioannis Portugallia Regis filiam, sibi anno superiori desponsatam, è qua filium suscepit Carolum, qui innuptus anno 1568. obiit. Interea Cæsar ac Angliæ Rex, maximis veteranorum habitis delectibus, ingentes copias, quibus Fraciam inuaderent, parabant. Horum vt vires Rex Franciscus separaret, Anghianum nouis copijs iuuare, ac Cæsari in Insubria graue bellum constare instituit. Inprimis verò Petrum Strozam, Florentinorum exulum Principem, in Italiam mittit, vtque quam maximas clientum, eorumque qui Francicas diligebant partes, pararet copias, præcipit, sese illi aurum abunde suppeditaturum. Sed Strozza, feruenti vir ingenio, Quæstores Francicos non expectandos censens, sua amicorumque pecunia septem peditum millia tanta celeritate in vnum cogit, vt quum tota Pontificia Ditione Cæsariani ac Franci copias, permittente Pontifice, cogerent, ille in itinere iam esset, communicatisque cum amicis consilijs, proprio iudicio Mirandula Mediolanum, vna tantum equitum ala tot peditum cohortibus iuncta, quam Georgius Martinengus, nobilis Brixianus, ducebat, contendit. Vastius aduentu noui hostis nil perturbatus, quod è pugna Carignana Italicæ cohortes ac equitatus incolumes euasisset, sola premebatur inopia veteranorum peditum: Italicis enim non satis fidebat. Germani ac Hispani cæsi aut inermes domum dimissi, non tam citò, quam rei necessitas postulabat, ad signa reuocari armarique poterant, multo minus nouæ conscribi legiones, hoste tergo inhaerente, amicis verò per Italiam cogendis copijs occupatis. Ad Cosinum igitur, Florentiæ Ducem, scribit pro auxilio: qui, nulla interposita mora, illi duo millia veteranorum peditum, ac iterum Rodolfum Baleonium cum restituta equitum ala mittit: qui Aurianis triremibus Genuæ impositi, emenso Apennino, magna celeritate Padum, Graualonem, ac Ticinum superant, Mediolanumque venientes, Vastium confirmant, ciues verò è

summa

summa trepidatione in fiduciam erigunt. Iam Strozza, traiecto circa 1544. Casolim Pado, & ad Castellionem Abdua, in vltiori ripa munitiorem erexerat, è qua se contra Cæsarianos ac Hieronymum Syluam per scloperarios defendebat; eoque vulnerato submotoque, proprius Mediolanum copias admouerat, motum aliquem in Vrbe excitatum iri à factiosis sperans. Sed aduentu Cosmianarum cohortium ciues pacatè agebant; nec, quod sperarat Strozza, Anghianus se mouebat, nec equitum auxilia submittebat, sed in premeudo Carignano hærebat. Quare ad Orium Vicum conuersis castris, reliquos factionis Principes auxilia adducentes expectare constituit, iustis tum viribus cum Vastio conflicturus. Is coniecturâ Strozze consilium assecutus, Philippum Lanioium equites, Cæsarem Mafsium pedites educere, motum Strozze obseruare, leuibus eum prælijs vexare, ac com meatu in inimica Regione excludere, quantum possint, iubet. Quo ille rerum suarum periculo conspecto, rupto, quem ad Lambrum fecerat, ponte, ne Cæsariani insequerentur, ad Padum signa conuertit; subministranteque Petro Lodowico Farnesio lintres, annem cum copijs transmittit, ac è Vastij manibus elabatur. Erat hoc tẽpore Farnesius alienior à Cæsare factus, quod constitutus à patre Paulo tertio Pontifice Parmæ ac Placentiæ Dux, qui has Ciuitates à Cardinalium Senatu paulo antè commutatione Ducatus Camerini, quem Romanæ cõcesserat Ecclesiæ, impetrarat, nunquam tamen à Cæsare obtinere potuerat, in gratiam filia Margaritæ, quæ Octauio Farnesio nupserrat, eiq; gemellos pepererat, se Imperiali autoritate Ducem appellaret, ac Pontificiam donationem ratam firmamque, dato Diplomate, haberet, verens proinde ne his Ciuitatibus non vano iure ad Ducatum Mediolanensem spectantibus, Cæsar non cedendum iudicaret. Hæc tum maximè Farnesium mouebat causa, vt Cæsaris non planè sectaretur partes, Strozamque ac Francos, subministratis lintribus, è certâ ac præsentî eriperet clade. Strozza, transmissio Pado, circa Placentiam in tutum prouectus, Petiliani copijs, quas in agro Romano conscripserat, se iungit, ac iterum ad Padum, occupato Riofredo, signa conuertit. Occurrit omnibus cum copijs altera in ripa Vastius, Salernitano ad Stratellam angustam transversa munitione præmuniente viam. Quibus de causis coactus Strozza, summo militum labore nocte motis castris, in proximos contendit montes, insistente tergo ac lateribus Salernitano. Iam ad Sarauelli Oppidi plana conspiciebantur vexilla Stroziana, iunctique Lanioius ac Salernitanus cum leui equitatu prælia excitabant. Sed cum Stroziani Scriuiæ amnis vada transisset, ac ad vineta contenderent, aliquot Cæsarianæ cohortes, celeritate eos vincentes, proximum collem occupant. Id non ferens Strozza, fortissimos contra mittit cohortes: qui tanta Cæsarianos vi depulere,

1544. depulere, vt duo tormenta maiora eriperent, ac victoriam inelamarent. Quare omnes eò Stroziana copia, dissolutis ordinibus, conuertuntur: in quorum aperta Lanouis incurrens latera, momento temporis omnes in diuersas partes precipites agit, cadente Vlyse Vrsino, ac cum eo aliquot ordinum ductoribus, militibusque non paucis. Maior pars, proiectis armis, cum omnibus signis militaribus, ac paucis campestribus tormentis, in Vastij potestatem peruenit. Qui effugere, Quierassium, ac inde Carignanum ad Anghianum euasere. Ipse Strozza cum praecipuis ad proxima Francorum praesidia effugit. Incidit hæc pugna circiter Idus Iunij. Strozza, collectis è fuga reliquijs, nouisque aliquot conscriptis cohortibus, denuo in campum prodit, ac in Pulciferam vallem cum copijs se demittit, Genuensibus tutum ei iter (ne mercaturæ commercia cum Francis amitterent) concedentibus. Quare subito incursum occupata Alba Pompeia, ad Francica praesidia sine detrimento peruenit. Vastius, eique iunctus Ioannes Vega, Cæsaris ad Pontificem Legatus, Anxianum expugnat, praesidiarijs ac ciuibus ad vnum caesis: Andefanam sine sanguine in deditioem accipit. Circa Calendas Iulij Pyrrhus Stipicianus, extrema famis necessitate coactus, cum Anghiano transigit, ac Cariniano exit, Germanis in Germaniam, Hispanis in Hispaniam proficiscentibus, ac intra quatuor proximos menses se Cæsari non militaturos promittentibus. Pyrrhus, data fide, hac conditione est dimissus, vt in Franciam ad Regem iret, ab eo libertatem impetraret, omnis apparatus bellicus in Oppido permaneret. Quadraginta dies post commissum ad Ceresolam proelium tenuerat. Iam ad inuadendam Franciam Cæsar Spiræ Germanorum copias parauerat. Præerant peditatui Guilielmus Furstenbergius, ac Conrardus Hessus; equitatu Mauritijs Saxo, ac Albertus Brandeburgius; Italis Franciscus Atestinus, non ita dudum carcere à Rege Francisco gratis dimissus, Hispanorum peditum septem millia regebant Aluaredus Sandecus, Lodovicus Peretius, ac Alfonsus Viuetius. Apud Belgas iustas coegerant copias Maxamilianus Buræ ac Anthonius Reussij Comes, adduxeratque lectissimam peditum manum Martinus Rossemius: nec defuere lecti Belgarum Burgundionumque equitum peditumque veterani Proceres. Henricus Angliæ Rex, ingenti peditum equitumque suæ nationis coacto exercitu, Caletum transmittit; missoque Nortfolchi Duce cum parte copiarum ad Belgica castra, qui Monstreulium in Picardia obsidebat, ipse cum reliquis Boloniam terra marique premit. Cæsar cum exercitu Spira profectus, Merim venit, indeque Furstenbergium cum copijs ad obsidendum Lutzeburgum premit, quod decimo-quinto obsidionis die commearus penuriam deditioem facit, Estaug Vicecomite cum praesidio rebus omnibus incolumibus, exceptis grauioribus armis ac tormentis,

1544. tormentis, in Franciam abeunte. Tum Cæsar ad exercitum venit, breuique ad deditioem compellit Comercium, Vaucolurium, Lineum, ac cetera omnia quæ superiori anno Fraci in Ducatu Lutzenburgico ceperat Oppida ac Arces, capto Briennæ ac Roussij Comitibus, cum Elchenaj Domino. Inde ad Fanum Desiderij castra locat. Rex Franciscus tribus locis à tribus diuersis oppugnatus exercitibus, summa celeritate militem cogit, ac in primis Chalonij in Campanga (veteribus Catalaunum dictum) Neuerij Ducem cum quingentis equitibus ac sex peditum millibus mittit, filiumque; Delfinum suis cum copijs ad flumen Marnam, olim Marro-nam, ire iubet, impediturus ne Cæsar in vltiorem Franciam peruaderet. Ipse Rex, positus ad Iallonium castris, copias vndique confluentes augebat. In itinere enim erant decem millia Heluetiorum, sex millia Grisonum, sex millia Germanorum peditum, quibus omnibus Neuerius præerat. Miserat è Pedemonrij Anghianus 12000. Francorum ac Italarum peditum, adeo vt omnibus in vnum coactis copijs, quadraginta millia peditum, ac sex millia equitum, in Regio recenserentur exercitum. Erat cum Delfino frater Carolus Aurelia Dux, eorumque; Prædagogus Claudius Annibaldus, Dux veteranus. Oppugnabat mense Iulio Cæsar Fanum Desiderij, Fracica Ditionis Oppidum admodum munitum; captoque Vitrio, Francorum pedites equitesque suis commearum intercipientes clade affecerat. Defendebant Fanum Desiderij Comes Sancerræ, ac Landæ Dominus, defensi Lādresij fama clarus, qui 17. Iulij, minoris tormenti globo in domum eius peruolante, per cerebrum traiectus occubuit. A Cæsaris verò parte Reinerus Nassauus, Auratij Princeps, Oppidum è regione Arcis premens, casu quoque vitam amittit. Emis-sa enim Oppido maioris tormeti pila, quæ in proxima diruta domus ruderata incidisset, frustraque; hinc inde dissilissent, earum vna dextram Aurantio scapulam transuerberat, alamque vniuersam vitiat. Decumbentem Cæsar iniuiseus, testameti faciendi potestatem, de quibus sine suo consensu non poterat, facit. Nullos enim ex Anna Lotharingica relinquebat liberos. Quare quum Guilielmum Nassauum patruem, Belgij postea perturbatorem, heredem in assem constituisset, altero die expirauit. Quum tormenta inuadendi viam strauissent, primi omnium Hispani iniussi ad ruinas prouolant; ac quum amplius quam horam obstinatissime collato pede pugnasent, repelluntur. Succedunt mox equites octingenti, ferocissimeque pugnantes, tandem etiam reijciuntur. Tum Germani pugnam suscipiunt: sed cum per horas duas non minori virtute rem gessissent, nec quicquam proficerent, receptui Cæsar cani iubet. Desiderauit his oppugnationibus Cæsar viros fortes septingentos, Franci ducentos, ac vltra 40. equites primarios. Exinde ad obsidionem Cæsar se conuertit. Sed non diu Sanserrius obsidionis incommo-

1544. da ferre statuens, hisce legibus cum Cæsare transigit. Duodecim die-
 rum induciæ inter Cæsarem ac Oppidanos sunt, interea obsessi ad Re-
 gem pro auxilio, aut deditiois consensu, mittunt. Altero promisso,
 sui uterq; iuris maneto. Auxilio denegato, aut ad constitutum diem non
 misso, Cæsari oppidum dedito. Equites peditesque omnes more mili-
 tari cum quatuor maioribus tormentis incolumes in Franciã abeunt.
 Cætera omnia in Oppido Cæsari relinquunt. Stantibus inducijs, mu-
 nitiones non augent, nec rescindunt. Hisce de rebus quatuor obsidibus
 cauet, quibus adductis, Gonzaga nobilem Hispanum nomine Conte-
 riam in Oppidum mittit, obseruaturus ne nocte vel die munitiones re-
 staurarent. Ad has honestas obsessis conditiones tribuendas Cæsar ad-
 ducebatur incredibili desiderio inuadendæ Franciæ, cogendique Regis,
 dererum summa nobili prælio decerneret. Angliæ quoque Rex ad idem
 expeditionis pugnaque desiderium trahebatur. Rex Franciscus cum rati-
 onem liberandorum obsessorum non reperiret, dedit Oppidum dictis
 legibus est passus. Narrat Bellaius, Sanferrium ad deditioem pertra-
 ctum fictitijs Guisæ Ducis literis, allatis à tympanista Fræco, ex Oppido
 ad castra Cæsariana pro liberatione aliquot captiuorum misso, cui ab ho-
 mine incognito ex cõposito erant traditæ in Oppidum deferendæ. Erant autem
 arbitrarijs Guisæ Ducis descriptæ notis, sigilloq; munitæ, literis scribentibus
 eius ad eum exactè à falsario expressis, ut artificiosus nemo posset. Ce-
 perat Granuellius ante aliquot dies tabellionem Francum, qui inter alia fa-
 sciculum literarum Guisæ Ducis adferrebat, in quo dictarum notarum litera-
 rum erat descriptio, ad Sanferrium missa. Sententia ficticiarum litera-
 rum erat, Regem contentum fore eorum operam, ac certiore de com-
 meatu puluerisque tormetarij inopia, permittere quam possent hone-
 stissimis deditioem facere conditionibus, exercitum suum nondum in
 unum coactum, ac duobus potentissimis Regibus Franciã quatuor exer-
 citibus ac locis inuadentibus. Hac ratione fine mensis Augusti Fanum De-
 siderij in potestatem Cæsaris venit, posteaquam id per sex septimanas
 oppugnasset. Sexto Septembris die in Belgiũ malo omine, calamitatum
 cornucopiæ secum adferens, venit Guilihelmus Nassauius, Guilihelmi
 filius, duodecim annorum puer, defuncti Reineri patruelis, ex testa-
 mento à Cæsare approbato, hæres in solidum. Rex Franciscus, cõspecto
 rerum suarum periculo, si Cæsar ac Anglus in fœdere persistentes bel-
 lum contra se continuassent, pacis authores circumspicere cepit. Reper-
 tis hominibus idoneis, tantum promissis ac donis effecit, ut Martinus
 Gufmannus, Ordinis Prædicatorum monachus, Cæsari à confessioni-
 bus, se ea de re cum Granuellio acturum, Cæsarique verba facturum,
 promitteret. Stetit promisso, effecitque initio mensis Septembris, (bello
 inducijs non datis) Cæsar permetteret, certi viri de pace acturi Chau-
 seam,

1544. seam, medio inter Chalonium ac Vitrium itinere, cõuenirent. Iuere no-
 mine Cæsaris Gonzaga ac Granuellius; nomine Regis, Claudius An-
 nibaldus, ac Cheuanlij Dominus. Ad Angliæ Regem hac de causa est
 missus Cardinalis Bellaius, Renonius Præses Curie Rotomagensis, ac
 Aubespinae Dominus: qui cum certas leges concepissent, ad Reges suos
 profecti, eorum voluntatem perquirebant. Interea Cæsar, motis castris,
 Thinum peruenit, duobus Chalonio miliaribus disitum, indeque post
 duos dies ad amnem Matronam, duobus tantum miliaribus à Regijs
 haud procul Chalonio castra metans, vnde erumpentes equites, cadentibus
 aliquot viris nobilibus, mox in Urbem sunt repulsi. Guilihelmus
 Furstenbergij Comes, ingenti desiderio committendi prælij ardens,
 vno tantum comitatus viro nobili, nocte ad amnem iam dudum sibi cog-
 nitum venit, vadum transmittendi exercitus Cæsariani quaerens. Quum
 reperisset, relicto comite, solus in alteram transit ripam. Sed mox à
 paucis eodem explorandi causa vagantibus Francorum equitibus in-
 terceptus, agnitusque, Parisios est missus, nec prius in libertate restitutus,
 quam triginta millia aureorum liliorum persoluisset. Octo annis Fran-
 cisco Regi militarat, exauthoratus quod militum stipendia in propriam
 quaestum auertere diceretur: quare ingenti cõtra Regem concepto odio, Cæ-
 sarique cõciliatus, vindicare se cupiebat, præcipuusque Cæsari huius sus-
 cipiendæ expeditionis ac itineris author extiterat. Cæsar certior factus
 ingentem Esparnaij commeatus vim à Franco coactam, cum exercitu
 profectus, Oppidum cum commeatu occupat, vltiusque progressus,
 Castrum Theodori, Oppidumque eiusdem nominis, in potestatem re-
 digit, quibus locis Rex commeatum pro exercitu congeri iusserat. Qua
 de causa Cæsariani, qui inopiam sentire cõeperant, mirifice sunt recreati.
 Cæsar verò rectè se Parisios versus iter facere simulabat. Rex eò Or-
 gesij Dominum cum octo millibus peditum ac sexcentis equitibus con-
 tendere iubet. Populus enim tantum animis pauorem conceperat, ut
 nullius auctoritate nec imperio à fuga sisti posset, quamquam literarum
 studiosi in cohortes distributi, ac è populo non pauci, fulgentibus armis
 induti, verorum militum specie præberent. Aduentus Orgesij, qui Fer-
 tex castra posuerat, trepidationem ac fugam ex parte sustulit; pararique
 in Vrbe ex ordine cõpere, quæ pro defensione necessaria videbantur.
 Quibus rebus Cæsar intellectis, tum etiam quod Anglus ab obsidione
 Boloniæ non se moueret, commeatusque inopia timenda esset, Francis
 omnia, quæ in tutum asportare non poterat, igne consummentibus; tum
 quod occupata Vrbe Parisios, miles incredibili præda implicatus, faci-
 le à subsequente Regio exercitu opprimi posset; copias Villerium Co-
 steteri ducit, indeque per Vallosios ad Sueffonum antiquam Urbem ca-
 stram ponit, vbi paulo post iterum de pace agi est cõceptum, cuius leges à

1544. parte Cæsaris moderabatur Ferdinandus Gonzaga, Nicolaus Perenotus, Granuellij Dominus, ac Commendator Calamæ Ordinis Alcantaræ; à parte Regis, Claudius Annibaldus, Carolus Nullius, ac Baiardus, eamque tandem Crespij post varias disceptationes die Septembris decimo-octauo postremam his conditionibus concludere: Inter Cæsarem Carolum, Regemque Franciscum, ac quicumque has leges admittent, pax firma æternaque esto. Subditi vtriusque vetera tantum solvendo portoria commeano, mercaturamque exercento. Quicquid hinc inde ab inducijs Nicqanis est occupatum, restituito; nil præter commeatum propriaque tormenta abducito. Duci Arschotano ius suum in Lineij Comitatum, ac familiæ Vergiacæ in Oppidum Fani D. Desiderij integrum maneto. Sabaudia Duci sua omnia ab vtraque parte restituito, quemadmodum & Marchioni Monferretano, ac Duci Manuano. Lotharingiæ Duci Estinaum, quod est sub patrocinio Ducis Lutzenburgij, reddito. Rex Ditioni ac Abbatia Gorzianæ cedito, Cæsarique obfides, donec conditiones hæ fuerint impletæ, Medoni Cardinalem, Guisæ Ducem, ac Lauallæ Comitem dato. Comitatum Charoloij Cæsari, eiusque successoribus, in perpetuum possidendum cedito. De bello Turcis inferendo Cæsar ac Rex conuentum indicito, inque eam expeditionem Rex sexcentos equites lancearios, ac decem millia peditum, cuiuscunque Cæsar iusserit nationis, mittito, Rex factam Madriliana pace, sequentibusque fœderibus, Regni Neapolitani, Siciliæ, Ducatus Mediolanensis, Comitatus Astensis, iuris patronalis quod habuit in Flãdriam, Artesiã, Insulas, Duacum, Orchiacû, Tornacum, Mortangã, ac Fanum Diui Amandi, cessionem ratam firmamque ea ratione, qua superioribus fœderibus est conuentum, habeto. Quicquid Rex in Ducatum Geldriæ ac Comitatum Zutfanæ iuris prætere potest, Cæsari eiusque successoribus in perpetuum cedito. Ex aduerso cedit Cæsar omni iuri ac actioni, quam in aliquam posset allegare Ditionem, quã hoc tempore Rex possidet, excepto Ducatu Burgundiæ, Vicecomitatu Auxonæ, ac patronali prærogatiua quam habet in Fanum D. Laurëtij, Comitatum Masconnij, Auxerræ, ac Barræ ad Sequanam, de quibus paulo post agitur. Renunciat Cæsar actioni quam habet in Ciuitates ad vtramque Somonæ ripam sitas, in Castellaniam Peronensem, Mondiderium, Roiam, ac Comitatum Boloniensem, Guinesij, ac Ponti, excipiens Tournahemum, Andrewicum, cum Bredevorda; denique quicquid est iuris Ditionisque Arrebatensis. Subditi vtriusque Principis, quamuis aduersæ seruerint parti, in plenam bonorum omnium possessionem redeunto. Belgæ in Francia non nati cognatorum ibi hæreditates in solidum adeunto. iterum iniquissima abrogata consuetudine quam vocant Aubeinam. Quicquid vltro citroque confiscatione est donatum, ratum firmumque maneto.

maneto. Priuilegia vetera nouaque vtriusque maneto. Vt verò hæc pax 1544. serio rata, firma, perpetuaque consistat, duretque, Cæsar in commodum utilitatemque Regis, eiusque successorum, omni cedit actione & iure, quod habet ac prætere potest in Ducatum Burgundiæ, Vicecomitatum Auxonæ, prærogatiua Diui Laurentij, Comitatum Auxerræ, Masconnij, ac Barræ ad Sequanam, quæque ab his dependent; curabitque spatio quatuor ab hac publicata pace mensium eadem filius Philippus, Hispaniarum Princeps, approbet, rataque habeat. Cæsar in pacis fauorem firmitatemque Carolo Aureliæ Duci filiam Mariã, aut fratris Ferdinandi natu secundam, despondero, qua de re animum quarto à publicata pace mense declarabit. Quòd si Cæsaris filiã Carolus duxerit, Belgarum Prouincias, Cæsari nunc parentes, cum Comitatu Burgundiæ ac Charoloij, in dotem accipito; possessionem verò Carolus Aurelianus, eiusque liberi masculi, mortuo Cæsare, inito; ij verò, se viuo, in Aureliani verba nomenque iurent, filiusque Philippus Hispaniarum Princeps hæc confirmet, approbetque, curato. Carolum Aureliæ Ducem, perfectis nuptijs, Cæsar Belgis præficio. Rex Franciscus, eiusque filius Henricus Delfinus, in æternum omni actione quam in Ducatum Mediolanensem ac Comitatum Astensem allegare possunt, cedito; utque hæc rata firmaque Delfinus, Aurelianus, sororque Margarita habeat, octauo post publicatam pacem die procurato. Si Maria Cæsaris filia nullis relictis liberis è viuus discesserit, tum Belgarum Prouinciæ ad Philippum Cæsaris filium, eiusque successores, redeunto, Duci verò Aureliæ actio integra in Ducatum Mediolanensem ac Comitatum Astensem maneto, Cæsari quoque ac Imperio iure suo seruato; quo euentu, ad Cæsarem, eiusque successores, integra actio iuris ac tituli Ducatus Burgundici, Vicecomitatus Auxonæ, prærogatiua Fani D. Laurëtij, Comitatus Auxerræ, Masconnij, ac Barræ ad Sequanã manento. Quòd si Carolus Aurelianus in vxore duxerit secundam Rom. Regis filiã, cum ea in dotem accipito Ducatum Mediolanensem, cum Comitatu Astensi, quæque ad hæc spectat; manete, donec vixerit, in Cæsaris potestate Arce Mediolanensi, ac Cremonensi, eiusque Cæsar, eorumque liberis tantum masculis, Imperiali inauguratione dato. Quòd si neque ex hac Aurelianus genuerit masculos, facta inauguratione rata firmaque illi manebit, ac masculi liberi, secundis nuptijs procreati, paternam hæreditatem adibunt, modò secundæ eius nuptiæ è voluntate Cæsaris ac Rom. Regis fuerint contractæ. Nuptias Aureliani vltra annum à publicata pace nõ differo. Rex Franciscus filio Carolo Aureliano in dotem dato Ducatum Aureliæ, Borbonij, Chasteleraudij, ac Engulesim Comitatum. Quòd si hæ Prouinciæ centum millia Francicarum librarum in singulos pendere annos non poterunt, addet Ducatum Alençonij, defuncti Ducis viduæ alio usufructu assignato. Quòd si Aurelianus filias tantum

1544. reliquerit, singulis dotem centum millium librarum Turonensium semel assignato. Si vnica tantum fuerit filia hæresque, centum millia aureorum filiorum numerato. Si Aurelianus prior decesserit, Cæsaris filie ad vitam quinquaginta millia librarum Turonensium in singulos annos persoluito, Romanorum verò Regis filie triginta millia. Rex Carolo Sabaudia Duci omnia sua restituito, excepto Montmellio, ac Pignerolo, quæ suo præsidio Rex obtinebit, quamdiu Cæsar Arcem Mediolanensem ac Cremonensem in potestate habebit. Comitatum Fani D. Pauli Vendoniæ Dux eo iure, consensu Cæsaris, quo ante hæc bella, possidero. Rex Hæsdinum, donec iure de eius possessione sit transactum, obtineto. Rex causæ Heinrici Albrethi de Regno Nauarræ litigantis, nisi pacificatoris nomine, non se misceto, quemadmodum nec bello ea de causa orto. Rex Cæsari literas solemnè forma exaratas dato, quibus doceatur, Ioannam Heinrici Albrethi filiam, facta obtestatione, in nuptias Guilielmi Cluiæ Iuliæque Ducis non consentire, nec vnquam consensisse. Rex Rom., præcipuus huius pacis author, ea cum omnibus Ditionibus comprehenditor, quemadmodum omnes Christiani Principes Respublicæque id petentes, Cæsari non immorigeri, de iure obedientiam ei ac clientelam debentes. Hæc acta transactaque Crespij, decimo-tertio Cal. Octobres, ac primùm dictorum Legatorum manu subsignata, deinde Cæsaris ac Regis, postremò sigillis solito more communita. Paulo post hæc pauca, quòd necesse videbatur, communi consensu addita fuere, ac ascripta: Rex heredi Reineri Nassauij Aurantij Principatum, vt olim illum possedit Philibertus Challonijs, restituito. Philippo Croniaco, Arschotensium Duci, omnium suarum actionum integra sit persecutio, ex conuentione Cameracensi olim inter Margaritam Austriacam ac Lodovicam Engulomensẽ facta, restantibus tabulis eo tempore apud Magistratum Cameracensem hac de re factis. Rex eidem Duci Arschotano omnia bona in Francia sita, tam quæ illi à patre quàm ea quæ à patruo Guilihelmo obuenerunt, reddito. Maxamiliano Burgundo, si lite superior fuerit, Creueceurium, Arleusium, Reullium, Fanum Suppletti, Chastelleusium, ac Cambresium reddito. Quicquid Georgius Austriacus vltra viginti-quinque millia aureorum liliorum pro redemptione promisit, irritum esto. His rebus perfectis, paulo post Rex Cæsari restituit Iuosium ac Mommediũ, quæ sola apud Lutzenburgios Franci obtinebant. Tum Landresium apud Hannonios, tanto sumptu munitum, laboreque defensum. Cæsar Regi inter alia reddidit Fanum Desiderij, Lignium, ac Commertium. Estinæa Lotharingiæ Duci, dirutis munitioibus, est reddita. Apud Pedemontios Rex Cæsarque Duci Sabaudia restituit Albam, Quieresium, Antiguanum, Fanum D. Damiani, Palsolum Cresantinum, Vernã, Montcalnam,

calnam, Bergesium, pontem Esturæ, Lanfugalium, Fanum Saluatoris, 1544. Fanum D. Germani, ac maximam partẽ Ditionis Lauguesij, Marchionatus Seuzæ, ac Valpergæ. Cæsar verò hic tantum Regi restituit Montdeuisium. Exinde Cæsar Comiti Burano ac Reusio, qui cum Anglo Monstreulium obsidebant, mandat, relicto Oppido, exercitum dimittant. Ipse è Suesonibus motis castris Crespinum venit, indeque Feram, ad flumen Ofam, vbi eum nobili cum comitatu inuisit Carolus Aureliæ Dux, futurus gener aut affinis; & cum eo Ioannes Lotharingiæ Cardinalis, Mindonij Cardinalis, Comes Lauallius, ac Habandais, qui obsidum loco cum Cæsare Bruxellam iere, donec Oppida Pedemontanæ Ditionis essent reddita: ad quam rem perficiendã, Cæsar ad Vastium, Rex ad Anghianum misit. Dum de pacis conditionibus Crespij disputatur, Cæsar Anthonium Perenotum, Antistitem Atrebatensem, Granuellij filium, Boloniam ad Heinricum Angliæ Regem miserat, eumque de ineunda pace certiore reddiderat: qui Cæsari liberam tractandi potestatem fecerat, modò nil in rerum suarum præiudicium contraxisset. Oppugnabat enim pertinacissimè Anglus Boloniam, omnibus rebus necessarijs instructissimam; neque ab ea discessurus videbatur, nisi pulsus, aut compos voti factus. Sed imbellis Præfecti Veruini animus, veram vim nondum experti, effecit, vt sine cruentis oppugnationibus Anglus ea potiretur, præfidiarijs in tutum cum omnibus fortunis abeuntibus, Anglisque Oppidum cum ingenti tormentorũ apparatu, magnaque commeatus copia, relinquentibus: qua de causa paulo post Veruinus Parisijs iussu Regis capite est plexus. Monstreulij fortius agentes, omnemque Belgarum ac Anglorum vim perferentes, Regi Oppidum seruaere, Belgis, facta pace, abeuntibus, Anglis de expugnatione desperantibus, reque infecta ad Regem Heinricum reuertentibus: qui, Bolonia de rebus necessarijs instructa, Caletum, indeque in Angliam, cum exercitu est reuersus. Cæsar, nullis implicitus bellis, totam hiemem Bruxellæ exegit, inuisente eum sorore Leonora, Franciæ Regina, Carolo Aureliæ Duce, ac duobus fratris sui Ferdinandi filijs. Inter Anglum verò ac Francum bellum permansit, ac diu ob Boloniam vario euentu magnis viribus est certatum, quam tamen Franci recuperare non potuerunt, nisi mortuo Heinrico octauo Angliæ Rege. Vere anni 1545. 1545. Cæsar Belgarum aliquot Ditiones inuisit, statumque earum componit, inprimis verò Vltraiectum, quò mense Decembri cum sorore Maria profectus, numerum Aurei Velleris Equitum complet. Quum aliquandiu in Vrbe se recreasset, Regina Maria in Geldriam proficiscitur, perturbatisque eorum rebus rectè constitutis, incolis quietem dedit. Et quanquam hoc anno Cæsari lata obuensset pax, ingentibus tamen animo agebatur curis, qua ratione Germaniæ, charissimæ patriæ, eandem

1545. dem procuraret. Idenim vnum ad summam sibi felicitatem deesse videbar. Non enim impacatâ Germaniâ contra Turcam Europæ vires conuertere se feliciter posse perspiciebat. Quare tandem constituit omnibus ingenij viribus anniti, in Religione Germani vnū sentirent: quod fieri non posse prospiciebat, nisi ad Ecclesiæ Catholicæ veterem obedientiam auctoritatemque noui legillatores reducerentur. Id autem indicto generali Concilio, constitutoque plena cum auctoritate Camere Imperialis iudicio, facile se obtenturum censebat: quibus si obtemperare recusassent, iustissimo se tum bello contumaces debellare, armisque ad veterum legum Religionisque obsequium, Deo adiutore, cogere posse videbat. Quod ne fieret, iamdudum Protestantes inter se fœdus Smalcaldij fecerant, sapiusque diuersis conuentibus renouarant, confirmarant, diuersosque Principes ac Ciuitates eodem attraxerant. Est autem Smalcalla Oppidum ad limites Thuringiæ ac Hæsiæ situm, iuris Ditionisque partim Lantgrauij Hæsiæ, partim Comitibus Hennebergæ, habes ab Oriente Lipsiam ac VVittenbergam; ab Occasum Francfordiam ad Mœnum; inter Occasum ac Septentrionem Marpurgum, ac Coloniam Agrippinam; à Meridie Bâbergam, Erfordiam, ac Norimbergam; à Septentrione Castellam Hæsiæ, ac Embecū. Percussam autem ac initum fuit fœdus Smalcaldicum ante decennium, per speciem defendendæ Lutheranicę religionis, ac Germaniæ libertatis. Ita enim appellabant quiduis tentandi audendi que licentiam, non considerantes se eo obtentu contra legitimi à Deo dari Cæsaris voluntatem consensumque nouas condere leges, à capite, quod Religio est, incipientes: quod fieri nunquã potest, nisi nouum quoque nos Regnum Imperiumque; constituere velle fateamur. At cum id sine armis fieri nequeat, quàm iusta de causa ea indui, contraque datâ fidem, inauguratūque semel libera voluntate Principē, sumi possint, iudicandum æquo lectori relinquo. Octauo die Septemb. Carolus Aureliæ Dux cum patre fratreque; Delfino contra Anglos Boloniã ingenti cum exercitu contēdentes, ardenti febre, quæ omnia Medicorū respuebat remedia, continuo vexatus, vitam cum morte, ætatis anno vigesimo-secundo, cōmutauit. Erat adolescēs summis animi corporisque dotibus ad admirationē ornatus, omnibusque ob humanitatē, liberalitatem, maturumque; ingenium charus ac gratus. Non parum eius morte Rex Franciscus omnesque; Francorum Proceres dolere, quodd durum ac intractabile Delfini ingenium formidarent, viderentque; Aureliani morte cōditiones pacis Crispinianæ haudquaquam diururnas fore. Augebat formidinē, quod vulgò dato veneno vtrumque; fratrem, consilio operaque; vxoris Italæ, Delfinus Henricus clam è medio sustulisse musitaretur. Rex ad Cæsare Antwerpię agentem mense Nouembri Ammiralem Claudium Annibaldum, ac Oli-

uerium

uerium Franciæ Cancellarium mittit, petens, in ita paulo antè pax 1545. nouis legibus, tempori ac rebus seruientibus, firmaretur. Quumque; aliquandiu Legati Cæsarem essent secuti, nil aliud obtinere, quã quod polliceretur, hostilitatem à sua parte Regi, nisi eam prior intulisset, non esse verendã. Indixerat hoc anno Cæsar V Vormatiã Germaniæ Principum Comitiam, Præside Romanorum Rege: sed nil fuit decretum, quamquam is summopere pro pace, ac auxilijs contra Turcam decernēdis, frustra laborasset. Absentes Principes Legatos miserant, qui magis rebus perturbandis quàm sedandis studentes, apertè professi fuerat, Principes suos nec Concilij Tridentini, nec Senatus Imperij decretis sententijsque, nisi cum visum fuisset, staturos. Paulo post Cæsar, podagra se remittente, Ratisbonam Comitiam indicit: ad quæ cum vocati Saxo ac Hællus non comparerent, ac proinde nunquam à contumaci opinione sectaque discessuros iudicaret, bello cum socijs cogendos Cæsar decernit. Animatus enim non parum fuerat aduentu Cardinalis Farnesij, per quem Pontifex Paulus ad hoc bellum pollicebatur, duodecim millia peditum, ac octingentos equites galeatos, Duce Octauio Farnesio, Cæsaris genero, suo se sumptu in sex menses missurum. Mense Augusto, sine Comitiorum V Vormatiensium, Cæsar fit certior, nurum suam peperisse filium, cui Caroli nomen esset inditum: sed eam, quarto ab enixo infante die, partus doloribus è viuis excessisse. Sub finem mensis Ianuarij anno 1546. Cæsar (sorore Maria Bruxellam reuerfa) Ultra- 1546. iecto in Geldriam proficiscitur, summoque cum honore ac reuerentia vbique susceptus, muneribus excolitur, ac in Ducem Comitemque Arnhemi, Zutfanæ, ac Neomagi inauguratur. Inde Traiectum ad Mosam contendit, hinc in Lotharingiam ac Germaniam, Comitibus Ratisbonensibus, quæ paulo antè indixerat, initium daturus. Interea è tota Christiana Europa Tridentum Episcopi ac Theologi confluebant, Concilio exordium facturi; Protestantibus exceptis, quorum nullus comparuit. Vetus enim in Religione dissidium indies crescebat, nec morte Martini Lutheri, qui Illebi, Oppido Ditionis Mæsfeldicæ, decimo-octauo Februarij è viuis repente est sublatus, sopiri potuit. Pridie Cal. Aprilis obiit Alfonsus Daualus, Vastij Marchio, Cæsaris à morte Piscarij, Leuæ, ac Borbonij apud Insubres Præfectus, sui temporis belli Dux præclarissimus ac fortissimus. Sepultus est Mediolani in Choro summi Tēpli magna pompa, successitque illi apud Insubres Ferdinandus Gonzaga. Hoc ferme tempore fama non falsa per Germaniam spargi est cœpta, Cæsarem, Romanorum Regem, Papam Paulum, ac non paucos Principes, facto inter se fœdere, bellum contra Protestantes sumna ope parare, conscribi que clam in Germania, Italia, ac apud Belgas peditem equitemque. Futurum tale quid iampridem sibi Protestantes persuase-

C C c rant,

1546. rant, proinde, renouato fœdere Smalcaldico, arma etiam ac pecuniam parare clam cœperant, nil tamen moturi, antequam Cæsar bellum intulisset. Scribit hac de re Philippus Hafsia Lantgrauus literas ad Nicolaum Perenotum, Granuellij Dominum, ac, quid constans fama ferat, aperit, seque credere asserit, quod Cæsar cum Solymanno fœdus fecisset. Rescribit Granuellius, Cæsarem conscribere militem, quod idè vicini Principes faciât. Cum Turca in annum fecisse inducias, non fœdus, culpâ Germanorum, nunquam de mittendis contra Turcâ auxilijs aliquid statuentium. Consulere se, Cæsarem ipsum, Ratisbonam tendèrem, in itinere hac de re conueniat. Eadem ratione cum Nauio Lantgrauus per literas agit: idem illi respondetur. Quarto Idus Apriles Lantgrauus Spiram ad Cæsare venit, cum eo de sparsa belli fama agit; multisque verbis vtro citroque in speciem amicè habitis, discedunt. Postridie apud Septem-virum Palatini Comitem conueniunt Lantgrauus, Granuellius, Nauus, Masbachius, ac plerique alij, eademque simulatione de pace agunt, sed nil decernunt. Quare iterum Lantgrauus Cæsarem adiens, peramico, sed dubio accepto responso, in Hafsiam reuertit, Cæsar verò Ratisbonâ contendit. Paulo post cum Germani, ob factam religionis causâ secessionem, nec de Concilij decretis seruandis, nec de Iudicij Imperialis autoritate sequenda, nec alijs magnis de rebus conuenire inter se possent, varijs subito acceptis nuncijs, certiores fiunt, Cæsarem, Rom. Regem, ac Pontificem Paulum bellum summo studio contra se apparare, apud Belgas Maxæmilianum Buræ Comitem, in Bohemia ac Austria Regem Ferdinandum, in Italia Pontificem peditem equitemque conscribere, idemque varijs pro Cæsare Germaniæ fieri locis, aduentare quoque veteranos Hispanorû copias. Adeunt Protestantes decimo-sexto Iunij audacter Cæsare, ac in quem usum militem parat sciscitantur. Respondet, se pacè in Germania constituere decreuisse: qui eam admiserint, omnia à se impetraturos; qui reiecerint, pro Imperatoriæ Maiestatis autoritate in hos se de iure aucturum: inque eandem sententiâ ad Ciuitates scribit Imperiales. Granuellius ac Nauus Legatos Ciuitatû, qui aderant, ad se vocatos docent, bellum, quod Cæsar parat, contra eos institui, qui propria autoritate occupatis aliquot Principum, Antistitum, Abbatum, ac Monasteriorum fortunis, Maiestatem læsere, in neminem verò alium. Protestantes his verbis facilè se peti intelligebant, ac, nisi eiurata defertaq. Lutheri Secta, Smalcaldicoque fœdere, ad veteres Ecclesiæ Romanæ ritus, Cæsarisque obedientiâ, essent reuersi, bellum expectandum. Mauritius Saxo cum Ratisbonæ diu multumque cum Cæsare Regeque Ferdinando palam ac clam esset collocutus, tandem eorum partes amplexus, secretum cum vtroque fœdus hisce facit conditionibus: Dux Mauritius erga Cæsarem, Rom. Regem, Imperium ita se gerito, vt fidelem obsequentemque

temque decet Imperij Principem, ijs additus maneto, honorem commodumque promoueto, cõtraria, quatum in se erit, auerito, vtq. idem ceteri Principes faciant, quantum per animi corporisque vires licebit, annitor. Iudicio Imperiali statò, auxilia contra Turcam dato, familiæ Austriacæ Burgundiæq. priuatim deuotus ac amicus esto, honori que eorû ac commodis studeto. Cæsar ac Rom. Rex idem Duci præstanto, eius honorem commodumque procurato, subditos in protectione recipiunto, vtque illi à nemine, nec eius subditis, immunitatibus nec priuilegijs vis iniuriæq. inferatur, pro viribus curato. Dux Concilij vniuersalis decretis sese eò vsq. submittitto, quò ceteri Germaniæ Principes sunt facturi: nihil in sua Ditione, quod ad Religionè attinet, innouato, sed definitioni sacrosancti Concilij omnè reformationè relinquitto. Bona sacra in profanos vsus cõuersa eo statu maneto, quo præcedètibz Imperij Comitij fuit decretû. Canonicorû Collegia, Capitula, Monasteria, Episcopos, omnesq. Prælatos (sic Christiani vocat sacros sacrorumq. rerû Præfectos) suæ Ditioni subditos, in libera rerû, bonorum, Religionisq. statu relinquitto, neq. permittito eis vim inferri, sed Concilij reformationè expectato. Archiepiscoparû Magdeburgensè, ac Episcoparû Halberstarensè, eorûmq. Ditiones subditosq. protectioni curatodiq. Ducis Cæsar committit, ea lege, dictus Archipræsul ac Præsul, eorûmq. subditi, in veteri maneât Religione, veteresq. immunitates ac priuilegia cum iure electionis suffragiorumq. retineat, modò talè eligat Principè, què Cæsar Romanorûque Rex probarint, Duciq. hostis non fuerit, pecuniarias collationes solitas persoluerit, eaq. omnia fecerit, què moris est Principes Imperij clientes facere. Dux omnia eorû iura immunitatesq. cõtra quosuis defendito, vtque facta tecta maneant curato. Archiepiscopus, Episcopus, eorûque subditi, nulla in re Duci pro eorum defensione arma sumèti (Cæsare ac Rom. Rege exceptis) impedimentum dato, sed omni ratione ac iure, huius mādati vigore, iuuanto: què protectionis potestas nõ diutius est valitura, quā Cæsari visum fuerit. Sed cū negotiû Religionis per dicti Concilij Patres fuerit absolutû, ac à summo Pontifice approbatû, Duxque se eius decretis obsequenter præstiterit, de vltiori potestatis huius confirmatione plenius eum Cæsar ornare non recusabit. In quorum omniû fidem ac testimoniû, Cæsarea Regiaque Maiestas, illustrissimusque Saxonie Dux Mauritius, presentibus Tabulis proprijs manibus Ratisbonæ subscripsere, sigillaque decimonono Iunij anno 1546. impressere. Hæc ex autographo descripsi. Protestantium Legati apertè Cæsarem arma parare, ac Mauritium clam cum eo tractasse edocti, non salutato Cæsare clam discedunt. Is verò ad Idus Iunij Legarum ad Heluetios miserat, docens esse quosdam Germaniæ Principes, qui, per causam restaurandæ Religionis, seditiones excitent, leges euertant, populum à veteri obedientia distra-

1546. hant, quo, sublatis legibus iudicijsque, nil amplius sit timendum. Eò usque horum progressam audaciam, vt contra suam dignitatem, legitimumque Magistratum, se armis hos malè sani animi conatus defensores non taceant, ac pro animi lubito alium se Imperio præfecturos minitentur. Quare se non minus vt dignitatem suam, Imperijque Maiestatem, quam Germanicæ nationis salutem protegat, ad arma cogi, certum, hunc suum conatum auxilio Deum suo approbaturum. Petere se, ne aduersariorum falsis de se rumoribus aures præbeant, nec hoc suo necessario salubrique vniuersæ Germaniæ consilio vlla ratione moram aut impedimentum adferant, sed in veteri amicitia fœdereque quieti consistant. Smalcaldici fœderis Protestantes, decreto contra Cæsarem bello, Duces nominat Ioannem Fredericum Saxoniæ Ducem Septem-virum, ac Philippum Hæsiæ Lantgrauium: ceteri omnes his parentes, vt dudum cõuenerat, copias pecuniamque expediunt. Saxo peditum quadraginta-nouem signa educit, quibus suo nomine præerat Guilihelmus Domschirmius; ac equitum turmas octodecim, quatuor millia efficietes, quibus imperabant Christophorus Steinbecus, ac V Wolfgangus Schoonburgius. Hæsus quadraginta octo peditum vexilla adduxit, quæ regebantur à Bernardo Dalemio, ac Georgio Rauensbergio; ac duodecim turmas equitum, tria millia habentes, quas ducebant Guilihelmus Scachtæus Marscalcus, ac Georgius Malsburgius. Vtriusque VVirtenbergi Dux, podagra domi detentus, viginti sex peditum cohortes mittebat, Duce Ioanne Barone Haidecci; ac duas equitum turmas, vnam hastatorum, alteram bombardariorum, equites sexcentos habentes, quos regebat Christophorus Comes Hennebergæ, ac Sebastianus Ehingensis. Georgium Monbelgardi Comitæ equites centum sequebantur. Fredericus Comes Palatinus Septem-vir ducetos misit equites, sed quos è via mox domum reuocauit. Tres Ciuitates Imperiales, Augusta, Vlma, ac Argentoratum, triginta sex peditum signa misere, ijsque præfecere Sebastianum Scartlæum Augustanum, virum nobilem, doctum, ac bello Turcico clarum, eaque de causa à Cæsare inter Equites ascitum. His Ducibus ac copijs multi alij sese iunxerant, partim causa studio amoreque ducti, partim fœdere Smalcaldico irretiti, inter quos clariores fuere, Ioannes Ernestus Saxo; Ioannes Saxo, Septem-viri filius natu maximus; Philippus Dux Brunsvichi, cum quatuor filijs Ernesto, Alberto, Ioanne, ac V Wolfgango; Franciscus Dux Luneburgensis; Bernardus Marchio Badensis; V Wolfgangus Dux Anholtensis; Lodovicus Comes Ottingensis; Albertus Comes Mansfeldij, cum filio Ioanne ac V Volrado; Reinardus ac Anthonius Comites Budingenses; Ioannes Philippus, Comes Rheni; Guilihelmus Furstenbergij Comes, sed qui tertio quam ad communia venisset

1546. nisset castra die discessit; Fredericus Swartsenburgij Comes, ac multi alij, qui copias ac castra adductis auxilijs auxere, adeo vt Protestantium copia in vnum habito delectu collata, supra centum peditum ac quindecim equitum millia censerentur. VVirtenbergij ac Scartlæi copijs vigesimo-primo Iunij Günspergum coëuntibus, Balthasar Gutlingus, vir nobilis, sed turbulentus, verba faciens, eas contra Cæsarem, summumque Pontificem, insigniter concitat, Protestantibusque sacramento addicit. Quum Saxo ac Hæsus ad Vlma in castra fecissent, per Oratorem à Venetis petunt, ne Pontificijs copijs per fines suos dent iter. Idem Rhetos, Tyrollenses, ac Norimbergios rogant. Scartlæo mandant, eos, qui ad radices Alpium conuenerant, inuaderet, ac dispalaret. Hoc tempore Angliæ ac Franciæ Reges pacem faciunt, Anglo veteribus omnibus debitis renunciant, semel illi hac de causa à Franco numeratis octingentis millibus aureorum liliorum, æquis pensionibus octo annorum spatio persoluentis: qua persoluta summa, Anglus Franco Oppidum Comitatumque Boloniensem restitueret. Interea Palatinus Septem-vir Ratisbonam ad Cæsarem Legatum mittit, causam belli Germanici sciscitans, vtque se pacificatorem admittat petens. Respondet per Granuellium, Cæsar eadem ferè quæ Heluetijs scripserat. Palatinus responsum Saxoni, Hæso, ac VVirtenbergio communicat, rogans, communis Germanicæ quietis causa, aliquid de iure opinioneque sua cedant. Illi, datis ad Cæsarem superbissimis literis, in Concilium Tridentinum summumque Pontificem criminosis literis, omnem pacis rationem abruptere. Interea apud Belgas Maxamilianus Egmondus, Buræ Comes, iusta peditum equitumque conscripta manu, Cæsaris expectabat mandatum. Sed summa Hæsi diligentia effecit, vt serius vocaretur. Coadunatis enim, vt diximus, suis sociorumque copijs, decimo-quinto Cal. Augusti in Cæsarem ducit. Scartlæus in alteram partem missus, cum suis VVirtenbergijque copijs Fieffam aut Fussenem, Antistitis Augustani Oppidum, Arcemque Erebergam Ditionis Rom. Regis, cum Oppido Clusa, in angusto Alpium transitu sita, occupat, impediturus ne Hispanorum Italarumque copia ex Italia ad Cæsarem proficiscerentur. Is autem Ratisbonæ agens, frumentum vetus nouumque ex agris in Urbem conuehi curat, fabros lignarios ac ferrarios conuocat, faccorum aliquot millia parat, tormentorum magnum numerum cogit, farinae molitæ ingentem copiam cum instrumentis fabrilibus coëmit, bis mille quingentas operas conducit, cohortesque, quas tota Germania diuersis conscripserat locis, ad se vocat. His quatuor præerant magnæ authoritatis Legati, Hillebradus Matruccius, moxque eo Vlma moriente frater Nicolaus Matruccius, Cardinalis Tridentini fratres, Caresolano proelio clari; Georgius Regensburgius,

1546. Comes Helfensteinius; Bernardus Scauwenburgius; ac Ioannes Iacobus Medikinus, Marchio Marignani. Hi singulas adducebant Germanorum peditum legiones: quibus mox accessit sua cum legione Bavarie Ducis filius nothus. Castrorum Cæsarianorum magister erat Ioannes Baptista Gastaldus, Platina Comes, Italus. E Belgio venire decem millia peditum ac quinque millia equitum, quos ducebat Maximilianus Egmondus, Buræ Comes; quibus præerant Georgius Holdæus, ac Helmerus Munchusius: trahebantque tormeta maiora duodecim, comitante eos Ponto Hurtardo Mendosio cum cohorte trecentorum veteranorum Hispanorum, & Americo Antinoro cum ducentis veteranis Italis. Ex Italia veniebant circiter nouem millia veteranorum Hispanorum peditum, diu ibi militantium, tribus parentium Legatis, Aluaro Sandæo, Alfonso Viues, ac Iacobo Arzæo. Pontificio exercitui præfuit Octavius Farnesius, Parmæ Placentieque Dux, Cæsaris gener, adducens peditum Italarum signa sexaginta, circiter duodecim millia peditum efficientia. Octauij Legatus erat Alexander Vitellius, Dux veteranus, eumque comitabantur Comes Sanctæ Floræ, Sfortia Palauisus, Iulius Vrsinus, Paulus Vitellius, Nicolaus Pitiglianus, Fredericus Saueilus, veterani omnes Prefecti, quique veteranos milites tota Italia exciuerant. Hæ copię cum vnus in castris ad Cæsarem conuenissent, supra quinquaginta peditum millia conficiebant, è quibus superiorum Germanorum erant viginti millia, inferiorum decem millia, Hispanorum duodecim millia, Italarum totidem. Equitatus Cæsaris iste fuit. Domesticis eius Nobilibus, ac quinque ordinarijs Belgarum turmis, Cæsaris custodiæ deputatis, præfuit Emanuel Philibertus, Sabaudia Dux, erantque circiter mille quingenti. Maximilianus Austria Archidux, Rom. Regis filius natus maximus, adduxit duo millia equitum Austriacorum, Ericus Brunswicanus, Luneburgi Dux, quatuor millia, Albertus Marchio Brandeburgij duo millia, Wolfgangus magnus Prussia Magister mille quingentos, Ioannes Brædeburgius septingentos. Cum Burano venire circiter quinque millia equitum, quibus præfuerunt Sombressius, Philippus Monimoracius, Hornæ Comes, Reinerus Aswinus, Brakelij Dominus, Coeswinus Raesfeldius, Hertmannus VVesterholius, Franciscus Bolszingius, Burchardus ac Ioannes Munchusij, Ioannes Bockius, Ioannes VVintzenrodus, ac Adrianus Steinbergius. Sequebantur ordinarię turmæ Lamoralij Egmondij Comitis, Reineri Brederodæ Baronis, Ioannis Lyrani, ac Martini Rosselij. Italarum ac Hispanorum leui equitatu præerat Philippus Lanouis, Princeps Sulmonensis. Pontificio equitatu sub Octauio Farnesio imperabat Ioannes Baptista Sabellius. Equitatum Neapolitanum ducebat Ioannes Baptista Spinellus, Dux Castriuillæ. Numerus Cæsariani equitatus fuit supra

1546. supra sexdecim millia equitum, exceptis Rom. Regis ac Mauritij Saxonis equitibus, qui in Saxonia rem gessere. Tantæ Cæsaris copię, hostium diligentia præuentæ, in tempore illi adesse non potuerunt: quod si contigisset, prælium à multis sæculis in Europa non auditum, in Germania fuisset commissum. Cæsar enim, omnibus in vnum coactis copijs, rerum summâ Deo committere, dataque occasione quamprimum configere constituerat. Interea, dum conueniunt copię, belli sedem statuit Ingolstadtium, quod nouem miliaribus Germanicis Ratisbona abest. Interea Legatum sibi nominarat Ferdinandum Toletanum, Albæ Ducem, quem cum parte recentium copiarum, quę longo circuitu capto, partim ex Italia, partim ex Germania Ingolstadtium venerant, ad recuperandam Clusam mittit. Sed loci situ, ne vim tentaret, territus, re infecta ad Cæsarem redijt, eodem pridie aduenisse gaudens alios aliquot Hispanos pedites, ac Neapolitanos grauis armaturæ equites. Scartæus, occupata Slufa, Oenipontem (*Insprug* vocant Germani) cum copijs tendebat. Sed reperiens Rom. Regem cum duodecim millibus peditum Urbem ac opportuna queque loca occupasse, conuerso exercitu, direptisque in itinere Monasterijs ac Templis, ad Danubium, quod Protestantium conueniebant copię, se confert. Duodecimo Cal. Augusti Cæsar Saxonem, Hessum, omnesque qui cum ijs stabant, proscribit. Illi verò quarto Cal. Augusti copias omnes cum Scartæo iungunt, quibus mox accessere Germani milites, qui à Franco, facta ubique pace, erant exauctorati, ducebanturque ab Huberto Comite Beichlingio (cui Cæsar vitam, cuius pœnam læsa Maiestatis incurrerat, benignè reddiderat) ac Georgio Recrodo Hesso, alijs Roggenrodo. Accesserat & octo Heluetiorum peditum signa, communi gentis consilio non missa, sed aliquot priuatorum, Religioni Catholica infestorum, operâ conscripta, quibus præerat Hieronymus Lehelius Mémingensis. Hoc tempore Ferdinandus Rom. Rex filias duas matrimonio collocat; Annam Alberto Bauaro, Mariam Guilihelmo Cluię Iulieque Duci. Negata enim ei Nauarrea, ac potestate alterius ducendę à summo Põrifice accepta, huc se conuertit; impetrataque vxore, nuptiæ magna cum solennitate Ratisbonæ, felici omine, sub tanti belli initium sunt celebratę. Septimo Augusti ingentem Mechlinia cladé ab incendio à fulmine puluere tormentario accepit. Erat in muri ambitu, qui Ciuitatē amplectitur, iuxta portam Neckerpouliæ turris rotunda, veteri more è quadrato albo lapide viuo ædificata, dicta Santporta, quod arenosam sopat portā. Altissimo eius fundamēto opus concameratum erat superinstructum. In huius fundo ad septingenta dolia palnere tormentario plena in belli usum custodiebantur. Turris verò aliquot locis vetustate rimas agebat. Conquesta fuerat hac de re ad Magistratum non semel verula paupercula, in ea gratis habitans.

1546. tans. Quumque pomeridiano tempore tonitrua ac fulgura excitari vehementia consideraret, formidine correpta, circa vesperam cum rebus pretiosioribus aliò diuertit. Nocte hora vndecima redeunt tonitrua, fulmina, ac fulgura, intrantiaque per rimas, puluerem incendunt. Turris ingentis altitudinis è fundamentis in altum integra sublata, antequam vis pulueris, quæ eâ eleuarat, euanesceret, in aère disrumpitur, quadratique ingentes lapides, per vniuersam dissecti Urbem, euertunt in proximo ultra ducentas ciuium domos, ac totidem in amplissimo Suburbio ædes, quarum latices vniueque lapides non minus detrimenti, quam turris, intulere. Vitreæ ferè omnes Mechliniæ fenestræ, lapidum, regularum, laticumque volatu, ac immenso disrumpentis turris fragore sunt contractæ: fenestræ lignæ, ianux, ac ostia, seris pessulisque disillientibus, vbique patuere, omnibus non parum admirâtibus subitæ cladis causam. Homines vtriusque sexus variæ ætatis ultra quingentos oppressi, vulnerari ad bis mille. Nulla enim vniuersa in Ciuitate fuit domus, quæ non cladem, damnum, aut vtrunque pertulerit. Varijs locis vtriusque sexus homines è lectis surgentes, capitaque fenestris, vt tumultus causam discerent, exerentes, ea trâsuolantium lapidum violentiâ perdidere. Multis locis vir vxorem, illa maritum, aut paruos liberos iuxta se extinctos luxere. Puer in platea negotij causâ cum lumine incedens, in aërem à lapide abreptus, eidem incumbens in terrâ illæsus, sed extra se repertus, redijt. Multi instar Æthiopum à peruolante puluere infecti ac sauciati, miserabile sanis præbeant exemplum spectaculumque. Congerrones aliquot potatum ad tabernâ cereuisiarum ierant, temporisque terendi symbolique conficiendi causa chartis lusorijs certabant. Hospita ad promendam cereuisiam in subterranea erat cella: rediens, hospites ad mensam vt eos reliquerat sedentes omnes, sed mortuos, repperit, manibus chartas lusorias tenentes. Per octo dies ciues rudera perscrutantes, saucios ac mortuos detexere. Repertus est inter alios vir nudus, inter duas macerias coniectus, rogans, num mutato vniuersitatis statu Christus ad generale totius humani generis Iudicium venisset. Temporis puncto hæc clades incidit ac cessauit, tota exinde nocte summa in aère fuit serenitas. Discurrentes per Ciuitatem ditiores ac Magistratus cum tedis ac facibus, saucios calamitososque inter collapsarum ædium ruinas ac rudera perquirebant, iuuabantque. Mortui promiscuè in cœmiterio Diui Petri sepeliebantur. Nullus enim suos agnoscere poterat, quòd mutilata corpora, tormentariorumque puluere tincta, mirum in modum intumuisent, deformataque essent. Concursum est Mechliniam ex omnibus Brabantiæ Oppidis ac Urbibus, imò & è vicinis Prouincijs, ad tantæ cladis inspectionem. Nam reperta fuere mortua mutilaque corpora ad sesquimilliare extra Ciuitatem varijs

1546. varijs locis dissecta, quædam horrendum in modum ex arboribus pendencia, vt concubina Prætoris ab AA, quæ flauescenti capillitio ex arboris ramo nuda dependens, aperto ventre, intestina in terrâ defluentia omnibus cum horrore ostentabat. Ciuitatis fossa ab vtraque diruta turris parte ad ducentos passus sicca conspiciebatur: murus ad idè spatium, quo turris steterat, ab vtroque latere excisus erat, quum eo loco aqua, quæ in fossa erat, pedestris lanceæ altitudinem ferè æquaret. Pisces quoque magno numero per agros dispersi extinctique conspiciebatur, vicinarumque arborum rami ijs abundabant. Arbores cerealis cæterisque pomorum generibus scatentes (confita enim erat Mechlinia in circuitu omni pomiferarum arborum exquisito genere) pro maiori parte radicibus euersæ: cætera folijs fructibusque spoliata, paulo post (dictum mirum, sed verissimum) primum folia, deinde flores, postea fructus eodem autumno iterum reddidere, sed pars maior non planè maturuit. Memini me Mechliniæ in Templo D. Petri, haud procul Santporta sito, vbi mortui fuere sepulti, hoc legisse ante Templorum vastationem, sub Caluinismo factam, Distichon, annum, diem, causamque cladis continens:

TVrres ContrItæ LaCerant VI pVLVerIs ædes,
septena AVgVItI, fVLgVre MeChLIInæ.

Vndecimo Augusti Protestantium Duces, è castris Donauerdicis missis ad Cæsarem literis, qui ad Ladishutum in Bauaria castrametatus erat, bellum ei, recitatis aspere causis, indicunt. Cæsar, reiectis literis, nec legere legique volens, ne quis in posterum à rebellibus cum literis ad se veniat, nisi gulam laqueo frangi cupiat, seuerè iubet, tradens adolescenti ac tubicini, qui literas attulerat, proscriptionis Tabulas rebellibus Principibus perferèdas. Actû in Protestantium Concilio fuerat, quo nomine Cæsar in literis foret compellendus. Saxo Hispaniæ Regem appellabar, Heissus Carolum Gandensem. Sed tandem conueniunt, scriberetur, Carolus, qui se pro Cæsare gerit. Inde motis castris, Ratisbonam contendunt. Ad Cæsarem verò tandem venere Pontificia auxilia superius commemorata, Duce Octauio Farnesio, ac Alexandro Farnesio Cardinale, Pontificis fratre, sequebanturque hos auxilia Ducum Florentiæ ac Ferrariæ. Vniuersæ rei frumentariæ præerat Otto Cardinalis Augustanus. Auctus his copijs Cæsar, hostes tardius Ratisbonam contendentes præuertens, ex Oppidi armamentario viginti tormenta muralia, ac triginta sex campestria educit; iustoque in Oppido relicto præsidio, Ingolstadium redit. Neostadij verò in ripa Danubij castra locas, mirabili celeritate amnem duobus locis, pontibus & lintribus cõfectis,

1546. iungit. Vetus enim pons à rebellibus tenebatur, qui Ratisbonam contendentes, iuxta Ingolstadium dubio cum Cæsarianis equestri prælio certauere, virimq; aliquot cæsis ac captis. Sequenti nocte aliquot Germanorum ac Hispanorum cohortes à Cæsare Ratisbonâ missæ, in Haiddeci castra impetum faciunt, eaque vi perumpunt, cæsisque aliquot, ac multis lauciatis, manè Ratisbonâ intrant. Certioribus factis Protestantibus Cæsarem ad Ingolstadium castra habere, egressus cum equitatu Hessus, Oppidi situm inspicit. Sed mox ab Hispanico Italicoq; equitatu, acri edita pugna, re infecta ad castra compellitur. Reperto in Danubio vado, Saxo ac Hessus pridie Cal. Septembres exercitum traducunt, inque proximo colle, vnde in Cæsaris castra erat despectus, postis tormentis, se muniunt. Interea Maxamilianus Egmondus, Buræ Comes, Aquisgrani postremo delectu Belgarum habito, iter ingreditur, ac eodem die Audernacum venit: vbi ei iunguntur pedites Itali ac Hispani, qui, vt diximus, iussu Cæsaris cum Anglo contra Francū militarant. Audernaco Confluentiam profecti, transmissa Mosella, iuxta Tubingam confidunt. Christophorus Aldenburgij Comes cum viginti & vno peditum signis non longè Francfordia Rheni ripam obseruabat; Fredericus Reisenbergius cum decem peditū vexillis ad Pagum Castellam, è regione Moguntia, in ipsa Rheni ripa; Comes Bichlingij cum quinque peditū cohortibus ex aduerso Oppidi Oppenheimij idem faciebat, ac, ne transiret Buranus, impedire conabantur. Sed is militari stratagemate vsus, omnes decipit, ac in fugā agit. Bingæ enim ad Rhenum decem peditū signa cum ducentis equitibus, multisq; tympanis ac tubis, sine sono ac strepitu clam nocte in vltiorem Rheni ripam transportari curat: qui postero die diluculo varijs locis cum tympanis ac tubis sparsi, ingentique strepitu ac sono edito, lentè procedentes, vniuersè transmissi exercitus speciem faciebant. Rebelles id pro certo sibi persuadentes, relictis desertisque ad Rhenū stationibus, Francfordiā versus trepidi fugere. Buranus verò sequenti die partim ad Bingā, partim infra ac supra Moguntiam, vbi nauigia reperire poterat, cum omnibus reliquis copijs, Septem-viro Præsule Moguntino insigniter iuante, in alteram Rheni ripam sine pugna incommodoq; traicit, fugientesque Francfordiā rebelles insecutus, è regione Urbis vna nocte castra locat, molaq; papyracea iuxta eā cremata, nemine exeunte, postero die, sublati signis, circa vesperā Miltburgum venit. Reisenbergius haud procul Francforto insidias Burano posuerat: sed per exploratores de ijs admonitus, vi tormentorū, pulsus insidiatoribus, iter institutū tenuit. Summo manè Miltburgo Norimbergā contendit, ac paulo supra Nimarū castra facit, ab omnibus Ciuitatibus ac Pagis affatim pro pecunia com meatu adiutus. Habeat adhuc Cæsar castra ad Ingolstadium non munita, sed

in eo

in eo totus erat. Protestates, traiecto, vt diximus, Danubio, superiori- 1546
busque occupatis locis, cum omni tormentorum apparatu, qui ingens erat, ac ex vniuersa Germania selectus, Cæsaris castra à summo mane ad profundam vsque noctem sine vlla intermissione verberabant, mediocri hominum, iumentorum, ac tabernaculorum cum clade. Existimabat Hessus ac Scartlæus, si omnibus copijs pomeridiano tempore castra Cæsaris fuissent adorti, eum se in potestatem redacturos fuisse. Negabat Saxo, ob inuictas Cæsarianorum copias, continuamque eius in prælijs felicitatem, è præsentissimis eum semper periculis eripientem. Quum vesperi Hessus cœnans, arrepto poculo vino nobili pleno, Scartlæo his verbis præbisset; Hoc tibi ac ijs, Scartlæe, præbibo, qui hodie sex millium tormentariorū ingentium globorū impetu ad inferos migrare: reddit ille; Nequaquam, sed viuus præbibo, qui tam constantibus animis ac imperterrito pectore in acie persistetes, nec pedem vestigio mouisse sunt visi, nec vilo tormentorū nostrorum tonitru expauesciti, sed, vt veteranos decet, præsentibus animis nostrorum impetum fortiter ac constantè expectare. Supra 130. homines, connumeratis pueris ac fœminis, triduana globorū ei aculatione Cæsar non perdidit, magnum ac certissimum diuini auxilij testimonium. Pericissimos enim habebant Protestantes totius Germaniæ tormetorum magistros, apparatusque instructissimum. Cessantibus per tenebrarum tormentis communi militum, lixarū, fossorum, ac fœminarū nobilium ignobiliumque diligentia agger ac fossa in eam sunt ducta altitudinem, Cæsari vt postero die nec tormenta nec inuasio amplius esset pertimescenda. Admirabilis fuit eius diei Cæsaris militumque eius fortitudo constantiaque, qui hostem adeo numerosum ac Duces acerrimos veteranosque in fronte conspicientes, numero pauci, loco aperto planoque contemnere, ac ad vim sustinendam expectare, ne minimo quidem trepidationis vel metus dato signo, ausi fuerint. Sed nolebat Deus Cæsarem ab ijs tangi, ideo animis terrorem iniecit. Verebatur enim Saxo, ac plerique cum eo viri militares, veteranum Cæsaris militum, qui exiguis ad Papiam copijs Regē Francorum, ingenti cum exercitu munito loco sedentem, audacter inuasisset, ac admirabili æternaque cum laude superasset cepissetque. Formidabant & fortunam nūquam facile Cæsare deserente, tum vim immanium tormentorum quæ in muris Ingolstadeniū contra suos disposita conspiciantur. Exinde continuis paruis certatibus prælijs, quibus pro maiori parte Cæsar per Hispanos ac Italos superior erat, cum antea bis ab Hesso in insidias tracti, accepta clade, cautiores essent effecti: quibus victorijs animo Hessus elatus, socijs Ciuitatibus perscripserat, se ante tertij mensis finem Cæsarem Germania exacturum, aut in potestatem redacturum: qua de

D D d 2

causa

1546. causa commeatus & stipendia diligentius liberaliusque fuere collata? Exinde propius Cæsarem castra mouentes, eum se inuadere, aut commeatu excludere velle simulant. Aded enim collata castris castra erant, vt tantum exiguus interfueret riuius, qui iuxta Ingolstadtium in Danubium se exonerat: tum fossa angusta, ac agger humilis, subito à Cæsarianis factus. Sed cum indies Cæsar castrorum suorum munitiones aueret, ac ob Ingolstadtij propinquitatem commoditatemque commeatu intercludi non posset, de pugna rebelles desperantes, ac inopia eum superari non posse videntes, alia ratione fortunam, primo consilio bis exclusi, tentare constituunt. Nil enim aded verebantur, quam Cæsaris ac Burani coniunctionem: antea enim eum prælio non certaturum conspiciēbāt. Prædie igitur Nonas Septembres, cum per triduum frustra ad Ingolstadtium contra Cæsarem sedissent, ac tormentorum reboatu intonantes, ad pugnam frustra prouocassent, castra mouerunt. Cæsar equitarum, qui vestigijs insisteret, mittit. Sed aded prudenter primæ aciei in hunc euentum Hællus præiuderat, vt Cæsariani nequam vim tentandam iudicarent. Cæsar ponte Danubium sternit, vt sui commodius pabularentur, commeatumque pararent. Quumque rebelles contra Buranum tendere, ac ne coniungerentur impedire velle conspiceret, cum omni peditatu equites suos subsequitur, castraque in hostium collibus metatur. Illi verò Niburgi cōsedere. Interea Rom. Rex ac Mauritius Saxo, coniunctis copijs, è Bohemia Saxonis. Septem-viri Ditionem inuaserant, quum is frustra Bohemos prior ad arma contra Rom. Regem capiēda sollicitasset, ac ferme ad rebellionem Hussitas Lutheranosque Bohemos concitasset. Sed victi diligentia Rom. Regis, territi que successu Cæsaris, à iusta defectione, vt mox dicemus, abstinēbant. Quare Rom. Rex ac Mauritius Saxo facile inuasa Saxonia, omni cladis genere eam peruastabant, Oppidorum maiorem partem ad deditiōem coegerant, nil Septem-viro præter V Vitebergam, Ifenacum, ac Gotham relinquentes. Quibus rebus Protestantes intellectis, transmissis Danubio Danouertum profecti, Vendingæ castra locant, inde rectè aduersus Buranum contendentes. Is ne tantæ multitudini cum exiguis ac ex itinere fessis copijs occurreret, quum triduum militi ad reficienda corpora tribuisset, prima noctis vigilia silentio die quarto copias educit, ac cōposito silentiō; agmine procedens, in proxima ad Ingolstadtium silua, eluso hoste, considerat. Manè copijs in tres acies distributis, ad Cæsarem contendit, summaque cum gratulatione ac tormentorum hinc inde explosione exceptus, in eius Procerumque omnium complexus processit: militi quies ac lautia data. Atqui hac ratione Buranus longo circuitu capto, vitariisque hostium insidijs, Norimberga Ratisbonam profectus, decimo-quinto Cal. Octobres in castra

1546. castra Ingolstadiana feliciter ad Cæsarem peruenit, cum exercitū quatuordecim diebus, armis ac impedimentis grauem, iustumque tormentorum apparatus, per impeditos saltus siluasque, ac varios viarum anfractus, ad decipiendum hostem studio raptasset. Cæsar Protestantium discessu motis castris, Niburgum in deditiōem accipit, præfidarios, quum amplius contra Cæsarem arma se non sumpturos iurassent, dimittens. Rebelles auri indigi frustra à Venetis, Anglo, ac Franco mutuum petiere. Initio mensis Octobris circa Norlingam Cæsaris rebelliumque exercitus conueniunt, instructisque aciebus ad pugnam se parant. Sed cum leui in prælio Albertus Brunswicanus cecidisset, ad castra reuertuntur. Octavius Farnesius, educta suorum parte, Donauerum, fugientibus præfidarijs, deditiōem capit. Dum hac ratione in Sueuia bellum geritur, in Saxonia, vt diximus, Rom. Rex Ferdinandus ac Mauritius Saxo omnia perturbant, cladibusque miscēt. Scartlaus Ducum dissensione de prælio desperans, ac nulla ratione commeatu Cæsarem prohiberi posse considerans, ad hæc res eius indies in melius, Protestantium verò in deterius ire videns, abducto Lauringa præsidio, Augustam cum copijs reuertens, amplius ad Socialia castra non redijt, primus belli Socialis desertor, qui id omnium primus Cæsari intulerat, ac cum copijs contra eum profectus fuerat. Exinde Cæsar Dillingam, Hochsterum, Lauringam, Gundelisingam ad amnem Brentam, in deditiōnem accipit, hacque ratione Danubij possessione potitur; traiectoque Brenta, Vlmam petit. Sed Protestantibus ex altera Brentæ ripa occurrentibus, propositum tenere non potuit. Ponit igitur castra iuxta Sonthenium, Protestantes ad Giengam, interlabente Brenta: vbi cum paruis aliquot prælijs esset certatum, & frustra intentatæ ab vtraque parte insidiæ, Cæsar prædie Cal. Nouembres in vetera ad Lauringam castra reuertit. Propter assiduos enim imbres, anni que tempus, pestis, sed non sæua, Cæsariana ac rebellium inuaserat castra: profectusque erat hac de causa Alexander Farnesius, Pontificis Pauli frater ac Legatus, cum aliquot Italarum affectis cohortibus, in Italiam. Tum Reinoa Cæsari deditiōnem facit. Tot Ciuitatum defectione, Saxonix euastatione, pecuniæ ac commeatus inopia, pestis pullulatione fracti Protestantes, in cōmune nil consulebant, sed (vt fecerat Scartlaus) quisque ad rem propriam oculos conuertere incipiebat. Hic prælium quaqua ratione committendum, alius in hiberna exercitum ducendum, verque expectandum, tertius pacem petendam, belloque profus defungendum, suadebat; alterque ab altero ex fœderis Smalcaldici decretis auxilia petens, rem communem negligebat. Quibus de rebus Cæsar abunde edoctus, studio bellum trahebat, gnarus hanc animorum dissensionem omnia eorum consilia euersuram, ingentesque copias sine pugna dissipaturam,

1546. paturam, quanquam & ipse non exiguis ob hiemem grauaretur diffi-
cultatibus. Hoc rerum statu Norbinga Cæsari portas aperit. Tum re-
belles, diuisis copijs, instantibus Decembris Calendis ad suadiscunt,
quum petita prius à Cæsare pace, eam, quibus desiderabant conditio-
nibus, obtinere non potuissent. Cæsar Albanum ac Buranum vestigijs
insistere iubet, ipseque paulo post cum vniuerso equitatu, relictis pediti-
bus, subsequitur. Sed cum, ingruentibus crassissimis tenebris, hostium
conditionem ignoraret, ad pedites reuersus, egregiâ opprimendi Saxo-
nis ac Helsi occasionem nulla sua culpa perdidit. Tanta enim cum per-
turbatione ac formidine hostes abibant, vt singulis momentis, vel mi-
nimo etiam exaudito strepitu, Cæsarem cum omnibus copijs adesse
existimarent, fugamque, non pugnam, pararent. Sed is, redacta in po-
testatem Bosinga, proximisque locis, Rotenburgum contendit: vbi
Hessus Saxoni maiorem copiarum suarum partem tribuens, per Ditionem
VVirtenbergensem in Helsiam contendit. Calend. Decembribus
Hessus Francofurtum venit, vbi cum Magistratus ab eo consilium pe-
teret, respondit, se pro tempore aliud non habere, quam vt vnaquaque
vulpecula (hac enim utebatur similitudine) suam tueretur caudam.
Saxo cum copijs domum tendens, inopiâ pecuniæ proximis Catholico-
rum agris ex itinere vastatione minatur, nisi in militum stipendium
aurum contulissent, inter quos fuere Gemundani, Francofurtij, Mo-
guntini, ac Fuldenses præcipue. Bambergensem quoque ac Herbipo-
lensem Ditionem grandi pecunia multat. Cæsar per literas Catholico-
cos consolatus, tandem Protestantes animum detexisse, ac quam fla-
grati desiderio, per causam Religionis, sacrorum locorum bonis inhia-
runt demonstrasse, ait: se Dei auxilio sperare, eos breui poenas impie
rapacitatis daturus, nec impune commissa flagitia laturus. Idibus De-
cembris Cæsar Rottenburgo Hallam Sueuiæ contendit, plerisque Op-
pidis ad Rhenum vergentibus in deditioem acceptis. Hallæ aliquot
diebus, curando articulari morbo, quo brumalibus diebus ex defluxio-
ne falsæ pituitæ tentabatur, hæsit; datisque ad Ducem VVirtenbergen-
sem seuerioribus literis, iubet, se suaque omnia sine vlla conditione in
suam potestatem constituere, nisi grauius ob rebellionem puniri malit.
Is humillimis verbis veniam rogans, culpam deprecatur, animoque
consternatus, relictâ Ditione, in munitissimam Arcem Tuelam, in præ-
celsa præruptaque rupe sitam, cum liberis rebusque pretiosissimis fu-
git. Venit Hallam ad Cæsarem veniam petiturus Fredericus Septem-vir,
Comes Palatinus, qui modestè obiurgatus, quod initio belli hostibus
quadringentos misisset equites, veniam obtinuit. Paulo post etiam Vl-
mensis in gratiam sunt recepti, numeratis centum millibus aureorum
Rhenensium florenorum, deditisque duodecim maioribus tormentis,
ac in

ac in præsidium receptis decem peditum signis. Exinde Buranum cum 1546.
Belgicis copijs domum remittit, ac ex itinere Francofurtum occupare
omni arte iubet. Albanum verò cum parte exercitus in Ducatum
VVirtenbergensem immittit: qui Oppida partim expugnat, partim
in deditioem accipit, agros verò insigniter deuastat. Sed initio men-
sis Ianuarij anni 1547. operâ Palatini, facta VVirtenbergius deditio- 1547.
ne, his legibus in gratiam recipitur: Aduersa valetudine impeditus
VVirtenbergius, quamprimum Legatos supplices veniam imploratu-
ros mittito: ipse intra sextam septimanam, si valetudo permiserit, ac
idem facito. Cæsaris constitutiones omnes acceptato seruatoque. Nec
Saxoni, nec Hesso, sed Cæsari contra rebelles auxilium dato. Nul-
lum commercium nec fœdus cum rebellibus facito, nisi eo Cæsar, Ro-
manorum Rex, ac Austriaci comprehendantur. Subditis, ne rebelli-
bus militent, inhibeto. Nobilitatem ad idem sacramento adigito. Cæ-
sari cum iusto comitatu iter tutum per omnia Ditionis Oppida ac Ar-
ces præbeto. Sociorum bellica tormenta, sua in Ditione relictâ, cum
omni apparatu tradito, ac in belli à Cæsare factos sumptus ducenta
millia aureorum Rhenensium florenorum numerato, dimidium ex-
templo, reliquum spatio viginti-quinque insequentium dierum: cau-
tionisque nomine Cæsari dato Asburgum, Kirchemum, Scorendor-
fium, ac in his præsidia recipito. Quibus hoc bello damnum intulit, ac
transactione aut Cæsaris sententia refarcito. Tam Dux quam eius
filius consuetudinibus fori Burgundici, cum ibi erit litigandum, stato.
Sux Ditionis subditos Cæsari fauentes non multato. Romanorum
Regi ius in VVirtenbergam integrum maneto. Ante sextam elapsam
septimanam filius Christophorus Ordinesque omnium Ditionum
hæc confirmanto. Georgius Ducis frater pacis beneficio nec frui-
tor, nec comprehenditor. Post hæc Ducis Legati ad Cæsaris ge-
nua prouoluti, legibusque subscribentes, eius nomine culpam pro-
fessi, gratiam cum lachrymis rogant, impetrantque. Ducem statim
imitantur Ciuitates libera complures. Menningij veniam obtinent,
per solutis quinquaginta millibus aureorum Rhenensium. Tum Bi-
bracij, Rabespurgij, Campodunenfes, ac Irmenses, singuli pecunia
multati, tormentorum maiori parte exuti, ac Consiliarijs Cæsa-
reis, eius voluntate ac consensu, insigniter remuneratis, in veterem
libertatem restituantur. Septem-vir Saxo in Ditionem suam pro-
fectus, non solum omnia sua recuperat, sed etiam patruelis Mau-
ritij Saxonis Oppida omnia, excepta Lipsia ac Dresda, frustra ali-
quandiu oppugnata, in potestatem redigit: tum Magdeburgensem,
Helberstatensem Præsulatum, Ioanne Alberto Præsule ad iniquam
transactionem compulso, ad se traducit: quibus de rebus certior
Cæsar

1547. Cæsar factus, iubet Alberto Brandeburgio cum equitatu peditatūque Germanico statim Duci Mauritio in auxilium proficisci, pollicitus se quamprimum cum Hispanis ac Italis sequuturum. Tum Ulma Cæsar profectus, Lindaiuenses ac Esslingenses pro facultatum cōditione multatos in gratiam recipit. Archipræsule Coloniensi Hertmanno dignitatem ob heresim eiurare coacto, ex autoritate summi Pōtificis substituit Adolsum Scauwenburgium, Catholicæ religionis propugnatorem acerrimum, in hanc rem Cæsaris nomine Colonia satagentibus Philippo Lalaino, Geldriæ Præsecto, ac Viglio Zuichemio, summi Cæsariani Concilij Præside. Instantibus Februarij Calendis, è viuis discedit Henricus Octauus Angliæ Rex, cum eum paulo antè frustra Protestantium Legati de auxilio interpellassent. Ante paucos quoque dies vitam miserabilicafu perdidit Franciscus Borbonius, Anghiani Comes, pugna Cæresolana illustris factus. Quum enim hac hieme nix multa ex aère cecidisset, adolescentes aliquot nobiles Rochequioni, vbi tum Rex Franciscus cum Delfino agebat, inter se pugnae specie edituri, pars occupatam domum niueis pilis defendit, pars ipsam oppugnat. In domo tum erant Delfinus ac Anghianus. Dux propugnatorum ex pacto manet Delfinus, oppugnatoribus præsuturus exit Anghianus. Sed vix pedem vestibulo extulerat, cum petulans quidam arreptam ligneam arcam, lineo panno refertâ, è fenestra deiecit: quæ in caput Anghiani cadens, ita cerebrum ac iugulum læsit, vt paulo post extremum diem clauderet. Non desuere qui in Delfinum culpam reijcerent. Odisse enim sciebant Anghianum inuidiâ virtutis, obtentaque contra Vastium ad Cæresolam victoriæ. Nullus enim Anghiano fortior nec felicior contra Cæsarianos Dux in tota habebatur Frâcia; nomenque eius non solum inter Francos, sed apud exteros quoque clarum illustreque erat. Hæc Delfinum natura inuidum malè habebant. Moritur & hisce diebus Anna Hungara, Ferdinandi Romanorum Regis vxor, quindecim liberorum mater, cui Cæsar Ulmæ iusta soluit. Exinde Augustani, non diutius expectare ausi, operâ ac deprecatione Anthonij Fucqueri à Cæsare in gratiam recipiuntur, persolutis centum quinquaginta millibus aureorum Rhenensium, ac duodecim maioribus tormentis Cæsari traditis, receptoque in Vrbe præsidio. Sebastianus Scartæus nulla ratione gratiam impetrare potuit, quare cum omni familia Constantiam exulatum abiit. Miserat Cæsar mense Nouembri superioris anni è castris, quæ tum ad Laugingam habebat, Iodocum Cruningium, Zelandiæ Procerem ac Præsectum, cum octo peditum millibus ac mille ducentis equitibus in fines Saxonix, fratri Romanorum Regi Duci que Mauritio in auxilium, maximè verò vt impediret ne maritimi tractus Saxonix Ciuitates Protestantium Du-

cibus

cibus opem ferrent. Quid autem is egerit, mox scribemus. Buranus à Cæsare in Belgiū dimissus, ex itinere infesto exercitu Hesiā depopulatur, ea maximè parte qua Francforto est contermina, Oppidumque Darmstatum, frustra oppugnatum, per deditioem recipit, ac cum exercitus maxima expeditissimaque parte Francforto ad amnē Mœnum, qui hibernis aquis valde intumuerat, contendit, non animo expugnandæ Urbis, (nulla enim eius rei perficiendæ erat spes) sed tentandi cuius forent animi causa: à Cæsare enim in mādatis habebat, omni ratione Francfortū sui iuris facere conaretur. Senatus de eius aduentu certior factus, ne V Vormatienses aut Moguntini (quos summa diligentia in hoc incumbere didicerant) celebrem mercatum ac solemnes statis anni rēporibus Nundinas ad se dono Cæsaris transferrēt, Legatos Burano obuiam mittunt, ac, quum nil minùs expectaret, omnia Cæsari patere renunciant, deprecantes ne vis aut iniuria ciuibus, eorumque immunitatibus, fieret. Buranus iusta manu Urbem ingressus, hac de re ad Cæsarem Legatos mittit, quibus & suum Oratorem Magistratus iungit. Impetrant veniam, numeratis octoginta aureorum Rhenensium millibus, traditisque omnibus maioribus tormentis, admissoque Belgarum præsidio. Circa Idus Februarij Argentoratenses, missis Ulmam ad Cæsarem pro pace Legatis, reiectisque magnificis Septem viri Saxonix literis, cum Anthonio Perenoto, Antistite Atrebatensi, tractant. Granuelli ipse Besontium erat profectus: Nauis paulo antè supremum diem obierat. Impetrant vigesimo-primo Martij aquisimis conditionibus pacem, persolutis tantum triginta millibus aureorum Rhenensium, traditisque duodecim maioribus tormentis, nulloque admissio præsidio, Protestantium fœderi, vt cetera fecerant Ciuitates, renunciantes, nouumque, vt illæ, Cæsari sacramentū dicētes, hostesque eius omnes Vrbe exigentes. Franciæ Regis Legatus, Argentoratum missus, frustra hanc transactionem impedire erat conatus. Interea Romanorum Rex, diuersis conuentibus apud Bohemos agendis intentus, frustra eos contra Saxonem armare nititur, quum è contrâ decimo-octauo Aprilis pars inter se fœdus facit, clam palamque ad ferendum Saxoni auxilium se instruētes: quo etiam tempore Albertus Brandeburgius, à Cæsare contra Saxonem cum duobus equitum millibus, ac decem peditum cohortibus, quibus Romanorum Rex iunxit cohortes sex, ac equites quingentos, est missus, tum vt ab Oriente Meridieque Saxonix terrorem inferreret, tum vt impediret ne cum Bohemis tractarent. Profectus igitur Albertus nona Ianuarij Hailbrunna Rochlitium contendit, iuxtaque Oppidum castra ponit, parte copiarū intrò admissa: vbi cum negligentius ageret, Saxo per fidos exploratores certior factus, ex Altorpio cum Duce Ernesto primis tenebris citato iti-

E E e nere

547. nere proficiscitur, ac postridie Cal. Martij manè sub ipsam auroram Alberticastra, Oppidumque Rochlitium, vno eodemque tempore tata vi inuadit, vt profligatis Alberti copijs, ac vi occupato Oppido, obuios caderet, aut proiectis armis in fugam ageret, Alberto cum Georgio Lantgrauio Luchtrëburgenſi capto, ac Gotham cum multis alijs in custodia missis. Desiderauit Albertus mille trecetos viros, ac quatuordecim tormenta. Miserat Cæsar paulo antè ad fratrem Romanorum Regem Pragam contra rebelles octo peditum Germanorum signa è legione Marchionis Marignani: quæ eò incolumes circa Cal. Iulij peruenere. Mense Martio Dux VVirtembergæ, conditionibus satisfactorius, Vlmam ad Cæsarem venit, in sede ob articularis morbi dolores à famulis vectus; ac in conspectum admissus, supplex veniam rogat, impetratque. Interea pax frustra ab Hesso tentatur, quòd scriptas à Cæsare leges admittere recusaret. Coniurati Bohemi, intellecta Septem-viri Saxonis contra Albertum Brandeburgium victoria, arma contra Romanorum Regem capiunt, minima occasione vim facturi, si quid Cæsari durius accidisset; parum moti fratrum literis, quibus rebellionem armis se vindicatorum minitabantur. Pridie Calend. Apriles è viuus discedit Franciscus nominis primus Francorum Rex, in Arce Ramboletana, quæ Parisijs vnius diei itinere abest; succedente illi filio Heinricho nominis secundo, solo è tribus filijs superstite, annos nato viginti & octo: qui euestigio Annam Mommorancium in veterem Comestablis dignitatem restituit. Vixerat enim per sex concinuos priuatus ab eo tempore annos, quo Cæsar, Gandensium rebellionem motus, è Hispania per mediam Franciam in Belgium contenderet. Quum enim Regi Francisco author fuisset, ne Cæsarem contra datam fidem in Francia detineret, quòd eum pacis conditionibus staturum, ac Mediolanum sine dubio redditurum asseuerasset, Cæsare nil minùs cogitante nec faciente, ingentem Rex Franciscus contra Mommorancium ac Estampiam (quanquam à se tenerius, quàm decebat vxoratum, adamatam) animo concepit indignationem; publicisque eum rebus abstinere iussum, domum dimittit, existimàs se magis ab eo, quàm à Cæsare, deceptum. Estampiam ex eo tempore non eodè, quo solebat, habuit loco. Paulo ante mortem Saxoni ac Hesso singulis centum millia aureorù liliorum clam miserat, haud dubiè pacem rupturus, si Germani superiores, aut saltem non omnino inferiores, fuissent, adeò vt filio Heinricho bellum tradidisse videri possit. Suprà diximus Cæsarem Iacobum Cruningium cum octo millibus peditum ac mille quingentis equitibus contra rebelles maritimos misisse Saxones. Hos Cæsaris iussu conscriperat Christophorus Frisbergius, exceptis quinque peditum signis, quæ Philippus Ebersteinij Comes adduxerat, ita vt in vniversum essent peditum signa

viginti-

viginti-sex. Conuenere hæ copiam apud Essendiam, VVestfalix Ciuita- 1547. tem, mense Ianuario huius anni, ac in Febuario iuxta Lunighusam sunt recensæ, indeque primò ductæ contra Conrardum Tec elburgi Comitem, eiusque munitissimam eiusdem nominis Arcem, Lunighusa septem milliaribus distant: quem eò adegere, vt tradito Oppido, Arce, ac Ditione Lingana, à Cæsare se gratiam rogaturum promitteret. Tum Onaburgenses, agrorum vastatione veritos, ad compositionem copulere. Inde in Comitatum Rietberganum profecti, viduam Comitem, rebus suis discedentem, ad quas voluere leges adegere, trecentosque pedites Duce adamo Lupsdorpio accipere coegere. Hinc ductus exercitus in Comitatum Lippensem, Oppidum VVfelenum capit, moxque Comitè Lippensem ad antiquum Cæsaris officium redigit. Tandem ad Ciuitatem Mindesem profecti, sine vlla mora admittuntur, concurruntque; huc ad Cruningium Comes Scauburgi, Haix, ac iuniores Luneburgensium Duces; deoque rebus omnibus transigentes, præstito nouo sacramento, ad vetus Cæsaris Imperium reuertuntur. Hinc copiam Cruningij nonnihil auctam Bremam cõtendunt, ac ad Pagum nomine Burgum, vno Vrbe milliari, nono Calend. Martij castra locant, occupatis in Vrbe Portu 35. maioribus, ac 14. minoribus nauigijs, quæ paulo post discedentes incendere. Habebant Bremam in Vrbe aliquot peditum signa, armarantque iuuentutem, ac in cohortes distribuerant. Parabant auxiliares copias vicini Hamburgij, ac plerumque aliarum Anzianarum obsoletarum societas Ciuitates: in quo dum sunt, quinque abeunt septimana. Secundo Cal. Apriles Bremam cum tribus peditum signis erumpunt, nauesque tres per amnem Visurgim emittunt, hæ aqua, ipsa terra Cæsarianis comeatum, qui per flumen Hontam ab Altenburgo in Visurgim ad castra mittebatur, erepturi. Pugnatur tempore matutino, cælo pluuio nubilosoque, acriter ac diu, Cruningio non frustra ab aliqua parte Hamburgensium incursum verente, cui necessitati occursum, cum hinc illinc audaciùs discurrit, fortuito manualis tormenti globo vulneratus, quinto die Furdeng, Antifitis Bremam Arce, expirauit, summoque in Templo sepelitur. Repulsis in Urbem Bremam, statim terra marique Hamburgana adsunt auxilia, commeatusque Cæsarianis conuentionem impedire incipiunt. Qua de causa copulatus Frisbergius, castra ad alterum Ciuitatis latus, longissimo, propter interiacentes paludes, capto circuitu, transfert. Certior Cæsar de morte Cruningij, Ericum Brunswicanum, Luneburgi Ducem, acrem adolescentem, in eius locum surrogat; pecuniamque, vt bis mille quingentos equites peditumque signa octodecim conscribar, numerari iubet, Bremamque ad Frisbergium cõtendere. Collectis Ericus iuxta Sufatum, VVestfalix Oppidum, copijs, circa Cal. Apriles Bremam his cum Præfectis proficiscitur; Philippo Brederodio, Reineri filio; Iacobo VVinn-

E E e 2

gardio;

1547. gardio; Arnaldo Leidano; ac Bittardo Raesfeldio. Quum Bremam venisset Frisbergius, ad Oriëntalē amnis Visurgis ripā, in Pago Harstio; Ericus suis cum copijs ad Occidētalem fluuij partē mense Aprili Ciuitatē premere cœpit. Interea sociæ Ciuitates ac fœderati Principes auxilia Bremanis parantes, ea ad Pagum Langewiscium, inter Brunswicum ac Hilleshaimiū situm, cōuenire iubēt. Cūm Ericus intellexisset, Håburgios, Duce Cōrardo Pfenningio, eodem mittere peditum signa quinque, equitumq. turmā vnā, ad eos opprimendos frustra contēdit, Håburgianis diligentia eum ac celeritate superantibus. Bremani, maiore exercitus partē contra Håburgios profectā rati, in castra Cæsariana erumpunt. Sed egregiè repulsi, accepto mediocri incōmodo, vnicoque desiderato cum igno signifero, ad Urbē fuga recurrunt. Quum Saxonis ac Hesi auxilia, Duce Alberto Mansfeldio, Guilihelmo Domshirmio, Ioanne Haidecco, ac Thumferno, compluribusq. alijs Anziani ac Smalcaldici fœderis socijs copiæ, ad dictum iuxta Brunswicū Pagum conuenissent, habitōq; delectu sex millia peditum ac mille quingentos equites recēsuissent, Ditionē Erici inuadūt, ferro igneq; sæuiunt. Inito consilio, Dux Ericus ac Frisbergius decernūt, relicta ad tēpus Brema, hosti obuiam proficisci, ac procul Vrbe cum eo cōgredi, ne hinc à frōte, inde à tergo, cum hoste esset cōcurrendum. Constituūt, Ericus præcedat, iuxtaq; Hoiam Visurgin transmittat, ac ad Pagū Bortmarū, iuxta flumen, Albertū Frisbergiū suis cum copijs expectet. Ericus in itinere consiliū mutat, rectāq; ad Oppidū Drakenburgū, Hoiani Comitatus, eō tribus distās milliariibus, cōtendit, Frisbergiū de consilij mutatione per literas certiorē faciēs. Is citato equo ad Ericū cōuolat; cumque iter dissuadere nō posset, ad copias suas reuersus, magnis itineribus ad eum se properare simulat. Auditō enim in itinere tormentorū reboatu, eum cum hoste congressum iudicabat. A iusto igitur itinere deflectens, ac si hostem à latere aggredi uoluisset, rectā ad eorum impedimenta deferretur; cæsisque duobus peditum signis ad custodiā relictis, amplius quām ducenta plaustra cōmeatu ac impedimentis onerata præ se agens, Hoiam, indeque in pacatum abigit, ingentem sine pugna adeptus prædam. At Ericus Frisbergij auxilijs destitutus, cūm aliquādiu egregiè incumbentiū vim sustinuisset, tandē diutius resistere nō valēs, ruptis ordinibus, in præcipitē fugam agitur, plusquā tribus virorum millibus Visurgi vorticibus pro maxima parte absorptis, aut cæsis. Ipse equi pernicitate è medijs raptus hostibus, in amnem se conijciens, magno spectantium cum admiratione stuporēque traiecit. Pugnatū est haud procul Drakenburgo in Hoix Comitatu, non longē ab amne Visurgi, in arenoso colle, quem mōtem Crappelium vocant, vno milliari ab Oppido Fermeno, ac quinque Brema, situm. Orta post mortem Cruningij inter Albertum

Albertum Frisbergium ac Ducem Ericum de exercitus præfectura 1547. æmulatio hanc Cæsarianis cladem intulit, ac Bremam Hamburgamque à præsentī periculo liberauit. Egerrimè ferebat Frisbergius, sibi veterano Duci, multisque pro Cæsare fortibus factis claro, prælatum fuisse in Imperio adolescentem Ericum, prima arma bello Germanico induentem; ac proinde, citato itinere, studio subinde à recta declinabat via. Ardere enim Ericum pugnæ studio sciebat, qua sine suo auxilio succubiturum eum pro certo habebat. Non solum enim militum numero ac virtute, sed veteranorum Ducum solertia ac disciplina hosti impar erat. Decimo Cal. Apriles Cæsar Norlinga Norimbergam, inde Ægram cum copijs contendit, coniunxereque ei hoc loco se cum non contemnendis copijs Rom. Rex, Mauritius ac Augustus Saxo fratres, multum perpepsi antequam per Herciniæ siluæ saltus, à coniuratis succisis arboribus præmunitos, cum milite euaderent. Hinc simul in Mysiam profecti, circa finem Aprilis ad flumen Albim, è regione Oppidi Mulbergi, haud procul Miseno, vbi ab altera fluminis ripa Septem-vir Saxo castra habebat, confident. Habebat is pares Cæsarianis virtute ac numero copias. Peditum enim viginti, equitum quinque millia illi aderant, pontemque Sublicium, qui erat ad Oppidum Mulbergum, incenderat; postisq; in ripa Albis varijs locis tormentis ac sclopetarijs, qui Cæsarianos transitu amnis prohiberent, cum maiori exercitus parte lento passu V Vittenbergam contendebat. Sed Hispani sclopetarij, audacter flumen ingressi, ita rem gessere, vt mox Saxones ripam desererent, ac ad Septem-virum properarent. E Hispanis aliquot qui natrare didicerant, gladios ore ferentes, in hostilem ripam transierant, repertaque scaphas ad Cæsarem retrahunt, qui ex his, & quas habebat, ponte facto, maiorem exercitus partem Albim traducit. Leuis Hungarorum armatura, reperto vado, quod rusticus ob abactos à Saxonibus equos mōstrat, transit; tandemq; omni transmissio exercitu, Saxonem Septem-virum, audiendæ concioni de nouæ Religionis decretis intentum, ad siluam Lochanam assequuntur. Is de Cæsaris diligentia obstupefactus, dimissa concione, acies instruit. Idem facit Cæsar, ac ex omni equitatu duas acies educit. In prima erat Albanus, Lanoius, Anthonius Toleranus, Baptista Spinellus, Mauritius ac Augustus Saxones; in altera Cæsar, Rom. Rex duobus cum filijs natu maximis, ac Emanuel Philibertus, Sabaudix Dux. Contra hos prodit Ioannes Fredericus Septem-vir Saxonix, ac à meridie ad noctem acerrimè varijs locis pugnans, tandem superatur; cumque in tutum se fuga elapsum existimaret, casu capitur. Equites enim Hispani quatuor, eosidemque Itali, ac duo Hungari, palantes longius profecuti, in Septem-virum à suis desertum incidunt, eumque circumstantes, ac singuli capere conati.

1547. conati, in sinistra gena, dum se pertinaciùs defendit, fauciant, dedere-
 que cogunt, reueriùque cum nobili captiuo ad Cæsarem, latum ei om-
 nibusque Proceribus spectaculum præbent. Ab Albano ad Cæsarem ad-
 ductus, ait: Tuus, clementissime Cæsar, iure belli sum captiuus: rogo,
 me in morem Principis viri custodiri ac tractari iubeas. Tum Cæsar:
 Bene habet, quòd nunc tibi sim Cæsar: non vt decet, sed vt meritus es,
 excipieris. Ille suspirans obtulit. Rom. Rex acerbùs cum eo agens,
 exprobrabat, quòd subditos suos Bohemos ad arma concitasset, seque
 Regno cum omnibus liberis pellere conatus esset. Captus est & Er-
 nestus Brunswicanus, Philippi filius. Ioannes, Septem-viri Saxonis fi-
 lius natus maximus, faucius VVittenberga Gotham aufugit. Captiuo-
 rum peditum ingens fuit numerus. Bichlingus ac Recrodus cum qua-
 dringentis equitibus VVittébergam euasere. Tormenta maiora quin-
 decim, postero die alia sex, cum multis impedimentis capta. Septem-
 viri ac Ernesti custodia Alfonso Viues Hispano demandatur. Pugna
 huius tempore Sol meridie, sereno cælo ac aère, nulla eclipsos causa
 nec occasione, me inter alios, duodecim tum annos nato, aspiciète, pro-
 digiosè claritatem amisit, ac caliginosò tristiquè rubore aspicientes
 terruit. Cecidere supra bis mille pedites, ac quingenti equites. Nox, ac
 propinqua silua, maiorem partem periculo exemere. Signa militaria
 viginti octo relata, ac inter hæc Septem-viri summum. Cæsar centum
 viros non desiderauit. Pugnatum est ad Albim octauo Cal. Maij. Bi-
 duo militi ad quietem Cæsar dato, tertio die Torgam ducit; eaque in
 fidem recepta, VVittenbergam, Saxonix Septem-viratus caput, firmis-
 simumque propugnaculum, contendit. Bohemi, nuncio capti Septem-
 viri accepto, positis armis, cum Rom. Rege paciscuntur; haud dubiè re-
 bellaturi, si hæc pugna Cæsari fuisset aduersa. Rogant, Saxo honestè ac
 clementer tractetur. Interea VVittenbergam Cæsar obsidebat, con-
 traque Septem-virum, læsæ Maiestatis reum, capitis sententiã profert.
 Sed Ioachimus, Septem-vir Brandeburgius, pro Saxone ad Cæsarem
 cum Guilhelmo Cliuia Duce interpellans, impetrauere his legibus vi-
 ta concederetur: Dignitati Septem-virali pro se suisque liberis ac suc-
 cessoribus in perpetuum renunciato, eamque Cæsaris arbitrio relin-
 quito. Gotham ac VVittenbergam, ablata supellectile, relicta com-
 meatus tertia parte, cum omnibus tormētis, Cæsari tradito. Albertum
 Brandeburgiũ gratis in libertatē ac fortunas restituito. Quæ Mans-
 feldij VVolfango Prussix Magistro ac Solmésibus abstulere, reddun-
 to. Magdeburgicæ, Halberstattensî, ac Hallensî actioni renunciato.
 Iudicio Imperiali se submitto, ac in eius subsidium sumptus submi-
 nistrato. Henricum Brunswicanum cum filio gratis dimittito, nul-
 lamque in posterum contra eos actionem moueto. Fœderibus contra
 Cæsarem

Cæsarem ac Rom. Regem initis renunciato; nec vllum posthac facito, 1547.
 in quo non illi comprehendantur. Bona Saxonis omnia Cæsari cedun-
 to: qui eorum partem Rom. Regi, partē Mauritio Saxoni donato; qua
 de causa Mauritius singulis annis Ioannis Fræderici Saxonis liberis
 quinquaginta millia aureorum Rhenensium numerato. Saxo Oppi-
 dum Gotham, diruta Arce, seruato. Ad dissoluendum Saxonis æs alie-
 num, Mauritius illi semel centum millia aureorum Rhenensium per-
 soluto: qua summa numerata, omnes inter eos controuersia sopita
 sunt. Qui Cæsari è Saxonis subditis militarunt, non multato. Decretis
 Cæsareis, Ordinumque Imperij, stato, obseruatoque. Bona Saxoni re-
 licta, liberi eius habentote, ac vtuntor: ipse posthac Cæsarem, aut eius
 filium Philippum, sequitor. Ernestum Brunswicanum Cæsar gratis in
 libertatem restituito. Ab hac pace excluduntor Albertus Mansfeldius
 cum omnibus liberis, Comes Bichlingus, Ioannes Philippus Rijngra-
 uius, Recrodus, Haideccus, Thumsernus, nisi intra proximum mensem
 copias dimiserint ac exauthorarint. Exinde Cæsar Ordines Imperij
 sub Idus Iunij Vlmam conscribit. VVittenbergij verò, à dicto Saxoni
 sacramento liberati, Cæsari apertis portis deditonem faciunt, suppli-
 cesque orant, ne externum militem introducat. Pollicetur, ac præstat.
 Huc Sibylla Cliuia, Ioannis Fræderici Saxonis captiui vxor, cum eius
 fratre Ioanne Ernesto ac liberis ad Cæsarem in castra venit, ad pedes
 eius procumbit, ac pro mariti libertate rogat. Permittit Sibyllæ Cæsar,
 cum marito in Ciuitatem profecta, eum octo diebus recreet ac tractet.
 Tum Duce Nicolao Truccio pedites Germanos VVittenbergæ impo-
 nit, ac Rom. Rex, Septem-vir Brandeburgius, Mauritius Saxo, postre-
 mò Cæsar Oppidum visendi studio intrant; salutataque Saxonis vxo-
 re, bonoque animo esse iussa, inspecta Arce, ad castra reuertit. Cum in-
 notuisset captum Saxonem cum Cæsare de vita trãsegisse, omnes copia
 Bremanis auxilio profecta sunt dilapsæ, Ducibus domum se conferen-
 tibus. Philippus Hafsia Lantrauius, ex eo tempore quo Ingolstadio
 Protestantes, diuisis copijs, discessissent, domum profectus, quietus belli
 Saxonici finem expectarat. Eo capto, generum Mauritium Saxonem
 de pacis cum Cæsare conditionibus pro se agere permittit: qui tandem
 Hallæ cum Cæsare transigit. Inde enim in Hessum expeditionem Cæ-
 sar parabat, nisi leges accepisset. Venit Hessus Hallam decimo tertio
 Cal. Iunij sub vesperam, medius inter generum Mauritium ac Brande-
 burgij Septem-virum. Sequebatur Henricus Brunswicanus cum filio
 Carolo, Philippo, ac Erico è pugna Drakenburgica elapsò. Pacis gra-
 tiaque leges hæc fuere: Philippus Hafsia Lantrauius se suamque Pro-
 uinciam Cæsari sine vlla conditione dedito. Ad Cæsarem venito, ve-
 niam gratiamque supplex petito. Erga Cæsarē se deinceps obsequenter ce-
 gerito.

1547. gerito. Quæ Cæsar pro salute Reipublicæ Germanicæ decreta faciet,
 » edictaque publicabit, sine tergiversatione obseruato. Camera Imperij
 » iudicio paret, sumptumque pro sua parte ad id conferto. Contra Tur-
 » cam, more cæterorum Principum, pro virili auxilia dato. Ab omni fœ-
 » dere, inprimis Smalcaldico, discedito; quasque in eam rem habet lite-
 » ras tabulasque Cæsari tradito: nullumque in posterum fœdus facito,
 » in quo non Cæsar ac Rom. Rex comprehendantur. Cæsaris hostibus
 » omni Prouincia sua interdicto. Si quem Cæsar mulandū iudicarit, de-
 » fendendum ne suscipito. Cæsari ac Rom. Regi per Prouinciâ suam iter
 » tutum præbeto. Subditos contra Cæsarem ac Rom. Regem militantes
 » domum reuocato; ac nisi intra quatuordecim dies à signis discesserint,
 » bona corporaq; proscribito, Cæsarisq; fisco addicito. Interuallo qua-
 » tuor mensum Cæsari in factos belli sumptus centū quinquaginta millia
 » aureorū Rhenensiu numerato. Arces munitionesq; omnes, præter Ze-
 » genhemū ac Castellū, diruito: horū prædiciarios in Cæsaris nomen adi-
 » gito; nil in posterum, nisi è Cæsaris consensu, munito. Bellica tormenta
 » omnia cum omni apparatu statim tradito: è quibus Cæsar tot restituet,
 » quor ad dictorū locorū custodiâ necesse iudicabit. Heinrichū Brunswi-
 » canū cum filio Carolo gratis in libertatē restituito, Prouinciâq; red-
 » dito. Subditos eius à dicto sacramento liberato, deque dato dāno cum
 » illo transigito. V Volfgango Prusisæ Magistro, cæterisq; Cæsaris amicis
 » ac socijs, ablata statim restituito. In Daniæ Regē nil moueto. Captiuos
 » omnes gratis dimittito. His qui secum aliqua de re iure agere volue-
 » rint, iudicio se sistito. In has leges eius liberi iuranto: idem Nobiles
 » plebesque facito, pactaque recusantem caprum Cæsari sistito. Pro
 » harum legum obseruatione Septem-vir Brandeburgius, gener Mauri-
 » tius Saxo, ac V Volfgangus Palatinus fide iubento. Soli Cæsari harum
 » legum interpretationem deferto. Pij, liberi, ac generalis Concilij de-
 » cretis, vt cæteri Germaniæ Protestantes Principes, stato. His ab Hesso
 » subsignatis, sub horam quintam post meridiem, à duobus dictis Prin-
 » cipibus adductus, ad Cæsarem venit. Sedebat is domi in folio extra
 » ordinem indutus: quumq; Hesus propius accessisset, in genua procum-
 » bit, iuxtaque eum eius Cancellarius, qui è scripto culpam recitans, hu-
 » millimè ac denuisse gratiam orabat. Ad quæ Cæsar per Georgiū Seldum
 » responderet, se eum proscriptione, merito supplicio, perpetuo carcere, bo-
 » norumq; omnium multa liberare, contentus formula conceptæ pacis.
 » Ignoscere se etiam omnibus cuiuscunq; ordinis eius subditis, qui has le-
 » ges acceptarint ac obseruarint, beneficiumq; suum in posterū agnoue-
 » rint. Quū hæc ageretur, præsentis erāt Maxemilianus Austriæ Archidux,
 » Emanuel Philibertus, Sabaudia Dux, Dux Albanus, V Volfgagus Prus-
 » siæ Magister, Antistes Atrebarēsis, Nuburgensis, ac Hildesseniensis, Hein-
 » ricus

ricus, Ericus, Carolus, ac Philippus Brūswicani, Legati summi Pontifi- 1547.
 cis, Regis Bohemiæ, ac Daniæ, Ducis Cluiæ, ac maritimarū aliquot O-
 rientalium Saxonis Ciuitatū, nobilesq; viri cōplures. Hesus Cæsari
 gratias agens, cum nullus eum surgere iuberet, iniussus confurgit.
 Deinde à Brandeburgio ac Mauritio ad Albanum cœnaturus deduci-
 tur. A cœna Septem-viri, aliquandiu cum Albano ac Antistite Atreba-
 tensi collocuti, ad Hesium accedunt, factaque ingenti excusatione, illi
 inter custodes ibi pernoctandum nunciant. Ille ad eorum verba obstu-
 pefactus, animoque consternatus, fidem eorum implorat, à quibus per-
 suasus eò venisset. Promittunt se apud Cæsarem intercessuros, nec quie-
 turos, donec in libertatem esset restitutus. Postridie Cæsarem adeunt,
 ac de existimationis suæ periculo agi conqueruntur, nisi Hesus dimit-
 tatur. Reddit Cæsar, se libertatem promississe, sed non euestigio; non
 esse igitur quod vereatur perpetuum carcerem. Inter has disceptatio-
 nes Hesso nunciatur, necesse esse Cæsarem comitari, nisi in Hispaniam
 abduci malit. Paret necessitati. Vt verò citius libertatē promereretur,
 præscriptam pecuniariam multam paulo post repræsentat, munitiones
 Arcesque diruit, ducenta znea tormenta tradit; quibus iuncta quæ Ci-
 uitatibus Cæsar extorserat, quingentorum tormentorum numerū ex-
 cessere: quæ cum aliquandiu Francoforti in triumphi modum steterint,
 tandem pars Mediolanum, Neapolim, pars in Hispaniam, ac ad Belgas
 in deuictæ Germaniæ testimonium sunt auecta. Cæsar, abducto V Vit-
 tenberga præsidio, Oppidum Mauritio Saxoni tradit: qui accepto à ci-
 uibus fidei sacramento, id cum Arce insigniter manuit. E Thuringia
 Cæsar Norimbergam deflexit, Bohemis, ad quos cum copijs profectus
 erat Romanorum Rex, è propinquo formidinem iniecturus. Sed ij,
 Cæsaris victoriâ planè animis consternati, à Romanorum Rege in Ar-
 ce Pragensi supplices veniam petentes, datas leges accepere, multati
 parte priuilegiorum, pecunia, armis; nonnulli vita, bonis, aut exilio: quæ
 Pragensium pœna cæteris Bohemis supplicandæ veniæ accipiendarum-
 que legum causa extitit. Exinde Lubeco Legati ad Cæsarem gratu-
 latum de victoriâ venere. Hi enim Protestantium fœderi nunquam
 subscribere, nec auxilia mittere voluerant. Bremensium quoque ade-
 rant ac Hamburgensium Oratores: qui operâ Regis Daniæ gratiam,
 mulati pecunia, obtinere. Soli Magdeburgij non satisfecerant Cæ-
 saris cumque in eos iam esset ducturus, Francorum perfidiâ aliò voca-
 tur. Heinrichus enim Franciæ Rex in Germania, Duce Sebastiano Vo-
 gelsbergio, militem conscribebat; quo consilio, ignorabatur. Fama
 erat, vt Regi Rhemis inaugurando essent præsidio. Cæsar verò, quod
 pacem cum patre Francisco initam non approbasset, bellum expecta-
 bat; quapropter ad constituendum Germaniæ statum in mensem Se-
 ptembrem

1547. ptembrem Comitia, pestis causa, Vlma Augustam transfert. Deinde Bambergam Norimbergam peruenit, ac aliquot Saxoniarum Ciuitates, quæ supplicatum venerant, in gratiam recipit. Exarsit hoc tempore ingens ciuium Neapolitanorum contra Petrum Toletanum, contra Catholicæ Religionis ac publicæ tranquillitatis perturbatores Pro-Regem, ac Hispanos milites, seditio. Is enim eo in Regno ac Vrbe iudiciaria bonorum ac capitis inquisitionem (quam olim Hispani contra defectores Iudæos ac Mahumeristas, semel sacra aqua ablutos, constituere, quamque deinde contra omnes Catholicæ fidei hostes magno commodo seruauere) primò modeste, cumque non succederet, per vim introducere conabatur. Sed ciues armis se opposcentes, exulesque in Urbem reuocantes, cruentis aliquot prælijs cum Hispanis conflixere. Post aliquot dierum mutuas cædes territi Neapolitani tot tantisque Cæsaris victorijs, Legatos ad eum in Germaniam, Pro-Regem accusantes, mittunt. Sed arma ponere iussi, cum obedirent, omnibus adimuntur. Tum nonnulli bonis, alij exilio, vita, aut utroque multantur. Inquisitionis tamen usus, ad populi conditionem naturamque reuocatus, certis necessariisque limitibus eo in Regno est circumscriptus. Interea Cæsar ab Imperij Ordinibus, ob factos eorum causa sumptus, pecuniam poscit: conferuntque liberaliter Germani. Tum omnibus qui aliqua ratione cum Protestantibus ac Smalcaldicis fecerant, pro conditione ac opibus, multas imponit pecuniarias: ferturque auri, quod partim ab amicis Germanis dono accepit, partim hostibus deuictisque perduellibus extorsit, summam excessisse millies sexcenties centena aureorum Rhenensium millia; exceptis donis, quæ eius familiares ac Consiliarios ditauerunt. Plerique enim hoc bello, Imperatoris consensu, sibi & posteris opes ingentes quaesierunt. Cæsar omnino à gratia sua reiecit Georgium VVirtembergium, Ducis VVirici fratrem, Albertum Mansfeldium, Ioannem Haidecci Baronem, Lodowicum Comitum Oeringensem cum filio natu maximo, horum Ditiones liberistradens. Exinde Magdeburgicos, in obstinata rebellione persistentes, euulgatis libellis proscribit. Romanorum quoque Rex ingentem pecuniæ summam ab ijs recipit Protestantibus, qui belli initio Ditionibus suis vim intulerant, inter quos præcipui fuere VViricus Dux VVirtembergij, Augustani, ac VVlmenenses: quæ etiam Vrbes Cardinali Augustano ac Tridentino pecuniam numerare sunt coactæ. Sub finem mensis Iulij Cæsar cum Saxone Augustam venit. Hefso Danouerti Hispanorum custodiæ relicto. Calendis Septembris Comitia Augustæ frequentissimo Principum conuentu sunt coepita. Nam præter omnes Septem-viros, ac magnam Præcerum multitudinem, aduenerat etiam Cluius, Cardinalis Tridentinus, Henricus

1547. cus Brunswicanus, Maxamilianus Archidux Austriae, qui primus omnium verba fecit. Aduenerat etiam è Belgio Regina Maria, Cæsaris soror: quæ ab eo instructa, diligenter cum fratre Ferdinando Rom. Rege egit, renunciata hac dignitate, eam in Philippum Hispaniarum Principem, quem Cæsar breui expectabat, transferri permetteret. Rex Ferdinandus, negotio rectè perpenso, quum se non solum propriam auctoritatē insigniter lesurum, sed etiam animi parum generosi specimen hoc facto præbiturum consideraret, ac in primis tot masculorum liberorum claritatis ac honoris incremento impedimentum se daturum videret, quod angustis post mortem suam Ditionibus imperaturi, necessariò paternæ auctoritatis claritatisque auxilio essent futuri, sorori Mariæ responderet, nepotem Philippum, Hispaniarum ac tot alijs ingentibus aliquando Regnis imperaturum, addito Germanico Imperio magis obrui ac pessundari, quam iuari honorarique. Recordaretur, Principem Philippum hominem esse, finitasque habere vires ac ingenium, captumque tantum humanum. Proinde modum ac metam cupiditati eius Cæsar statueret, nisi Principem Philippum tanta mole oppressum succumbere, vniuersamque Habsburgicam Austriacamque familiam intempestiua ambitione euertere cuperet. Cæsar, fraternis rationibus rectè examinatis, filijque sui conditione penitus perspecta, probè fratrem iudicasse censuit, negotiumque aut in vniuersum, aut in aliud tempus reiecit. Instantibus Octobris Calendis certior sit Cæsar, Ferdinandum Gonzagâ, Insubrum Præfectum, Placentiam occupasse, quum intellexisset Petrum Lodowicum Farnesium, Parmæ Placentiarumque Ducem, ab Augustino Landi Comite, eiusque complicibus, in Arce Placentina trucidatum. Res verò hac ratione fuit peracta. Paulo ante Farnesij cædem conatus fuerat Ioannes Lodowicus Fiesco, operâ Pontificis Pauli tertij, ac Petri Lodowici Parmæ Ducis, Pontificis filij, Genuâ, trucidatis Aurijs, seu Dorijs, in Francorum potestatem constituere. Cumque omnia ad hanc rem necessaria Genuæ essent parata, Iannekinusque Auria interfectus, Fiesco ad Aurias profectus triremes, armatusque ab vna in alteram progrediens, malè fixo semel in assere pedis vestigio, in mare armatus cadens, per tenebras in aquis suffocatur, eiusque morte coniuratio euanescit, difficulter Andrea Auria hostium manus elabente. Egerrimè hæc Cæsar tulit. Quare (vt increbuit fama) eo coniuente, Auria ac Gonzaga in Petri Lodowici mortem coniurant, ac Augustino Lando authore eam, vt diximus, procurant. Paulo post eandem rem Genuæ iisdem authoribus tentauit Iulius Cibonius, Massæ Marchio. Sed mox detecta coniuratione, Pontremoli captus, ac in Arcem Mediolanensem perductus, cum multis alijs capite plectitur, omniq; in posterum spe recuperandæ Genuæ Franci eorumque fautores cadere. Interea Cæsar

1548. admonitis, post diuturnam in Subvrbio pugnam, maioribus tormentis est repulsus. Ultra centum ciues cecidere, quos vnà cum suis incenso Subvrbio Hispani cremauere. Tum Constantienses à Cæsare proscripi, Ferdinando Rom. Regi deditioem faciunt, eum legitimosq. hæredes Dominos accipiunt. Is nobilem virum eò mittit Præfectum, qui dato acceptoque sacramento, res publicas omnes ad se transatas è re Romanorum Regis constituit. Cæsar, cõposito Augustæ pro arbitrio Reipublicæ statu, idem Vlmam profectus facit. Tum Spirã, inde Moguntiam, tandem Coloniam Agrippinam intrauit: vbi cum Argentoratensium Legati ei satisfecissent, Cameraque Imperatoris Tribunal, quod Spiræ grauisimorum prudentissimorumque Senatorum frequenti numero habetur, constituisset, locoque motis de hæresi suspectis, viros constantes publicæque quietis amatores substituisset, cum Saxone ac Hesso mense Septembri in Belgium proficiscitur. Atqui hac ratione felicissimè confecto bello Germanico, constitutaque Republica, pacis ac quietis Germanis Cæsar gustum ad tempus præbuit. Sed quòd nouarum opinionum liquor diuerso sapore non solum palata, sed etiam cerebrum aliquot Germanis viciasset, ad vomitum redeuntes, maluerunt, scissa concordia, præcipitem patriæ libertatis ac dignitatis ruinam iuuare, quàm maiorum suorum, qui primùm Christiani sunt facti, Religione retenta, eandem Cæsaris beneficio restitutam habere. Certè hoc bello, diuina procul dubio sapientia auxilioque Cæsar adiutus, saluberrimum duabus in rebus secutus est consilium. Primùm, quòd dum numerosa selectaque Protestantium ad Ingolstadtium starent copia, munitis sese castris continerit, in quibus sine certa clade, propter Oppidi tormentis instructissimi propinquitatem, veteranorumque militum constantiam audaciamque, oppugnari non poterat. Etenim propter imperantium æqua cum potestate diuersitatem, auri vim tantæ multitudini necessariam, vnis hostes in castris diu non permanuros certus erat, sed breui pecuniam, commeatum, aut concordiam (vtri euenit) eis defuturam. Deinde, quòd semel separatis rebellium copijs, statim potentiorẽ Septem-virum Saxonem inuadendum debellandumque proposuerit, tanta vsus diligentia celeritateque, vt vix ei vires colligere, consilium explicare, aciesque instruere tempus dederit, sed statim cum perterritis vel iniqua conditione prælio decerant, ostendens in re dubia, at necessaria, nec animi magnitudinem audaciamque, nec bellandi peritiã sibi defuisse. Etenim contra Ducis Albani præcipuorumque Ducum sententiam, ne Saxo magnis itineribus præcedens è manibus elaberetur, solo cum equitatu eum inuasit, præliumque commisit, præfatus ad eos qui pedites expectandos vrgebant: Cæsar viuere aut mori debeat: peditum vigintimillium sit loco, Cæsar adest. Certè prælio

lio Saxonico superauit Cæsar quicquid est liberarum Ciuitatum, ac Principum, hinc à Mari Germanico Orientali, Daniæ Sueciæque littoribus, ad Danubium Rhenumque vsque in Occidentem; inde ab Hungaria Austriaque in Septentrionem ac Meridiem vsque ad Belgas, omnesque illi supplices Legatos, gratiam pacemque rogantes, misere, exceptis Helueticis, qui hoc bello publico consilio quiescere; priuatim Protestantibus octo peditum signa auxilio iere, cum cæteris verò Cæsaris amicis Legatos gratulatum de victoria publice misere. Rarum certe deuictæ Germaniæ abhinc octingentis annis exemplum. Romani nunquam, Carolus Magnus vix triginta annorum spatio Germanos domuit. Ottones semper aliquot rebelles habuere. Frederici ac Heinrici nunquam eos pacare potuere. Carolus quintus, vno nondum finito è Solis decursu anno, arma ponere, pacemque rogare, rebelles coëgit Germanos, illud meritò Iulij Cæsaris, vna voce addita, vsurpàs: Veni, Vidi, Deus vicit. Abduxit in triumphum decies sexies centena aureorum Rhenenlium florenorum millia, vltra mille aenea maiora tormenta, duosque potentissimos ac ferocissimos Germaniæ Principes, ad eò vt non sine prodigioso ac felici omine Deus anno 1546. duobus ante hoc cceptum bellum mensibus, Asciburgi, Pago infra Coloniam ad Rhenum sito, Dirionis Comitatus Meursij, argenteum Numisma, cuius vnum latus effigiem ac inscriptionem Marci Aurelij Antonini Cæsaris, alterum hæc verba habebat, Pont. Max. Tribu. Pleb. & in medio per transuersum, Victis Germanis; effodi, nõ cudi, voluit. Nam Marcus Aurelius Antoninus nunquam deuicit Germaniam. Exinde Cæsar Ioannem Fredericum Saxonem semper secum habuit: Philippum Habsiæ Lantgrauium primùm Andenardæ in Flandria Hispanis custodiendum commisit; indeque Mechliniam transmissum, (vbi ego bonis dans operam literis eum sæpius vidi) in Palatii sui posteriori parte, è regione Cœnobij Atrarum Sororum, eorundem Hispanorum custodia arctissime circumsepit. Scripsit Latine ex professo hoc bellum septem libris Lamberrus Hortensius, Ioannis Sleidani paraphrastes; Hispanicè Lodowicus Auila, ac Alfonso Villosa, indeque in varias linguas translati: Paulus verò Iouius, huius belli initio, sui temporis Historiam finit; Natalis Comes suã Latine ac Italice auspicator.

VITAE CAROLI QVINTI CÆSARIS PARS VI.

HISTORIÆ LIBER XIII.



CAROLVS Quintus Cæsar, quum Prouincias eura fideique suæ à Deo commissas ad tempus pacasset, animum conuertit, vnico filio Philippo dominationis firma viuus iaceret fundamenta. In hanc rem illi ante aliquot menses scripserat, vtque è Hispania per Italiam Germaniamque in Belgiū ad se properaret iusserat: is verò, rebus necessarijs constitutis, sexto Calend. Decembres (relicta Hispaniæ gubernatione patrueli Maxæmiliano, Austriæ Archiduci) cum quinquaginta triremibus, totidemque onerarijs, Duce Andrea Auria, qui Maxæmilianum in Hispaniam transportauerat, Genuam appellit, comitante inter alios Cardinale Tridentino, Duceque Albano. Postridie Cal. Decembres Genuam ingreditur, ingenti que cum pompa suscipitur. Octauo post die liberaliter donatus, Mediolanum decimo-nono Decembris intrat; incredibili que cum pompa exceptus, præstò ei adfuere Emanuel Philibertus, Sabaudix Dux, Oratores Venetorum, Florentinorum, Ferrariensium, ac Genuensium. Erat hoc tempore Cæsar Bruxellæ Brabantix, recepit que Nonis Decembris è Francia sororem Leonorâ, viduam Francisci primi Francorum Regis, ad se migrantem. In profesto Natalis Christi obiit Bruxellæ Maxæmilianus Egmondus, Buræ Comes, vnica tantum relicta filia hæredes; Anna, vxore Guilhelmi Nassauij, Aurantij Principis, Belgicæ rebellionis capite. Princeps Philippus Mediolano Mantuam, indeque Tridentum venit; ac mense Ianuario anni 1549. Spiram Nemetum, indeque Lutzenburgum tendens, in Brabantiam ad patrem Cæsarem contendit. Miserat is obuiam in Germaniam vsque Philippum Crouiacum, Ducem Arschoranum, cum insigni quingentorum cataphractorum equitum comitatu inter quos erant præcipui Belgarum Proceres. Septem-vir Mauritius Saxo Mantuam Venetiasque inuisens, venienti Tridentum vsque obuius proficiscitur, ac pro focero Hesso enixè interpellat. Promittit Princeps eius se rationem apud patrè Cæsarem habiturum. Cum Brabantix limites Princeps Philippus attigisset, vniuersa ei Cæsaris aula, ac quicquid erat Bruxellæ nobilitatis, Vvaeram vsque obuiam proficisci-

END.

1549. tur. Inde vno comitatu ad Arcem Vuranam, duobus Bruxella ac Louanio milliariibus distantem, cõtendunt. Hic enim Princeps expectabatur à Regina Maria, ac comitatu Reginx Leonoræ, amitis suis, quòd Leonora ob aduersam valetudinem comitari non potuisset. Tum altero die, quæ erant Calendæ Apriles, oriente Sole, Vura Princeps cum amita Maria vniuersoque comitatu ad campum veniens Harenheim dictum, dimidio Bruxella milliari situm, (vnde conspici sereno celo possunt Bruxella, Louanium, Viluorda, Mechlinia, ac Antwerpia) cum amita ac Proceribus in amplissimum sumptuosissimumque intrauit tenorium, à quo non longè stabant erectæ munitiones duæ. Vni præerat cum septingentis partim peditibus, partim equitibus, viridi colore vestitis, Princeps Pedemontanus, Sabaudix Ducis vnicus hæres; alteri cum totidem viris, albo colore indutis, Reusij Comes, qui Principi eiusque comitatu per horæ spatium prælij specimen summa cum voluptate exhibuere: quo Principis nutu finito, sumpto omnes cibo Bruxellam contendunt. Intransi portam Louaniensem, Magistratus obuiam factus aduentum gratulatur. Gratiâ agit ore Anthonij Perenoti, Antistitis Atrebarensis. Ad Urbis interiorem portam veniens, ordinem Ecclesiasticū habet obuium, à quo ad summū altare Templi D. Gudulæ perductus, Deo gratias agentes canunt, Te Deum laudamus. Princeps, absoluta prece, Templo exiens, equum reperit; descendensque versus Berchstratam, vix se satiare potuit inspicendis diuersarum scenarum representationibus ac spectaculis, vbique magno numero occurrentibus. Veniens ad forum gramineū, fons ordinarius, loco aquæ, rubrum toto die fudit vinum. Inde transiens Magdalenæ Sacellum, rectâ ad Aulam patremque tendit, tot vbique detentus sacris profanisque conspiciendis historijs ac fabulis, vt aliquot horas ijs dederit. Ad Aulam venies, cum ex equo descendisset, ab vtraque cum osculo receptus amita, in medio earum constitutus, ad patrem Cæsarem cum festinatione summoque desiderio contendit: exceptusque est, annum ætatis agens vigesimum-secundum, tanto cum gaudio, vt vnica filium ab optimo parente excipi potuisse credibile est. Mense Martio Anna Egmonda, Buræ Comes, per tutores Cæsari supplicem offert libellum, petens beneficiario ac clientali iure admitteretur in possessionem Oppidi, Arcis, ac Ditionis Linganæ: quod paulo post ei Cæsar, dato Diplomate, in hæc verba concessit: Quum Maxæmilianus Egmondus, Buræ Comes, Gubernator Frisix, Trans-Isalanix, ac Groningane Ditionis, exposuisset nos illi dono dedisse Comitatum Teckelenburgij, cum Ditione Lingana, Redana, ac bona actionesque omnes eò pertinentes, que causa læsæ Maiestatis fisco nostro obueneret, posteaquâ Conrardus Teckelenburgij Comes cum rebellibus Germanis contra nos anno 1546. cõ-

GGg Actisset,

1549. steterisset, armaque tulisset; quumque postea dictum Comitem Cōræ:
 ,, dum cum multis alijs supplicem, culpamque deprecantem, in gratiam
 ,, certis legibus recepissemus. illeque cum Maxamiliano Buræ Comite
 ,, de Ditionibus suis transegiisset, vt recepto Comitatu Teckelenburgico
 ,, cum Dominio Redano, Oppidum, Arx, Ditione; Lingana, cum quatuor
 ,, Pagis, Maxamiliano Burano, eiusque successoribus, in perpetuum è no-
 ,, stra donatione, cum omnibus clericalibus beneficijs inde dependētibz,
 ,, ac actione quam Lingana Ditione habet contra Antistitem Ecclesiamque;
 ,, Monasteriensē, manerent: paulo tamen post Maxamilianus Buranus
 ,, certior factus, dictam Ditionem Linganam Nicolaum Teckelēburgij
 ,, Comitem, Lingæ Dominum, patrum Comitum Conrardi, anno 1526.
 ,, submisisse protectioni ac patrocinio Caroli Ducis Geldriæ, eumque, vt
 ,, vnum è Geldriæ Baronibus, patronum agnouisse, ab eoque Lingam, vt
 ,, clientalis ac beneficiarius Baro, in feudum accepisse, Ducique in eo
 ,, cum successoribus, quemadmodum in cæteris clericalibus Geldriæ Ba-
 ,, ronijs, liberam intrandi, exeundi, præsidijque constituendi potestatem
 ,, concessisse: nos hisce de rebus certiores facti, ac vt autoritate Duca-
 ,, rus nostri Geldriæ in idem beneficium eum constitueremus, petij
 ,, rogauitque. Quare meritorum eius rationem habentes, Lingam ab
 ,, Imperij iure potestateque omni separatā, ac inuestitura Imperiali non
 ,, egentem, ei cōcessimus, vtque in posterum cum successoribus à nobis,
 ,, nostrisque successoribus, Trās-Isalanæ Ditionis Dominis, ac Geldriæ
 ,, Ducibus, reciperet obtineretque; voluimus, nostrisque successores, Trās-
 ,, Isalanæ Dominos, Geldriæque Duces, absolutos Linganę Ditionis pa-
 ,, tronos agnoscant iussimus; ea concessa libertate, vt Lingani ab omni-
 ,, bus tributis ac exactiōibus liberi maneant, neque subditi subiectique;
 ,, sint iurisdictioni Prouincię Trans-Isalanæ. Nos verò eos ea lege con-
 ,, tra omnes defendendos suscepimus, vt nobis, nostrisque successoribus, mi-
 ,, licibus, ac Legatis Oppidum ac Arx omni momēto pro nostro arbitrio
 ,, semper pateat. Paulo post Lingana Ditione in Cæsaris hereditaria potesta-
 ,, tem nouis legibus conditionibusque est translata. Exinde Cæsar, præ-
 ,, monitis omnium Belgicarum Prouinciarū Ordinibus, necessaria para-
 ,, ri iubet, vt filius Philippus ab omnibus in Principem inauguraretur.
 Cæsar cum sororibus Leonora ac Maria filiū comitatus, ingenti Pro-
 cerum Nobiliumque subsequente turba, Bruxella Louanium, Urbem
 Brabantię vetustissimā ac vastissimā, hodie Musarum bonarumque; lite-
 rarum domicilium ac prōptuariū, venit, vbi Princeps Philippus quinto
 die Iulij in Ducem Brabantię, Limburgi Dominum, Valkenburgi, ac
 Dalemi, accepto præstiroque sacramento, inauguratur; sparsaque in
 populum aurea argenteaque moneta, ad prandiu se conferunt. Octauo
 Iulij Principibus Bruxellā reuersis, postero die Princeps Philippus, so-
 lito

lito ibi more inauguratur; duodecimo Iulij Teneramundæ in Flādia, 1549.
 decimo-quarto Gandau, vigesimo-primo Brugis, vigesimo-sexto
 Iperis, vigesimo-septimo Bergis D. V. Vinoxij. Inde Duinkercam, Nie-
 portum, Greuelingam, ac Borburgum proficiscuntur. Calendis Augu-
 sti ad Fanum Audomari recipitur; tertio Augusti Bethuniæ; transitaque
 Vurna, quarto Augusti Insulis, quinto Tornaci; pransusque Orchia-
 ci, nono Duaci, decimo Atrebari admittitur; duodecimo Cameraci,
 decimo-quinto Bouchaini, decimo-sexto Valenchenis, decimo-septimo
 Quésnoij; inuisoque Landresio, cœnant cubantque Auennæ. De-
 cimo-octauo prandent Tresslonnij, cœnant Chimaij. Decimo-nono
 prandent Marieburgi, manentque vsque in vigesimum-primum diem:
 tum prandent Frochapelli, cœnant Baumontij. Vigesimo-secundo
 Binftium veniunt, Regina Mariæ Oppidum, quæ paulo antè præcesse-
 rat, inspectura num, quæ iusserat, parata essent. Nil certè fuit omis-
 sum, quod Regali magnificētia ad tantum excipiendum cum hærede filio
 Cæsarem aliqua ratione requiri poterat. Certatum est epulis, per-
 sonatorum deambulationibus, choreis, tripudijs, peditum equitumque.
 ludicris belli certaminibus, in quibus Princeps Philippus nec sibi nec
 suis defuit: meritusque iudicum sententiā insignem adamantem, aureo
 inclusum circulo, eum statim vxori Principis Espinoij dat dono; cho-
 reamque cum ea exorsus, omnibus matronis virginibusque rem fecit
 gratissimam. Octo diebus Binftij omni lætitiæ ac voluptatis genere
 consumptis, ingentibusque donis Princeps Philippus ab amita Maria
 excultus, inter quæ fuere tapeta eximij operis, ex auro, argento, ac
 serico repta, pridie Calend. Septembres post meridiem Binftio profecti,
 Bergas Hannoniæ cubitum veniunt, posteroque die in Comitem reci-
 pitur. Postridie Cal. Septemb. Cæsar, relicto filio cum sorore Maria,
 Marimōtium venit, inde Gennapium, Breinā, Hallam Hannoniæ, tan-
 demque Bruxellam Brabantię. Princeps Philippus, inspecta magnifi-
 cētissima Bossui Comitum Arce, Nonis Septembris Soignij inauguratur,
 eodemque die circa noctem Bruxellā quoque reuertitur, donatus toto
 hoc itinere circiter 2000. aureorū liliorū. Octauo Septēbris Cæsar cum
 sororibus filiū comitatus Mechliniam venit, ac in Dominum recipitur.
 Undecimo die Liræ Brabantię inauguratus prandet; duodecimo Ant-
 werpiam ab omni ordine incredibili sumptu pōpaque, ac à Deo effusa
 imbre, exceptus ingreditur, mansitque; inspiciendis spectaculis, ludicrisque;
 belli certaminibus, vsque in diem 17. tum Cæsar cum sorore Leonora
 Bruxellam reuersus, Princeps cum amita Maria, quæ per omnes eum
 Prouincias Ciuitatesque; est comitata, 19. Septēbris Bergas ad Scaldim
 venit; inde actuaria nauis Romerfwalā traicit, quò totius Zelādiæ Or-
 dinū Legati venere, Principique; vterioris nauigationis molestiā impe-
 dituri

1549. dituri sacramentū dixere, munera obrulere, ac, vt ceteri omnes, immunitatum confirmationem retulere. Bergas ad Scaldim reuersus, vigesimo-secundo Septembris Bredam venit; indeque Buscoducū profectus, vigesimo-tertio inauguratur. Recepit Princeps hoc itinere à Brabantię Oppidis sexaginta-octo millia florenorum, exceptis Vrbiū donis. Septemb. die vigesimo-quarto Heusdam, primum Hollandię Oppidum in continēte situm, ingreditur; pransūque ac inauguratus, traiecto Mofa, Gorinchemi cubat. Vigesimo-quinto Dor dracum profectus, vetustissimam Hollandię Ciuitatem, (quanquā Leidani non lubenter concedant) postero die in Comitē admittitur. Idem fit vigesimo-sexto Roterodami, magni illius Erasmi patria. Vigesimo-septimo Delfis, patria mea, inauguratur; vigesimo-octauo Hagæ Comitē, vigesimo-nono Leidis, (vbi ego habitans, turbæq; mixtus, cum populo sacramentū dicente manus me leuasse memini, nec vnquam hoc puerile sacramentū, Dei auxilio, violasse) trigesimo Harlemi. Cal. Octobris Harlemaue vectus, Amstelrodamū ingenti cum pompa sumptūque excipitur, inauguraturque. Quarto Octobris Traiecti ad Rhenū in Dominū admittitur, quinto Amersfortij, inde Harderwichi, ac Elburgi in Geldriā, sexto Campis apud Trans-Ialanos, septimo Swollæ, nono Dauentriæ, quod omniū ceterorum Prouinciæ Oppidorū Consules venientes, sacramentū dixere, donaque attulere. Idem à Frisij ac Groninganis, Principē diuturniore vltioris profectiois tadio liberaturi, eodē tempore & loco est factum. Is verò in Frisiam ac Groningā suo nomine mittit Ioannem Liguæum, Arenbergæ Comitē, earum Ditionum Gubernatorem, qui, præstito acceptoque sacramento, Principi donat quindecim millia quingenta ac quinquaginta aurea lilia. Octobris die decimo-tertio Princeps Zutfanæ in Comitē recipitur. Decimo-quarto, Arnhemum profectus, in Geldriæ Ducem, dicto acceptoque sacramento, postero die admittitur, decimo-septimo Neomagi, decimo-nono Venlonij, vigesimo-primo Rurmondæ: donaruntque Principi Geldri tredecim millia aureorum liliorum. Tum Mofa traiecto, vigesimo-secundo VVartum venit, primarium Comitatus Hornæ Oppidum, vbi honorificentissimè à Philippo Mōmorancio, Hornæ Comite, est tractatus. Regina Maria, Venlonio à Principe discedens, Turnholtum, Ciuitatem suam, præcesserat, nepotēmq; vigesimo-tertio Octobris venientem, summo cum honore incredibilique sumptu recipit, perque aliquot dies reficit recreatque. Turnholto Lirā Brabantię reuertitur; indeque summo manè Mechliniā contendens prandensque, cum iam multa nox esset, Bruxellam intrauit. Præcedebat semper Regina Maria cum Francisco Heinrico Hispano, Principi ab eleēmosynis, qui vbique egētibus pauperioribusque Monasterijs, eius nomine, liberaliter dona elargiebatur. Cūque Bruxellæ Proceres Belgæ ac Hispani, Nobilēsque non pauci

pauci se instruxissent, vt Principi, exhibitis ludicris belli certaminibus, 1549. defeliciter peracta inauguratione gratularētur; Cæsar articulari morbo, quo is tum temporis vehementissimè excruciabatur, impediti, ac nuncio mortis summi Pontificis Pauli tertij, qui obiit quarto Idus Nouembres, ætatis anno octogesimo-secundo, ad initium vsque sequentis anni bellica spectacula diutulere. Interea Principes certiores fiunt, septimo Idus Februarij anni 1550. Romæ in summum Pontificem electum Cardinalem Ioannem Mariam Montanum, assumpto Iulij 1550. tertij nomine. Ad hunc Cæsar congratulandi causa Legatū mittit Lodovicum à Zuninga, Commēdatorem Alcantaræ, Princeps verò Philippus Gonezium à Figueroa, corporis sui custodum Prefectum. Belgicæ inaugurationis pompas, magnifica spectacula, ac effusissimos vbique factos sumptus, qui ex ordine scire cupit, legat Ioannem Cristouallum Caluetæum Estrellanum, qui hæc quatuor libris exactè ac eleganter lingua Hispanica est profequutus, non omittens quæ ad necessariam Belgij descriptionem curiosus lector requirere potest, à quo non pauca Lodovicus Guicciardinus, suppresso authoris nomine, in Belgica descriptione est mutuatus. Mihi hoc loco satis fuit, itineris ordinē quem Princeps Philippus tenuit, ac inaugurationū annum, mensem, ac diem indicasse, vt rebelles Belgæ recordarentur, quam parum temporis à dicto Principi voluntario solemnique sacramento, quo in eius nomen, maiorum leges ac Religionem iurarunt, esset elapsum. Interea Magdeburgij cultus diuini formam, quam Augustæ Cæsar, edito libello Interim, sequendam iusserat, reiicientes, iterūque hac de causa à Cæsare proscripti, sine vitæ fortunarūque periculo Ciuitate exire non poterant. Nam Saxonibus inprimis Cæsar, eorūque vicinis, copias contra rebelles educerent, iusserat; quicquid occupassent, eis donans. Sexto Cal. Martij Princeps Philippus Bruxellæ cum Proceribus Belgis armatus ex equo decurrit, ac inter se Belgæ & Hispani, summa animorum contentione, pro gloria certarunt. Sed ferme cum vitæ periculo Princeps Philippus cum Lodovico à Zuninga, magno Alcantaræ Cōmendatore, quem Belgij Gubernatorem obijisse vidimus, decurrit, casu in dextro capitis tempore lancea tam vehementer ictus, vt sui impos fieret. Tertio Idus Martij Cæsar ad Ordines Imperij è Belgio scribit, se impeditum aduentu filij, morte Papæ Pauli, aeris inclementia, ac podagra, tam citò, quam desiderarat, in Germaniam redire non posse, sed recuperata valerudine itineri se accincturum, indicereque eam in rem ad septimum Cal. Iulij Augustā VVindelicorum Principum conuentum; velle se quàm frequentissimè conueniant, aut Legatos cum amplissimis absoluitisque mandatis mittant: cupere enim se semel tollere dissidia, Germaniæque rempublicam constituere. Ad exitū mensis

1550. Maij Cæsar cum filio Philippo ac Ioanne Frederico Saxone (Hessio Mechliniæ sub Hispanorum custodia relicto) Bruxella discedens, Louanium venit, inde Thenam, tum ad Centrones Belgas, postea ad Tungricos, hinc Traiectum ad Mosam, vbi Princeps postridie Nonas Iunii solita cæremonia ingentiq; cum honore inauguratur, adfueretque Legati Ditionum Valkeburgij ac Dalemi, cum Governatore suo Nicolao Lotharingo, Vaudemontij Comite, Principique præfenti sacramentum dixere, donumque trium millium aureorum liliorum attulere, totidemque Traiectini. Burgundiæ Comitatus Legati hocetiam loco Principi donum quindecim millium aureorum liliorum attulere. Tum Cæsar, grauisimo contra Religionis nouatores (quos Græci hæreticos vocant) promulgato per vniuersam Belgiam edicto, Augustam cum Principe filio contendit, septimoque Cal. Augusti Comitia his propositis capitibus auspiciatur: agatur de facienda in Religione concordia, de Concilij Tridentini admisione, de exequendis decretis superiori anno Augustæ conceptis, de restituendis sacris bonis, de mulandis rebellibus non reconciliatis. Sed quicquid Cæsar moliebatur, effectu carebat, tanta erat Protestantium in noua opinione asserenda peruicacia, flagransque contra maiorum Religionem summumque Pontificem odium, ad eò vt nisi in extremum rerum omnium adducti periculum, ad veteres Religionis ritus suscipiendos non viderentur descensuri. Scripserat Mauritius Saxo Septem-vir Cæsari, se Tridentini Concilij decretis non staturum, nisi Protestantium Theologis libera inter alios definiendi potestas Tridenti concederetur, ac Papa summi Præsidis munere cederet; ad eò vt res Germaniæ potiùs ad nouum bellum, quàm sinceram pacem, spectare viderentur. Circumspectabant enim Protestantes, quaratione, imminuta Cæsarum potestate auctoritateque, aliquando absoluti Principes Regesque euaderent; excusosque Pontificum Romanorum sacro imperio, soli rebus profanis sacrisque leges darent. Id autem se facile consequuturos existimabant, si Cæsarem exigua potentia præditum legissent; non considerantes Germaniam hac ratione, ob Religionum ac ex ijs orientium animorum dissensionem, sententiarumque discrepantiam, ambitiosorum Principum turbulentam inquierudinem, Cæsarumque imbecillitatem, periculum libertatis incursum, propriaque vires debilitaturam. Venerat Augustam Besontio ad Cæsarem Nicolaus Perenotus, Granuellæ Dominus, qui Mercurio Marchioni Gatinariæ succedens, continuis viginti annis Cæsari à secretis consilijs fuerat, arcanorumque omnium conscius. Is longo conflictatus, sed non vehementi, morbo, senioque confectus, laboribus curisque exhaustus, mense Augusto, magno Cæsaris dolore, Augustæ è viuis discedit, succedente illi apud Cæsarem filio Antonio Perenoto

Perenoto natu secundo, tum tæporis Atrebatensium Antistite. Narus erat 1550. Nicolaus Besontij, Comitatus Burgundiæ Vrbe Imperiali, familia honesta, sed plebeia, cui primus ob summas ingenij dotes, iudicij acrimoniam, Cæsariq; intimam familiaritatem, qua nemo mortalium, eo viuo, intimior est vsus, claritatem attulit. Arcana enim diuini iudicij voluntate ita animis ac genijs Cæsar & Nicolaus conueniebant, vt ignorantes, maioremne eorum consuetudo Cæsari vtilitatem an voluptatem adferret. Felix hoc Dei dono Nicolaus, sed felicior quòd in summa Cæsaris gratia moriens, felicem ac gratiosam è pudicissima coniuge sobolem, omni virtutum genere exornatam, post se reliquerit, quæ non minori Carolo Cæsari, eiusque filio Philippo, in rebus magnis vsui, quàm ipse, summa cum còstantia, omnium admiratione, ad vltimum vsque spiritum fuit. Maximus enim natu filius Thomas Perenotus, Chantonetti Dominus, magna cum laude ad varios Principes legationibus defunctus, vxorem è Brederodij, Hollandiæ Comitum stirpe ortis, meruit; è qua multis relictis liberis, ante prouectam ætatem è viuis discessit. Secundus natu Anthonius Antistes Atrebatensis, patri omnibus in rebus par, in plerisque superior, qualis vir fuerit, quantæ in republica administranda dexteritatis, efficacix, ac vsus, qui eius ingenium, iudicium, ac memoriam experientiâ cognouere, probè sciunt: qui minùs, è continua rerum publicarum tractatione, tam sub Carolo quinto Cæsare, quàm sub filio eius Philippo, in hunc mex scriptio nis diem, annum scilicet Christi 1598. abunde discere potuerunt. Summis enim functus est apud Belgas, Burgundos, Italos, ac Hispanos honoribus, summaque cum gratia ac auctoritate apud Regem Philippum in Hispania, maximis consilijs ac negotijs semper adhibitus, tandem anno Christi 1586. ætatis sexagesimo-nono, summa Regis Ordinumque omnium gratia, est immortalus. Ascitus fuerat à Papa Paulo quarto in Cardinalium Collegium: quam tamen dignitatem non priùs recepit, quàm Rex Philippus consentisset: de cuius certè viri laudibus tacere, quàm pauca dicere, præstat. Superest adhuc hoc anno 1598. filius natu tertius Fredericus Perenotus, Baro de Renaix, Champagnij Dominus, in Burgundiæ Comitatu Regi Philippo operam dans. Hæc ego meritorum eorum causa, non adulatione ductus, scripsi, cum eorum nullus, præter defunctum Antistitem Atrebatensem, me vnquam, nisi ex nomine ac fama, nouisse potuerit, nullumque eorum in me beneficium, nec meum erga eos extet officium, vllaque assentationis causa. Sub idem ferè tempus obiit Hariadenus Barbarossa, Algerij Rex, Ottomanicæ classis Præfectus, substituiturque illi à Solymano Dragutus, Piratarum Turcicorum Princeps

1550. Princeps exercitatusissimus, qui fraude occupata apud Numidas Vrbe Africa, (olim Aphrodisium ac Leptis, hodie ab Afris Mahamadia dicta) Regem se nominari iussit; collatisque in Urbem opibus ac viribus, ut noui Regni limites proferrer, animum intendit, vniuersæ Hispaniæ, ac imprimis Siciliæ, ob situs commoditatem infestissimus. Quamobrem victus Cæsar vtriusque Regni precibus, tum etiam ne Dragutus solidiora noui Regni iaceret fundamenta, Ioanni Vegæ Sicilia, Petro Toletano Neapolis Pro-Regi, ac Andree Auria, classis sue Præfecto, perscribit, iustis coactis copijs, instructaque classe, Africam Urbem expugnent, Dragutumque pellant. Auria triremes ac onerarias ad peditem equitemque Hispanum vehendum expedit. Accessit mox & Garcia Toletanus, Petri Pro-Regis filius, cum eius Regni rostratis ac quatuor Melitenis triremibus, constabatque vniuersa classis quinquaginta tribus triremibus, tribus ouerarijs, ac aliquot actuarijs. Primo Oppidum Camestrium, alijs Monasterium dictum, haud procul Africa situm, Draguti præsidio munitum, classis Cæsariana expugnat. Cæsi trecenti, capti mille ducenti; ex Hispanis circiter centum quinquaginta partim interfecti, partim fuere vulnerati. Inde Africam terra marique cingunt; nemineque resistente, miles Christianus descensionem facit. Vrbs Africa ab Oriëte, Meridie, & Septentrione mari alluitur, veteri muro firmissimo, multis interiectis turribus, munitur. Ab Occidente angustissima sui parte tanquam Isthmo continenti iungitur, duplicique muro ac profundissima inter vtrumque fossa defenditur, altissimisque turribus instructa, difficillimam hoc loco facit oppugnationem. Abierat Dragutus ad conducenda Arabum Afrorumque auxilia, iusto in Vrbe relicto Turcarum Numidarumque præsidio, quibus mox accessere tres Alexandrinæ onerariæ, cum magna militum commeatusque copia. Communitis Cæsariani castris, constitutisque viginti-septem maioribus tormentis, Vrbs oppugnari est coepta: cumque ingenti facto hiatu, miles irruptionis signum expectaret, subito nunciatur, Dragutum cum Arabum auxilijs in propinquo adesse. Sed falsum erat: etenim ad paranda maiora auxilia in Numidiam erat profectus. Cæsariani verò ex Italia nouum expectabant militem. Venit tandem à Cosmo Florentiæ Duce missus Iordanus Ursinus, ac Astor Baleonius, copiæque à Ferdinando Gonzaga ex Insabria missæ, postremo quæ Neapoli ac Sicilia mittebantur, cum magna tormentarij pulueris ac commeatus copia. Interea Africani, ante deiecti muri ac aggeris ruinas, fossam interius faciunt, in cuius limitibus laterales munitiones erigunt, multisque commissis minutis prælijs, cladem intulerant ac acciperant. Cæsariani verò muros varijs locis perfrugerant, irritoque conatu oppugnabant, perspectisque nouis intra duos muros Oppidano-

rum

1550. rum munitionibus pedem retulerant. Aduenerat cum Ioanne Vega, Sicilia Pro-Rege, Muleasses Tunetarum Rex, à filio, excæcatis oculis, iterum Regno exactus, ac à Cæsare è Germania ad Pro-Regem Sicilia missus, ut communi Insulanorum sumptu aleretur. Is paulo ante mortem (in huius enim Ciuitatis obsidione morbo decessit) Cidiarfam, Caruani, præclaræ in Mauritania Urbis, Regem, in partes Cæsaris traduxerat: à quo Cæsariana castra omni commeatus genere iuuabantur, excepto pane, cuius eo tempore summa erat per vniuersam Africam penaria. Cidiarfa acceptum Muleasses exangue corpus Caruani Regiâ pompâ efferri curauit. Dum hæc fiunt, Cidiarfa Cæsarianis Ducibus nunciat, Dragutum, cum pedestribus copijs, Africanis auxilio properare. Contrahunt nostri castra, probeque muniunt. Erat haud procul Vrbe Africa Oliuetum, è quo nostri lignationem faciebant, tum conficiendis munitionibus, tum in vsu domesticos. Hic sæpe cum Mauris pugnatur, sed nunquam acrius, maiori que cum periculo, quam octauo Cal. Augusti, qui dies D. Iacobo est sacer: tum enim ad dictum Oliuetum Pro-Rex Vega cum præsentè Draguto ancipiti certauit prælio; desideratisque aliquot claris viris, notæque virtutis centurionibus, cum ipso Varga, multisque militibus, tandem rem obtinuit, coacto Draguto Urbem Africam deserere, ac ad Meningem Insulam, nunc Guelbes dictam, se conferre. Eodem tempore ciues ac præsidarij Africani in castra Cæsariana irrupentes, non exiguo accepto detrimento, in Ciuitatem reiciuntur. Pro-Rex Vega, obtenta victoria, ad castra saucius reuersus, cum nec tormentorum verberatione, nec agendis cuniculis quicquam terrâ proficeret, mari Ciuitatè oppugnare, hortante Auria, constituit. Sed quòd id circa Ciuitatem vadofum esset, hanc oppugnationis rationem instituit. Triremes binas malis armamentisque remotis, à lateribus iungebat, eque muri regione collocabat, quaternisque anchoris ex angulis magnis funibus dependentibus, ne fluctuantur, distineri curabat. Has firmo perualidoque tabulato contegebat, ut octo maiora tormenta commodè sustinerent. Hæc ad muri latus disponit; cratibus doliisque superimpositis, tormenta in eis per interualla collocari præcipit. Idem fit à continente. Tum quinto Cal. Seprèbres iterum terra marique insigniter Africæ murum, exiguo initio cum profectu, continuis nouem diebus, duobus locis tormentis verberant; iustaque tandem facta ruina, militem se in posterum diem ad oppugnationem parare iubent. Instructis aciebus quarto Idus Septemb., signum inuasionis circa meridiem terrâ datur. Idem eodem tempore Auria è Prætoria facit triremi; Urbemque se varijs locis aggredi velle simulans, triremes muro circumfundit, ut præsidarios distineret. Procurrunt Hispani Itali que, ac inter primos Melitenses equites, terra marique Ci-

HHh

uitatem

1550. uitate aggredientes, ac post aliquot horarum sanguinariâ pugna à parte maris primi Melitenfes vi irrumpunt, desideratis triginta equitibus, ac multis militibus. Tum bis mille Hispani à terra subsequuntur, captoque interiori pomœrio, Turcas ac Mauros in foro conglobatos aggrediuntur: qui extremo virtutis edito conatu, pro maiori parte pugnantibus cecidere, cæsis tam hac quam alijs oppugnationibus octingentis Ianitzaris, reliquis cum omnibus oppidanis in seruitutem abductis; fuereque ad septem hominum vtriusque sexus millia, qui militi virtutis ergo fuere distributi. Cecidere supra ducetos Hispanos, multiq; venenatis telis sauciati postea obiire, ac inter hos aliquot viri clari ac nobiles. Dimissi sunt omnes serui Christiani. Captæ in Portu triremes ac onerariæ complures, ac inter has tres dictæ Alexandrinæ. Expiato Christoque dedicato Ciuitatis Fano, refectis permunitisque ruinis, de comœatu, tormentis, ac mille ducentorum peditum Hispanorum præsidio Ciuitate prouisa, posteaquam Christo Deo de victoria gratias egissent, eius curam, dum aliud Cæsar imperasset, Aluaro Vegæ, Pro-Regis filio, cõmittunt, ac octauo Cal. Octobres classem conscendentes, cum præda ac captiuis se mari immittunt: cumq; diu tēpestare huc illuc essent iactati, tandem pars in Siciliam, pars Neapolim ac Genuâ pridie Idus Nouembres peruenere. Dragutus Insula Meninge ab incolis pulsus, cum paucis nauibus per maria vagans, Solymannum de amissa Mahamadia certiore facit. Is, datis ad Cæsarem ac Rom. Regem literis, dicit, eos occupata Africa, pulsoq; Draguto seruo suo, inducias violasse: proinde Urbem reddant, datumque damnum sarciant, nisi se vi sua recuperare malint. Respondet Cæsar, non esse violatas inducias, quod bellum Afris intulerit, vbi nullum est Solymano Imperium; quodque Piratâ Dragutum, communē humani generis hostē, cum nemine pacē nec inducias habentē, Prouincijs Regnisque suis infestū, Ciuitate Africa, quam contra ius æquumq; vi occuparat, pepulerit. Mortuo paulo antè Muleasse Tuneri Rege, Lodowicus Perefius, Guletæ Præfectus, rebellantē eius filium Amidâ bello aggressus, post ingentia illi damna illata, tandē nomine Cæsaris fœdus in sex annos his legibus facit: Cæsari quotannis

- » duodecim millia aureorū nummūm persoluito, & quindecim præstātes
- » Numidicos caballos, cum 18. domitis, ad aucupiū edoctis, hierosalconibus.
- » Ordinarium Guletano præsidio menstruum stipendiū persoluito.
- » Captiuos Christianos omnes in libertatem gratis restituito. Hospitia,
- » ligna, comœatū, nec alia vlla subsidia, Cæsaris hostibus nec piratis præbeto.
- » Exinde Cæsar, Magdeburgēses obstinatē proscriptionē contemnere vidēs, Georgio Meckelburgij Duci dat negotiū cogēdi exercitus, obsidendæq; Urbis. Accipit is copias, quæ cum Duce Heinrico Brūswicum oppugnarat, nouisque coniunctis cohortibus Magdeburgū proficiscitur,

1550. ciscitur, Oppidumq; VVancelebum ex itinere capit, diripit, ac incēdit, Arce intacta. Magdeburgij, præsidio ac ciuibus euctis, iunctaq; agrestium multitudine, Meckelburgio instructa acie obuam progrediuntur: qui, conspecto ordine, statim terga, vbi rustici erāt, aggreditur, eosque paruo momēto in fugam aded præcipitem agit, vt præiudicarij ac ciues infrōte locati vix se cōuerrere armaq; expedire possent. Quare per horā fortiter pugnatēs, victi ad Urbē intento cursu ferūtur. Multi ab equitatu intercepti periere, plures cum tormentis ac impedimentis capti fuere. Tum Principes Augustæ congregati Cæsarem pro Magdeburgijs ac Bremanis (qui tamen proscripti nondum erant) interpellant. Præscribit Cæsar vtrisque conditiones, quas admittere recusant. Quare, iussu Cæsaris, Meckelburgio se iungunt Brandeburgius ac Saxo Septem-viri, Henricus Brunswikius, ac circiter Nonas Octobres ad Magdeburgum simul omnes castra locant. Erat in Ciuitate iustū præsidium veteranorum militum, ac inter hos complures viri nobiles, in armis exercitari, odioque causæ contrariæ eò profecti. In Comitijs Augustanis Mauritius Saxo Septem-vir vniuerso exercitui præfiscitur, decernunturque illi domandis Magdeburgijs, pro iam factis belli sumptibus, ceterum millia aureorum Rhenensium, ac pro instantibus impensis sexaginta millia in singulos menses ex publico Imperij ærario sumenda, cõmuniq; collatione iterum reponenda. Ad Idus Nouembres Papa Iulius tertius, abrogato Bononiensī Concilio, Patres Tridētum instantibus Maij Calend. redire iubet. Interea Septem-vir Mauritius acriter Magdeburgum oppugnat, adiutus copijs quas recenter Lazarus Schuendus adduxerat, occupatque Subyrbium, quod noua Ciuitas dicitur; interfectisque omnibus, diripit, incenditque. Alterum Subyrbium Oppidani cremant, incolis in veterem Ciuitatem receptis. Ex aduerso Ioannes Haideccus ac Albertus Mansfeldius, à Cæsare proscripti, in maritima Saxonia militem, Magdeburgijs auxilio profecturi, conscribunt. Contra hos mense Decembri profectus Septem-vir Mauritius, maiorem partem in fugam agit, cohortes quatuor ad nomina Cæsari sibi que danda inducit, Mansfeldio Magdeburgum transfugiente. Cæsar, edito scripto, his, qui Magdeburgijs militabant, grauem pœnam statuit. Venit hac æstate è Ditione Peruana Augustam ad Cæsarem Petrus Guafca, Doctor Theologus Sacerdos, cum magno auri pondere, lætum adferens de domitis rebellibus, punito Gonfaluio Pisarra, ac Francisco Carusialo, receptaque Prouincia, nuncium: cuius rei historia hic paulo altius est repetenda; ac quam poterit breuissimè nunc restant enarranda, quæ anno 1542. inchoata, in hunc locum reseruauimus. Cæsar igitur in Hispania certior factus de rebellionē Hispanorum in Ditione Peruana, defectione Gonfalui Pi-

1550. farræ ac Frâncisci Caruialis, deque morte Iacobi Almagrij ac Pro-Regis Nuguesij, idque relatu Iacobi Aluarelij, Coërtij, ac Francisci Maldonadi; conuocat; totius Hispaniæ sanctius augustiusque Concilium, in quo, post maturam deliberationem, consultissimum est visum, in Ditionem Peruanam cum amplissima absolutissimâque potestate mitteretur Petrus Guasca, Theologus Sacerdos, Senator sacræ Inquisitionis, vir doctus, prudens, moderatus, ac, uti non semel de se testimoniū dederat, in rebus gerendis expertus, dexter, efficacique. Datus est ei titulus Præsidis Rhegiæ apud Peruanos Audientiæ, (sic Regium Hispani Senatū appellant) concessâque plena potestas iubendi, prohibendi, constituendi, mutandi, loco mouendi retinendique Rectores pacis, bellique munia obeuntes, puniendi ac condonandi crimina in hunc usque diem commissa, & adhuc committenda, beneficia officiâque conferendi, pecuniaria aliâque dona faciendi, denique quicquid è re Cæsaris Caroli fore iudicasset, spectarêque aliqua ratione ad Peruanæ Ditionis tranquillitatem posset, plenissima cum autoritate proprio arbitrio agendi. Accepit adiutorem testemque omnium, quæ esset acturus, Andream Gamasium, ac Renteriam. Attulit diuersas Cæsaris literas ad Nobiles Hispanos varijs de causis exaratas, quibustamen, nisi in extrema necessitate, utendum non censuit. Ascēdit Hispali, nunc Senilia, nauem mense Maio, anno 1546. honesto cum comitatu, iustoque præsidio: cumque ad Insulam D. Marthæ appulisset, sit certior, Melchiorum Verdugium, Cæsaris partes in Peru defendentem, ab Hinoiosa Gonzalui Pisarræ Præsidente superatum, ac in fugam actum, Verdugiumque, cum ijs quos è fuga recipere potuerat, Carthagenam profectum, aduentum suum prætolari. Sed Præsides, relicta Carthagena, ad maritimum Oppidum quod Hispani, *Nombre Dios*, hoc est, Dei nomen, appellauerunt, classem dirigi iubet, è re sua nec Cæsaris adhuc esse iudicans, cum Verdugio coniungi. Reliquerat Hinoiosa Dei-nomine in præsidio Ferdinandum Mexiam Gusmannum, cum mille octingētis Hispanis, ut Oppidum contra Verdugium defenderet. Iubet Præsides in terram descendere Marscalcum Alfonsum Aluaredū: qui cum Mexia locutus, ei Præsidis aduentum Cæsarisque mandata exponit. Discedunt amici, aliud tamen simulantes. Post aliquot dies Mexia Præsidentem rogat, in continentem prodeat. Assentit Præsides. It ei obuiam Mexia, ac cum honore ad Oppidum deducit, vbi diu multumque collocuti, tandem, omnibus lætantibus mirantibusque, Mexiam cum omni præsidio in gratiam recipit, ac ad Cæsaris obedientiam reducit, negotio nondum omnibus euulgato. Interea Præsides tanti auxilij accessione animo auctus, proposita rebellionis omniumque antea actorum venia obliuionêque, Pisarrâ, cæterisque rebelles, frustra ad officium inuitabat. Erat eo tempore Hinoiosa

Hinoiosa Panamæ, expectans quid Præsides esset aggressurus, agrêque ferebat Mexiam suo iussu cum eo locutum, eamque ob rem ei Itomachosius scribit. Sed Mexia, literis nil commotus, ad Hinoiosam Præsidis consilio tendit, aduētus eius causam exponit; eoque in partes traducto, Dei-nomen reuertit. Tum Præsides Panamam ad Hinoiosam properat, breuique non solum eum, cæterosque ordinum ductores, sed etiam maximâ militum partem donando, promittendo, familiariter agendo, omniumque querelas controuersiasque audiendo cõponendoque, ad Cæsare traduxit. Adiuuabat negotiū, quod Marscalcū Alfonsum Aluaredū à parte Cæsaris stare viderent, quæ olim Marchionis Francisci Pisarræ summū fuisse amicū meminerant. Tantum apud Hinoiosam, obtentâ eius beneuolentiâ, effecit Præsides, ut ad Gonzaluū Pisarrâ hominem cum literis mitteret, qui eum de suo aduētū amplissimâque potestate certior è faceret. Mittitur Ferdinandus Pauaguada Placentinus Hispanus, cum literis à Cæsare Præsidentique; ad Pisarrâ admodū honestè, grante, prudenter, officiosèque scriptis: qui Panamæ nauē conscendens, in Peru contēdit. Cæsaris literæ Venlonij apud Geldros decimo-septimo Februarij anno 1546. Præsidis Panamæ vigesimo-sexto Septemb. huius anni erant scriptæ. Interea Gonzaluus Pisarrâ ad Urbem Rhegium, (ab Hispanis dictam, *Los Reyes*, quod die tribus Magis Christum infantem salutantibus sacro condi ab eis sit cœpta) vbi Legatus eius Laurentius Aldana cum præsidio erat, venit; conuocatque rebellium Hispanorum consilio, eos de aduentu Præsidis certiores facit. Diuersæ in medium adferuntur sententiæ, sed in hanc tandem descendunt, Legatos in Hispaniam ad Cæsarem mittendos, qui eum de rebus omnibus doceant, iusteque casum Pro-Regem Nuguesium persuadeant, peterentque; Gonzaluum Pisarram Ditionis Peruanæ Pro-Regem constitueret; literisque ab omnibus Peruij Ciuitatibus acceptis, idem incolæ Ordinesque rogarent. In itinere verò Panamæ diligenter inquirerent de Præsidis autoritate ac potestate; contrâque eum obtestarentur, si in Peruanam iter instituisset Ditionem, antequam à Cæsare ex Hispania Legati responsū attulissent. Habebant etiam literas à Magistratu Urbis Rhegij ad Præsidentem scriptas, acres, arrogantes, ac superbas. Mittunt verò in Hispaniam ad Cæsarem Hieronymum Loiosa Monachum, Archipræsulem Rhegij; Laurentium Aldanam, Thomam à Fano D. Martini, Prouincialem Ordinis D. Dominici; ac Gomesium Solisium Caceresium. Et quanquam Prouincialis cæterique Legati ijs essent suspecti, quod plus Cæsari quàm Pisarræ semper fauisse viderentur, tamē, ut plus legatio haberet autoritatis, (tēpus enim rârū extrahere ducereque cupiebāt) quodque cæteri rebelles ire recusarent, hos misere. Accedebat quod hoc obtentu eos ablegarent, tum ne amplius

1550. cōsilijs interessent, tum ne inuito bello, nominis auctoritate, status mu-
nerisque dignitate, Hispanorum Indorumque Peruanorum maiorem
partem ad Cæsarem, quo animis inclinabant, traducerent. Persuadent
& Antistiti Insulæ D. Marthæ, cum Legatis in Hispaniam eat. Mense
Octobri naues conscendentes, Panamam felici nauigatione peruenere.
Erat hoc tempore in castris Pisarræ libera in custodia Vela Nugue-
sius, interfecti Pro-Regis frater, eodem prælio captus: qui inita cū ple-
risque contra Pisarram coniuratione, ea detecta, multorum Hispano-
rum Indorumque mœore capite plectitur. Laurentius Aldana, vnus è
Pisarræ Legatis, Panamam præmissus, vt Pisarram de rebus omnibus
certiorem faceret, ad Hinoiosam diuertit, indeque ad Præsidentem cōten-
dens, post bidui familiaria colloquia, cæterorumque Præfactorū cog-
nita mente, cum Præsidente transigit; desertoque Pisarra, ad Cæsaris ob-
sequium redit. Interea operâ Mexiæ Cæsari sacramentum dicit Hino-
iosa, omnesque ordinum ductores ac milites qui cum eo venerat, pro-
mittentes Præsidi in omnibus dicto audientes fore. Præses viribus au-
ctus, aliquid contra Pisarram audendum censuit. Iubet Laurentio Aldana,
quatuor nauigijs trecentos imponat Hispanos, littoræque Perua-
na tueatur, Portumque Urbis Rhegij, si possit, occupet, omnesque eo-
dem conuenire iubeat, qui Cæsaris partes tueri fouerique statuissent,
ac Pisarræ tempus sui muniendi, interficiendique amicos subditosque
Cæsaris, vt saepe se facturum iactitaret, eripiat. Ante profectiōnem
ad Præsidentem conueniunt Præfecti militesque omnes, signaque milita-
ria, muniūque Diplomata, quæ rebellione amiserant, in eius, vt Cæ-
saris Legati, potestatem cōstituant, quo eadem, quibus visum esset, tri-
bueret. Is singulis collaudatis, iterumque in Cæsaris nomen adactis,
sua vnicuique reddit reliquitque munia, persolutisque singulis stipen-
dijs, Hinoiosam exercitui Cæsariano præesse iubet. Laurentius Aldana,
cum Hertmanno Mexia, Ioanne Alfonso Palemino, Ioanne Ilarensio,
ac trecentis Hispanis, naues conscendens, in Peruanam Ditionem con-
tendit, eum comitante Thoma à Fano D. Martini, Prouinciali Domi-
nicanorum, vno è dictis Legatis, magnæ apud Hispanos Indosque au-
thoritatis, ac proinde plurimum ad fidem Præsidi comparandam vbiq;
facturus, adferens complures Cæsaris literas, veniam petentibus dâtes;
quæ chartæ¹ erant vacuæ, infra tantum Cæsaris nomen eius manu exa-
raturum habentes. Iniunctum verò Aldanæ fuit, ne vsquam militem in
terram descendere pateretur, antequam ad Portum Ciuitatis Rhegij
peruenisset. Sub idem ferè tempus Panamã appulere Archipræsul Rhe-
gij, ac Comesius, qui ea, quæ paulo antè erant acta, intelligentes, læti
extemplo Cæsari Præsidi que iurauere. Is statim cum literis in nouam
Hispaniam mittit Ioannem Mendosam, ad Pro-Regem Anthonium
Mendo-

Mendosam, militum sibi Hispanorum auxilia submittat: Baltazarem 1550.
verò Castilium eadem de causâ mittit Guatinalam, Nicaragnam ad
Insulæ D. Dominici Præfectum. Hoc rerum statu Gonfaluio Pisarræ
nunciatur, aduenisse Tiombani in Peru Ferdinandum Pauagnam, à
Præsidente ad se missum, eratque circiter Idus Ianuarij anno 1547. Sed ad
Fanum D. Michaëlis à Villalobo Pisarræ Præfecto captus, ereptis Cæ-
saris Præsidi que literis, ad Pisarram victus mittitur. Cum mandata
exposuisset, variæ de eo rebellium, sed omnes dura ac sæuæ, dictæ sunt
sententiæ, literas verò Pisarra nemini communicat. Tandem decer-
nunt, Præsidentem in Ditionem Peruanam nulla ratione admittendum.
Quo factò, statim Pisarra Franciscū Caruaialum, virum bello exper-
tum ac acrem, sed sæuum, crudelem, ac rapacem, Plata cum omnibus
militibus, armis, ac auro ad se vocat: qui eodem tempore Rhegiū ve-
nit, quo Pisarræ nunciatur, visas in mari quatuor naues, ignorariq. cu-
ius sint, ac quò tendant. Adducebat Caruaialus centum quinquaginta
Hispanos, triginta tormenta, ac quadringenta millia ducatorum, ex-
ceptusque est summo rebellium omnium honore ac læticia. Pisarra vi-
dens bellum à Præsidente parari, nec se quicquam Panama literarum à
Legatis suis accipere, Petro Puellésio, Præfecto Ditionis Quitoæ, eius-
que vicinis scribit, vigilarent, militesque contra Præsidis inuasiōne pa-
ratos semper haberent. Venerat Aldana quatuor cum nauibus in Por-
tum Oppidi Malabrigæ. Iacobus Mora, Truxillæ Præfectus, vna naui
Hispanis repleta in altum contendit, vt disceret qui essent, & quid
vellent. De rei veritate, ac quid Panamæ actum esset, edoctus, summa
vtriusque partis læticia Aldanæ se iungit, ac, posteaquam de rebus ne-
cessarijs eum iuuasset, quinque nauium classe Truxillam nauigauere,
Mora verò cum copijs in Ditionem Caxamalcanã proficisceretur de-
cernunt, omnesque, qui ad Cæsaris officium reuerti vellent, exciperet,
literasque ad vicinarum Ciuitatum Præfectos daret, officij eos ac præ-
sentis gratiæ admonens. Pisarra per Monachum de Moræ defectione
ac Aldanæ aduentu fit certior. Mittit statim Moræ loco Truxillã Do-
ctorem Garciam Legionensem, vnâ cum naui, in qua viginti erant Hi-
spani: sed qui Moræ ac Aldanæ se iungentes, Cæsari Præsidi que sacra-
mentum dicunt; efficiturq; classis sex nauium, è qua ad Pisarrã Com-
mendatorem Mercedis mittunt, certiorem eum facturū qua de causâ
Aldana venisset. Conqueritur Pisarra, quòd non dudum, vt saepe ami-
ci consuluerant, Aldanæ caput abscindi iussisset. Exinde animum ad
bellum conuertens, veteranos Hispanos pedites mille ac trecentos e-
quites in vnum cogit, magnūque numerum Indorum sibi fideliū his
iungens, copijs hos præficit Duces. Equitatu imperabant Doctor Car-
uaialus, ac Doctor Cepeda; scloperarijs peditibus Ioannes Aco-
stas, Io-

1550. annes Veleſius Gueuara, Ioannes Torrenus. Foſſores regebat Ferdi-
nādus Bicacanis, Martinus Robles, ac Martinus Dalmēdraſius. Legatus
Piſarrę erat Franciſcus Caruaialus; cūmque aceruaſſet ſexcenta millia
ducatorum, omnibus ſtipendia perſoluit. Anthonius Altamarinus ſu-
premuserat ſignifer: in quo tantū viſebatur Cæſarea inſignia; in re-
liquis verò ea erant efficta ſymbola, vt facile coniecturam feciſſes, eos
Conſaluum Piſarram Regem Peruanum agnoſcere. Martinū Saluei-
ranam Platæ præficit, eumq; præſidarios ac aurum in caſtra mittere
iubet. Anthonio Robles, Cuſcæ Præfecto, idem facere præcipit. Marti-
no Ariquipe, Petro Puelleſio, Quitoę, Sauedriæ Guamengæ, tum Mer-
cadillę ac Porcellij Præfectis idem mandat, varijs interin editis libel-
lis, quibus docere conabatur, ſe non contra Cæſarem, ſed Præſidē, bel-
lum ſuſcipere, quòd is præter Cæſaris mandatū id ſibi prior intuliſſet.
Sciebat enim facilè rem falſam, ſpecie recti tectam, populo perſuaderi
poſſe. Paulo poſt captis aliquot Hiſpanis Cæſari militantibus, eos inter
cohortes ſuas diſtribuit, ac Petrum Villoam, Monachum Ordinis Prę-
dicatorum, qui militaribus indutus veſtibus, gratiam, quam Cæſar re-
bellibus offerebat, diuulgabat, in teterrimum carcerem conijcit. Ioan-
nem Acoſtam cum 300. equitibus ad mare, Aldanę deſcenſiones impe-
diturū, mittit. Aldana Præfectum Sauedrā, Guamici Gubernatorem,
cum præſidarijs, ad Cæſaris partes trahit: quo Piſarrę nunciato, Hi-
ſpanos ad incendendum Oppidū feſtinare iubet, ſed ab Indis repellun-
tur. Sauedra cum 400. equitibus Caxamalcam ad Morę caſtra venit.
Sub idem tempus Iacobus Centeno pugna, in qua Pro-Rex Nugueſius
perijt, cum plerisque alijs elapſus, in montium cauernis cum paucis, mi-
ſeram trahens vitam, hætenus, Piſarrę ac Caruaialis ſæuitiam vitās, la-
tuerat. Intellecto Præſidis aduentu, cogit in vnū 40. Hiſpanos pedites
ac paucos equites malè armatos veſtitōſque; promittentēq; Alfonſo Hi-
noioſa ac præcipuis Cuſcanis ciuibus auxilium, eò conuolat, Urbemq;
recipit. Dedignabantur enim imperiū Anthonij Robles, viri ignobilis,
parui ingenij animiq;ue, qui paulo antè cum maxima militum parte
omniq;ue auro ad Piſarram profectus, cognito Centeni aduētū, exiti-
nere ad Urbem reuertens, nocturno proelio à Centeno in Vrbe victus
captuſq; capite plexus fuerat, diuiſa eius pecunia, quæ centū millia du-
catorū excedebat, inter milites omniū rerū inopia laborātes; auctuſq;
Centeno multorū militum acceſſione, qui à Piſarra ac Robleſio defe-
cerant, 400. pedites, 200. equites, ingentemq; prædam trahens,
Platam contra Alfonſum Mendofam contendit. Tum ad Cæſarem de-
ficiunt Fanū D. Michaelis, Mercadilla, ac Porcellū, eorumq; Præfecti
ad Moram Caxamalcā cum copijs proficiſcuntur. Lucas quoq; Martinus
Arequipā à Piſarra miſſus, in itinere à proprijs militibus capitur: qui ſibi

Hiero-

Hieronymū Villegā, Cæſari fidelem, præſicientes, Centenoni ſe iungunt. 1550.
Contra hos Piſarra Acoſtam cum ea quæ erat Quitoę manu mittit, ipſe
cum omnibus copijs citato paſſu ſequitur. Sed mox eodem loco ſub-
ſiſtens, quòd non ſatis aliquot Præfectis fideret, ex ijs pleroſque, ſola
motus diſſidentia, occidi iubet. Tum omnibus in vnum congregatis,
iterum in verba ſua adigit, Acoſtam verò cum trecentis peditibus Cuſ-
cam per montes mittit. Ibant cum eo Pazius Sotomaiorus, Martinus
Dolmoſius, Iacobus Gumellius, Martinus Dalmendraſius, ac Marti-
nus Alarconius. Hoc rerum ſtatu Piſarra ſit certior, Aldanam cum
claffe haud procul Portu ac amne Urbis Rhegij viſum. Quare motis
ad mare caſtris, ne in Vrbe tumultus oriretur, haud procul littore con-
ſider. Aldanæ tres naues amnem erant ingreſſæ. Exit contrā Piſarra,
mediòque inter mare ac Urbem itinere, ab vtroque vno diſtans mil-
liari, caſtra locat, ciuibus, indieta capitis pœna qui non paruiffet, ſe
ſubſequi iuſſis. Hic paucis diebus inter Piſarram ac Aldanam miſſis
Legatis, varijs de rebus ſine effectu eſt actum. Deinde diſtributis vbi-
que gratiæ Cæſaræ literis, quibus præterita omnia condonabātur, ve-
teraq; decreta abolebantur, indies nobiles ignobilēſque à Piſarra ad
Cæſariana caſtra conſuebant. Vno enim die ad Cæſaris caſtra tranſ-
fugiunt Nicolaus Ribera, Vaſco Gueuara, Franciſcus Ampuerofius,
Iacobus Tinoco, Alfonſus Ramireſius Soſanus, Franciſcus Barrius Nu-
meuius, Alfonſus Barrius Numeuius, Martinus Menefius, Iacobus Sco-
uarius, ac Ferdinandus Brauius Lagunas; qui ſolus à perſequentē Pi-
ſarræ equitatu retractus, ac ad eum perductus, quanquam vir nobilis
eſſet, ſtrangulari eſt iuſſus. Sed multorum interceſſione, ac præcipuè
exorante Agnete Brauia, Nicolai Riberæ vxore, vitam ei Piſarra con-
cedit: qua re intellecta, Alfonſus Carcereſius ad Piſarrā accedens, eum-
que exoſculatus, alta voce inquit: Potentiſſime terrarum Orbis Prin-
ceps, in perpetuum is malè pereat, qui non ad extremum vſque ſpiritum
tibi fidus adhæſerit. Poſt tres horas Piſarræ nunciatur, Alfonſum Car-
cereſium, Ferdinandum Brauium Lagunas, ac pleroſque alios tranſfu-
giſſe. Incredibile videbatur, Brauium, qui vix deponedi è collo laquei,
reſumendique è tanto periculo animi, tempus habuiſſe viſus eſſet, au-
fugiſſe. Hæc tranſfugia adeò Piſarram commouere, iracundumq; fe-
cere, vt nemo eum adire, niſi vocatus, auderet; caſtraque hominibus
animi perturbatione conſternatis plena viſebantur, ſed tum multo ma-
gis, quum Iacobus Maldonatus, admonitus à Martino Robleſio Piſar-
ram occaſionem eius occidendi quærere, clam noctu profugiſſet, ipſe-
que Martinus Robles, permiſſu Piſarræ ad Urbē Reghium profectus,
ſummo inde mane cum triginta ſex equitibus porta Truxillana egre-
deretur, palàm ciuibus conteſtatus, ſe ad Præſidem, Cæſaris Legatum,

I i

deſerto

1550. deserto tyranno Pisarra, proficisci, ac nisi omnes idem fecissent, Cæsari-
 que operam præstitissent, proditores morituros. Eadem etiam nocte
 transfugit Martinus Lopes, tantisque in Vrbe ac castris oritur tumultus,
 ut parum à capiendis aut interficiendis Pisarra abesset. Quare
 duobus ed loci milliariibus motis castris se communit, eaque nocte Do-
 ctori Caruaialis castrorum curam, ne quis effugeret, committit. Sed
 is, cæteris dormientibus, cum paucis Rhegium, inde Truxillam ad Cæ-
 sarianos contendit, relinquens in Pisarra castris ultra viginti millia
 ducatorum, equosque militares complures. Hunc mox secuti sunt Po-
 lius Hondegarda, Marcus Retamofius, Petrus Suarelius Escouedius,
 Franciscus Miranda, Ferdinandus Vergas, Gabriel Roias, Gabriel
 Verdunefius, Comesius Roias, multique alij viri clari ac nobiles. Nul-
 lius abitur ægrius Pisarra tulit, quàm Doctoris Caruaialis, seipsum
 culpans, tum quòd, ei diffidens, protectionem Cuscana Acoftæ man-
 dasset, tum quòd illi Franciscam, fratris sui Francisci Pisarra filiam, in
 vxorem non dedisset. Nullus abibat dies, quo non aliquor discederet.
 Postero à Caruaialis discessu die duo gregarij equites, (vel hoc præcla-
 ro nobilitati factò) equorum pernicipitati fidentes, sese in fugam, inspi-
 ciente Pisarra ac exercitu, coniiciunt, vociferantes quàm poterant al-
 tissimè: Viat Cæsar, trucidate tyrannum Pisarram. Tum motis castris
 Ariquipam contendere statuit: sed in itinere à multis deferrus, vix du-
 centos retinuit milites: cum quibus in Ditionem Nascanam, quæ quin-
 que dierum itinere Rhegio abest, peruenit, decem militibus è fuga re-
 tractis, ac strangulari iussis. Erant cum imperio Rhegij Pisarra nomi-
 ne Anthonius Ribera, Martinus Pisarra, Anthonius Lionius, ac alij Vr-
 bis honoratiores ciues Hispania oriundi, eisque ad Urbis custodiam
 Pisarra arma, equos, signa militaria, ac pecuniam reliquerat. Hi pau-
 lulum extra Urbis portam conuenire iusso omni populo, in medio
 vexillum Cæsaris erigunt, sacramentum ei dicunt, ac per præconem
 Diploma Cæsareæ gratiæ, clam dudum à Præside ad Urbem mis-
 sum, publicari iubent; Aldanamque, in Portu cum classe stationem
 habentem, extemplo his de rebus certiozem faciunt. Is Ioannem
 Alfonso Palominium cum quinquaginta militibus in ripam expo-
 fuerat, transfugientibus tutum ad se receptum daturus, si cum copijs ad
 Urbem Pisarra reuertisset, duodecimque equites in diuersis ripæ locis
 disposuerat, qui se de rebus necessarijs certiozem facerent. Alfonso
 verò Carceresiu Rhegium mittit, Urbipopuloque nomine Cæsaris præ-
 futurum. Mox Monachum cum milite Ariquipam, indeque ad Præsidem
 mittit, qui eum de rerum successu edoceant. Nona Septembris Alda-
 na intelligens Pisarram cum exigua manu octo tantum dierum itinere
 à se abesse, cum omnibus copijs, nunc primū nauibus egressus, Rhegium
 ingreditur,

1550. ingreditur, Ioanni que Ferdinando classem committit. In Ioannis Aco-
 stæ necem (iussu Pisarra, ut diximus, Cuscam properantis) in itinere
 coniurarant Paceus Sotomaiorus, ac Martinus Dalmofius. Sed quum
 rem ad effectum perducere nequirent, cum triginta-quinque equitibus
 ad Aldanam proficiscuntur. Acofta verò non paucos e suis fugam me-
 ditantes strangulari iussit; tandemque Cuscam veniens, Magistratum
 à Centenone constitutum mutat, relictoque præsidio, Urbem Ioanni Vas-
 co Taxia commendat, ac Arequipam ad Pisarram reuertit, quo in iti-
 nere ultra triginta milites Rhegiū transfugere. Defecit & mox Mar-
 tinus Almendrasius cum viginti veteranis, Cuscam veniens, ac Acoftæ
 Magistratum loco mouens, quemque Centeno constituerat restituens.
 Acofta cum è trecentis militibus, qui Rhegio secum exierant, vix cen-
 tum haberet, magnis itineribus Arequipam contendit, repperitque Pi-
 sarram è mille quingentis peditibus trecentos tantum ac quinquaginta
 retinuisse. Interea Centeno Alfonso Mendosam, qui Prææ cum
 copijs præerat, ad Cæsaris obedientiam reductum, cum omnibus co-
 pijs ad se recipit. Coniuncti summa cum lætitia Duces, ultra mille ve-
 teranos pedites, exceptis equitibus, recensuere, statueretque cum Pisar-
 ra prælio contendere, aut iter illi, ne è Ditione Peruana elaberetur,
 præcludere. Iam enim fere omnes Ciuitates Ditionis Peru ad Cæsaris
 obsequium redierant, Ioannesque Dolmofius, propria manu interfecto
 Comesio Statio, Portum nouum Fanumque Diui Jacobi Culata in po-
 testatem Cæsaris redegerat. Quitoæ Roderigus Salezarus Toletanus,
 militum aliquot auxilio trucidato Præfecto Puelliesio, Ciuitatem cum
 trecentis Hispanis in Cæsaris verba adegerat, Tombesiumque cõten-
 dens, Præsidem expectabat. Sed antequam is in Ditionem Peruanam
 veniret, omnes Vrbes ac Ciuitates pro Cæsare se declararant, nouum-
 que sacramentum dixerant. Quare Præses Panamæ naues conscendit,
 habens quingentos veteranos pedites Hispanos, armorum commea-
 tusque magnam copiam, felicique nauigatione Tombesium appellit.
 Statim omnibus è locis Legati, literæ, ac viri, operam offerentes, gra-
 tiamque accipientes, veniunt; tantaque ad eum vndique confluunt au-
 xilia, ut nouæ Hispaniæ Pro-Regi, aliarumque Prouinciæ Præfe-
 ctis, rescriberet, non esse opus, quæ antea petierat, auxilijs. Misso ad ca-
 stra Caxamalcana Hinoiosa, Præses suis cum copijs Truxillam venit,
 iussis omnibus, vbicunque locorum essent, Cæsarianis in vallè Santa-
 nam conuenire. Pisarra Arequipam appellens, Ciuitatem ab incolis de-
 sertam repperit. Omnes enim Cetenoni se iunxerant, certoque loco, ut
 confligerent, Pisarram expectabant. Is cum copijs recepto Acofta,
 Guarinam, ubi Centeno castra habebat, proficiscitur. Producit statim
 uterque Dux copias in aciem, acriterque concurrunt. Sed tandè Cetenon
 I i 2 fuga

1550. fuga sibi consulere cogitur, perditis trecentis octoginta viris, ac ferè totidè in Pisarræ potestatem relictis. Desiderauit Pisarra vltra cētum viros. Captiuis blandè allocutis, militiæque suæ ascriptis, cohortes prælio transfugijsque diminutas complet. Victoriâ suis animatis, copias auget, prædam militi concedit, decuplo ampliora, superato Præsidi, pollicitus. Tum Cuscam cum exercitu proficiscitur. Præsides in valle Sansana recensens, mille quingentos pedites ac sexcētos equites repperit, pauloq; post fit certior de clade Centenonis; qua etsi summo opere angeretur, quòd dimidia iusti exercitus parte esset priuatus, egregiè tamè animi dolorè incōmodumq; simulata alacritate tegebat, seque parat vt cum Pisarra primo quoque tempore cōgrederetur, copijs hos præficiens Duces. Petrum Alfonso Hinoiosam peditatui imperare iubet, ac sub eo Baltazarem Castilium, Paulum Menesium, Ferdinandum Mexiam, Ioannem Gufmannum, Alfonso Palominiū, Gomefium Solium, Franciscum Moscheram, Ferdinandum Cardenesium, Adelandam Andagiam, Franciscum Dolmosium, Gomefium d'Arias, Porcellinum, Pardauellium, ac Sernam. Almaradam castrorum constituit Magistrum, Doctorem Benedictum Caruaialem summum Signiferum, Petrum Vloam summum rerum capitalium Præfectum. Tormenta curare iubet Gabrielem Roias. Equitatu præerant, Petrus Cabrera, Gomefius Daluarado, Ioânes Sauedra, Iacobus Mora, Franciscus Ferdinandus Mexia, Roderigo Salezarus, ac Alfonso Mendosa. Aderant semper à consilijs Præsidi, Rhegij Archipræsul, Antistes Cuscæ, ac Quitox, Prouincialis Prædicatorum, alijsque permulti viri sacri profaniq; ordinis. Quum postremò exercitum Præsides recenseret, repperit mille sexcentos scloperarios, quingentos lancearios pedites, ac sepeingentosequites. His cum copijs, vigesimo-nono Decēbris Sansana è valle motis castris, iter Cuscam versus, vbi Pisarra erat, instituit, accessitque hic agmini Præfectus Ditionis Chilianæ Petrus Valdiuia, rei bellicæ Dux efficacissimus, quemque inprimis Francisco Caruaiali opponendum censebant. Venit & mox infelix Centeno cum quadraginta equitibus, è pugna Guarimentis fuga elapsus; proficiscunturque magna cum difficultate ac commeatus penuria per inuios colles, donec Andaguaram venirent, vbi propter rerum omnium abundantiam Præsides ad proximum vsque ver anni 1548. hiemauit. Initio veris Andaguara profectus, ad annum venit nomine Auanki, duorum dierum itinere Cusca distans; eoque traiecto, ad alium appellatum Apurima, vbi aliquot dies herere est coactus, donec pons, quem Pisarriani deiecerant, reficeretur: cuius fluuij trāsitum cum facillè Pisarra impedire potuisset, supinâ negligentia sui oblitus, Cæsarianos sine molestia transire permisit, serò Acofca cum ducentis equitibus sclopetarijs ad impe-

impediendum transitum misso. Pisarra certior factus de Præsidis propinquitate, Cusca cum nongentis tam peditibus quam equitibus exit, ac Saquisagrana loco munito, quinq; Cusca milliaribus distante, castra ponit. Præsides considerans se sapius frustra Pisarræ, certam Cæsaris gratiam incerto belli euentui præferret, scripsisse, è moue, in quo ob frigoris asperitatem summa cum molestia aliquot diebus castra habuerat, digressus, ad Pisarram contendit, ac ad montis radices castra locat. Laborant inter montium abrupta Cæsariani rerum omnium inopia, inprimis aquæ, ac lignorum, quòd è loci ingens adhuc esset frigus, ob montium altitudinem, qui mediam ferè aëris regionem attingere dicuntur. Ex aduerso Pisarra flumen ac Cuscam à tergo habens, inque temperatissima valle sedes, rebus necessarijs affluebat. Statuit igitur, consilio Francisci Caruaialis, proxima nocte, tribus diuersis locis, Præsidis castra adoriri. Sed ob vnius militis transfugium tentare non est ausus, certiores de consilio suo Cæsarianos, vt erant, factos iudicans. Hic milles, nomine Naua, ac Ioannes quidam Nunensis Præsidi consulūt, prælio abstinens, tēpustrahat: cōstituisse milites à Centenonis clade Pisarræ militare coactos prima occasione transire. Mansere tota nocte Cæsariani insomnes in armis, adeò frigore vsti, vt nil quam pugnam optarent. Vix enim lanceas, gladios, bombardasque præ frigore manibus tenere poterant. Tandem, ob castrorum propinquitatem, pugna diutius differri non potuit, sed post leuia aliquot prælia, instructis aciebus, productisque tormentis, ad vniuersæ pugnæ aleam subeundam, Hispani ab vtraque parte in campum prodeunt, maioribus tormentis vltro citroque non cessantibus, multisque singulis momentis à Pisarra ad Præsidem transfugientibus, inter quos clariores fuere, Doctor Cepeda, Garcilassus Vega, ac Alfonso Petrus Hita. Milites qui cum Centenone ac Mendosa victi, captique, inuiti cum Pisarra stabant, singulis momentis transfugiebant, Præsidem rogantes, ne acies loco moueret, defecturos mox omnes, ac Pisarram deserturos. Vix verba protulerāt, quum integra Pisarræ acies (Squadrones nunc Hispani ac Itali vocāt) triginta-trium bombardariorum peditum, seruato ordine, vtroque inspectante exercitu, signa ad Præsidem conuertit. Insequi cedereque transfugas Pisarra iubet. Sed cæteræ acies animis consternatæ, conuersis signis, pars Cuscā seruato ordine contendit, pars in fugā se conijcit, cæteri, pugna detrectantes, immobiles in loco cōsistunt. Qua rerum conuersione Pisarræ animo victo, fractoque, alta voce ait: Polteaquā omnes ad Cæsaris castra transeunt, idem faciamus, gratiæ eius beneficio cum cæteris vsuri. Respondet Acofca: Nequaquam, Pisarra; sed, inuaso hoste, virorum fortium more potius gloriosè pugnātes, quam turpiter carni-

1550. ficis manu cadamus. Reddit Pisarra: Minimè, Acoſta: deferente enim nos fortuna, præſtat Chriſtianè quàm Paganè mori. Exinde tradito gladio (lanceam enim in transfugas ruperat) à Præfecto rerum capitalium Petro Vlloa, qui proximus aſtabat, capi ſe finit. Adductus ad Præſidem, ſeruato faſtu, ferociaque, quum parum decore ac reuerèter eum ſalutaſſet, Cetenoni cuſtodiendus traditur. Capiuntur mox & omnes ordinum eius ductores, excepto Francisco Caruaiale, qui fugerat, conatuſque ſe noctu in arundineto abſcondere, collapsus cum equo in paludè, à proprijs militibus agnitus, captuſque, ad Præſidem ducitur, omnibus ſummopere eius captiuitate lætâtibus. Vir enim ſeuus, crudelis, ac turbulentus, inprimis Piſarram ad rebellionem concitarat, in ea continuerat, atque ad ſtabiliendam tyrannidem crudelitate opus eſſe, author ſemper fuerat. Conſtat eius inſtigatione Piſarrâ ſupra ſexcentos viros claros gladio aut laqueo necaſſe, ter totidem Hiſpanos milites, Indosignoto numero. Caruaiales neminem vnquam ad mortem duci iuſſit, niſi amariffimis primùm ſarcaſm̄is ac ſcurtilibus iocis inſultaſſet. Cæſariani, accepto à Præſide ſigno, fugientes rebelles perſequuntur ac ſternunt. Capitur cum Piſarra ac Caruaiale Acoſta, Gueuara, Ioannes Perez Vergera. Soria pugnans periit. Tam opulenta fuere caſtra Piſarræ, vt minima Cæſarianorum militum præda ſex millia ducatorum valuerit. Manſere eodie in hoſtium caſtris Cæſariani, laſſitudine coacti, miſſo Cuſcam Ferdinando Mexia, ac Martino Robles, cum ſingulis peditum cohortibus, ne eodè caſtris confluentes milites, direpta Vrbe, inſuper cædem facerent. Per ſpeciem enim victoriæ vnusquiſque, proprio concitatus odio, vindictam de priuato ſumebat inimico. Tum iure eſt agitata rebelliũ captiuorum cauſa, ac in Gonſaltium Piſarram, Franciſcum Caruaialem, cæterosque ordinum ductores, læſè Maieſtatis lata ſententia; caputque Piſarræ à carnifice decifum, in Urbis Rhegij foro ferreis tectum clatris, ad tempus ſpectandum hac cum inſcriptione proponitur: Hoc eſt caput proditoris ac tyranni Gonſalui Piſarræ, qui in Ditione Peruana contra potentiffimũ Cæſarè Carolũ 5., Dominum ſuum, rebellâs, arma ſumpſit, inq; valle Saquiſagranenſi cõtra eius ſummũ militare ſignũ pugnans ſuperatus captuſque has dedit pœnas. Bona Piſarræ omnia Cæſaris fiſco applicantur. Domus quam Cuſcæ ampliffimã ædificarat, diruta fuit; in area ſal ſeminarũ, erectaq; Colũna, cui inſculpta eſt actæ rei cauſa. Centeno eum captiuitatis tẽpore honeſtiſſimè tractauit, nec vel verbo lædi eſt paſſus. Mortè cõſtanter, faſtũ non deponès, tulit, alioqui Chriſtianè ac Catholicè, carnifici omnia quibus induebatur donans veſtimèta, erantq; hoſerica lutei coloris, diſſeminata aureis conchylis, vniones lapideſque pretioſos intermixtos habentia. Idem geſtabat capitis tegumentũ. Faſtus animo inſitus eum

mortis

1550. mortis articulo non deſeruit; fautores animi magnitudinem generoſitatemque appellabant. Corpus Cuſcæ honeſtè eſt ſepultum, Paulo poſt Fraciſcus Caruaiales cum nouem legionis ſuæ Præfectis, aliisſque ſuprà memoratis ordinum ductoribus, capite plectitur; ac in quatuor partes ſecti, diuerſis locis inſepulti ſuſpenduntur. Non pauci ad arbores ſtranguantur, alitibus eſca facti. Præſes Cuſcam proſectus, puniendis alijs rebellibus animum incendit, dimiſiſſique in varias præfecturas ordinum ductoribus, Doctorem Polum Hondegardum in Ditionè Chiarcaſtanam, vbi Porofij aurifodina ſunt ditiffimæ, mittit, eaſque eum cuſtodire, ac Cæſarei iuris curam agere iubet. Quinã enim auri partem Hiſpaniæ Regi mercatores debent. Miſit poſt paucos dies Hondegardus Præſidi duodecies-centena aureorum ducatorum millia. Punitis Cuſcæ obſtinatis, rebellionisſque authoribus, Præſes, poteſtate ſibi à Cæſare conceſſa, ijs omnibus gratiam facit, bona, dignitatem, honorem, ac ſamam reſtituit, (reſeruata ſingularibus ac priuatis perſonis ciuiliũ cauſarum actione, earũque in iudicio perſecutione) quicumque in valle Saquiſagranenſi ſub Cæſaris vexillo in acie ſtererant, aut ad ſe ab hoſte tranſierant, omnium rerũ perpetua obliuione omnibus iniuncta, capitis conſtituta, qui alteri rebellionem exprobraſſet, pœna. Pugnatum aut potiùs tumultuatum eſt in valle Saquiſagranenſi, nono Aprilis 1548. reſtitutaque Peruanis pax ac trãquillitas. Non carebat ingenti periculo hæc rebellio. Si enim in valle Saquiſagranenſi Hiſpani fidem Piſarræ ſeruiffent, proeliumque contra Præſidem conſtanter iniſſent, ancipiti euentu cum fortiſſimis veteranis militibus, acerrimiſque Ducibus, Cæſariani pugnaffent, certaffetque Cæſar cum proprio cliente ac ſubdito de perpetua Indiæ Occidentalis poſſeſſione. Reſtabant Præſidi remunerandi fideles, res non exigui momenti. Nam vel inſimæ fortis gregarius miles, Urbis ſe præfecturam meritum iactabat, ac proinde magnũ à Cæſare munus expectabat. Creuerat enim numerus peditum equitumque Hiſpanorum Cæſari militantiũ ſupra bis mille quingentos. Officia verò morte Præfectorum conferenda centum quinquaginta vix attingebãt. Multi igitur numerata pecunia remunerantur. Quum verò de inæqualitate plerique ſeditioſius conquererentur, paucis punitis, cæteri racuere, inque varias partes diſtributi, ad nouas Ditiones ſedeſque quærendas cum Ducibus ſunt miſſi. Præſes verò niſi omiſſurus quod ad Regni Peruani tranquillitatem ſpectare poterat, Hiſpanos latis legibus, ne contra rationem, æquum, ac iuſtum Indos opprimerent, in ordinem redegit. Tributorum quoque certa conſtituit genera, ac ſummum Rhegij Concilium, ad quod Indi ab iniurioſis iniquiſque prouocarent Dominis. Tum Hiſpanis breui Pro-Rege à Cæſare promiſſo, omnibus ſinguliſſque valedicens, menſe Decembri

anno

1550. anno 1549. Rhegij naues cum viginti centenis aureorum ducatorum millibus, Cæsari deferendis, ascendit. Sequitur eum Prouincialis Ordinis Prædicatorum, ac Hieronymus Aliaga, Peruanorum ad Cæsarem Legati, multique viri nobiles, qui, accepta potestate, cum non exiguo auri infecti pondere in Hispaniam reuertebantur. Perueniunt felici nauigatione Panamam; cumque hic paucos dies à iactatione ac nauife se refecissent, & ad Ciuitatem Dei-nomen pergerent, in itinere Præses fit certior, Ferdinandum ac Petrum Còtreras fratres, filios Pro-Regis Nicaragnæ, à Cæsare deficientes, Panamam subito aduentu occupasse ac diripuisse, Præsidemque si reperissent, cum Cæsarea pecunia captiuum abducere statuisse: conuolasse subito alio itinere versus Dei-nomen, ut uenientem Præsidem extra aut intra Oppidum cum comitatu intercipient; sed ciues, ab Indo de aduentu eorum certiores factos, ad defensionem fortiter constantique animo se parasse. Præses, nuncio nil territus, audacter eò progreditur; rebellesque celeritate vincens, cum prior ad Oppidum peruenisset, ciues mirum in modum præsentia sua confirmauit, rebelles uero reuerti coëgit; cum quibus paulo post Cæsariani bis prælio congressi, eos superauere, vno è fratribus Contreris in pugna cæso, altero nunquam amplius comparente. Atqui hac ratione paucis diebus repressa sopitaque altera est Indiana Hispanorum rebellio. Capti huius rebellionis milites Panamæ puniuntur. Tum gratiæ Deo publicè ab omnibus actæ; parataque ad proficiscendum naues Præses cum auro ingressus, mense Iulio anno 1550. felici nauigatione primùm in Portum D. Lucæ in Hispania, deinde Hispalim, nunc Seuiliam, appulit. Postea ad Cæsarem cum Peruanis Legatis uirisque nobilibus in Germaniam contendit, eique ex allata pecunia quingenta millia ducatorum adfert, pauloque post Valentiæ in Hispania Antistite diem suum obeunte, hac dignitate est remuneratus. Magna Cæsaris omniumque Germaniæ Principum cum admiratione est auditus, enarrans qua ratione proximo quadriennio Peruanam rebellionem magis prudentia ac consilio, quam armorum motu, composuisset: confessi que sunt omnes, Dei auxilio beneficioque imperare Cæsarem, qui vno eodemque tempore rebellantes in Peru Hispanos, in Imperio Germanos, tanta cum felicitate superasset domuissetque. Peruij, nouæ Hispaniæ, aliarumque Ditionum descriptionem, marium, fluminum, montium, vallium, populorum nomina, situs, magnitudinem, feracitatem, vestitus, religiones, ac leges, denique pleniorè earum rerum, quæ descripsimus, enarrationem qui desiderat, Historias ea de re Hispanicè scriptas, ac in omnes ferè linguas translatas, consulat. Latine enim adhuc nullus ex professo hæc tractauit. Decimo-sexto Iunij Bruxellenses in Brabantia primùm V Villebrouchi fodere cœperunt nouam fossam nauigabilem, qua

qua hodie Bruxella Antwerpian, Mechliniam, Liram, in Hollandiam, 1550. Zelandiam, Flandriamque nauigatur. Hærebat adhuc Cæsar in Germania, cum Hessus, Mechliniæ sub Hispanorum custodia relictus, desperare de libertate, ac proinde ad fugam animum incendere cœpit. Primùm igitur Hispanum militem Germanicè loquentem corrumpit. Sed rebreui palam facta, Hispanus supra pontem, quæ ante fenestrâ est ædis in qua Hessus asseruabatur, me inter alios aspiciente, publicè ab Hispanorum lanceariorum peditibus, ab utraque pontis parte constitutis, confoditur, Hesso è fenestra supplicium inspiciente. Paulo post iterum fugam molitur operâ Conrardi Bredesteinij, ac Ioannis Rômelij, nobilibus Germanis. Hi ex Hafsia Mechliniam usque certis interuallis equos disponi curarant, ut cum murorum Urbis portulam, hodie lateribus obstructam, dictamque Blocpoort, quæ ad carceris eius hortum, haud procul Porta Neckerspoulia, pertinebat, per causam exonerandi alui, ut solebat, exisset, equum conscenderet, effugeretque. Sequuti erant hi duo Hessum ab initio captiuitatis, necessaria ei procurantes, ideoque custodibus Hispanis perquam notissimi. Manè ad ædes Hefsi (quæ erant in via Heergrachtia, è regione Attrarum Monialium) accedunt, facultatemque eius adeundi petunt. Præfecto ad eos exeunte, causamque sciscitante, Conrardus breue tormentum, quod tres ferreas habebat filulas, omnesque puluere ac plumbo farcitas, in Præfectum exonerare conatur. Sed chalybea rotula è filice ignem non excutiente, mortem Præfectus euadit. Dum hi multis uulneribus in vestigio tranfiguntur, Hessus cubiculo exierat, ac Blocportam petebat. Sed obuiam factus Hispano militi, neganti hoc rerum statu tempus esse eò loci alium exonerare, ad cubiculum redire cogitur. Confossi Germani mox in patibulum, quod in foro stabat boario, pedibus suspenduntur, ac post viginti quatuor horas depositi, in publicam crucem, quæ in via Antwerpiana extra Urbem est, appendantur. Quum hæc Mechliniæ fierent, adolescens decimum-quintum ingressus annum, apud Sacerdotem doctum probumque, nomine Franciscum Pauli, dicta in Vrbe literis operam dabam. Ex hoc tempore arctissimè eodem loco Hessus custoditus, nil amplius de fugatentauit. Decimo-nono Decembris noctu præsidium Magdeburgicum Vrbe exiēs, in proximo Pago Otterlebio per tenebras Septem-viri Mauritijequitatum aggreditur, ingentique edita pugna, in fugam vertit, multis cum Pago concrematis. Capti sunt cum equis duceri sexaginta, ac ad Urbem perducti, inter quos fuit Georgius Comes Meckelburgi, suscepti nomine Cæsaris belli Dux. His Augustanis Comitibus Cæsar iterum de filio Philippo sibi surrogando cum fratre Ferdinando egit, plurimum anniteute sorore Maria, quæ cum Cæsare in Germaniam hac de causa uenerat. Sed magnis

1550. deterritus rationibus, inprimis verò præsentia nepotis ac generi Maxamiliani Austriae Archiducis, qui ex Hispania ad hæc Comititia, patris Ferdinandi iussu, aduolat, iustiusque ad hæc dignitatem aspirabat, Cæsar in sempiternum has cogitationes animo depoluit. Tum Regina Maria, à fratre Cæsare impetrata decreti contra hæreticos editi moderatione, in Belgium sexto Idus Martijanno 1551. iter instituit. Idibus Februarij Comitij Augustanis finis fuerat factus, reiecta Religionis causa ad Concilium Tridentinum. Dissensiones quæ interim oriri possent, Cæsar ad se recipit. Romanorum Regi contra Turcam auxilia decernuntur. Pecunia è publico arario sumpta reponi iubetur. In proscriptos bellum decernitur. Quum aliquot dies ludicro peditum equitumque decursu Augustæ inter se Principes certassent, ad sua quisque reuertitur. Cæsar cum fratre Romanorum Rege Inspruchum contendit, ac aliquandiu manet. Princeps Philippus cum patruele Maxamiliano Tridentum pergit, inde Mantuam, Mediolanum, tandemque Genuam; ubi consensu Andreae Austriae triremibus, Barcelonam in Hispaniam tertio Idus Iulij appellunt, terrestrique itinere Madriliam perueniunt. Huius anni initio Octavius Farnesius à focero Cæsare alienor factus, partim ob mortem patris Petri Lodowici Farnesij, eo (ut existimabatur) conueniente procuratam; partim propter ereptam à Cæsaris Ducibus Ferdinando Gonzaga ac Andreae Austriae Placentiam; adhuc interitu aui Pauli tertij Pontificis temerarius factus, verens ne dictus Gonzaga ac Austria, quibus inprimis patris cædem Placentiamque occupationem imputabat, Parmam etiam per occasionem eriperent, omni que se principatu eiicerent, iuuenili imperitia, de Cæsaris amicitia diffidens, conuerso ad Henricum Franciæ Regem animo, eius sibi partes amplectendas iudicauit. Scribit literas ad fratrem Horatium Farnesium, qui paulo ante in Franciam erat profectus, Dianam, gratissimæ formæ adolescentulam, Henrici Regis filiam notham, in uxorem ducturus, suo nomine cum Rege transfigat. Cupere enim se Parmam Regis præsidio contra Cæsaris vim defendere. Rex Henricus, qui dudum Cæsari bellum inferre statuerat, Therme Dominum, in Italia Legatum constitutum, Parmam iustis peditum equitumque cum copijs ire, Octaviumque defendere iubet. Præficit Rex equitatu Horatium Farnesium, ductam Dianam à se Castresij Ducem nominatum; peditatu Petrum Strozam, Florentinorum exulum Principem. Hi cum Octauio communicatis consilijs, cum illic copias, quas adduxerant, reliquissent, Mirandulam proficiscuntur, nouumque in amica Ditione militem conscribunt. Pontifex Iulius de Octauij consilio certior factus, adeo ægre tulit, ut ad tertium Idus Aprilis, spatio nimirum triginta dierum, Octavium Romam ad dicendam causam euocaret; non comparentem, læsæ Maiestatis reum proscriberet,

beret, Cæsarique eius Prouinciã inuadendam occupandamque concederet. 1551. Is statim Ferdinando Gonzaga prescribit, collectis copijs Parmam oppugnet. Cogunt vno tempore Pontifex ac Gõzaga copias; rebusque omnibus paratis, Montius ac Vitellius, Pontificij Duces, Mirandulam, Gõzaga Parmam obsidet. Indignissimè enim ferebat Pontifex, Octavium, quem in initio Pontificatus in Parmam ac Placetiã imperio confirmarat, Urbisque Romæ Præfectum nominarat, violata fide, oblitumque beneficii, à se ad Francum defecisse. Rex Henricus, nulla ad Pontificem honorifica legatione, de occupata Parma Mirandulaque frustra se excusare conatus fuerat. Intellegebat enim Pontifex, Francum Cæsari hoc facto, rupta pace, bellum parare. Paulo etiam ante missi è Pedemonte à Carolo Cossa Brisacco, Regis Henrici Legato, Franci milites, in Ditione Mediolanensi, per quam iter sine maleficio faciebant, cæsi, capti, aut ad remum erant relegari. Interea Antistes Atrebatensis de restituenda veterum Religionis, suscipiendisque Concilij Tridentini decretis, Augustus V Vindelicæ enixè, sed frustra, laborabat, palam Septem-viro Mauritio ad Protestantem deficiente, ac Magdeburgicos simulanter oppugnante, quippe qui arcanum cum Franco foedus, liberandi soceri Hefsi causa, contra Cæsarem inierat: Francus verò cum Turca paternam amicitiam renouarat, eiusque classem in mari Mediterraneo expectabat. Cogebantur interim in Italia à Francis, Pontificijs, ac Cæsarianis summa cum diligentia veteres nouaque copiarum. Sed Francus rebus omnibus paratior, non diutius simulandum censens, triremes Massilia Duce Palino exire, ac Draguto Solymanni Præfecto iungere se iubet. In Aquitania classe alia clam instructa, undecim Belgarum onerarias, cum mercibus in Hispaniam pacis fiduciã tendentes, capit. Dragutus cum Arcem Melitanam frustra tentasset, præmissis Polino Tripolim, (olim Lepris magna, postea Neapolis, ac postremo Tripolis dicta) Mauritaniam Ciuitatem, Hispanorum præsidio munitam, contendit. Conspecta Fracica signa, qualia & Turcæ exposuerant, in Portum ut amici admittuntur; unde mox occupatam Oppidi portam, Turcæ qui sint declarant, (bellum enim neutra adhuc pars publicarat, nec Cæsar Francum Farnesij causa pacem rupturum existimabat) præsidarios cadunt, ciues capiunt, Oppidoque de comætu præsidioque prouiso discedunt. Maria Austriaca, Cæsaris soror, Belgicarum nauium direptione violatam à Francis pacem iudicans, detentis eorum mercatoribus ac mercibus, sexto Cal. Octobres Bruxellæ bellum in Francos publicari iubet. Tum ab vtraque parte libelli in publicum eduntur, quibus alter alteri violatæ pacis causas affigebat. Prodiit & alius, quo Francus causam susceptæ defensionis Octauij Farnesij, Pontificiamque alienationis, reddit, graui Francis constituta poena, qui Romam aliqua de causa pecuniã misisset. Prodiit & no-

mine Cæsaris libellus, causas exponens belli Parmensis, quod iusta Pontificem Iulium de causa, suo auxilio, suscipere docebat. Exinde Cæsar Hispanos, qui per quinquennium in Ditione VVirtenbergica confederant, in Italiam ad Gonzagam mittit, solam Arcem Aspergum, imposito Germanorum præsidio, in tota Ditione seruans. Atqui hac ratione vndique excitato classico, violatōque pacis fœdere, bellum summis viribus vtrimque apparabatur; non paucis mirantibus, Francorum Regem tam recentibus, ingētibus, ac felicibus Cæsaris victorijs id ausum, Protestantis summopere latantibus, quod alioqui aut suscipienda Concilij Tridentini decreta ipsis fuissent, aut alterum gratiusque cum fortunatissimo potentissimoque Cæsare tentandum in summa rei pecuniaria inopia bellum. Certum est, Cæsari hoc Francicum præter expectationem accidisse bellum. Sed Rex Henricus, in ipso ætatis flore constitutus, (annum enim ætatis trigesimum-secundum agebat) ingens contra Cæsarem odium animo cequere cœperat, ex quo in Hispania pro patre vas fuerat; quod cōtinuis auctum bellis, mirum in modū percoxerat. Quare tandem fortunam fortunæ conferre ardebat, existimās Cæsaris cum corpore senescere, suam, vti corpus, florere vigereque, ac proinde sibi paternarum cladum vindictam nunc esse relictam. Accedebat Turcici fœderis confidentia, nouumque cum Septem-viro Mauritio, Ioannis Frederici Saxonis, Philippi Hassiæ Lantgrauij liberis, multisque alijs Germaniæ Principibus, Urbibusque in initum secretò contra Cæsarem fœdus, tum Farnesiorum noua in Italia amicitia, quibus mox veteres Cæsariani nominis hostes se coniūcturos pro certo habebat. Inprimis verò illi animos addebat, quod Cæsare laboribus exhaustum, continua corporis imbecillitate morbi que articularis vehementia oppressum, animo corporeque deficere, ac proinde diu superuiuere non posse, annum quinquagesimum-primum agentem, sibi persuaderet. Pontificij, frustra tentata Mirandula, Concordiā occupant, incenduntque. Oppugnabatur Octavius Parmæ acriter, cui Strozza è Mirandula nouas copias subsidio mittit: sed à Cæsarianis cum Mercurio Baiardoque Ducibus in itinere ad vnum cæsi periere. E Mirandula Franci Bononienses omni calamitatis genere diuexabant. Quare coactus Pontifex, suos Parma ad Bononiæ defensionem proficisci iubet. Gonzaga Arcem Colornam munitissimam, magnæque commoditatis, expugnat. Octavius præsidij partem, Duce Andeloto ac Cipetra, ad vastandos Soragniorum agros mittit: qui cum id strenuè fecissent, in reditu à Cæsarianis victi, capto vtroque Duce, ac Mediolanū perducto, præda exuuntur, cæteris Parmā ac ad propria Oppida confugientibus. Sed Horatius Farnesius, Castresij Dux, duobus prælijs eruptione feliciter factis, has elades pro parte vindicauit. Gonzaga, nouo in supplementum ad Par-

mam

mam vocato milite, breui Arcem Tizanam in potestatem redigit; pro- ductisque ad Cartulianos vsq; castris, ijsq; communitis, Parmam ar- 1551. tiffimè premit. In Pedemōtana Ditione, Carolus Colfa Brisaccus, Fræcorum e ductis copijs, Cheriū, Fanum Damiani, ac opportunas aliquot arces occupat, munitq;. Cōzaga, relicto ad Parmā Ioanne Medikino, Marignani Marchione, cum parte copiarū in Insubres contendit, Brisacco se oppositurus. Marignanus ob copiarum exiguitatē paululum à Parma reducto exercitu, idoneis locis Castella munitionesq; instituit, Octaviū longa obsidionis molestia ad deditiōē compulsurus. Strozza proxima Parmæ Oppida præsidijs munit, longumq; prospiciēs animo bellū, in Franciā cum Rege cōmunicaturus proficiscitur. Decimo-sexto Cal. Decēbres Octavius certior factus Torchieræ negligētius vigilias obiri, eò intēpesta nocte fratrem Horatiū cum aliquot veteranis cohortibus mittit. Apponunt scalas Oppidi muris, defendunt se ciues ala que equitū Albanorū acriter. Sed Præfecto tormēti manualis globo cadente, ciues equitesque segniū rem gerūt. Sentiant Fræci, renouatoq; impetu irrumpunt, præsidium cum parte ciuiū interficiūt, murum ac aggerē diruunt, fossam complanant, deinde Parmam sine detrimento reuertuntur: cuius Ciuitatis exinde res, Pōtifice Iulio pacē cum Franco faciēte, paulo pacatiorēs fuere. Non. Iul. Guilihelmus Nassauius, Aurarij Princeps, in vxorē ducit Annā Egmōdiā, Burz Comitē, cui illa filium Philippum adhuc an. 1598. innuprū, ac filiam Mariā, Comiti ab Hohenlo nuptam, solū peperit. Postridie Natalis Christi Leonora ac Maria Cæsaris sorores, Bruxellæ proditiōē verētes, Brugas Flādriæ proficiscuntur, impetrataque à Flandriæ Ordinibus pecunia, Martino dant Rossemio, vt militem cogat. Is in Geldriam profectus, insignē veteranorum legionē conscribit, contraq; Francos ducit. Rex enim Henricus Franciscū Cliuiū, Niuernij Ducem, Cāpangæ præfecerat, qui opportunis locis dispositis præsidijs, ad siluam Arduēnam Lufarcā Castillionē cum 400. peditibus vagantem dissipauerat, maioremque militum eius partem cōciderat. Anthonius Borbonius, Vendomæ Dux, Picardiæ Præfectus, iuuantē fratre Francisco ac Lodowico, coactis in vnum 400. lanceariis equitibus, ac circiter decē peditum millibus, Flandros Hannoniōsque inuadit. Gordiandus Malbarfontani Oppidi Præfectus, contra Belgas in fines suos excurrentes profectus, inque eorum infūdias præcipitatus, cum maiori parte ceditur, cæteris ad Oppidū refugientibus. Exinde Cæsariani Aspremontē occupāt, frustra eos Bosdillonio Maseriæ Præfecto cum præsidarijs insequēte. Octauo Nouembris Septemvir Mauritius Saxo cum Magdeburgijs his legibus pacem facit: Magdeburgij supplices Cæsari veniam rebellionis deprecantur. Nil contra Austriacam Burgundicamque familiam tentant. Cameræ Impe-

Kkk 3

rij iudicio

1551. rij iudicio se submittunt. Postremo Augustano decreto stant. In
 » omnibus controuersijs iuri se sistunt. Urbis munitiones à Cæsaris
 » arbitrio diruunt. Cæsaris præsidia omni tempore admittunt, Urbem
 » que ei patefaciunt. Aureorum Cæsari Rhenensium quinquaginta mil-
 » lia persoluunt, tormenta maiora duodecim tradunt. Ducem Mec-
 » kelburgi, aliosque captiuos, gratis dimittunt. Præsidarijs exautho-
 » ratis, quò lubitum fuerit, abire licitum est. Hos Meckelburgius mox
 » omnes in Mauritij verba adigit, erantque pedites bis mille, equites du-
 » centi. Postero die Mauritius cum Cæsariano præsidio urbem ingreditur,
 » eiusque nomine à Magistratu populoque sacramentum accipit. Dis-
 » cedens Senatui de Religionis Lutheranae libertatisque conseruatione
 » secretò, sed plenè, cauit; detectoque animi interiori decreto, nò se quie-
 » turum est fassus; quin focerum Hessum vi aut amicitia è Cæsaris car-
 » cere liberasset, Magdeburgijs ei ad hanc rem auxilium promittentibus:
 » cuius Ciuitatis obsessio, malis artibus in annum protracta, hunc tadem
 » habuit finem. Interea Septem-vir Mauritius clam Cæsare cum Fræco,
 » his legibus, paulo antè initum fœdus obsignat: Rex Henricus pro sua
 » parte socijs in singulos menses aureorum liliorum quadraginta millia
 » numerato: qua summa in Germania viginti millia peditum ac octo
 » millia equitum alunt, Francicaque insuper auxilia, si Cæsar cõtra ar-
 » matus prodijisset, addito. Germania finibus exercitum, vt Cæsar inter-
 » cipiatur, aut vires eius distrahantur, admouet. Belgis iustis copijs bel-
 » lum infert. Initio Decembris Cæsar Insbruchii Legatos Septem virum
 » Mauritij ac Brandeburgij, pro Hessi liberatione enixè satagentes, au-
 » dit. Adferebant in eandem rem literas à Romanorum Rege, Alberto
 » Bauariæ Duce, ac à Luneburgicis fratribus exaratas. Aderant & Le-
 » gati, idem precantes, Regis Daniae, Frederici Septem-viri Palatini,
 » V Volfgangi Ducis Bipontini, Ioannis Brandeburgij, Henrici, Ioanis,
 » ac Alberti Meckelburgensium fratrum, Ernesti Marchionis Badensis,
 » Christophori Ducis V Virtembergij. Respondet Cæsar, rem esse maioris
 » momèti, quàm vt de ea ex tẽpore statuere possit. Expectare se in diem
 » Saxoniae Septem-virum Mauritium, aliosque Principes, quibuscum de
 » Hessi libertate esset acturus. Quo responso Mauritius non contentus,
 » animum ad bellum Cæsari inferendũ cõuertit. Sub finè anni Maxami-
 » lianus Austriae Archidux cum vxore ac liberis ex Hispania in Italiam,
 » indeque Tridentum venit, elephantem, Lusitaniae Regis donũ, ducès.
 » Maximo ei à Patribus Principumq; Legatis in Concilio Tridentino
 » congregatis cum honore obuiã est itũ, lautiaq; cum comitatu aliquot
 » diebus à Cardinale ac Senatu præbira, donisque abiens perhumaniter
 » excultus. Oeniponti patrum focerumq; Cæsarem salutat, vxor Ma-
 » ria patrem. Interea miles qui Magdeburgũ oppugnatat, ac defenderat,
 » secretò

secretò Mauritij Septem-viri stipendio addictus, per Thuringia agros
 » dissolutè insolentèrque agebat. Huius anni fine, ac initio 1552. Tri-
 » denti cum Legatis Septem-viri Mauritij, V Virtébergij, ac Imperij ali-
 » quot Ciuitatum, de causã Religionis varijs modis disceptatur. Sed
 » Germanis nil de obstinatione remittentibus, sed se solos veritatem ve-
 » teribus omnibus incognitam reperisse asserentibus, post multa vltro
 » citroque habita verba, re infecta disceditur. Fama spargi interim cœ-
 » pit, Septem-virum Mauritium, inito cum Franco alijsque Cæsaris
 » hostibus fœdere, bellum parare. Quare mense Februario Oeniponte
 » Cæsar Mauritio scribit, dimisso milite ad se veniat. Respondet, perso-
 » luti, in quo totus esset, stipèdijs, se eos exauthoraturum. Insbruchum,
 » seu Oenipontem, Aulae suae Magistrum mittit, qui hospitia præparet.
 » Interea clam nouis peditum equitumque cõscriptis copijs, exercitum
 » non contemnendum cogit: cui statim, adductis auxilijs, se iunxere, Gui-
 » lhelmus Hessi filius, Ioannes Albertus Meckelburgi Dux, Albertus
 » Brandeburgius, omnes (vt Mauritius) fœderi militiæque Francicæ
 » ascripti. Hi primò in Sueuiam irrumpunt, liberam passim Ciuitates oc-
 » cupant, tormenta aurumque extorquent, Protestantium Magistratum,
 » reiecto Catholico, restituant. Idem Augustæ admissi faciunt, restituti
 » etiam ciuium Tribubus à Cæsare dissolutis. Vlmam, Cæsaris præsidio
 » munitã, frustra oppugnant, multatisque octodecim millibus aureorum
 » Rhenensium, ad Alpes contendunt. Septem-vir Mauritius cum his non
 » erat, sed Lintzium ad Rom. Regem profectus, cum eo de pace, libe-
 » randisque captiuis Principibus, agebat. Statuitur Cal. Iunij hac de re
 » Passauij Principum conuentus. Ab alia parte Francus, iustis paratis
 » copijs, cum socios Germanos bellum Cæsari intulisse audiret, educto
 » exercitu, partim è Francis, partim è Germanis conflato, in Lotharingã
 » ducit, sparsã famã se Germanis ex fœdere in auxilium proficisci. Per-
 » latã Tridentum famã, Mauritianos Augustæ admissos, rectã ad Alpium
 » occupandas angustias cõtendẽre, pars maior Patrum ac Theologorum
 » fugam iniit, Cæsar verò per Ditionem Tyrollensem subitò militem
 » cogit. Ex Italia quoque adfertur, Pontificem Iulium pacem cum Fran-
 » co fecisse, Salernitanumque Principem, occasione dissidij cum Pro-Re-
 » ge Neapolitano orti, ad Francũ defecisse, bellumque Cæsari ab ea etiam
 » parte parari. Ita subitò Cæsari, omnia se pacasse existimanti, denuo bel-
 » lum, superiori infestius, in Germania, Italia, ac Belgio oritur. Francus
 » certior factus, Mauricianos, Augusta alijsque non paucis Imperij Ciui-
 » tatibus in potestatem redactis, arma per Germaniam circumferre, ad
 » Alpes, vt sine præsidio Cæsarem Insbruchii agentem ad quas vellent
 » conditiones adigerent, tendere; fœderis occasione tempus adesserat
 » rem propriã agendi, copias dudum conscriptas Tullii, Ciuitatẽ Impe-
 » riale,

1552. rialē, ad fines Lotharingiæ sitam, conuenire iubet; commissāque coniugi Catharinæ Regni procuratore, eodem iter instituit. Sed eum Reginam Ianvillæ in morbum admodum incidisse periculofum intellexisset, tradito Conestabli Mommerancio exercitu, apud vxorem mansit, donec melius habere cœpisset, nunciatumque de susceptæ expeditionis primo non infelici successu accepisset. Exinde inuicem obfides Mauritijs ac Rex ex promisso mittunt, pollicitamque in tres menses Germanis ad bellum pecuniam Francus numerat. Quum Mommerancius Tullium ac Verdunium, Imperij Ciuitates, deditio in potestatem redegit, iustoque præsidio munisset, Pontmuffonij, Lotharingicæ Ditionis Oppido, Marchionatus titulo ornato, admittitur; expugnataque Arce Gorziana, præfidiariisque ad vnum trucidatis, Metim, vetustissimam Mediomatricum Ciuitatem, ducens, haud procul Vrbe castra ponit, Bordilloniumque ac Tauannam, nobiles Præfectos, ad Senatū mittit, petitū, Regi, ad liberandam seruitute Germaniam properanti, per Urbem sine maleficio tutum iter præbeant, ac pro argento com meatum venalem exponant. Erant Metis inter Senatorios ac plebeios Urbis Rectores peruetustę perniciosaque factiones, quibus, vt omnibus alijs locis, non grauatim proletarij ac sellularij subseruire solent. Ex his plerique, annua dudum à Rege accepta pecuniæ portione, illi se operasque suas obstrinxerant, successuque temporis & alios Francico auro inefscatos in partes traxerant. Cumque se inimicis impares sentirent, Regem, non eos, Dominum cupientes, quam poterant artificiosissimè ac lecretissimè, vt in eius petitionem consentiretur, tandem impetrauerunt. Permittitur vt Conestablis cum ordinario peditum præsidio familiarique comitatu Urbem intraret, com meatisque exercitui prære præberetur. Auget Conestablis cohortem triplo, promptissimos strenuissimosque totius exercitus viros nobiles legens. Idem in familiarique comitatu facit, arma vestium elegantia splendoreque tegentes. Intransi quarto Idus Apriles semi-apertam portam, iungunt se Francis infidi ciues; reclamantibusque fidis, accurrunt varijs è locis expediti pedites equitesque complures, adeo vt Conestablis, occupata plenè que aperta porta, dubios renitentisque rogando ridèdoque summoueret, abireque custodes iuberet, non esse dicens necesse, sumptus molestiasque Reipublicæ cauta suscipiant, Urbem Francos custodituros ad usque Regis aduentum, vt de ea pro arbitrato disponat. Atqui hac ratione Metenses, perdita libertate, Francicum susceperunt iugum, quod diuturnæ libertatis satietate negligètes effecti, debilior factio mutationem cuperet, potentior malè libertatem defenderet, vtraque custodias æquamque gubernationem omitteret. Rex, felici initio susceptæ expeditionis intellecto, Tullium Verduniumque venit, ciuibus arma tradere, sibi que

1552. sibi que sacramentum dicere iussis, Nanceum, Lotharingicæ caput, proficiscitur. Obierat non ita dudum Dux Franciscus, vnico relicto filio Carolo, nouenni puero, ac duabus filiabus. Rex Carolo cum matre viduala ad se vocato, filiam illi suam Claudiam Francicam despondet, comitantemque Bordillonio, eum in Franciam, reclamante, plorante, Regique malè precante matre, vt cum filio Delfino enuciretur, mittit; amotoque Mombardonij Domino, Caroli nutritio, Brossæum illi præficit. Erat autem Ducis Caroli mater Christierna filia Christierni secundi Daniæ Regis Regno pulsi, ac Elisabetæ Austriacæ sororis Cæsaris. Quapropter Rex ea gubernatione Lotharingicæ mota, ac ad vile Oppidulum relegata, Lotharingicæ gubernationem Nicolao Vaudemontij Comiti, Ducis Caroli patruo, comittit, seipsum verò Rex pupilli Caroli Prouinciæque Governatorem nominat, statimque exteros omnes, qui vel exigua obibant munia, præcipueque Cæsarianos, loco mouet, Francos aut Lotharingos eorum loco substituens. Nanceo Rex Pontmuffoniū venit, relictoque in Oppido iusto præsidio, decimo-octauo Aprilis Urbem Metensem superbè intrat, ac, vt Tullij Verdunique fecerat, exarmatos ciues in sua verba adigit. Tum Urbis partem, quod commodè muniri non posset, euertit, eamque paulo angustiores facit, magnisque adiectis propugnaculis, operà Arcturi Cossæ insigniter munit, idoneoque loco Arcem munitissimam ædificat. Circa finem mensis Aprilis Rex Metis discedens, Rhijngrauium & plerofque alios nobiles Præfectos cum parte copiarum Treuerim præmittit, experturos an eadem facilitate, supinæque ciuium negligentia, intrare possent. In secreto enim Regis consilio erat decretum, proferre Franciæ limites ad usque Rheni ripas, quod is Galliam à Germania Iulio Cæsari distinguat. Germanos enim, tam exiguo tempore à Cæsare Carolo domitos, facile quoque se pro parte subacturum non dubitabat. Quare occupata Meti, tentare non dubitat Treuiros, Argentoratum, Colmariam, Sleistadium, cæterasque Germaniæ Vrbes Cisthenanas. Sed Treuiri vicinis prudentiores cautioresque, vno consensu ad Urbis defensionem parati, Francos expectabant. Quo Rex intellecto, Argentoratum, quod summo opere petebat, ducit. Sed iterum asperitate exercitus malè habitus, insuper com meatus inopia laborare cœpit. Accedebat, quod quilibet longius ab agmine discedebat, ob insolentiam ac rapacitatem sine ulla commiseratione à rusticis obtruncabantur. Huic incommodo obuiā iturus Rex, Saleburgi Lotharingico Oppido præfidiū imponit, initioque Maij in Holdreanā Ditionē saltuosam siluestremque peruenit; tandemque Alsatia rerū omnium copia abundante ingressus, Argentorati, vt Metis, intromitti, varijs artibus frustra petit. Territe enim Metensium exemplo vicina Imperij Ciuitates, Franco nil fidendum iudicabant, seque

1552. subitario præsidio munierant. Cōmeatum tamen primū exigua copia, mox largissimè adferunt, delinire Regis animū cupientes, ne in agros rusticosque sæuret. Cū frustra Rex Argentorati se harere videret, Haganoam profectus admitti petit. Recusant ciues. Sed mox tormenta produci videntes, exiguum debilèque Oppidum necessariam deditiōnem facit, ac, quæ Rex iubebat, ciues præstant. Inde V Visseburgum proficiscitur, vbi aliquandiu moratus, iterumque inopia comneatus laborare incipiens, de reditu cogitat. Considerabat enim, occupatione Urbis Metensis Germanos expergefactos ad consulendum libertati se admonuisse. Qui Spiræ iudicio Camera erant præfecti, videntes ab vna parte Mauritianos, ab altera Francos iusto cum exercitu arma circumferre, Cæsaremque nullas habere copias, conuasatis rebus, fugā in diuersas partes abiere. Tum ad Regem iuxta Argentoratū castra habentem veniunt Protestantium Principum ac Ciuitatum Legati, eique de aduentu gratias agentes, ne vterius progrediatur petunt. Cæsarem enim in eam necessitatem redactum, vt Principum petitionibus necessariò satisfacere subscriberèque cogatur. Francus, diuiso in quatuor partes exercitu, quatuor diuersis itineribus in Lotharingiam ac Franciam ingenti cum difficultate incommodoque peruenit. Adiuuabat proficiscendi diligentiam, quòd certior esset factus, Mariam Austriacam, collectis in vnum quindecim Belgicorum peditum, ac tribus equitum milibus, Duce Reusio ac Rossemio, flamma ferroque Campaniam euasare. Transiens Rex Sarrawardā, aliquot diebus Sweibruggæ (quod Bipontem sonat) reficiendo militi mansit, perdiditque hoc Oppido morbo ac inedia circiter octingentos milites. Inde per Vangiones ad Mediomatricos reuersus, in Lutzenburgenses iter conuertit. Tres præcipuæ Francum causæ subito deferere Germaniam coegerunt. Primò, quòd Rossemius Estinacum, munitum ad Mosam Oppidum, cepisset, Prouinciāque vicinā vastaret. Deinde, quòd Mauritij cum Cæsare ac Romanorum Rege colloquia haberet suspecta. Terriò, quòd occupandi Argentorati, quòd summopere desiderarat, spe decidisset. Posteaquam Germanorum Legati à Franco discessissent, veniunt Helueticorum. Omnibus idem Rex responderet. Redire enim in Franciam non irritatis Germanis, quanquam non per omnia voti compos factus, cupiebat. Exercitu igitur vnus in castris coadunato, Mosellam traiecit, receptoque Estinacò, Lutzenburgios inuadit, moxque Rodemarcum obsidet. Erant in Oppido ac Arce mille prædijarii milites, cum incondita agrestium multitudine, qui fortunas, liberos, ac vxores adduxerāt. Oppido tormentis expugnato ferro, flamma, ac libidine mirū in modum est sæuitum: qui cladem euasere, auro se redemere. Post hæc apud Lutzenburgios conflagrare Fanum Montis D. Ioannis, ac Solurium. Rode-

Rodemarcum, ob Theonvillæ propinquitatem, Franci muniuere. Inde 1552. Rex Dampvilleriam ducit, nouis adiutus, quas Claudius Annibaldus adducebat, copijs. Oppugnatum aliquandiu Oppidum, tandem deditiōnem facit, prædijarijs ac ciuibus in tutum sine armis abire permissis; quumque præsidium Iuosium contenderet, in itinere contra datā sident à Francis spoliatur, ac plerique interficiuntur. Dampvillerium Rex Lodovicum Rabodangem tutari iubet, ipse, motis ad Iuosium castris, oppugnare instituit. Erat in Oppido Petrus Ernestus, Mansfeldij Comes, Lutzenburgensium pro Cæsare Governator. Habebat iustū præsidium, è diuersis nationibus conflatum, pars tamen maior Germani erant. Oppugnatur magna tormentorum multitudine aliquandiu, resistit acriter Mansfeldius. Cumque diuersis locis deiectus murus ac agger ad inuasiōnem Francos inuitaret, misso Comestablis Mommorancius ad Oppidum Legato castrensi, deditiōnem fieri iubet. Belgæ cum Mansfeldio extrema omnia pro Cæsare experiri volebant. Negant Germani posse resisti, ac proinde se certum vitæ exitium non expectaturos. Nititur contrariū persuadere Mansfeldius, sed nil proficit. Corrupti enim iam antea à Francis auro erant Germani. Interea Fraci, animante eos Comestable, ad oppugnationem se instruunt. Sed desertus à Germanis Mansfeldius, cum soli resistere non possent Belgæ, extortam sine vlla conditione, intransibus sine pugna Francis, deditiōnem facit. Exeunte Mansfeldio ait Comestablis: Propera Mansfeldi, Franci enim iniussi intrant. Reddit ille: Nequaquam id facturi fuerāt, si hodie Germani Belgicos habuissent animos. Atqui hac ratione captum Iuosium militi datur diripiendum. Mansfeldius cum quatuor cohortium Præfectis in Franciam abductus, iuxta Urbem Parisiensem, ad Arcem siluæ Vincennæ, multis annis sedit: milites sine armis cum ignominia dimissi: Sassenæ nobilis Belga, inter Germanos elapsus, feliciter euasit. Interea Reusius ac Rossemius Picardos omni cladis genere vexabant, capiunt incenduntque Nouiodunum, Neslam, Chauniū, Roiam, Follebranam Regiam, ac pleraque alia eius tractus Oppida, cum multis nobilium virorum Arcibus ac ædibus, tam ingentem iterum Parisiensibus incutientes metum, vt planè de defendenda Vrbe desperarent, nulliusque imperio à fuga sisti possent, qua occasione paulo post Rex immensam pecuniæ summam à ciuibus per speciem muniendæ Urbis recepit. Hac de causa parte exercitus Vendomio tradita, contra Cæsarianos in Picardiam properare iubet. Sed antequam is eò peruenire posset, Reusius ac Rossemius Oppidum Arcemque Hedsinèsem, exeunte sine tormentis & impedimentis Ienlisio ac Ransa cum prædijarijs, receperant, filiumque suum Reusius vtrique præfecerat. Fran-

552. cus, permunito Yuoſio, ac Blenauij Domino eius custodia data, Mom-
medium properat, vnde mox præſidarij, vitæ fortunarumque incolu-
mitatē paſſi, cum armis exiere. Fine menſis Iunij Robertus Marcanus,
Sedanij Dominus, Regi Heinrico titulo Marſcalci militans, Arcē Bul-
loniam, Ducis Gottofredi Hieroſolymorū expugnatoris memoria ac
poſſeſſione claram, ſituſque cauſa inexpugnabilem, numeratâ pecuniâ
expugnato Præſecti animo, qui nothus erat Haureæ familiæ, in pote-
ſtatem redigit. Tum Lutzenburgiæ Ditioni Rex Neuerſij Ducē præ-
ficiens, Maſeriam venit, exercitus verò Aubignij caſtra facit. Inde in
Hannones ſe conuertens, ab Auennæ obſidione continuis pluuijs præ-
ſidariorumque conſtantia deterritus, ad Arcem Treſſoniam pergit,
eamque cum Glaionnio expugnatam, trucidatis præſidarijs, diruit.
Eadem fuit Chimaj Oppidi fortuna, vbi circiter ducentos Rex perdi-
dit milites, ambuſtos incenſione pulueris tormentarij, qui à diſcurren-
tibus ad prædam militibus caſu fuerat incenſus. Inde propter conti-
nuos imbres Guiſam reuerſus, diſtributo in præſidia exercitu, varijs
caſibus valde diminuto, in Franciam decimo-ſexto Cal. Auguſti re-
uertitur, tribus menſibus cum dimidio elapſis, è quo Germaniam cum
exercitu ingreſſus erat, egregia certè ac heroica expeditione laudē me-
ritus, quòd alieno anni tempore iter periculolum multiſque difficul-
tatibus obnoxium ingreſſus, exercitū, auctis Regni limitibus, incolu-
mem reduxerit, irriſiſque Germanis, tunicam ſibi pallio proximiorē
fuiſſe declararit. Menſe Iunio Cæſar Inſbruchi certior factus de Mau-
ritij ſororumque eius conatu, militem conſcribi, ac ad Oppidum Ru-
tam, in Alpium ingreſſu ſitum, conuenire iubet. Sed Mauritius, eorum
munitionibus ſuperatis, octingentos Cæſaris milites in fugam conij-
cit; Fieſſamque contendens, obuias munitiones expugnat, quosque
Cæſar ijs in locis habebat ad Alpium cuſtodiam præſidarios cædit, aut
pellit, occiſis varijs locis ſupra mille viſis, & multo pluribus captis.
Tum Ereburgum progreditur, magnoque militum labore in proxi-
mos Arci montes euadens, præſidariosque tormentis oppugnans, mox
ad deditonem cogit, captis hoc loco tribus virorum millibus, cæteris
fugâ elabentibus. Hinc eadem vſus celeritate exercitum Inſbruchum,
vbi Cæſar erat, conuertit: qui de capto præter opinionem Ereburgo,
caſusque omnium locorum præſidarijs, certior factus, quum ſe ſine mi-
lite conſpiceret, nec in Italiam iter pateret, quod nunquam in vita
contigerat, fugam capere cogitur. Intempeſta igitur nocte cum fra-
tre Ferdinando, omniſque Aulico comitatu, relicta impedimentorum
maxima parte, magno cum tumultu abicum parat, ac Villacum in
Carinthiam iter fugæ ſimile inſtituit, dimiſſo prius ac in libertatem
reſtituto

reſtituto Ioanne Frederico Saxone, quinto à captiuitate anno, n^o 1552.
Septem-vir Mauritius eius libertatem ſibi aſcriberet. Ioannes Fre-
dericus liber factus, Cæſarem hoc rerum ſtatu deſerere noluit, ſed
ſumma cum fide fugientem eſt comitatus. Mauritius Inſbruchum in-
greſſus, quicquid in Oppido rerum erat Cæſarianarum, Antititis Au-
guſtani, ac qui hos ſequebantur, militi dat diripiendum. A Roma-
norum Regis ac ciuium fortunis abſtinuit. Per triduum enim ad-
huc induciæ cum Rom. Rege Lintzij in itæ durabant; quibus exactis,
Paſſauij locus iterum conueniendi de pace conſtituitur. Huc Mauritius
ſtatim proficiſcitur, ſocij verò eodem quo venerant itinere Fieſſam
reuerruntur. Hæc à Septem viro Mauritio per Maium menſem
ſunt acta. Eodem tempore Regina Maria, fratri Cæſari à Mauri-
tio decepto conſultura, Aquisgran, conuocatis vicinis Principibus
Cæſari Catholicæque Religioni ſtudioſis, nouum cum ijs fœdus con-
tra Religionis Catholicæ Cæſariſque hoſtes in it. Interea Paſſauij, Cæ-
ſariani ac Mauritiani menſe Iulio de pace tractabant: Mauritijs verò
exercitus, ne fruſtra tempus tereret, vexatis Pruſiæ Ducis limitibus,
Francofortum, in quo Cæſaris erat præſidium, Duce Conrardo
Heſtano obſidet: quo conatu Georgius Meckelburgi Dux, tormen-
ti manualis globo traiectus, à parte rebellium interiit; cogiturque ad
hanc obſidionem Septem-vir Palatinus octo tormenta muralia
mittere, niſi Ditionem ſuam depopulari exuriſque mallet. Interea
Romanorum Rex Paſſauio ad Cæſarem, ab eoque Paſſauium re-
currens, Cæſariſque reſponſa, non degeneri trepidoque animo prom-
pta, nec authoritate Maieſtateque carentia, rebellibus adferens, tan-
dem pridie Calendarum Auguſti his legibus inter eos pacem facit:
Cœdederati Principes ante duodecimum Auguſti diem ab armis diſ-
cedunt, copiaſque dimittunt, Romanorum Regi, aut alteri, modò
non ſit contra Cæſarem, nec Imperium, militare permittunt. Ad duo-
decimum Auguſti diem Philippus Haſiæ Lantravius in ſua ad Rhe-
num Arce Rynefeldia liber conſtituitur, quum prius Cæſari de
implendis conditionibus tempore captiuitatis conceptis cauerit:
quam in rem Mauritius Brandeburgiſque Septem-viri, ac V Volf-
gangus Biponti Dux, fidem interponunt. Heſi cum Naſſauio de
Catzenellebogica Prouincia litem Germaniæ Principes Septem-viri,
quosque actor reuſque præterea nominabunt, cognoscunt: ex his verò
Cæſar Indices ſex legito, qui biennij ſpatio litem finiât. Poſt ſextū men-
ſem in conuocatis à Cæſare Comitijſ de Religionis pace agito, interea
omnes ac ſinguli pacem colunt. Ad Camera iudicium Senatūque
Proteſtantes etiâ admittuntur. Ortoni Heinrico Palatino Ditione re-
ſtituito. Cœdederati Principes fœderi inter ſe facto Frãticoque renūciato.

1552. Qui hoc bello damnum acceperē, litē ea de causa non moueto, sed proximis Comitijis eorum rationem habeto. Francorū Rex, si qua in re ab Imperio Cæsareque se lædi existimet, negotium ad Septem-virum Mauritium deserto, is ad Cæsarem. Proscriptos, modò nil noui contra Cæsarem nec Imperium commiserint, Francoque militantes, intratres menses eo deserto domum redeuntē, in gratiam recipito. Albertus Brandenburgius, si ab armis ante dictum diem dimissis copijs discesserit, hac pace comprehenditor. Qui has pacis leges violarit, hostis Imperij esto. Hæc à Cæsare, Romanorum Rege, Mauritio, ac Principibus qui præsentēs erant, absentiumque Legatis, Passauij sunt subsignata. Francus quanquam transactū agre ferret, quum tamen impedire non posset, Germanis obsides remisit. Tertio Augusti Mauritius, filijque Hæssiæ Lantgrauij, copias Francoforto abduxere; hi in Hæssiâ, ille suas in Hungariam Romanorum Regi contra Turcas in auxilium misit. Risenbergius verò sua cum legione ad Albertum Brandenburgium transijt. Hic enim pacis legibus subscribere recusabat, arma retinebat; relictoque Francoforto, ad Moguntiam castra ponit, tandemque admissus, ciues sacramentum sibi dicere cogit. Cæsar, facta pace, Villaco Insbruchum reuersus, Augustam proficiscitur. Iam enim sese ad alterum instruere Germanicum cœperat bellum, conuenerantque cohortes Germanorum, Bohemorum, Italicorum, ac Hispanorum, quæ recentē cum Duce Albano sub initium Iulij Genuam appulerant; bellumque, nisi pax interuenisset, superiori vehementius Germani cum Cæsare habuissent. Sed fortunam eius prudentiamque vltèrius non tentandam Mauritius voti compos factus iudicans, pacem summa cum auiditate arripuit. Consuluerat enim honori ac fidei, liberato socero Hæfso, nec quicquam amplius contra Cæsarem familiamque Austriacam conandum prudenter censebat. Insaniebat, contraria ratione Albertus Brædeburgius, damnaque ingèria sacris Proceribus, Ciuitatibusque Catholicam Religionem retinentibus, inferebat; erantque Moguntini, Spirenses, Treuerenses, Norimbergij, Franconiæ Antistites, ac plerique alij; Cæsaremque aduenientem fugiens, vt Franci militiæ ascriberetur expectabat. Hæfso è postremi fœderis legibus domum liber profecturus, Mechlinia Louanium, inde ad Cætrones, hinc Traiectū ad Mosam venit. Deducebant eū officij causa Hispani veteres custodes, omniumque, per quos trāsibat, Ciuitatum, volente Regina Maria, viri nobiles. Traiecti iterum aliquandiu detinetur, quòd Risenbergius, qui eius filio Guilhelmo militarat, ad Albertū Brandenburgiū trāsens, Cæsarianis bellū inferret. Sed docete Hæfso inuito id filio exauthoratū Risenbergiū facere, institutum iter tenuit, ac instatibus Cal. Septembr. in Hæssiā venit. Tum Cæsar cum copijs Augustā intrat, lectumque à Protestan-

tibus

1552. tibus Magistratum loco mouet, Tribus abrogat, Templaque aliquot Protestatibus, aliquot Catholicis restituit, relictoque in Vrbe præsidio, Cal. Septembris discedit, Ioanne Frederico Saxone fidei officijque admonito, ac in Saxoniam libero dimisso. Falsum enim est, quòd scribit Natalis Comes, Cæsaris captiuum diem obiisse, filijque paternum Principatum restitutum. Hoc enim editionis Operis huius anno 1598. Mauritij, non Ioannis Frederici stirps, in Saxoniæ Septem-viratu rerum potitur. Quum Cæsar in Franconiam peruenisset, quæcunque Antistites cum Alberto Brandenburgio pepigerant, vt extorta, rescindit. Idem Norimbergijs permittit, vtque vetus cum Rhenanis Sueuisque fœdus contra Albertum renouent consulit: quòd mox multi fecere, nil ex promissa pecunia Alberto soluentes, suaque insuper omnia recuperantes. Interea Cæsar per Ditionem VVirttembergensem, intactis VVimensium agris, ob eximiam erga se fidem, Spiram, indeque Orottam venit: Decimo-quinto Septembris Argentoratum cum ordinario tantum comitatu ingressus, exercitū in proximos agros dispergit. Magnifice ac honorificentissimè à Senatu ciuibusque exceptus, muneribus excolitur. Inde Haganoam contendit, iterum Duce Albano exercitus Legato constituto. Angebantur in itinere admodum Cæsaris copiarum, nullusque (tremente Germania) quò duceret, coniectare poterat. Venerant enim ad Cæsarem, iusta singuli cura manu, Ioannes Brandenburgius, Dux Holsatiæ, Emanuel Philibertus Sabaudus. Proscripti in Francia mansere. Christierna, Francisci Lotharingiæ Ducis vidua, Argentorati auunculum Cæsarem conueniens, inde in Belgium ad materteram Reginam Mariam proficiscitur, Lotharingia à Franco pulsa, filioque priuata. Tum Cæsar Haganoa Lindauam petit, indeque in Lotharingiam profectus, vndecimo Cal. Nouembres Urbem Metensem, dolo à Franco occupatam, obsidione cingit. Veriti id iam dudum erant Franci, propterea Nanceum Metimque egregiè munierant. Mense Augusto Solymanus Turcarum Rex, ex initi cum Franco fœderis pacto, instructam illi classem auxilio mittit, quæ Præfecto Dragutorum Regni Neapolitani circumnauigans, magnam incolis trepidationem attulit. Andreas Auria iussu Cæsaris classem contra educit, magis vt incolas animaret, quàm, nauium numero longè inferior, cum hoste confliget. Coactus tamen ad Insulam Pontiam (olim Oenotrides dicta: duæ enim sunt Insulæ in mari Tyrrheno, Plinio nominatæ Pontia, & Ischia, hodie dictæ Ponza, & Ischia) cum Turcis congregitur. Diuina enim Dragutus classe, pleno mari Auriam duabus diuersis è plagis inuadit. Primò aliquandiu res æquo Marte est acta. Sed tandem Auria numero victus, desideratis septem triremibus, ac duabus vi tormentorum demersis, cum cæteris, seruato ordine, ad Insulam Elhim

(olim

1552. (olim Ilina) se recipit. Desiderauit Auria in captis triremibus septingētos Germanos pedites, ac inter hos Aitprandum Matruccium, Cardinalis Tridentini è fratre nepotem, magnæ spei adolescentem, qui paulo post è vulneribus apud Turcas obiit. Dragutus cum frustra aliquandiu Francicam classem expectasset, grauisque immineret autumnus, cum præda ac captiuis Bisantium redijt. Francus quum primùm Solymani classem Neapolitana littora populari intellexisset, Salernitanū Principem citatis equis Masiliam mittit, instructis triremibus Draguto se coniungat. Educta classe, cum Dragutum ad Pontiam feliciter cum Auria pugnassee, versusque Orientem reuerti intelligeret, vestigijs insistens, Constantinopolim proficiscitur, Solymanoque Regis animum declarans, honorifice exceptus ibidē hiemat, inque proximum ver classem impetrat. Sub idem tempus Cæsari nouum in Tuscia bellum Senenses Francorum auxilio excitauere. Est Sena nobilissima vetustissimaque Tusciæ Ciuitas, quæ ferè semper ab occasu Romani Imperij libera fuit. Sed superiori sæculo continuis ciuilibus afflictā dissensionibus perijsset, nisi Deus auxiliū tulisset. Petierant à Cæsare sub huius anni initium ducentos Hispanos pedites, continendis in officio turbulentis aliquot ciuibus. Miserat militem Cæsar Duce Iacobo Mendosa, qui altera parte amicitia sibi coniuncta contrariam opprimere, tandemque non se pacificatorem, sed Senarum Dominū gerere cœpit; inchoataque ad portam Florentinam Arce, populum arma quæ habebat omnia eò deferre cogit. Ægerrimè id Nobiles tulere, neque à maledictis abstinuere, tandemque coniurantes pellere Hispanos, ac cum Franco fœdus facere constituunt. Percepta coniuratione, Cosmus Florentiæ Dux Mendosam Romæ agentem certiore facit. Is quòd præsidium sexcentorum, præter eos qui in Arce erant, in Vrbe haberet Hispanorum, coniurationem parui pendebat. Interea, vt diximus, Dragutus ea littora cum classe percurrit. Hac Senenses conscribendi militis occasione arrepta, à Mendosa potestatem muniendi Portus Herculis Monæci obtinent: quo facto, coniuratio detegitur, militemque Mendosa contra se, non Dragutum, collectum intelligit: proinde cum sine periculo in Vrbe se agere posse diffideret, ad Cosmum pro auxilio scribit. Mitrit ei Ottonem Montacutum cum octingentis veteranis peditibus. Id adeò Senenses exacerbauit, vt mox per aduersam portam Nicolaum Petiliani Comitem cum quatuor millibus, ac Sanctiflori Comitem cum duobus peditum millibus intrmitterent: qui Franco militantes, facillè Hispanos Florentinosque Sena pellunt; eos verò qui in semi-perfecta Arce erant, cum omnibus rebus dimittunt, eamque solo æquant. Hispani Sena pulsi, ad Oppidum Vrbatellum Dirionis Senensis, inter paludes munitissimo loco situm, se recipiunt, indiesque magis magisque muniunt.

niunt. Atqui hac ratione Senæ, pulsis Cæsarianis, in Francorum potestatem deuenere, constituto à Rege Legato Thermæ Domino, ac Ferrariæ Cardinale: qui Cæsarem non inultā relicturum rebellionem suspicantes, per vniuersam Italiam copias conscribunt. Eodem tempore ad Cæsarem Urbem Metensem obsidetem cum Belgarum venere auxilijs Lamoralis Egmondij Comes, ac plerique alij Belgarum Proceres; in quorum comitatu ego tum habebam nepotes ex fratre, Ioannem ac Iacobum Heuterum, singuli tribus equis Cæsari militantes. Oppugnabatur Vrbs tormentis ac cuniculis continuo, præeratque pro Franco Franciscus Lotharingus, Guisæ Dux, Legatū habens Petrum Srozzam, habebantque in præsidio octo millia peditum electorum, ac tria millia equitum, florē nobilium iuuenum totius Franciæ; refeceratque murum, turres, vallum, cæteraque propugnacula, nouaque idoneis locis erigebant, fossas purgabant, Suburbia diruebant, Cœnobia exteriora exurebant, nilque quod ad Urbis munitionem facere poterat relinquebant. Agebat hoc tempore haud procul Pontussonio Albertus Brandeburgius, cum quinquaginta peditum signis, ac valido equitatu: qui dum se cum Franco de stipendijs præteritis ac futuris non conuenire posse videt, interpellantibus Cæsarem Proceribus Germanis, in gratiam cum Comite Oeringensi, Alberto Mansfeldio, horumque filijs Albertum secutis, recipitur, præteritaque omnia obliuioni mandantur. Pugnabatur ad Metim quotidie inter Cæsarianos ac Francos leuibus prælijs, vario, vt semper fit, euentu, præsertim Cæsarianis tormenta producentibus, cadebantque ab vtraque parte viri aliquot clari ac fortes. Franci certioribus factis Albertū Brandeburgiū cum Cæsare transfegisse, sed aliud (quo Guisij permissione ex Vrbe commeatum acciperet) simulare, Claudio Lotharingo, Aumalæ Duci, Guisij fratri, Rex quatuor millia equitum attribuit, iubens Albertum pellat, aut interficiat. Eius enim pedites parum timebant, quòd Risenbergium cum legione Rex ad sua clam stipendia traduxisset, idemque cum cæteris Alberti peditibus tentaret. Albertus de aduentu Aumalij peditumque defectione edoctus, nil animo commouetur, sed equitum fidei virtutisque confusus, instructa acie, Aumalio obuiam tendit, inque mediam numero nobilitateque præstantem, audacter inuectus perumpit; reflexisque momento equorum habenis, idem feliciter audet. Aumalio hoc incursum tribus locis vulneratus, equoque deiectus, capitur: Ioannes Fraxinus, Antistes Baionensis, fuga elabatur: multi nobiles ac ignobiles equites caduntur, ac capiuntur. Cecidere circiter octingenti, cæteri fuga euasere. Albertus ouans ad Cæsarem cum captiuis profectus, amice suscipitur, castraque separatim ad Mosellam, iuxta Abbatiam Diui Martini, qua Metis Franciam respicit, ponens, impediēbat, ne quid ab

1552. ea parte ad Urbem inferretur, quotidianasque Francorum eruptiones & repulit, & sustinuit fortiter, cadente hoc conatu eius Legatō, Georgio Lichtenbergenſi Comite. Cæſar, qui ob articularis morbi ſanctiam hætenus Theonvillæ ſubſtiterat, duodecimo Cal. Decēbres ad exercitum venit; tantaque tum ingentium tormentorum vi ac multitudine Urbis oppugnari eſt cœpta, vt fragor Argentoratum vſque, ſpatio octodecim Germanicorum milliarium, exaudiretur. Egmondius cum duobus equitum Belgicorum millibus, iuſtaque peditum manu, Pontmaſſoniam in poteſtatem redigit; indeque Tullium profectus, fruſtra idem tentat. Paulo enim antè eò Niuernij Comes cum neceſſario intrarat præſidio. Sub huius anni finem Cæſar Urbem Senenſem recuperadam, eiſciendosque Italia Francos decernens, ad Perrum Toletanum, Neapolis Pro-Regem, ſcribit, coactis copijs, Fræcis Senenſibusque bellum inferat. Iſea de cauſa Florentiam cum vxore ad generum Coſmum profectus, breui ſupremum diem clauſit. Epoto obiſſe veneno pleriq; eo tempore voluere, ob ingens cōtra generum animo conceptū ſcelus. Garcia Toletanus, defuncti filius, Romā profectus, curauit, in delectibus habendis Præfecti diligentiam adhiberent. Quum Cæſar ad Urbem Metenſem tormentis nec cuniculis quicquam proficeret, nullaq; ratione conſultum videretur, militem morbis inualidum, in dubia expugnationis euentum, firmiſſimo obijcere præſidio, in dubia expugnatione ſtatuit. Bruma enim continuo gelu corpora vrebatur, ingentiaque aëre demiffa nix moleſtiſſima erat: quibus incommodis quum mox continuæ ſuperuenirent pluuiæ, reſoluta niue, omnia aquis tegebatur, corrumpebanturque: milites verò alui ſolutione ac torminum doloribus correpti (dysenteriam Græci vocat) magno indies numero interibant. Etenim e centum peditum millibus, quæ Cæſar ad Urbem adduxerat, ſupra quadraginta millia hiemis intemperies abſumpſerat. Motis igitur Cæſar caſtris, tormenta præmittit, Metimque Calendis Ianuarij anno 1553. deſerit, fortiſſimis equitum turmis, in tergo relictis: qui erumpentes magno numero hoſtes non ſemel, illata clade, repulere. Ciues ac præſidiarij, publica ſupplicatione Deo gratias agentes, tenuioris fortunæ ciues, quos Guiſius, ne oneri eſſent, exire iuſſerat, in Urbem recipiunt; ægrisque, à Cæſarianis magno numero derelictis, ſumma humanitate curam adhibentes, eſſecere vt non pauci conualuerint. Guiſius inſtantibus Februarij Calendis in Franciam ad Regem contendit. Cæſar Theonvilla in Belgium proficiſcens, Alberti Brandeburgij copias in Treuirorum agris, donec ſoluta eſſent ſtipendia, manere iuſſit: quibus acceptis, Albertus in Germaniam cum auro tendēs, non unquam militem conſcribens, iterum Norimbergijs Franconiaque Antuſtribus crudele inferit bellum. Id verò vt ſopiretur, diuerſis habitis

1553. tis conuentibus, varijs pacificatores, ipſeque Cæſar, Romanorum Rex, omneſque Germaniæ Principes, menſe Martio, Aprili, ac Maio fruſtra laborarunt. Quare tandem, fœdere inito, contra Albertum ſacramento ſe deuinxere hi: Imperij Senatus, Norimberga, Archipræful Moguntinus, ac Treuerenſis, Septem-vir Mauritius, (Socialis exercitus Dux leſtus) Henricus Brunſwicanus, VVolfgangus Pruſſiæ Magiſter, ac plerique alij, moxque copias conſcribere. Sed Albertus, multo fœderatis paratior, infeſtiſſimè Ditionem Brunſwicanæ, Norimbergios, Pruſſiam, ac Franconiam depopulatur, in Oppida ac Pagos igne ferroque ſæuit, ruſticos, qui pecuniam non habebant, terriſſimo mortis genere afficit. Quā ratione per Germaniam furem tem, Regnumque ſibi condere conantem, reſpreſſuri cōfœderati, quibus ſe Romanorum Rex paulo antè iunxerat, Alberto Calendis Iulij ſolemniſter bellum indicunt. Iſ eis per nobilem adoleſcentem, qui literas Romanorum Regis ac Septem-viri Mauritiij nomine ſcriptas ad ſe attulerat, hæc renunciari iubet, Principem Mauritium, ſceleratum more ter rupta fidei reum, iam quartò idem tentare. Prodeat, inquit, in aciem, ibo contra, experturus quid poterit: hoc tantum illi meo nomine reddito. Adoleſcens donatus ad Mauritium reuertit: qui audito reſponſo ſubridens, Hoc, inquit, ab eo expectabam, qui iam dudum ad Germaniæ Regnum aſpirans, omnes eius Principes clientes ſuos appellare ſolet, ac aliquando imperatā facturos gloriatus eſt. Pacificatores, qui apud Albertum eodem tempore erant, audito eius reſponſo, Quid igitur, inquit vnus eorum, nos hic agimus? Nihil, reddit Albertus, quam vt edatis ac bibatis, proinde abite cum lubuerit. Quod cum illi feciſſent, Albertus Ericum Brunſwicanum tertio Iulij ad Cæſarem in Belgiū mittit, ſuſcepti in conſœderatos belli cauſas reiicere conatus, perſuadereque ſe defendendæ Cæſaræ Maieſtatis authoritatique cauſa bellum ſuſcepiſſe. Reſpondet Cæſar, non eſſe opus Albertum eius rei curam ſuſcipere; ſuum id eſſe negotium; proinde arma ponat, cumque Germanis in gratiam redeat. Contemnit hæc Albertus, traiectoque amne Viſurgi, ad Saxoniam fines contendit. Septem-vir Mauritius conſœderatorum Dux, celeritatem Alberti admiratus, ſociorū copias in vnum cogit. Sed tempore excluſus, expectare omnes non potuit, niſi impunè Albertum per Saxoniam debacchari voluiſſet. Quare prima opportunitate cum eo de rerum ſumma decernere ſtatuit. Ferre enim excelsus Mauritiij animus non poterat, ſe irriſo, Albertum impunè Saxoniam vaſtare. Cum vterque exercitus ad Viſurgim conueniſſet, ſine mora acies inſtruunt, nonaque Iulij, exoneratis magno cum detrimento hinc inde maioribus tormentis, acriter cum omni

1553. equitatu vtrimque concurrunt, victoria partes confœderatorum eligente: quo tamen prælio Dux Mauritius ita est fauciat, vt post scriptas ad Antistitem V Viriburgensem literas, obseſis omnibus itineribus Albertum elabi non ſineret, poſtridie diem obiret. Sepultus eſt Fribergi Oppido Miſniæ, iuxta patrem Heinricum, ac filiolum Albertum, decimo-quarto à pugna die, ætatis annum trigefimum-tertium ingreſſus, vnica relicta filia hæredèque Anna, altera Guilhelmi Naſſauij, Aurantij Principis, vxore. Cecidere cum Mauritio, cruenta obſenta victoria, Carolus & Philippus, Heinrici Ducis Brunſwichi filij. Albertus, deſideratis circiter quinque equitum millibus, fuga eſt elapſus. Peditatus enim, viſa equitum clade, non tentata pugna, deditiōnem fecit. Relata ſunt ad Mauritium adhuc ſpirantem quinquaginta-quatuor pedestria militaria ſigna, equeſtria quatuordecim: quo prælio ita Albertus eſt attritus fractuſque, vt in poſterum nunquam ampliùs vel mediocres potuerit colligere vires. Cæſarianis verò ac Germanis hoc prælio nil vtilius nec commodius accidere potuit, duobus acerrimis Germaniâq; quietis perpetuis interturbatoribus liberaris Ducibus, hoc morte ſublato, ille concisus neruis in ſempiternum debilitato, neque ampliùs timendo. Poſtero à pugna die ad Mauritij caſtra venire quingenti equites Bohemi à Rom. Rege, ac ſeptingenti ab Heſſo miſi. Albertus, ne animo victus fractuſque videretur, Mauritij ſubditis amicitiam ſœduſque renunciat. Succesſit Mauritio in Septem-viratu, alijsq; Ditionibus, in quas filia ius non habent, frater Auguſtus, qui Daniæ Regis filiam vxorem duxerat; fruſtra ſe opponente, veteremq; dignitatem à Cæſare repetere, Ioanne Frederico Saxone, eiùſque filijs. Pridie Nonas Iulij obiit Eduardus quintus Rex Angliæ, Heinrici octauij filius, decimo-sexto ætatis anno, ſuccesſitq; illi ſoror natu maior Maria, omnibus Ordinibus Ioannam Suffolciam repudiantibus, quam adoleſcens imbecillis iudicij Rex, perſuadente Suffolcij Duce, teſtamento hæredem ſucceſſoremq; ſcripſerat. Maria Calendis Octobris Londini corona aurea redimitur, dicuntq; ei omnes Angliæ Ordines de more ſacramentum. Albertus Brandeburgius, collectis è fuga copiarum reliquijs, nouiſque aliquot conſcriptis cohortibus, Brunſwichi ſe continebat. Heinricus Dux Brunſwichi, Mauritio à confœderatis ſuſſectus, veteribus copijs, quibus Norimbergij ac Antiftires ſtipendia ſoluebant, ſuos iungit, Idibusq; Septembris in aciem educit. Prodit contra pugnaciſſimus Albertus, iterum tentaturus an ſe Germaniæ Regem fortuna eſſet factura: ſed numero virtuteq; ſuperatus, altera accepta non exigua clade, proſtigatur, ac Brunſwicum refugit. Cumq; intellexiſſet Ducem Heinricum ad Urbis obſidionem cum exercitu properare, ſe quæri rectè iudicans, educto equitatu in Thuringiam, indeq;

in Fran-

in Franconiam contendit, vagus oberrator, imbecillioribus vim, vt aurum extorqueat, inferens. Huius anni vere Garcia Toleranus cum trecentis Neapolitanis cataphractis equitibus Romam venit, Pontificeq; ſalutato, Tiburtim contendit, inde Mantuam, vbi eum reliquæ Cæſaris copię ſunt aſſecuræ; ſimulq; profecti Sutrium, Ferdinandum Gonzagam, Cæſaris per Italiam Legatum, è Pedemonte cum quatuor virorum millibus properantem expectabat. Liburnum appulerat duomillia Hiſpanorum, ad Peruſiam erat Aſcanius Cornienſis cum tribus peditum millibus, hinc inde impediētes, ne commeatus Senam importaretur: cenſebanturq; in vniuerſum Cæſarianæ copię vltra duodecim peditum ac tria equitum millia. Franci quatuordecim peditum ac duo equitum millia in Senenſium Oppidis habebant diſtributa. Adueniens Cæſaris exercitus, Arces Oppidaq; aliquot expugnat, interq; alia Monſelonium, capto Præfecto Sartorio Thieno, nobili Vicentino; tum Aſnolingam, Turritam, Lucignanum, ac Monticellam, caſis vbiq; præſidiarijs. Montalcinam, aliquandiu obſeſſam, expugnare ob aduentum claſſis Turcicæ non potuere. Exoratus enim Solymannus à Salernitano, Regi Heinrico ſuccurreret, claſſem Dragutum educere, Cæſariſque Ditiones, vt narrauimus, inuadere iuſſerat. Quare Garcia, dimiſſa Montalcina, cum copijs in Regnum Neapolitanum reuertitur, idemq; cæteri Duces fecere. Interea Papa Iulius, omni ratione annitebatur Senenſes Cæſari conciliare. Angebatur enim animo, Francorum Hiſpanorumq; copijs atteri Italiæ vires, eripi libertatem, exhauriri opes, iugumq; Italos exterorum ſubire. Sed Senenſes, per occaſionem diſceſſus Cæſariani exercitus, viri, ſcœminæ, pueri, innuptæq; puellæ, ad muniendam Urbem, omni ſpe pacis abiecta, vnanimi conſenſu conſpirant, munitiōnes ingentes erigunt, vallum augent, murum reſciant, foſſas ampliant, nihilq; quod ad diuturnum graueq; ſuſtinendum bellum attinet omittunt. Erat hoc tempore Francica claſſis viginti-quinque triremium in Senenſium Portu, qui Herculis Monœci dicitur, Dragutum cum Solymanni claſſe expectans: qui cum mense Auguſto veniſſet, eductis Duce Thermæo Franci Sena aliquot peditum ſignis, perq; triemes diſtributis, cum Draguto Corſicam inuadunt, ſtatimq; Baſtiam deditiōne recipiunt, deinde Fanum Florentij, Glaſſam vi expugnant. Dragutus ab altera Inſula parte obſidebat Fanum Bonifacij, præcipuum Corſicæ propugnaculum, vbi deſideratis circiter ſexcentis Turcis, inſtante autumno, re infecta diſcedit, ac Conſtantinopolim reuertitur, magna hominum multitudine in ſeruitutem abducta. Thermæus Calulum, in abrupta rupe ſitum, per mensem Septembrem ac Octobrem fruſtra obſidebat. Mense Nouembri in Corſicam appellit ingens oneraria ab Andrea Auria miſſa, quæ

MMm 3

quadria-

1553. quadringentos Hispanos pedites Corsicis in auxilium ferebat, ipso Auriā cum iusta classe copiisque post triduum subsequente, adducēteque decem millia peditum, ac quadringentos leuis armaturæ equites. Tum Franci ad Fanum Florentij refugijunt, pauloque post Bastia Auriā deditioem facit, ac post aliquot mensium obsidionē etiam Fanum Florentij, Thermo se Glasse includente, pugnamque vitante. Auriā rebus in Corsica feliciter gestis, conscensis triremibus Genuam reuertit, fuerēque exindēres Corfarum aliquandiu quietæ. Interea Belgæ, tam qui Cæsari, quam qui Franco parebant, funestum inter se bellum gerebant, innumeros pagos ac inualida Oppida ferro flammaque vastantes, prædas hominum pecorumque immensas abducentes. Brumæ enim diebus Anthonius Vendomæ Dux, Picardiæ pro Franco Governator, Hesdinum aggressus, mirabilique arte tormentis per loca paludosa attractis, cum murum aggeremque prostrasset, effecit, Reusij Comitum filius, omnibus vitæ fortunarumque incolumitatem pactus, deditioem faceret. Cæsar apud Belgas agens, veteribus copijs conuenire iussis, Reusium præficit, (Martino Rossemio in Lutzenburgios misso, præfuturo Prouinciæ, capto Mansfeldio) Terowanamque Morinorum Ciuitatem, Flandriæ infestissimam, expugnare iubet. Reusius, productis tormentis, Oppidi murum aggeremque acriter diuerberat. Adest mox nouis cum copijs Pontus Lalainus, Bignicurtij Regulus, duobusque locis Oppidū premunt. Miserat Francus paulo ante Terowanā cum aliquot equitibus Robertum Marcanum, qui se Bullonij Ducē nominabat, cum Essai Domino, vt iuncti Mommoraciō, Conestablis filio natu maximo, Oppido præfesset. Durate Terowanæ oppugnatione, moritur Adrianus Crouiacus, Reusij Comes, succeditque illi filius natu maximus, Ioannes Crouiacus, Reusij Comes. Exercitus verò cura imperiumque mansit apud Bignicurtiū. Vendomius Cæsarianos Terowanæ obsidione retracturus, iustis in vnum coactis copijs, Flandriæ minatur, cum tamen se loco mouere non statuisset, antequam Rex, qui copias colligebat, aduenisset. Interea Terowana vehemēter à Bignicurtio oppugnatur; factoque tormentis ingenti hiatu ac ruina, pridie Idus Iunij inuasionis dat signum. Irruentes ferociter Belgæ prælium cruentum committunt: resistunt obstinatè Franci: cadunt ab vtraque parte multi, ac è Francis Præfectus Essæus; in cuius locum succedens Mommorancius, magno animo pugnam restituit, adē vt post decem horarum continuum prælium, Cæsariani, receptui canentes, militem seruato ordine reducerent; statimque alio loco translatis aliquot tormentis, factoque ingressu, & hic Oppidum inuadunt. Repugnant, sed maiori cum detrimēto, Franci. Quare non diu se vim oppugnantium duobus locis Belgarum laturos sentientes, ab vna tantum Oppidi parte, ignaris

1553. ignaris his qui alteram defendebant ruinam, deditiois signum exponunt. Dum colloquuntur, Hispani, proximo loco discessisse custodias videntes, appositis muro scalis transeunt, magnaque voce captum Oppidum conclamant: quo tumultu, qui compositionis causa aduenierant, vitam tantum pacti, deditioem faciunt. Qui verò ab alia parte adhuc pugnabant, opprimuntur, à fronte ac tergo cæli, maior pars, proiectis armis, capitur. Oppidum militi datur diripiendum, deinde excinditur, vt hodie nil præter nudum extet solum, quod eo tempore lumen hoc indicat distichon:

*Nunc seges est vbi Morinum, ressecandaque falce
Luxuriat Franco sanguine pinguis humus.*

Tum & hoc numerale D. Petri De Groot, Bruxellani Sacerdotis:

IVNIVS eX MORINIS, VICTRICIA signa potent
Dat CAROLO: FRANCVS VIDIT, & INDO LVIT.

Capiuntur Mommorancius, Martignius, Dampetrus, Lossæus, ac plerique alij viri clari, cæsi tantum trecenti. Martignius ac Dampetrus, parua pecuniæ summā ignoti se redimentes, euasere, Hesdinumque contulere, vbi paulo post infelicioi sorte, partim cuniculorum disruptione, partim proprii pulueris tormentarij fortuita incensione, cum Horatio Farnesio Castreij Duce, multisque alijs, misere periere. Capta est Terowana quarto Idus Iunij, toties superiori saculo capta receptaque, ac Flandrici ne an Picardici iuris esset, Francis Belgisque ferro inter se litigantibus; immensique effusi humani cruoris ingentiumque laborum ærumnarumque causa. Exinde exercitui Cæsar præficit Emanuelem Philibertum, Sabaudia Ducem, nulla Bignicurtij culpa, sed eo perhumaniter Sabaudus, ob familiæ claritatem, cedente. Maiori enim cum auctoritate Belgarum Proceribus erat imperaturus. Sabaudus Mostreulium expugnare statuens, quum certior esset factus eò Vedomium sex peditum ac duo equitum millia misisse, mutato itinere Hesdinum copias conuertit. Præerat Oppido ac Arci iusto cum præsidio Robertus Marcanus, dictus Bullonij Dux, aderantque Comes Villierij, Horatius Farnesius, Comes Dampierre, Vicecomes Martignij, Placia, alijque multi viri fortes clarique. Sabaudus statim Oppidum capit. At in expugnanda Arce omnis consistebat difficultas. Hanc enim summis viribus Franci munierant, tuerique statuerant. Sed cum tormentis ac cuniculis in magnum essent aducti discrimen, de compositione agere incipiunt. Cumque parum conuenirent, nec tamen omnino sine spes esset, vno eodemque tempore in Arce puluis tormētarius fortuito igne corre-

1553. correptus, Francos complures extinxit aut ambusit; cuniculi que à Sabaudo instituti, concepto igne, Arcis partem dissecere, accurrentemque Horatium Farnesium, Dampierrium, Martignium, compluresque alios, in frustra discerpere. Quinto Cal. Augusti Cæsariani Arcem capiunt, ceterosque omnes cum Marciano, Comite Riouio, Villario, Lobzo, Culano captos ad Sabaudum perduxere. Oppidum verò cum Arce, quod proximis triginta annis sæpius hinc inde esset captum, funditus diruere, nouumque sequenti anno inter propinquas paludes condidere, figuræ quadratæ, singulis adijcetes angulis ingentes munitiones, ac inter hos cespitium vastæ molis aggerem, cū necessarijs intrò munitionibus: quibus cū fossam profundissimam circumdedissent, inexpugnabile Oppidum, Atrebatibusque tutissimum propugnaculū, si fidi fortesque non defuerint præliarij, ædificauere, Sabaudum cum exercitu eodem loco hærente, donec veteres munitiones essent dirutæ. Interea Comestablis haud procul Ambiano exercitum cogeat, moxque iuxta Picquinium castra communit: quo Sabaudus intellecto, motis castris, etiam non longè Picquinio confidet. Ardebant animi iuniorū ab vtraque parte pugnandi desiderio, Mommoranciumque Franci, in æquum educerentur locum, omnibus momentis à Cæsarianis paruis prælijs irritati, summopere rogabant, vrgebantque. Dispicit locū insidijs aptum Mommorancius; repertoque non procul castris, peditesequitesque electos complures in eo condit. Tum alios in pugnam emittit. Prodeunt ex aduerso Cæsariani, concurritur acriter. Ab vtraque enim parte præcipui Proceres in pugnam prodierant, virtutem animosque ostendere conati. Quumque aliquandiu fortissimè esset decertatū, pauci Franci, insidiarum gnari, eò fugam simulatè capiunt. Ceteri, horum exemplo moti, veram fugam ineunt. Cæduntur quamplurimi, capiuntur multi. Cumque receptui Sabaudus cani iussisset, quòd satis castigata pro tempore Francorum ferocia videretur, nec suos à Regijs tormentis lacerari cuperet, non obediunt, sed ad castra Francica, contemptis tormentis, delati, in insidias prouunt. Restituitur pugna æquo aliquandiu Marte, donec Francorum copijs in tanta castrorum propinquitate omni momento crescentibus, Cæsariani primò sensim se recipere, deinde incitatori gradu abire, tandemque præcipiti omnes fuga ad Sabaudum contendere cœpere: qui vniuerso equitatu emisso, subsequētibus ex interuallo peditū legionibus, maiori parti salutem attulit, Rege eo die prælio non certandū censente, quū tamè insignis offerretur rei bene gerendæ occasio. Desiderauere vtroque prælio Franci ducetos viros, ac priore pugna capri mansere Canaplæ ac Roheguidonis Reguli. E Cæsarianis quingenti perire, ac inter hos Carolus Melunius, Hispanoij Princeps, summo diei æstu in galea, quam frustra leuare conatus

tus

1553. tus fuerat, suffocatus. Captus est Philippus Croniacus, Arschoti Dux, iussuque Comestablis ductus ad Arcem iulæ V Vicennis, iuxta Urbem Parisiensem, vnde postea felici dolo effugit. Exinde Rex, Heluetiorum auxilijs alijsque copijs in castra receptis, Picquinio mouens, Corbeiam septimo Calendas Septembres venit. Iam enim antè Sabaudus, Regi nouarum recentiumque copiarum aduentu impar factus, in Hannonia iuxta Urbem Valéchinensem castra permunierat. Comestablis cū prima Regij exercitus acie Baupamam Artesiæ Oppidum veniens, eiisque situm propius contemplatus, cum præliarijs equestri prælio ad Oppidi fossas acriter certat, donec compluribus Francis Oppidi tormentis discerptis, ac non paucis vulneratis, desperata expugnatione ad Regem reuertitur. Corbeia Francus Peronam mouet, indeque per Comitatum Fani Diui Pauli, sub initium mensis Septembris, Cæsaris Ditiones ingressus, flāma vbique grassatur, nil, vbi aditus dabatur, intactum relinquens. Continuat tamen pluuiæ, quæ hisce diebus non cessabant, flammam multis locis restinxere, itinera verò adeò infesta impeditaque reddidere, vt magnum Franci plaustrorum, mularū, ac sarcinariorum iumentorum numerum, in tergo subsequentibus Cæsarianis, diripiendum relinquerent. Postridie Nonas Septembres Rex omnibus cum copijs haud longè Cameraco confidet, Urbemque per Legatum castrensem aperiri iubet. Nil pacati respondetur. Paulo enim antè Reusius, Barbanonius, ac Hericurtius cum milite intrarant, leuibisque prælijs Francos exercebant. Illi, proximis incensis Pagis, prædas abigebant. Pridie Idus Septembres Rex Cambresij admittitur, seque hic cum Cardinale Farnesio ceterisque Proceribus reficit. Tandem decimo-octauo Septembris haud procul Valenchenis castra locat. Pars copiarum Cæsaris in Vrbe erat, pars cum Sabaudum Arcem Famaam, collèmq; Mommoiacum, subiectamque eius vallem occuparat, magnumque hic sclopetariorum numerum condiderat, qui, vrgente necessitate, è castris subsidia accipiebant. His locis sæpius vario euentu est certatum, Francis audacissimè ad castrorū Cæsarianorum munitiones summo cum periculo excurrētibus, cuius temeritatis non pauci penas, discerpti laceratique à tormentorum globis, ac sclopetariorum grandine, dabant. Rex Cæsaris copias singulis horis augeri, ipsumque Cæsarem, quamuis toto corpore articulari morbo miserè oppressum, cum omni Belgarum nobilitate ad castra properare intelligēs, è Procerum consilio vndecimo Calend. Octobres sub auroram castra Sulesino mouet, Cambresiumque reuertitur, Pagis omnibus in circuitu, vbi incendiarijs aditus erat, exustis. Inde ad Fanum Quintini militem partim in præsidia collocat, partim solutis stipendijs exauthoratum dimittit. Idem faciunt Cæsariani, continuis autumnii pluuijs

NN n coacti.

1553. coacti. Eodem ferè tēpore in Subalpina Ditione Frāci Vercellas frangere occupant. Sed accurrente paratissimis cum copijs Ferdinando Gonzaga, cum eius muniendi nec expugnandæ Arcis tempus haberent, abducta rerum hominūque præda, Oppidum deserunt. Mense Nouembri, quorundam diuturna interpellatione, Cæsar ac Romanorum Rex Sebastianum Scertlæum, in genua veniam gratiāque rogātem, proscriptio liberatum in gratiam recipiunt, omniāque ei bona restituit. Imperij verò Senatus (Cameram Imperij vocant) Albertum Brandenburgium, quòd à bello ciuili, seditione, perturbandāque Germania non abstineret, solemnī cæremonia Calendis Decembris proscriptum, Imperij hostem, publicāque quietis perturbatorem, pronunciat. Ille scriptis ad Cæsarem literis, ijsque per Legatos missis, petit, intercedat. Respondet non esse Cæsaris officium Imperiali Senatui exercendi iuris viam rationēque legitimè institutā impedire. Contendendū illi, positis armis, iudicio. Si roganti seque sistenti ius denegetur, tum se Cæsaris officio functurum, intercessurūque. Albertus causā diffidens, quum iudices auro corruptos edito libello falsò diuulgasset, Imperij forum declinat, eaque de re publicè obtestatur. Senatus Alberti vicinis proscriptionis executionem iniungit. Calendis Octobris Maria Angliæ Regina V Westmunsteri corona redimitur; habitisque Lōdini Regni Comitij, pulsīs hæreticis, Catholicā Religionem Angliæ restituit, ac de nuptijs cum Hispaniarum Principe Philippo, Cæsaris filio, viduo ineundis agi est cœptū: quod Anglorum aliquot Broceres ægre ferētes, captis armis cum copijs contra Reginā Londinū contendūt. Sed rebus malè succedentibus, omnes ferè cum Ioanna Suffolcia, eius patre maritoque, (hæc enim Regina à coniuratis fuerat proclamata) capti, duodecimo Februarij anno 1554. Londini publicè capite plectuntur. Eiusdem mensis die vigesimo-primo Vinariæ moritur Sibylla Cluia, vxor Ioannis Frederici Saxonis: qui vndecimo post die in fara concedens, vxorem est secutus. De nuptijs Philippi Principis Hispaniarum ac Mariæ Reginæ Angliæ, operā Cardinalis Reginaldi Poli, quem Papa Iulius constituendæ Religionis causā in Germaniam ac Angliam miserat, agi cœptum erat. Nūc verò Cæsar, vt nuptiarum leges conciperentur, filium Philippum Bruxellam è Germania vocarat. In Angliā verò legationem, rei transigendæ causā, ad Reginam valde honorificā mittit, cui præerat Lamoralis Egmondij Comes. Cum eo ibant Brabantia Cancellarius Philippus Nigri, Carolus Lalaini Comes, Ioānes Mommorancius Carreræ Dominus: qui certis legibus nuptias confecere, sed quòd steriles extiterint, proindeque leges inutiles reddiderint, studio omisi. Egmondus, vt est Principum mos, cum Regina Maria, nomine Principis Philippi, armatus nonnihil temporis concubuit. Elizabeth
Reginæ

1554. Reginæ Mariæ soror, sed non vterina, de superiori seditione suspecta, in honestam custodiam concluditur, è qua mox sponsi Principis Philippi deprecatione liberatur. Parabantur interea in Hispania, Anglia, ac apud Belgas nuptijs necessaria, de quibus sequenti libro scribemus. Circa finem mensis Aprilis Aumalæ Dux, ad Urbem Metensem ab Alberto Brandeburgio captus, persolutis ei sexaginta millibus aureorum liliorum dimittitur, pauloque post Cæsar Albertum, diuina humanaque iura contemnentem iridentemque, euulgatis Bruxellæ Brabantia literis iterum proscibit, ac Imperij Principes, ne hominem turbulentum diutius impunè grassari permittant, iubet. Quare ab Henrico Brunfwichi Duce acerrimè persecutus, tandemque adeptus, perditis omnibus impedimentis ac tormentis, militibusque diffugientibus, cum paucis tranato Mœno Kintzingum euadit; a missoque mense Iunio Blasseburgo, munitissimo Ditionis suæ propugnaculo, ac in Romanorum Regis potestare redacto, omni Ditione exutus, in Franciam ad Regem Henricum profugit: cui cum se non admodum gratiosum aduenisse hospitem videret, per sesquiannū priuatus suo ære in Francia vixit. Exinde confœderatorum exercitus Ditiones sociorū Alberti inuadit, Meckelburgum, Luneburgum, Anhaltium, Mansfeldiū, Rotenburgum, Hennebergium, Oldenburgium, ac aliquot alios, ingentemque pecuniā summam extorsere; maiore eos poena multaturi, nisi, intercedentibus aliquot Principibus & Ciuitatibus, pax tandem Germanorum ciuili bello, per causā restituendæ Religionis à stulta veraque ambitione inuecto, post octo annorū insanas concertationes esset inuenta. Consideret secum Lector horribiles calamitates quas hoc octennio Germania pertulit, dum contra Cæsare, legitimū Principē, autam Religionem iustè tuentem, temere Smalcaldicū fœdus cudit recluditque; quamque turpis, fœdus, ac ignominiosus fœderis fuerit exitus. Sub idem tempus moritur Carolus Sabaudia Dux, relicto filio hærede vnico Emanuele Philiberto, à Cæsare eiusque filio in protectionem (concesso illi Astæ Comitatu) suscepto, magnisque exercitibus ob præcox ingenium, iudicijque acrimoniā, (quibus pater caruerat) præfecto. Sepultus est Vercellis, insigni à suis pro facultatū ratione exequiarū pōpa honoratus. Interea Philippus Hispaniarum Princeps, armata Coronæ à Bernardino Mèdosa insigni classe, quæ fuit 80. magnarū, ac 40. minorū onerariarum, vehentiū 4000. Hispanorū peditū, è Hispania in Portum Angliæ Oppidi Hamptonij 19. Iunij appellit. Prodierant obuiam medio Oceano 18. ingētes Angliæ ac complures Belgarū naues, tormentis virisq; optimè instructæ, maria omnia explorantes. Quum Hamptonij 4. diebus quieuisset, 5. V Vincertrā, vbi Regina agebat, profectus, ad summum progreditur Tēplum; dimissisque Hispanis in Belgium,
N N n 2

1554. giū, Deo de felici nauigatione actis gratijs, ab Oppidi Antistite Magi-
stratuque summo cum honore excipitur. Præfusus est Hamptonij
semper in publico, nullis ei, præter Reginæ ministros, ad mensam ser-
uientibus, Hispanis non parum murmurantibus. Tum ad Reginam
mittit Ruigomium Siluanū, suo nomine offerri iubens monile, fron-
tale, brachialia, ac armillas, quæ summam centum milliū ducatorum
superabant. Quum Princeps, Hamptonij portam exiēs, V Vincertriam
contenderet, decem Anglicos equos gradarios, ad iter magnificè instru-
ctos, Reginæ nomine Anthonius ei Brunius offert: è quibus statim v-
num conscendit, cæteri Hispanis Proceribus cessare. Vigesimo-quinto
Iulij, qui Diuo Iacobo Hispaniæ Apostolo sacer est, Princeps ac Regina
in summi Templi choro superbè adornato conueniunt. Cùm ad sum-
mum altare constitissent, ac in medio paululum supra vtrumq; Oppidi
Antistes, ponēque hūc aliquot alij Angliæ Antistites, astarentq; ab vtro-
que latere Principes Hispaniæ, Angliæ Proceres, exterorumq; Princi-
pum Legati, nomine verò Cæsaris Lamoralis Egmōdij Comes, Caro-
lus Lalaini Comes, ac Correræ Dominus; mox prodit ad Principes Fi-
gueroa, Hispanorū peditū Præfectus, Diploma Cæsaris Latinè exaratu
ostēdens, quo filiū Philippū Neapolis Regē appellabat, omnibusq; eius
Regni iuribus actionibusq; libera voluntate cedēs, in absolutā eius pos-
sensionē filiū cōstituebat. Id Anglicè astanti populo alta voce Antistes
V Vincertriam interpretatus, Regē Regināq; an cōceptas in nuptialibus
Tabulis cōditiones approbēt rogat. His voce nutūque annuentibus, al-
tissima iterū voce ab astantibus petit, essētne quispiā qui legitimū, quo
minūs effectū sortirētur nuptiæ, impedimentū adferre posset. Nemine
quicquā adferēte, sed omnibus intēta voce eos iungeret rogāribus, cō-
uersus ad Regē Philippū Antistes, in hunc modū Latinè eum cōpellat:
Philippe, cupis Mariā in vxorē ducere, diligere, ac amare? vitā, siue ad-
uersā, siue secunda contigerit, cum ea finire? deserere, eā vinā, omnes a-
lias liberorū gignēdorum causa scēminas? ac in eius potestātē te tuāq;
omnia cōstituere? Posteaquā Rex, Cupio, dixisset, Ruigomius ei acer-
uum aureæ argēteaq; monetæ, quātum manu tenere poterat, præbet.
Rex verò Reginæ id offerēs, in datæ fidei testimoniu se se id dare ait, ac
in Missali deponit. Tum ad Reginā Antistes cōuersus ait: Maria, cupis
Philippum maritū accipere? cæterāque, quæ Regē rogauerat, repetit. In
quæ cū Regina expressis verbis cōsentisset, aureā argēteāq; monetā
in Missali codice à Rege depositā aufert, inq; paratū ad hoc marsupiu
cōdit, nobiliq; virgini, quæ vestis suæ talaris à tergo in terrā defluētis
partē manibus subleuabat, tradit. Tum Rex aureos annulos, immensū
pretij lapides ferentes, ab Antistite bene precatos, Reginæ donans,
digitis eius aptat inseritque. Exinde eos Antistes coniūgit; Missæque
sacro-

1554. sacrosanctum exorsus sacrificium, quum eò peruenisset, vbi astantibus
præbitā ad exosculandum inagunculā, pacem sacerdos in communi
precari solet, Rex è genubus in pedes surgēs, accepta à ministrante An-
tistite argentea imagine, Reginæ eam exosculandā præbet: quo factō,
more Regni Anglici, Rex sponsus Reginam sponsam in publico deos-
culatur. Quum Antistes corpus sanguinemq; Christi libasset, ad pedes
altaris quatuor castrenses Legati solenni more vestiti constiterē, lin-
guaque Latina, Francica, & Anglica sponsi sponsæque titulos hoc mo-
do publicauerē: Philippus ac Maria, Dei gratiā, Rex ac Regina An-
gliæ, Franciæ, Neapolis, Hierosolymæ, ac Ibernæ, Defensores sacre Ca-
tholicæ fidei, Principes Hispaniarum, ac Siciliæ, Archiduces Aultriæ,
Duces Mediolani, Burgundiæ, ac Brabatiæ, Comites Habsburgi, Flan-
driæ, Tyrolis, &c. Absoluto sacro, Regi ac Reginæ panis nauticus, vi-
numque ex Hippocratis doctrina factum, offertur: è quo tam ipsi quàm
astantes vtriusque sexus Proceres, quātum lubuit, sumpserē. Tum Rex
dextra Reginæ sinistram prehēdens, è Templo in Palatium ducit, ma-
nu eius nunquam dimissa: ferebatque Regina, sumptuosissimè Francico
more vestita, in pectore adamantem incredibilis magnitudinis ac pul-
chritudinis, quem ei Rex è Hispania per Marchionem De las Nauas
miserat. Atqui hæc omnia meridie fiebant. In amplissimo Palatij cœ-
naculo septem erant strata longissimæ mensæ, è quibus vna paulo bre-
uior, sed celsiori loco cōstituta, quatuor gradibus ascendebatur, Regi,
Reginæ, Antistitiq; V Vincertriam strata. Absoluto ferè prandio, Rex
ac Regina, singulis acceptis poculis, ille omnibus Angliæ Proceribus
vtriusque sexus, Regina idem Hispanis præbibens, finem prandio fe-
cere, ac ad tripudia choreasq; conuersi, quod supererat diei cum noctis
parte, huic exercitio tribuere, pauloque post Rex cum Regina cubitum
se contulere. Sub initium huius anni Senense in Italia bellum inter
Cæsarem ac Francum operā Cosmi Ducis Florentiæ recruduit. Videns
enim Cosmus Francum per Italiam Legatum Petrum Strozam, Flo-
rentinorum exulum Principem, constituisse, eiq; militem ac pecuniæ
vim ingentem dedisse, verebatur ne capta occasione statum quoq; Flo-
rentinum perturbaret. Nullos enim nec Florentiæ, nec vniuersā Italiā,
Medicæ familia infestiores capitalioresque habet Strozianis hostes.
Admonuerat per litteras Cosmus summum Pontificem ac Cæsarem, ne
Francum in medio Italiæ radices agere, Tusciam Etruriamque subi-
gere pateretur, nisi mox totius Italiæ grauem Dominum fieri cuperent.
Rescripserat vterque, copias quàm celerrimè secretissimeque pararet,
se se occasione non defuturos. Nominarat Cæsar belli Senensis Ducem
Iacobum Medicinum, Marignani Marchionem, virum summi in rebus
bellicis vsus. Ferdinandus enim Gonzaga, vt Francis in Pedemonte ac
NNn 3 Insubria

1554. Insubria resisteret, Mediolano abesse non poterat. Marignanus Florentiam profectus, communicatisque cum Duce Cosmo consilijs, quatuor virorum millia, Duce Leonide Malatesta, ac Comite Sansecundo, media Vrbe nocte educit, auctusque in itinere nouis Germanorum Italarumque copijs, magnis itineribus Senas contendit. Venit postero die, inclinante ad occasum Sole; inque imperfectam Urbis munitiorem, quam Chamoliam vocabant, per fossas non admodum altas euadens, trucidatis custodibus, qui vigilias indiligenter obibant, Urbem cepisset, belloque finem fecisset, nisi Laurentius Castilionus proximam Urbis portam, cuius quoque priorem partem mox Florentini occupauere, vi occlusisset. Oritur statim in Vrbe ingens trepidatio, sed quam subitus Petri Strozze aduentus facile sustulit, porta, cuius partem Florentini occupant, per vim recuperata, propugnaculo autem Chamolio in Marignani potestate permanente. Exinde vtraque pars augendis copijs incumbens, vndique militem accersit. Cosmus, nouis coactis copijs, peditatum Ascanium Cornæum, equitatum Rodolfum Baleonium præficit, ac ad Marignanum proficisci iubet. Is Iolam Oppidum in potestate redegerat, Bindiumque Praefectum capite punierat, quod à Cæsare ad Francum profugisset, commendata Iola Ottoni Piciano. Tum circumlata eodem imperu vi capit Combatum, Cocialam, ac Pnam, Tusciae Oppida, cum Arce Rossia. Ab altera parte Strozza summa quoque diligentia militem cogebat. Clusij, hodie Chinsij, Oppidi Praefectus, ab Ascanio Cornæo ad defectionem sæpius interpellatus, cum ei fidem de tradendo Oppido fecisset, clam Strozze omnes artes aperit, qui, postis Ascanio opportuno loco insidijs, attractum in ijs Clusiani à fronte, Strozza à tergo inuadit, postque acerrimam pugnam, cadente Rodolfo Baleonio, ac plerisque cum eo clarioribus Praefectis, cæteros in fugam agit. Cecidere è Florentinis circiter octingenti, capti plures, ac inter hos, altero amisso oculo, Ascanius Cornæus, Petrus Paulus Tessingus, Comes Baignij, Ranuccius, ac complures alij, omnesque Senas perducuntur. Marignanus Strozze victoria exacerbat, Senensium agros omni cladis genere peruastat, capitque Monasterium. A Francorum Rege summis quoque viribus bellum gerebatur. Veteribus enim nouisque in vnum coactis copijs, exercituque in tres partes diuiso, Belgas aggreditur. Fani D. Andreae Regulus decimo-tertio Cal. Iulij cum vna parte Marieburgum, à Regina Maria, Cæsaris sorore, ante paucos annos conditum denominatumque, contedens, quod Praefectus Martignus, Rissarti Dominus, munitissimum Oppidum Regi numeratam pecuniam vendidisset, sexto Cal. Iulij, ne vno quidem exonerato tormento, deditiōne recipit. Vidi ego anno 1560. infamem proditorem Martinum Parisijs oberrantem, exulem, egenum, omni proborum virorum familiaritate

1554. liaritate destitutum, vbi tandem miser, proprii iudicij sententiā iuste multatus, fame ferme obiit. Verus enim est omnium Principum sententia: Proditionē amplector, proditores angue peius odi. Altera pars Regij exercitus, Duce Constable ac Vendomio, Auennam versus profecta, iterum captum Treslonnium, Glaionum, ac Chimaū incendunt, munitiōnesque diruūt. Tertia pars, Praefecto Niuernij Duce, ad siluam Arduennam desleat, ac Orchimontem expugnat; Villariam Iedinesiumque, fugietibus praesidiarijs, occupat. Idem fit Bauraini, Fumentij, ac Hiergæ. Pridie Cal. Iulij diuisi exercitus Francici tres partes in vnum coeunt, aduenienteque Rege, ad Mosam proficiscuntur, Bouinamque, Namurcensis Ditionis Oppidum, tormentis expugnant. Qui in Arce erant, aliquadiu se egregie defendentes, quum nemo auxilium adferret, vitam fortunamque incolumes pacti, deditiōnem faciunt. Oppidum militi diripiendum datur. Ab altera Mosæ parte Niuernius Dinantum, Ditionis Leodiensis Oppidum, quod Cæsari Leodienses foedere essent iuncti, acriter oppugnabat. Sed bis ab Hispanis ac Germanis Duce Iuliano Romero reiectus, tertio maiorem vim parate, desperante Romero ab exiguo praesidio vltra sustineri posse, ad Niuernium profectus, pactusque, praesidiarij cum armis impedimentisque exirent, Oppidum dedit. Arx in medio sita, cum actis cuniculis subdito incendioque puluere tormentario excinderetur, Oppidi quoque maiorem partem absumpsit. Cæsar edoctus Regem, Mosæ amnis comoditatem vntem, Oppida Arcesque ad eius ripam sitas in potestatem redigere, vires Namurcum colligebat, nominato Sabaudia Duce Legato, cui paedagogos attribuit Ioannem Baptistam Castaldum, Platinæ Comitem, bello Germanico Hungaricoque illustrem, in re militari versatissimum, Anthonium Auriam, ac aliquot Belgarum Proceres, cæteris ad parandas copias in diuersa loca dimissis. Interim Rex tertio Idus Iulij Dinanto mouens, transmisso amne Sabi, duobus Namurco milliaribus castra locat: sed ob propinquitatem Cæsariani exercitus, indies augetis, non diu manendum censens, Mariemontium, vno distans Binstio milliari, proficiscitur. Est verò Mariemontium Arx à Regina Maria, Cæsaris sorore, amoenitatis causa eò loci ædificata, cum hortis omni deliciarum fructiferarumque arborum genere refertissimis: quos cum Rex inspexisset, enaginatam tenens manu gladium, frutices, arbutulos primum insitos abscindit, deinde Arcem cum hortis exuri iubet. Conquereretur Reginae Mariæ Legatum hac ratione suis fauuisse in delicijs, præcipue ad Arcem Follembraiam. Exinde Binstium obsider, sciens & hinc Regiam Mariam magnificum ædificasse Palatium. Oppidum non erat munitum, praesidium habebat mediocre: quod cum aliquandiu tormentorum vim pertulisset, deditiōnem nulla conditione facit.

1554. facit. Plebs militesque inermes dimittuntur: Praefecti cum ditioribus civibus pecunia se redimere coguntur. Oppidum direptum, cum Palatio incenditur; idemque incēdiarij, per aliquot milliaria in Hannonia sequentes, calamitosam huius expeditionis memoriam, Pagis Arcibusque compluribus euerfis, reliquere. Hinc Franci Mabugam proficiscuntur, eamque cum vicino Oppido Bauaio, praesidijs destituta, incendere. Cæsaris copia Regias insequerantur. Francorum anrecursores ad portas usque Bergarū Hannoniæ delati, ignem omnibus locis iniecerunt. Rex castra posuerat medio inter Valenchenas ac Quesnoium itinere, commeatus inopia laborare incipiens. Insistebat Sabaudus Francorum vestigijs, adeptumque Fani D. Andreæ Regulum, ad torrentem haud procul Quesnoo equites transmittentem, invadit, paucisque captis, pluribusque caesis, impedimenta ferè omnia diripit, cæteri Regem incitato passu insequuntur. Iam enim Cæsaris vires undique conuenerant, magnaque cum festinatione Regē sequebantur, ut æquo adeptum loco de rerū summa decerneret. Sciebat id Rex, quemadmodum & diminutas longo itinere suas esse copias, militemque ob inopiam aduersa laborare valetudine. Qua de causa magnis itineribus Franciam versus iter instituens, circa finem Iulij Creuecurium venit, ubi Princeps Rochesurionis, magna coacta commeatus copia, exercitum reficit. Haud procul à Rege Cæsariani castra ad Scaldim locant, Cameraco necessaria recipientes. Rex æquum in locum, Cæsaris copias formidans, non descendebat, sed postridie Calendas Augusti, Creuecurio mouens, Bampamam contendit, eadem ratione in Atrebatas incendijs grassans, qua in Hannones fecerat. Inde ad Arcem Rentiacam castra ponit. Subsequitur Cæsar, ac Marquij, vno Rentiaco milliari, confidet. Franci tormentis Arcem vehementer oppugnant. Sed praesidiarij, de Cæsaris praesentia certiores facti, magnis animis repugnant. Cæsar propius Regem Rentiacumque castra mouet, vnumque è propinquis collibus Francis vicinum, in cuius decliuitate, ignaris Cæsarianis, Franci insidias locarant, occupandum decernit. Ad hunc collem Cæsar quinque signa Germanorum peditum, ac totidem Hispanorum sclopetariorum vexilla, cum paucis grauis armaturæ equitibus, maioribusque aliquot tormentis, mittit, reliquo exercitu proximam planitiem, instructa acie, occupante. Franci, id indignè ferentes, ex insidijs prouolant, leuibusque cum his proelijs, crescente sensim numero, certant. Cæsarianis quoque peditibus it auxilio Guntherus Swartzenburgij Comes, cum trecentis aratis equitibus: quorum aduentu virtuteque, Franci, non paucis desideratis, colle saltemque depelluntur, occupatque; hunc Ioannes Nassanius, cum sua Germanorum peditum legione Swartzenburgio Hispanisque, se iungens, Stabant

interea

interea Cæsariani Francique, instructis aciebus, ad pugnam parati. Sed cum se colle, pro quo diu erat certatum, pulsos Franci viderent, deserto Rētiaco, praemisissisque tormentis, impedimentis, omnique peditatu, citato passu abibant, equitatu loco consistente, peditumque discessum regente: qui mox à transfuga de paucitate Cæsarianorum collem occupantium admoniti (maiores enim exercitus Cæsaris partem eò se contulisse existimabant) è vestigio omnem in eos equitatum, addita peditum Germanorum legione, ducunt; Swartzenburgioque in fugam coniecto, Nassani legione, Solis ardore sine ordine vagantem, per-rumpunt, (Hispanis ad saltum sine incommodo se recipientibus, sclopetisque se defendentibus) ac antequam à Cæsarianis succurri posset, concidunt, instantēque nocte, cōcitato equorum cursu, ad pedites suos, magnis itineribus sine tympani sono praecedentes, contendunt, relictis grauioribus aliquot tormentis, quod perfractis tigni, quo trahebantur, rotis, tempus reficiendi non haberet. Clades ferè æqualis fuit, ob priorem Cæsarianorum victoriam. Actum erat eod die de Francis, si Nassani pedites tam diu restitissent, donec Cæsarianus equitatus aduenisset, aut si ab initio plaustis, cæterisque id genus impedimentis, è militari disciplina, se Hispanos nosque sclopetarios contra vim equitatus munivissent. Cecidere ab utraque parte, diuerso pugnae euentu, supra bis mille septingenti viri, ac ferè omnes Nassanicae legionis Germani, signis eorum militariibus ad Regem relatis, sed tormentis nullis, quod eorum abstrahendorum tempus non haberent: cum tamen id falso Francica lingua factum scribat medicissimus Paradinus, eiusque Latinus Epitomialtes Cormerius, in Vita Heinrichi secundi. Rex multum itineris progressus, tandem Abbevillam, Ambianum, indeque Compengam venit, ubi fine mensis Augusti exauthoratis Heluetijs, Germanorumque maxima parte, in vltiorem Franciam abiit, cæteris copijs partim in praesidia distributis, partim Vendomio Picardiæ Praefecto attributis. Cæsar corpore æger Bruxellam, tradito exercitu Sabaudis, reuertit: qui Francos, traiecto amne Authia, insequens, Arcem Auchiacam expugnat. Tum transmissis Somona, qui Atrebatas à Picardis separat, capit incēditque; Damp-terram, Durriam, Machium, Maintenaum, Fanum Riquerij, ac pleraque alia ad Authiæ ripam sita Oppida; conuersoque exercitu ad Comitatum Fani D. Pauli, indeque Monstreulium, ac Dorlanum, omnes eius tractus Francicæ Ditionis Pagos incendit; dirutoque superiori anno Hefdino, ad Vicum Mesnium, iuxta Annem Cancem, intra paludes condere cœpit Hefdinum forte, seu nouum, adiectis, ut supra diximus, vastæ molis quatuor munitionibus: quæ dum essent perfectæ, eodem loco cum exercitu manet, Monstreuliorum Dorlanorumque eruptiones reprimens. Sunt qui Oppidum appellent Hefdinfert. Afferant

○○○

enim,

1554. enim, *Fert*, symbolum Sabaudi cōtinere, ac significare, Fortitudo eius Rhodum tenuit: qua ratione, ipsi viderint. Hefdino permunito, ad Somonam reuertit; eoque iterum traiecto, miser os denuo inuadit Picardos, ac quicquid superioribus expeditionibus flāma non attigerat, incendit, perque aliquot milliaria vastitatem facit tanta cum acerbitate atrocitateque, in Pagos, vicos, villas, ædes, ac casas saeuente flamma, Hannonum Atrebatumque calamitates vindicante, vt sereno aère medio die sol a fumo obscuraretur, diemque in noctem mutari dixisses, frustra vestigijs ob copiarum exiguitate hærente Vendomio: qui tadem à Cæsarianis equitibus inuasus, per tria milliaria perpetuo cursu fugatus, multis desideratis, ad mœnia vsq. Abbevillæ est actus. Hinc Cæsariani Ambianos inuadunt, ac, vt alijs fecerant locis, igne saeuunt, Francofque pedites equitesque ex vltiori Somonæ ripa tormentis depellunt, iisdem verò propius Urbem adire prohibentur. Quare Corbeiam, indeque Einchrium contendentes, exustis his Oppidis, tandem Bapamam initio Decembris reuertuntur; exauthoratisque Cameraci atratis equitibus, Germanorumque legionibus, Belgas Sabaudus in proximis Oppidis hibernare iussit; idemque; mox faciens Vendomius, rusticorum bello ac calamitatibus vltro citroque ad tempus dedere inducias. Interea adhuc bellum Senense in Italia ardebat. Francus enim Strozza sex millia Grifonum, ac tria millia peditum Gasconum, cum quingentis equitibus, in supplementum miserat, conscripseratque Strozza nouas Italarum cohortes, veteribusque coniunxerat, Marignano propter copiarum paucitatem frustra impedire conante. Quare Strozza in agrum profectus, Florentinum Oppidum Moncatinum, ac Moncarolum occupat. Euocat statim Cosinus à Senarum obsidione cum copijs Marignanum. Is cum parte Pesciam profectus, summa militum trepidatione Pistorium intrat. Strozza enim cum ingentibus copijs magnis itineribus sequebatur; ac, nisi curandis corporibus parum subsistere fuisset coactus, vix extremam cladē Marignanus euasisset. Præter veritatem enim est, quod Paradinus ac Cormerius hoc loco fufum fugatumque Marignanum, magna accepta clade, scribant, cum tantum leuibus prælijs inter leuis armaturæ equites sit certatum; studio id Marignano procurante, quo cum peditatu tuto Pistorium euaderet. Strozza elapsus sibi Marignanum, Pistoriumque peruenisse, certior factus, in Lucensium fines, indeque in agrum Senensem, traiecto iterum Arno, peruenit, copiaque hac ratione distribuit. Præmonitus iustas varijs è locis ad Marignanum properare copias, Casola imponit bis mille ducentos pedites, Maremantæ ter mille sexcentos, in valle Chiana mille sexcentos; reliquos Senis reliquit, Corneliumque Bentiuolam præesse iussit. Iam ad Marignanum magna auxilia adduxerant Ioannes

Luna

Luna ex Insulribus, Ioanes Madritius è Regno Neapolitano, adeò vt 1554. in aciem produceret 14. peditum ac duo equitum millia. Nec minores Strozza habebat copias, quum non ita pridem Masilia sex millia peditum accepisset. Quare vterque Dux, in aciem productis omnibus copijs, pugnae occasione circumspicebat. Recipit interea Marignanus Moncarolum ac Moncatinum, paulo antè à Strozziānis occupata; indeque Senas profectus, Vrbi copias ad mouet, ad portam Romanā munitiōnem (ne ea illis porta amplius vsui esset) erigit: cumque; Strozziāni ad expugnandū Monasteriū contendissent, misso Marignanus iusto subsidio, acriter eo euentu est concursum, vt circiter octingentis hinc inde caesis, intactū Strozziāni Monasteriū relinqueret. Ad Oppidū Scarlinū Leo Strozza, Petri frater, temere Oppidi situm munitiōnesque inspiciens, scloperiglobo traiecitur. Tum Strozza Senas rectā contendit, collēque munitiōni Chamoliæ imminentem occupare conatus, præuentū se à Marignano reperit. Raptato igitur Ciuitellā agmine, capere Oppidum opportunissimo loco sitū constituit. Expugnat in itinere, trucidatis præfidiarijs, Martianū, Oliuetū deditiōne facit, vti Foianum, aliāque quædā ijs locis Oppida; videbaturque; bellū è Ditione Senensi in agrū Florentinū trāsferre statuisse. Quare Marignanus, rebus necessarijs ad Senarum obsidionē constitutis, cum omnibus copijs Strozza insequitur: quem haud longè Chiana valle affecutus, locum aquationē valde idoneum castris præoccupat. Certatur hac de causa in dies minutis prælijs, sed postridie Cal. Augusti tam acriter ac diu, vt nox prælia dirimeret, nunquam tamen iustis viribus, quod nouis subinde submissis peditum signis, equitumque; turmis, fessisque receptis, omissam tantum subinde restituerent pugnam; quo conatu Strozziāni vltra mille, Cæsariani vltra 400. ac inter hos aliquot vtrinque ordinum ductores amifere. Quum diutius Strozza hoc loco aquæ ac com meatus penuriā commorari non posset, præmissis de nocte tormentis, iter per vallem Chianam arripit. Subsequitur per proximos colles Marignanus, operaque leuis armaturæ equitatus, quo vno superior erat, iter hosti moratur, multisque proficiscentes difficultatibus incommodisque implicat. Qua de causa facile Itali militates Cæsari Strozziānos Italos ad transitionem magno numero inducebant. Considerans igitur Strozza, se ad eam perductum rerū necessitatem, vt dissoluto exercitu, turpis capiēda esset fuga, aut fortiter quamprimum omnibus copijs, confligendum, eas in tres acies diuidit, equitibus dextro latere attributo. Eadem ratione suas instruit Marignanus, nisi quod dimidiam partem leuis armaturæ equitum extra ordinem consistere, ac, vbi res postularet, imperum in hostes facere, aut laborantibus auxilium ferre iubet. Dato vtrinque signo, Marignanus pauca que habebat campe-

O O O 2

stria

1554. Atria tormenta in hostem exonerat. Strozza Lucignanum sua præmiserat, de prælio nil tum cogitans. Primo equitum concursu Bergettus, Mirandulæ Comitibus Legatus, equitatu Stroziano præfectus, contra Cæsarianos pedites concitato cursu, prouectus. cum illi inclinatas hastarum cuspides constanter obtendissent, paululum declinans, ex acie se proripit: qua de causa paulo post iussu Strozze fracto iugulo est punitus. Cæteri equites, horum habitu facile citoque in fugam acti, Strozianos pedites Cæsarianis concidendos reliquere. A fronte enim eos ac lateribus aggressi, equitum fuga consternatos breuem post pugnam arma abijcere coegerunt. Qui potuere, cum saucio Strozza Lucignanum, quod haud longè aberat, profugere. Desiderauit Strozza circiter quinque virorum millia, maximè Francos ac Helueticos, siti æstusque semiuentos. Signa militaria supra centum relata. Capti milites bis mille, omnesque liberi dimissi, cum iurassent se proximo anno contra Cæsarem non militaturos. E Cæsarianis vix quadraginta perierunt. Pugnatum est haud procul Marciano, tertio Nonas Augusti: quo ex tempore Francorum in Italia res sensim labi, breuique post tempore planè pessum ire cœpere. Nam paulo post Comes Altus, Lucignani munitissimi Oppidi Præfectus, cum præsidio Senas aufugit, iubentque Strozza capite plectitur. Lucignani verò Marignano portas aperunt. Fredericus Colonna, à Duce Cosmo nouis cum copijs ad Marignano Florentia missus, ex itinere Thermaum Franci, Sommam, Sancti pierram, ac Corsam, Strozziarum cladis ignaros, cum recentibus copijs, quas Roma Hippolytus Cardinalis miserat, ad Strozza tendentes, in toto prælio superauit, ereptisque sexdecim signis militaribus, Duci Cosmo Florentiam misit: quæ cum in populi manus peruenissent, alligata equorum operariorum caudis, per vias luto sordibusque infectas, magna læritiæ simulatione, insolenter traxere. Ad hæc Lodowicus Lanfaccus, Fani D. Gelasij Regulus, Franciæque Regis ad Iulium Pontificem Legatus, Senas Roma profecturus, in itinere ab agreßibus capitur, rebusque omnibus exutus, Florentiamque deductus, in carcerem conijcitur. Ianus Zetius, Monsregionis Præfectus, Oppidum Marignano 8. Calend. Septembres tradit, quemadmodum & Pompeius Crochæus Casolam. Strozza interim Montalcini è fuga copias recipiebat, nouasque inuicti animi vigore conscribebat. Marignanus verò maturas omnes Senensis Ditionis segetes demetebat aut exurebat, circumque Urbem opportunis locis extractis munitioibus effecerat, ne quicquam intrò perferri posset. Senenses inutilem hominum turbam Vrbe eieciunt. Marignanus eos non recipiens, redire iubet; miserimumque erat spectaculum, conspiciere puerorum, feminarum, senumque turbam ad Urbis fossas dispatatam iacere, famèque interire. Perfecta insigni ad portam

portam Romanam munitione, qua Carthusiani includebantur, seriò Senæ obsideri sunt cœptæ. Interea Brisaccus Francorum in Pedemonte Præfectus, per occasionem absentia Ferdinandi Gonzaga (erat is ad Cæsarem in Belgiū profectus, diluendis aliquot inimicorum suorum calumnijs ac criminationibus, relicto apud Insubres Legato Figuarola) occupat Bugiellam, Turram cum Arce, Fanum Diui Iacobi, & alia non parui momenti Castella. Decimo-octauo Decembris Cæsar Bruxella datis ad Principes Germaniæ grauissimis literis, iterum Albertum Brandenburgium, publicæ quietis cõmunisque patriæ perturbatorem proscribit, seuerissimè vetans, ne quis eum domo, foco, aqua, aut igne iuuet foueatque; literæque typis excusa, per vniuersam euulgantur Germaniam. Fine mensis ac anni Romanorum Rex Augustam ad indicta dudum Comitia, quibus ipsum præesse Cæsar iusserat, veniens, Principes expectabat: qui Nonis Februarij anni 1555. conuenerunt; multisque solito more sesquipedalibus verbis pomposè conceptis, operoseque prolatis, de Religionis Catholice restitutione, auxilijsque contra Turcam mittendis, frustra egere. Per idem tempus Fani Diui Andreae Regulus, valida apud Picardos coacta manu, in Comitatum Fani D. Pauli, Ponteuifensem, ac Atrebatensem excurrit; vastaque populatione multatis agreßibus, ne nouo Hærdino commearus importaretur, frustra impedire conabatur. Proinde in Cameracenses conuersis copijs, euastatisque agris, Oppidum Cambresium, trucidatis præsidiarijs, diripit, incenditque. Mense Martio Brisaccus Casalem per fraudem in Subalpina Ditione occupat, turrim ingentem cum Germanorum præsidiariorum clade expugnat, pauloque etiam post Arcem Figuarolam per deditioem capit, magno Cæsarianorum ijs in partibus detrimento. Exinde caprum Valencium ac Fanum Saluatoris diruit, omni que ferme Marchionatus Montferrati Ditione Franci potiuntur. Duodecimo Calendas Apriles Iulius tertius Pontifex Maximus è viuis decedit, succedente Cardinale Marcello Ceruino, qui, retento nomine, Marcellus secundus est dictus. Sed cum viginti-duobus tantum Iulio superuixisset diebus, vtrique decimo Calendis Iunij succedens Ioannes Petrus Caraffa, vir octoginta annos natus, Pauli quarti nomen sumpsit, ac iam per se clarum illustreque Iesuitarum Sodalitium (qui sine morositate reformata ad pietatis cultum vita, in super prioris litteraturæ elegantiam prudenter sectantur, teneramque in hac ac pietate ætatem diligenter imbuunt, ac ad eloquentiam ingenijque acumen eliminandum exercent) sua autoritate approbavit, confirmavitque. Sub idem tempus in Hispania obiit Ioanna Arragona, Caroli Cæsaris, ac Ferdinandi Romanorum Regis, fororūque eorum mater, à morte mariti Philippi (qui obiit anno 1506.) nunquam

1555. quam mentis compos, sed corpore valido, nugis rebusque ridiculis, instar puerorum, tempus ad extremum vsque spiritum terens. Cæsar solemnes ei exequias Bruxellæ Brabantix, Rex Ferdinandus Augusta, vbi tum erat, soluit. Premebantur interea Senæ extrema commeatus inopia; consumptisque omnibus edulij, annona, ac frumento, ad infames deueniant cibos. Strozza de eorum calamitate certior factus, quum ad Portum Herculis in vnum coëgisset duo millia peditum, ac trecentos equites, magnamque vim commeatus, Senas interpesta nocte importare conatur. Sed Marignanus de eius consilio per fidos exploratores edoctus, idoneo loco insidias ad pontem Trefianum collocat, in quibus cum copijs Strozza incidens, multis desideratis ac captis, commeatus omnis in potestate Cæsarianorum deuenit, Strozza cum equitatu Montalcinum se recipiente. Exinde Senenses animis fracti, planeque domiti, hisce conditionibus decimo Cal. Maij Marignano, Cæsaris Legato, deditioem faciunt: Senenses in Cæsaris perpetuâ clientelam se tradunt. Is Arcem in Vrbe, nisi è ciuium consensu, non ædificato. Munitiones secundum Urbem extructas diruit. Præsidij Cæsari in Vrbe habere, quot militum, ac cuiuscunque voluerit, suo sumptu, nationis, liberum esto. Reipublicæ Senensis statum pro arbitrato Cæsaris constituit. Senensibus præterita omnia condonator, exceptis Cæsaris subditis in ea exulantibus, ac cum ijs militantibus. Franci cum omnibus fortunis, impedimentis, ac armis liberè, quò voluerint, è Senensi ac Florentina Ditione abeunt. Exinde duo millia Hispanorum peditum Cæsaris nomine Urbem ingrediuntur, exeuntibus aduersa porta Francis, Italis, ac ciuibus, qui Cæsaris imperium dedignabantur. Tum Marignanus exercitum ad Portum Herculis, vbi Strozza cum valido erat præsidio, ducit. Sed is per causam adducendi subsidij egressus, obsideri volebat. Paulo post Oppidum terra à Marignano tormentis quassatum, mari cum Genuensium triremibus ac onerarijs ab Andrea Auria oppugnatum, tandem mense Iunio, tertia inuassione, vi capitur, cæsis in Oppido circiter quingentis viris, multisque captis, ac inter hos Paulo Saluiato, Petro Paulo Tusino, Camillo Martinengio, cum omnibus Gasconum Grifonumque Præfectis. Hieronymo Fiesco, iussu Auriæ, caput est amputatum. Huius Oppidi expugnatione euulgata, proxima quæque statim deditioem faciunt, tandemque vniuersa Senensium Dicitio Tusciæque in Cæsaris potestatem concessit: qui eam cum Vrbe gubernandam comisit Francisco Mendosio Cardinali. Tum Marignanus Florentiam reuersus, à Duce Cosmo insigniter remuneratur, acceptoque stipendio, dimissisque pro maiori parte Germanis ac Italis, Marignanum, suæ Ditionis apud Insubres Oppidum, reuertitur. Eodem serè tempore iterum Turcica classis Regi Franciæ ex fœdere auxilium

latura,

1555. latura, oram Italiae legens, Plombinum Hetruriae Tusciæque communem Portum, iuxtaque eam Insulam Iluam, nunc Elbim, frustra tentauit; magnaque abducta hominum pecorumque præda, cum Principe Salernitano, Franciæ Regis Legato, triremes conscendens, in Græciam abiit. Atqui hæc fuit tam belli quam libertatis Senarum finis; è qua nondum excidissent, si ad Reipublicæ conseruandam tranquillitatem, potius legum autoritate, quam externarum gentium præsidio, vti didicissent. Inter Belgas, eorumque vicinos Francos, omnia bellicis tumultibus pestrebebant: cuius miseriæ finiendæ causa, medio inter Caletum, Ardeam, ac Greuelingam itinere, Legati Cæsaris, Regis Henrici, ac Regum Angliæ, de pace acturi, conuenere. Sed cum dies complures frustra triuissent, re infecta discessere. Cæsar interea Subalpinae Ditioni prouisurus, in locum Ferdinandi Gonzagæ, Mediolanensium Ditioni præficit Ferdinandum Toletanum, Albæ Ducem. Is maximis itineribus è Belgio eò cum amplissimis mandatis profectus, ingentem exercitum breui cogit, ac Vulpianum à Francis obsessum, & ad extremam commeatus inopiam redactum, defendente Cæsare Neapolitano, adueniens cum exercitu obsidione liberat, ingentemque commeatus vim importat. Habebat Albanus in exercitu circiter triginta peditum ac tria equitum millia, cum magno tormentorum numero. Brisaccus quum ultra octo peditum millia, ac vix mille equites haberet, in maxime necessaria munitissimamque ea Oppida distribuit. Tum Albanus Fanum D. Iacobi oppugnat, in quo erant tria Francorum millia, Ducisque strenuissimi Biragomus ac Vinnarcatus: quorum constantiâ diligentiaque est factum, vt Albanus, rebus omnibus frustra tentatis, ab oppugnatione, relicta impedimentorum parte, discesserit, pontemque Asturæ, inde Casalem ac Turrinum pressurus, communierit: quibus perfectis, ad Fanum D. Lazari exercitum reducit; nullaque re memorabilipro tanti exercitus Ducisque nomine gesta, relicta Ioanni Baptista Castaldo exercitus cura, cum eius parte Mediolanum, Italos omnes dimittens, ad vxorem reuertitur. Castaldus cum alia copiarum parte Alexandriæ confidet. Interea nouis cum copijs ad Brisaccum è Fræcia venerat Aumalæ Dux, coniunctisque viribus, quæ ad octodecim virorum millia creuerant, iterum Vulpianum ducunt, ingentique tormentorum violentiâ quatuor locis murum vallumque deiiciunt. Conantur Franci aliquoties irrumpere, sed irritò conatu. Quum tormenta nocte nec die cessarent, ingentesque ruinas varijs locis fecissent, Cæsar Neapolitanus, diutius se vim perferre non posse videns, quòd ab Albano dimisso exercitu auxilium non expectaret, Castaldum verò Francis esse imparem cognosceret, honestissimis conditionibus deditioem fecit. Exiuit enim cum oppidanis ac prædiciarijs, rebus omnibus saluis, erectis

1555. Etis signis, crepitantibus tympanis, eductis tormentis, ac magno planifrorum impedimentis onustorum cum numero. Franci Vulpianum decimo Cal. Octobres dirunt, satis sibi in Taurino praesidij esse iudicantes. Exinde Monscaluus Franci deditioem facit, praesidiarijs cum armis, ijsque quæ humeris efferre poterant, exeuntibus. Eodem tempore Ferdinãdus Gonzaga à Cæsare, restituito honore, absoluitur, ingentibusque donis muneribusque affectus, acceptoque Oppido Sanfeuerino, ac plerisque alijs in Ditione Neapolitana Arcibus Oppidisque, magno cum honore ac gratia à Cæsare à Belgio discedens, in Italiã reuertit. Tum Franci Anchisam per proditioem capturi, cum temere proditori crederent, in Castaldi insidias delapsi, desideratis multis pedibus equitibusque, paulo modestiores à superioribus Pedemontanis victorijs fuere. Apud Belgas Rex Henricus Marieburgum ac Maseriam de firmo praesidio ingentique commeatus copia prouidet: eò enim Cæsarem vires conuersurum existimabat, quòd non contemnendæ eius copiarum in partibus, Duce Martino Rossenio, vagarentur. Tandem Sabaudus ad exercitum veniens, Arcem Ghiueiam, ad Mosam sitam, insigni operarum diligentia permunit, quadratoque extructo vallo, cum quatuor ingentibus extantibus munitionibus, ac altissimis largissimisque fossis, nouum Oppidum Carolomontem, à Cæsare Carolo quinto, appellauit. Niuersius cum Regijs copijs opera impedire conabatur, sed adeò castra Sabaudus permunierat, vt frustra omnia tentans, re infecta Marieburgum abiret. Hoc rerum statu ad Carolomontem Martinus Rossenius, Pourroia Dominus, peste obiit. Fuere tamen qui assererent eum cum Regina Maria Antwerpia in hoc tempore sedandæ seditionis causa cum milite profectum obiisse. Memini & me audisse è viris in auctoritate constitutis eodem tempore, veneno columbæ coctæ indito, cuius esu delectabatur, ab æmulis, qui summã viri auctoritatem inuidio animo aspiciebant, periisse. Rei veritatem in medio relinquimus. Venit ad castra in eius locum Guilhelmus Nassauus, Auratij Princeps, qui perfectis Carolomontianis munitionibus, Castellum Fagnolium capit, diruitque, ac ad Saltorium vicum, loco valde idoneo, alterum ædificat munitque Oppidum, cui à Rege Philippo, Cæsaris filio, est inditum nomen Philippo-villa; sinibus Hannoniæ ac Namurci à parte siluæ Arduennæ, perdito Marieburgo, his nouis Oppidis Cæsare consulente. Quum Franci harum munitionum extructionem impedire se non posse viderent, frustra tentato Saltorio ac Chimao, ad nouum Hefdinum excurrunt, Atrebatibus minitantes. Sed Hispani qui Hefdini ac vicinis locis in praesidio erant, postis insidijs, equites Francos ad ea pertrahentes, indagine clausos, vndique aggrediuntur. Pars maior ab Hispanis interficitur, capiuntur aliquot, pauci effugiunt. Hanc cladem vlcurus Humerij

Humerij Dominus, Peronæ Praefectus, ac Iallius, clivæ nobilium 1555. Dux, qui à Rege euocati, singulis annis quadrimestri tempore proprio sumptu militare coguntur, Atrebates inuadunt, ingentique illato terrore, hominum pecorumque pradas agunt. Maxamilianus Melunius, Urbis Gandensis hereditarius Vicecomes, Praefectus Urbis Atrebatensis, cum praesidij parte egressus, territumque Francorum multitudine, Atrebatum reuertitur. At Orchimontij Dominus, cui Baupama erat commissa, cum suo equitatu ad Francos contendit; collectisque circumquaque agrestibus, vbi Francos præda onustos necessariò transuros sciebat, attributis Ducibus militiæ gnaris, in insidijs sedere eos iubet. Parent diligenter rustici, rebus recuperandis vindicandæque iniuria perquam auidi. Reuertentes igitur cum ingenti præda Franci Nobiles, à fronte in Orchimontium incidunt, à lateribus ac tergo rustici sclopetis ac scorpionibus rem acerrimè agentes urgent; multisque interfectis captisque, ac præda omni recepta, in præcipitem Francos fugam agunt. Humerius ac Iallius, grauius fauciati, cum multis viris nobilibus in potestatem venere. Desiderauere duobus hisce prælijs Franci supra mille trecentos equites, exceptis faucijs, qui postea è vulneribus obire. Quibus cladibus Iaspar Collignius, Chastillonij Dominus, iam primùm Ammiralis factus, Picardiæque à Rege Praefectus, motus, nouis cõscriptis copijs, fines Prouinciæ munit. Rex autem promotus exercitu Villacosoretium, haud procul Cæsarianis castris confidet, veritus ne duplici suorum clade animati Cæsariani, in vltiorem Franciam peruaderent. Pugnatum quoque est mense Augusto mari inter Belgas ac Francos. Belgæ enim cum viginti-quatuor Hulcis (ingentes sunt onerariæ) è Hispania domum cum mercibus tendentes, à vigintifex Francorum armatis nauigijs, Diepæ rebus omnibus necessarijs instructis, medio mari inuaduntur. Cum diu vltro citroque tormentis, summã nocti maris tranquillitatem, cum multorum clade se lacerassent, tandem iniectis harpagonibus, manicisque ferreis, cominus, quòd vnicum Franci, militum numero longè superiores, quærebant, congregiuntur. Erant ab vtraque parte electi, sed numero impares viri, qui summo animorum ardore æqua diu clade rem gerebant. Sed quòd Franci nauium agilitate grauisimas Belgarum onerarias facile circumuenirent opprimerentque, tandem de rei summa Belgæ desperantes, coniecto in proprium puluerem tormentarium igne, naues harpagonibus inter se connexas incendunt, se Francosque communi morte extinguentes. Pauca contractis harpagonibus liberata, flammæ se subducentes, laceræ in Hollandiam rediere. Prætorie ab vtraque parte cum Ducibus, omnibusque qui intuserant, periere. Superstites Franci quinque ambustas Belgarum naues, hominibus mercibusque vacuas, Diegam in

1555. signum victoriæ perduxere. Studio enim Hispani aurum, argentum, ac merces omnes, ne ijs Franci potirétur, in mare proiecerant, pugnantésque aut incendio interierant.

VITAE CAROLI QVINTI CÆSARIS PARS VII.

flij eius Philippi Pars I.

HISTORIÆ LIBER XIII.

BELLO Senensî Cæsar è voto defunctus, pacèque (vt existimabat) Italiæ reddita, nouè ei subito inexpectatumque eadè in Prouincia, hac de causa oritur bellum. Pontifex Paulus quartus, nobili Carafforum Neapolitana familia natus, implacabile contra Cæsarem odium animo rectum gerebat. Postrema enim Neapolitanorum contra Pro-Regem ac Hispanos coniuratione, Caraffi, lubenter omni tempore Francorù partes fouere soliti, cum ciuibus contra Cæsarianos steterant, eamque ob causam, domitis rebellibus, cum multis alijs multati bonis, in exilium eiekti, aut capite puniti fuerant; familiaque Caraffica è Regno exulare iussa, ingens detrimentum summamque ignominiam acceperat. In summo igitur nunc gradu Principum Italiæ se collocatum Papa Paulus conspiciens, vindictæ tempus aduenisse iudicabat, ratus irritatos Senarum amisione Francos facillè se socio adiutorèque arma resumpturos, nec parua ab ijs se obtenturum auxilia, cõcessione Regni Neapolitani, si Cæsarem eiusque filium cum omnibus Hispanis Italia communibus armis eiecisset. Quumque iusta inferendi belli causa Pontifici deesset, hanc excogitat. Pontificali redimito thiara, omnes Romanæ Ecclesiæ beneficiarij clientalésque Proceres de more sacramentum dicturi Romam euocantur, citaturque inter alios Marcus Anthonius Colonna, tum hac de causa, tum vt crimen patri Ascanio Colõnè obiectum approbaret, aut purgaret, ne frustra à prædecessoribus Pontificibus in exilium actus videretur. Marcus Anthonius iamdudum Pontificis cõsilia coniecturâ allecutus est: nil enim pacati contra Cæsarem

rem eiusque clientes fautoresque animo coquere prospiciebat. Accedebat quòd non ita dudum Cæsariani, Ducibus Colomnijs, Caraffam quendam Neapoli, orta seditione, interfecissent. Fidèdum igitur Pontifici non ratus, Neapolim proficiscitur, per Legatum Pontifici clièra le sacramentum offerens. Is, occasione arrepta, omnes Anthonij Ciuitates arcésque in potestatem redigit, præsidijs firmat, Fredericumque Caraffam, nepotem ex fratre, Palliani Ducem appellat, omnia ei Marci Anthonij Oppida donans. Is ad Cæsarem confugiens, auxilium implorat. Cæsar literas ad Pontificem exarat, paulòque post, misso Albæ Duce, supplici Marco Anthonio erepta restituat Oppida, petit; se Frederico Caraffæ, quanquam nil deberet, in Pontificis gratiam Oppida alia donaturum. Si neglexisset, fidelium se supplicumque amicorum iniurias nec lege diuina nec humana contemnere posse. Pontifex, inito clam cum Franco fœdere, literis legationique Cæsaris acerbè respondet: quo is intellecto, bellum sibi cum Pontifice ac Franco instare videns, necessaria apparari iubet. Idem Pontifex ac Francus faciunt; sed quòd sequenti anno sit gestum, suo loco describemus. Eodem ferme tempore Mediolani è viuis decessit Iacobus Medikinus, Marchio Marignani, ab infimo militiæ gradu ad summos honores, exercitùsque præfecturas, bellicis artibus, constantique erga Cæsarem fide, prouectus. Sepultus est in summo Templo, marino erecto monumento, Duce Albano cum vniuersa nobilitate funus prosequente. Paulo post Dux Albanus à Cæsare Pro Rex Neapolitanus constituitur, surrogaturque ei in præfectura Mediolanensi (vbi infeliciter præfuit) Christophorus Madrucius, Cardinalis Tridentinus. Quibus rebus Cæsar feliciter peractis, cum se animo corporeque deficere sentiret, quod dudum proposuerat, exequi, filioque Philippo Regna Ditionésque omnes tradere statuit. Octauo igitur Septembris ex Anglià (vbi hætenus cum noua nupta egerat) in Belgium euocatum, cumque honorifico Hispanorù Anglorumque comitatu aduenientem recipit, septimoque Cal. Nouèbres Bruxellam Ordines Belgarù omnes conuenire iubet, ijsque præsentibus consentientibusque rem Principibus raram mirante mundo perfecturus, certa ad vitam seruata pecuniæ annua summa, in filium omnia Regna transferre decernit. Fratri quoque Ferdinando, Romanorù Regi, Imperij iura, auctoritatem, dignitatemque cum Cæsaris titulo concedere statuit, humanæ vitæ honores, gloriam, pompas, adulationes, adorationes, splendidaeque misèrias deserere, quodque restabat vitæ, diuino cultui veræque pietati impendere, animum ad Conditoris considerationem reuocare, seque componere ad adorandam eius infinitam sapientiam potentiamque cum immensa erga creaturas beneuolentia amoreque coniunctâ, proponit. His in posterù negotijs corpus animumque

1555. Clauiter fatigare, Deoque de summis beneficijs, quibus corpus, animū, famam, familiamque condecorarat, gratias agere decreuit. Egerat iam dudum hac de re cum sorore Leonora, ac Maria, earumque sententiam exquisierat. Tantum verò aberat, vt illæ fratrem curis laboribusque fatiscentem, articularisque morbi scruitia oppressum, à proposito diuertere cuperent, vt ab eo de pij secessus loco edocetæ, sese socias admitti, ac, quocunque veller, vnà abduceret, enixè constantèro rogarent. Rebus igitur necessarijs ad hanc rem constitutis, Belgarumque Ordinibus Proceribusque Bruxellam magno numero confluentibus, septimo Cal. Septembres, peracto mane sacro, certis adhibitis cæremonijs, supremam familiæ Burgundicæ auctoritatem (quæ in ordinis Aurei Velleris principatu consistit) in filium Philippum transfert, Principè eum Equitum Aurei Velleris cõstituens, ac ius, cuiuscumque collibuisse, eius tradendi cõmunicandi; in eū trãserens, serijs grauibulq; admonens verbis, ordinis dignitatẽ sartam testam conseruaret, tantumque in promeritis, aut spem non vanã promerẽdi præ se ferẽtes, cõferret. Sumpto prandio, ad amplissimã Palatij Aulã descendit, cõmitatus filio Philippo, sorore Maria, Emanuele Philiberto Sabaudia Duce, Procerũ turba, Regum Principumque confœderatorũ Legatis. Tum in paratã paulo altiori loco sedẽ, contra muri mediũ, qui in Australi est parte, consider, idemq; filium, sorore, paucosque Proceres, quibus sedes erãt positæ, facere iubet. Aderant Belgicarum Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorumque omnium Legati viri nobiles ignobilesq; quot amplissima capere poterat Aula, cõplures, inter quos & ego, vigesimũ agens annum, priuatus irrepseram. Facto silentio, primus omnium exurgit Philibertus Bruxellius, Arcani Concilij Senator, qui ad Proceres Ordinesque præfentes, iubente Casare, hac ratione est loquutus:

» Quanquam, viri clarissimi amplissimi que, è literis Casaris iussu ad vos præfentis conuentus ergõ datis, pro parte satis celeberrimæ huius congregationis causam intellexistis, voluit tamen Casarea Maiestas, eam vobis hoc loco ac tempore plenius à me copiosiusque exponi. Annos complures iam dudum esse elapsos, quòd Casarem auus paternus Casar Maxamilianus emanciparit, tutelaque liberarit, Belgicarumque ei Prouinciarũ administrationem detulerit, constare plerisque vestrum non dubito; quemadmodum qua ratione interea temporis, extrema adhibita diligentia, pacem ac tranquillitatem vobis procurare sit conatus, nemini excidisse pro certo mihi persuadeo: et si Casar, quorundam continuis prouocatus iniurijs, non semper pacis propositum tenere potuerit, sed, susceptis vestra causã diuersis grauissimisque bellis ac expeditionibus, ad tempus sit coactus deserere Regna Prouinciasque non minùs quàm Belgas curæ gubernationique

1555. niq; suæ à Deo commissas, extrema interim diligentia ac ope pro vestrum omnium defensione protectioneque præfens absenti que sollicitè aduigilans, & ne sine summa æquitate iustitiaque res vestra priuata publicæque administrarentur, bonique Principis officium, paternumque in eo affectum, meritò delideraretis, extremè annexus; tum quòd semper ita fuerit in subditos, accepto à prædecessoribus cum hæreditate affectu, animatus; tum quòd vestrorum omnium erga se prædecessoresque suos merita, amor, ac obsequium id flagitarent. Accedebat quòd in medio Belgarum natus educatusque, aliter se facere non posse existimaret: quos cum vniuerso vitæ cursu paratissimis voluntatibus, vt obsequentissimos ac obseruantissimos decet subditos, paternò affectu suo, amore non ficto, respondisse sit expertus, quicquid hucusque curarum, laborum, ac molestiarum vobis defendendis regendisque exantlarit; pro nihilo habet, vitam operamque omnem ex merito deberi vobis disertè profertur, cuperetque ad supremam vestrum curarumque cursu impedere, nisi defatigatũ laboribus (nondum tantè prouectæ ætatis) corpus plura recusaret onera, præteriteque sollicitudines impedirent, & in hunc quẽ videris exhaustum statum, rebusque agẽdis planè inidoneũ, redegisset. Neque solũm hac de causã Casar, leuato curis animo, laboribusque corpore, alium loco suo, qui rebus agendis ferendisque par idoneusque sit futurus, cõstituere cogitur, sed multæ aliæ sunt ad hanc rem eum incitantes hortantesque causæ. Conqueruntur Hispani, se Maiestatem suam à duodecim non vidiisse annis, aduentumque omnibus horis ac momentis yrgerent. Idem Itali desiderantque. Germania Casarem nocte dieque in clamat. Is verò singularis dudum satisfecisset, nisi aduersa planèque fracta valetudo negare præfentiam cõegisset, ac de remedio, quod nunc molitur, prouidere consulisset. Quò enim morbi vehementia ac continuatio corpus redegerit, dudum sciuitis, & nunc præfentes non sine commiseratione conspicere potestis. Nondum enim ea est Casar ætate, quæ rebus administrandis per se sit inidonea, sed morbo scruissimo crudelissimoque, cuius immanitati nullæ vires diu resistere, nec medicina mederi valet, oppressus succumbit. Carnifex est truculentissimus, totum corpus peruadit, à capitis vertice ad pedum plantas nil intactum relinquit, contrahit doloribus non ferendis neruos, intrat ossa, glaciatur medullã, mucum, iuncturis ad motus commoditatẽ tributũ, in cretam conuertit, non quiescẽs, donec exhausto planèque debilitato corpore, necessaria eius instrumenta vsui inepta, animumque immẽsis doloribus victum, omni officio inidoneũ reddiderit. Cum hoc tyrãno Casari quod

1555. reliquum est vitæ, Deus sapiens, bonus, iustusque certamen esse voluit.
 » Quumque aëris Belgici frigiditatem humiditatemque sibi inimicam,
 » Hispanicum verò cælum paulo salubrius mitiusque senserit, constituit,
 » iuuante Deo, hac adhuc hieme eò nauigare, ac ante abitum in potesta-
 » tem & sub Imperium filij sui Philippi Belgarum Prouincias consti-
 » tuere, ijsque illi absolutè cedere. Acerbum enim Cæsari durumque fo-
 » ret, si post tot exantlatos terra marique pro defensione ac tranquilli-
 » tate vestra labores in graue aliquod incommodū per eius absentiam,
 » Principe defensore destituti, incideretis. Vna res in hac rerum conuer-
 » sione eum consolatur, quòd à solo coactus iusto optimoque Deo, non
 » ignaui otij desiderio, nec hostili violentia compulsus vos deserēs, in po-
 » testate ac sub Imperio relinquat Regis Philippi hinc presentis, naturalis
 » ac legitimi eius successoris, quem iam pridem dicto sacramento Prin-
 » cipem recepistis ac inaugurastis, quiq̄ ad iustam maturamque pro-
 » uectus ætatem, Angliæ Reginam in vxorem duxit, eamque Insulam,
 » non exiguo vtriusque Regni commodo, Belgis coniunxit. Certè cum
 » ante aliquot annos Regna Hispanica non sine laude administrans, illu-
 » stre sui specimen dederit, non poterit non huic oneri sufficere, Cæsa-
 » ræque Maiestatis vices abunde implere, maximè si à vobis (vt Cæsar
 » in se est expertus) re consilioque fuerit adiutus. Quum enim ob con-
 » tinuos articularis morbi dolores Cæsar officio diuinitus commissio am-
 » plius se non posse vacare sentiat, Deo gratias agit & habet immorta-
 » les, quòd sibi vobisque hanc fecerit gratiam, vt in eum vsque diem
 » Belgas regere licuerit, donec iustæ ætatis filius succedere potuerit. Non
 » enim est verendum, ne in ijs præcipitemini incommodis, quæ præclarif-
 » sima Regna tum solent pessundare, quum in rerum administrationem
 » succedunt, qui ob ætatis immaturitatem, sexus imbecillitatem, aut re-
 » rum inexperience gubernationi sunt inepti. Etenim hac de causa
 » Cæsar filium, prædecessorum vestigijs insistentem, regendis defenden-
 » disque Belgis aptum iudicauit, quòd non minus eum vt boni Principis
 » officio fungatur, quam summo subditos amore beneuolentiæque com-
 » plectatur, adiri conspiciat. Quare rebus Belgicis saluberrimum cæ-
 » terisque Regnis suis conuenientissimum censuit, si maturæ ætatis filio
 » Regna Prouinciisque (vt iam pridem facere cœpit) distinctis tempo-
 » ribus celsisset. Ea enim ratione sensim paratâ experientia Imperio
 » rectius affuescet, quam si rerum omnium expertus ignarusque subito ad
 » gubernandum intrudatur. Tum enim immentæ sarcinæ onere molèq̄
 » pressus, suo vestrorumque omnium malo aut succumberet, aut cum
 » insigni derimento fatisceret. Quibus de causis Cæsar morus, vobis
 » nunc presentibus audiētibusque, absolutè Belgarum Prouincijs cedit,
 » constituens eas in potestate ac sub Imperio filij sui Regis Philippi, etq̄
 hoc

hoc tempore ac momento, vt legitimo heredi successorique integram 1555.
 absolutamque earum possessionem concedit, quo ijs posthac vtatur, vt
 è sua omniumque earum re fore necessarium iudicabit, petitque à vo-
 bis omnibus, hac eius voluntate cessionèque contenti sitis, liberās om-
 nes ac singulos à dicto sibi sacramento, potestatemque faciens, nouum
 eius filio dicatis, eaq̄ omnia faciatis, quæ legitimus Princeps à subditis
 iure requirere potest. Vnum à vobis Cæsar petit, quæ in gubernanda
 Belgarum Republica summo cum labore ac cura per se, consilio exper-
 torum virorum, siue auxilio sororis Mariæ, quæ non exiguam oneris
 partem sustinuit, huc vsque egit, in bonam partem accipiatis, sincerèq̄
 interpretemini. Nihil enim prætermisisse se existimat, quod aliqua ra-
 tione mens humana excogitare, aut ratio diiudicare potuit, è re Rei-
 publicæ vestræ esse, aut facere potuisse; summo opere dolens, corpo-
 ris imbecillitatem, negotiorum diuersitatem, temporumque con-
 ditionem non admisisse, rectius meliusque faceret, sincerèque volun-
 tatis suæ desiderium clarius vobis testaretur. Lubenter enim sua Ma-
 iestas agnoscit, omnia quæ à Deo ac natura diuinæ operationis instru-
 menta accepit, ad eò fidis, probis, constantibusque deberi subditis. Nil
 enim vlllo tempore quod ad stabiliendam populorum obedientiam tran-
 quillitatemque, ad firmandam Principis vestri auctoritatem dignita-
 temque facere posset, omisit: qua de re gratias vobis immensas agit,
 quemadmodū & de eximia omnibus in rebus exhibita opera, siue for-
 tunis siue consilio vestro egerit, tum etiam de extra-ordinarijs pecu-
 niarum collationibus, quæ, vt scitis, cum Hispanicis Italicisque pro de-
 fensione conseruationèque Reipublicæ Belgicæ sunt impensæ. Pro his
 meritis vestris nil ad eò Cæsarem malè habet, quàm quòd ante discessum
 bello vos liberare, inque lata almæque pace relinquere non possit. Sed
 testes estis vos ipsi locupletes, quantopere pro ea sit laboratum, quum
 Regina Maria postremo Ordinum conuentu disertè declararit, quid
 cum Francis fuerit actum, quàmque illi à pace se demonstrassent alienos.
 Deus certè, rerum actionumque omnium iustus iudex, belli auctorem
 nouit, ac in potestate habet. Rex Philippus eius auxilio nil omittet,
 quod ad vos protegendos defendendosque excogitari poterit, pacemq̄
 suo tempore & se semper cupiisse, & adhuc desiderare, dignitate au-
 thoritatèque incolumi, vestroque omnium honore commodoque non
 neglecto, præclare docebit. Vestrum erit, vt hactenus fecistis, eum ac
 vos ipsos non deserere, sed extremam operam in repellendis hostibus
 defendendisq̄ Prouincijs præstare. Quod si feceritis, cæterorū Regno-
 rum Prouinciarumque filio subditarū opes nec auxilia vobis vlllo tem-
 pore deerunt. Restat, Religionem Catholicam auctamque quàm com-
 mendatissimâ habeatis; petente Cæsare iubenteque, diligenter aduigi-
 letis,

1555. letis, ne ea à Nouatoribus perturbetur, sed auctoritatem eius factam
 » rectam conseruantes, sanctæ matri Ecclesiæ Romanæ obsequentes vos
 » præbeatis, constanterq; eius decreta ad auitæ Religionis tràquillitatem
 » omniumq;ue status conseruationem publicata obseruetis. Idem filio Phi-
 » lippo Cæsar sollicitè sæpius imperauit, iterumq; ante abitum diligen-
 » tissimè commendabit. Mouere enim vos omnes debet vicinarum Pro-
 » uinciarum Ciuitatumq; aliquot exemplum. Deo enim constanter
 » seruire, regnare liberèque est viuere. Quare si immobiles in aurum
 » Religione perstiteritis, pietatemq;ue erga Deum conseruaueritis, quum
 » omne bonum ab eo solo maneat, non est quòd defectorū incommoda
 » Nouatorumq;ue tyrannidem reformiditis. Nihil enim vobis Cæsar
 » nouum nec inauditum commendat, sed vt caput fundamentumq; om-
 » nium legum, ac à qua cætera pendent manentq;ue, non minus quàm vi-
 » tam vestrà defendatis, præcipit. Hac labefactata, nutabitis; conuulsa,
 » ruina minabimini, excisa, cadetis; stante, stabitis; florente, florebitis;
 » resuscitata, viuetis. Nullam enim vllò tempore aliam Religionem Ger-
 » mania, Gallia, Italia, Græcia, Hispania, imò nec Asia Africæque, ab eo
 » tempore quo vanorum Deorum idolorumq; reliquere cultum, agno-
 » uere, nec Religionis Christianæ alios habere ritus externos internof-
 » que, quæ Sacramenta ac Cæremonias vocant, quàm quos aui, proaui,
 » maioresq;ue nostri omnes cum Ecclesiâ Catholica Romana, vno ani-
 » morum consensu, semper in hunc vsque diem constanter coluere.
 » Hanc si scindi (vt diximus) permiseritis, in horribiles calamitates vos
 » Deus præcipites labi sinet. Nil enim seuerius, quàm violatæ Religionis
 » contumeliam, neglectiq;ue cultus sui ignominiam, (vt omnes diuinæ
 » docent litteræ, testanturq;ue omnium populorum Regnorumq;ue hor-
 » ribilia exempla) vindicare punireq;ue diuinum solet Numen. Religi-
 » onis statu conseruato, iustitiæ æquitatiq;ue (quas altero post Religio-
 » nem loco vobis Cæsar commendat) sua munia integra manebunt.
 » Hac enim basi læsa, nullius Reipublicæ substructionis tigna tecta q;ue
 » diu coherere subsistereq;ue possunt. Nam etsi diuerse Belgarum sint
 » Prouinciæ, eaq;ue inter se moribus, conditionibus, legibus, ac lin-
 » guis distinctæ, vnum tamen vnus Reipublicæ ac Regni firmissi-
 » mum pulcherrimumq;ue constituunt vnus Religionis vincula cor-
 » pus, cuius singulæ Prouinciæ, singula membra, alter alterius ope
 » auxilioq;ue necessariò indigentia, conspiciuntur; quæ nulla ratione,
 » nisi scissa Religione obsequioq;ue, separari nec opprimi poterunt,
 » coniuncta certè vel potentissimo Principi (vt non rarò experientia
 » docuit) terrori erunt. Postremò vobis Cæsar filium suam vnicum Re-
 » gem Philippum commendat, ei q;ue vt reuerentiâ obedientiamq;ue legi-
 » timo Principi debitam, Cæsariq;ue semper à vobis exhibitam, præsteris,

non

non minus commodi vestri causa, quàm auctoritatis eius conseruandæ 1555.
 gratia, enixè petit. Etenim quum mens Regis Philippi neq; ad demon-
 » strandam animi sui benevolentiam melior, neque ad docendum quem
 » erga vos gerat amorem vehementior esse possit, curate, viri amplissimi,
 » ne per vos sterisse, iure dici aliquando possit, ei hanc animi voluntatis-
 » que sinceritatem in sinus vestros effundere non licuisse, sed potius talis
 » vobis Princeps esse & nominari possit, qualem eum semper Cæsar ex
 » naturæ indole, præteritæ vitæ actionumq;ue exemplis, futurum optauit,
 » desiderauit, & semper futurum non dubitauit. Silente Bruxellio, quum
 » taciti omnes orationem inter se nõ sine admiratione celsionis tati Im-
 » perij examinarent, dolebant eo se destitui defensore, qui maxime hoc
 » tempore, quum acerrimus pugnacissimiq;ue Francorum Rex, belli-
 » colissima inquietissimaq;ue natio, opibus libertatiq;ue Belgarum infi-
 » diaretur, necessarius esset futurus; anxijque rei euentum expectantes,
 » quem conuentus hic finem esset habiturus, omnes circumspectabant.
 » Quo Cæsar animaduerso, vt maiores Bruxellij orationi adderet aculeos,
 » eam breui repetitione rerum ab eo dictarum confirmandam, pauca q;ue
 » ab eo ommissa in medium adferenda censuit. Surgens igitur, ac in pedes
 » stans, dextra ob imbecillitatem scipioni, sinistra humero Guilihelmi
 » Nassauij, Auratij Principis, qui paulo post Cæsaris discessum à Rege
 » Philippi defecit, innixus, in hunc modum est locutus: Etsi Phil-
 » bertus Bruxellius abunde vobis, viri amicissimi, causas exposuerit,
 » quare Imperio administrationiq;ue Belgicarum Prouinciarum renun-
 » ciare statuerim, easque in potestatem ac sub Imperium filij mei Regis
 » Philippi constituendas decreuerim, pauca tamè proprio ore, ab eo non
 » narrata, vobis exponere statui. Meminere plerique vestrum, 5. Ianuarij
 » die postremum elapso quadragesimum excessisse annum, quòd ab auo
 » paterno, Cæsare Maxamiliano, anno ætatis meæ decimo-quinto, hoc
 » eodem loco eademq;ue hora fuerim emancipatus, meiq;ue iuris, depo-
 » sita tutela, factus. Sequenti anno ætatis meæ decimo-sexto obiit auus
 » maternus Rex Ferdinandus Catholicus, cuius hæreditatem adolescens
 » sexdecim annorum adire quoque sum coactus, quòd charissima ma-
 » ter mea, vita non ita pridem defuncta, ac à patris mei morte mète com-
 » mota, ad patris matrisq;ue suæ hæreditatem regendam esset inidonea.
 » Itaque ætatis meæ anno decimo-septimo, per hunc nostrum Oceanum
 » in Hispaniam primum nauigauit. Sequuta est mox mors aui mei pa-
 » terni Cæsaris Maxamilianij, ætatis meæ anno decimo-nono, cuius nunc
 » agitur trigessimus-sextus: quo tempore, etsi admodum adolescens, Cæsa-
 » ream dignitatem eius loco petij, & obtinui, non ambitione ductus,
 » pluribus vt dominarer Regnis, sed quo Germaniæ, charissimæ patriæ,
 » cæterorumq;ue Regnorum meorum, ac imprimis Belgarum, commodo

QQq

salu-

1555. salutique consulerem, vniuersoque Orbi Christiano pacem concordiamque, quantum in me esset, conciliarem ac pararem, omniumque vires, propagandae Religionis Christianae causa, contra Mahumetistas conuerterem. Sed hoc propositum me tenere, partim Martini Lutheri aliorumque Nouatorum Sectae, partim vicinorum exterorumque; aemulatio ac inuidia, grauissimis me bellis inuoluentium, non permisit: quibus tamen omnibus diuino auxilio in hunc usque diem feliciter restiti, nil praetermittens, quod statueram, aliqua ratione peruenirem. Hinc tot diuersa varijs cum Principibus iniuri foedera, quae non semel turbulentorum hominum opera violata, me mutare consilia, variasque suscipere pacis bellique causa profectioes expeditionesque, coegere. Nouies enim in Germaniam superiorem, sexies in Hispaniam, septies in Italiam, decies ad Belgas, quater tam pacis quam belli tempore in Franciam, bis in Angliam, bis in Africam sum profectus; quae in summam redacta, quadraginta faciunt tum expeditiones, tum profectioes, minoribus non connumeratis itionibus, cum inuisendi gratia subiectas Prouincias Insulasque adirem. Haec ut facerem, mare Mediterraneum octies, Oceanum Hispanicum ter nauigavi, instante nunc quarta vltimaque traiectione, ita ut duodecies maritimas molestias, iactationes, nauisaeque corpusculum hoc subierit. His non annuero Francicam profectioem, terrestri itinere ex Hispania in Belgium non leui (ut scitis) de causa susceptam, neque inter postremas numerandam. Interea saepe diuque, sed necessarias ob causas, Belgio abfui, Prouinciarum gubernationem relinquens forori Mariae hic praesenti. Qua autem ratione illa gubernarit, vosque defendere conata sit, non minus Prouinciarum Ordinibus, quam mihi, est notissimum. Medio tempore ingentia periculosissimaque gessi bella, de quibus hoc iuste verissimaeque praefari possum, me inuitum coactumque; ea intulisse, illata generose propulsasse. Quare nil mihi grauius accidit, quam tot tantisque exantlatis laboribus, me, cum postremum valedico, Belgas alma in pace relinquere non posse, cuius rei causam vobis foror Maria postremo conueto exposuit. His in rebus me non potuisse sine ingentibus curis, laboribus, sudoribus, valetudinisque laesione versari, nulli non notissimum est, quum etiam quietos otiososque homines articularis morbus lentè absumat. Sentij enim dudum, experientiaque didici, me rebus agendis administrandisque non diu parè futurum: concessurumque; ea de causa, iam pridem relictis negotijs Imperioque; ad quiete fueram, nisi immatura filij atas, matrisque; meae inidonea rebus agendis valetudo, animi corpusque; coegissent, vtriusque vires dotesque; ad hoc usque tempus vobis defendendis in tanta rerum temporumque diuersitate impendere. Statueram cum postremum in Germaniam proficiscerer, id quod nunc praemanibus est, exequi.

1555. exequi. Sed absterritus Reipublicae Christianae tum multibus, bellis, turbulentoque statu, propositum distuli, tum quod nondum tantam corporis, quatenus nunc, sentire debilitatem, tum quod de pace aliquid boni sperarem. Proinde officio deesse nolui, sed ad pacificationem Orbis Christiani, meorumque defensionem, vires opesque omnes contuli impendique. Quum pro parte propositum tenuissem, Francorum Rex, aliquotque Germani, violata pace, hi personam meam petere non dubitarunt, ille Urbem occupat Merensensem, quam Imperio vendicaturus, iniquissimo anni tempore ad eam cum ingenti profectus exercitu, Germanis commostravi, per me non stetit, quo minus Imperio sua auctoritas dignitasque facta recta maneret. Inde re infecta ad vos reuersus, Teroyanam ac Hesdinum recuperavi, Francorum Regem, cum exercitu Hannoniam inuadentem, Valenchenas obuiam profectus, redire ut vastatorem, non bellatorem, in Franciam coegi. Anno superiori, cum idem Rex proditioe Marieburgum cepisset, iterumque iusto cum exercitu in Hannoniam ac Atrebatas contendisset, Namurcum usque obuius iui, quo bellum nobili praelio semel finiretur, vosque calamitatibus bellicis liberarem. Sed aequum Francus fugiens locum, abeuntem Rentiacum usque infectus, sine honore in Regnum fugere compuli; quodque maiori eum clade tum afficere non licuerit, non semel animo grauitè dolui. Feci quod permittente Deo concessum fuit. Neque enim bellorum enectus est Principum, sed solius Dei, pendente voluntate: nos qua possumus arte ac consilio ea gerimus, Deus victoria claudique est dator. Quod potui, egi, Dei voluntatem obtinui, gratias ei immortalales ego & vos debemus. Etenim in summa etiam rerum aduersitate ita nos animatos esse decet. Certè, quantum Deo debeamus, ex eo apparet, quod de memorabili clade, infelicitate, insignique aliquo incommodo detrimentoque conueniri non possumus, de praclaris vero victorijs gratulari nobis iuste licet. Quare cum me hoc tempore vobis pace belloque inuilem sentiam, corpusque ad negotia curasque sustinendas infirmum debileque circumferam, iustissimam Deo hominibusque rationem essem redditurus, nisi dimissa rerum gubernatione, id quod dudum de Prouinciarum Regnorumque meorum cessione animo conceperam, ad effectum perducerem, praesertim matre non ita pridem defuncta, filioque Philippo ad maturam rebus agendis aetatem, Dei gratia, proecto, quem spero charissimis subditis magno eorum commendo imperaturum. Proinde statui, ac omnino decreui, cedere haereditarijs dictas ob causas Prouincijs: quod non eam ob rem me facere persuasum vobis cupio, quo molestijs, curis, laboribusque; semel liberer, sed ne in ea praecipitemini incommoda, quae in valetudinis meae causa exoriri possent. Huius rei gratia Hispaniam petere statui, filioque Philippo Bel-

555. garum possessionem Imperiumque tradere, eumque nunc vobis com-
 mendare, hoc vñ meo nomine petens, eo erga eū hris animo, quo sem-
 per in me fuistis. Concordiā animorumq; benevolentia inter vos mu-
 tuam conferuate, iustitiæ legibûsque debitâ reuerentiâ, auctoritatem,
 potestatemq; tribuite. Inprimis verò caueat, ne vicinarū Prouinciariū
 Sectis inficiamini corrupeminiq; . Si quæ verò inter vos radices
 agere cœpere, quamprimū summa cum diligētia extirpate, funditûsq;
 eradicatē, nisi omnia sursum deorsūmque ferri, inque extremas calamita-
 tates cadere malitis. Quod ad meam gubernationem attinet, fateor me
 non semel grauiter errasse, deceptū rudis adolescentiæ ignorantia in-
 experientiaque, virilis ætatis arrogantia, aut alio humanæ imbecillita-
 tio vitio. Hoc tamen asseuerare audeo, me nunquā scientem volētem-
 que alicui è subditis iniuriam aut vim fecisse, fieriq; permisisse. Si verò
 hac de re quispiam iure conqueri possit, incio me inuitōque euenisse
 profiteor obtestorq; ac proinde ex animo mihi displicere coram om-
 nibus attestor, præsentēs absentēsq; rogans, id mihi condonare ac ex
 animo ignoscere velint. Exinde oratione ad filium Philippum cōuersa,
 ei Belgas, inprimisque Religionem Catholicam auitamque, vehemen-
 tissimē cum lacrymis commendat, finemque dicendi facit. Non enim
 amplius stantem crura ferre valebant, quāquam (vt diximus) dextra sci-
 pioni, sinistra humero Nassauij inniteretur. Lateſta vocem amplius non
 iuuabant, color vultum destituebat, ac qualescunque supererant vires,
 corpusculum deserebant. Auditus est ab omnibus summa cum atten-
 tione, cumque rerum veritate, dicendi suauitate grauitatēque, omnium
 animos cōmouisset, magno numero præsentēs lacrymas fundebāt, sin-
 gultûsque adeò sonoros edebant, vt ipsum Cæsarem Reginamq; Ma-
 riam collacrymari cogereut, mihi certē vniuersam faciem madeface-
 rent. Exinde Iacobus Māsius, Antwerpensium Syndicus, iussu nomi-
 neque Ordinum, longa prolixaque oratione (vt vir erat naturā diser-
 tus) respondit, cuius exemplum hīc non necessarium existimaui. Sum-
 ma hæc erat: Belgas Cæsaris voluntati parēre, nullaque in re eius Ma-
 iestati aduersari cupere, quanquam præclarissima in Prouincias Belgi-
 cas eius merita, nominisque amplitudo, summopere tanti Principis
 præsentiam requirerent, ac proinde discessus eius non possit non esse
 omnibus molestissimus. Accipere omnes ac singulos in absolutum
 Principem filium eius Philippum, Anglię, Francię, ac Neapolis Regem,
 præstituros debita proborum subditorum officia muneratēque, eius
 se vtramque sequuturos fortunam, omnia communicaturos, nullaque
 in re ei defuturos. Proinde omnes Maiestatem eius enixè orare
 rogarēque, Belgas Regi commendatissimos reddere dignetur, pe-
 tereque

tereque ne eos Rex deserat, antequam finito bello pax procurata 555.
 constitutaque fuerit. Inmortales Maiestati eius omnes agere ha-
 bereque gratias de salutaribus commōitionibus, scientes eas ex
 animo plusquam paterno proficisci. Extremis omnes viribus anni-
 xuros, Religioni, iustitiæ, æquitatēque locus antiquus, auctoritas, po-
 testatēque illibata maneat, Prouinciarum concordia stabiliatur, inpri-
 mis verò diuinus cultus, auitaque à maioribus accepta Religio, nulla
 nouitate admixta, integra sanaque consistat, Ecclesia Catholica autho-
 ritatem suam retineat, quum inde vniuersæ Reipublicæ Belgicæ felici-
 tatem calamitatēque dependēre nil certius sit. Postremò honestissi-
 mē Cæsari eiusque sororibus prosperitatem, felix tutūmque iter preca-
 tus, tacuit. Mox Rex Philippus è sede surgens, coram patre Cæsare in-
 genua se mittit, indignūmque se tanto honore munerēque professus,
 pauca hæc profert verba: Quoniam, pater, reluctari piæ sanctæque vo-
 luntati tuæ semper nefas duxi, multo magis impius meritò nunc habe-
 rer, si Maiestatis tuæ verbis, mentisque extremo decreto, repugnare
 conarer. Gratias igitur, quantas possum, habeo agōque, Belgarūmque
 Imperium, quum ita iubeas imperatēque, reuerenter suscipio, curaboq;
 (diuina adiutus ope) de iusta legitimaque administratione, seria de-
 fensione, legum inprimisque Religionis propugnatione, nemo iure con-
 queri possit. Tum Rex surgens, conuersusque ad Ordines, eorūmque
 Legatos, Vellem, inquit, me Francicā tam exactē loqui didicisse linguā,
 vt promptē disertēque exponere vobis liceret, quo animi affectu Bel-
 garum Prouincias populōsq; prosequar, sincerūmq; amorem quo erga
 vos ardeā. Sed cum id facere Frācicē nec Belgicē possim, Antistes Arre-
 batensis, cui iam antea animum aperui meum, vices meas supplebit.
 Eum igitur meo nomine dicentē, non aliter quā si ipse vobis loque-
 rer, audiat peto. Surgens verò Anthonius Perenotus, Atrebatensium
 tum temporis Antistes, ita Regis nomine Ordines alloquitur: Iussit
 mihi, viri amplissimi, Princeps ac Rex noster, suo nomine paucis refer-
 re exponereque, necesse non fuisse Cæsari Belgarum Prouincijs cedere,
 si ei Deus hac ætate eam dare dignatus fuisset corporis firmitatē, quā
 naturæ ordine habere poterat, quāq; (vt ex ipso audistis) articularis
 morbi seuitia illi eripuit, corpusque per se satis robustum firmūque,
 inque rectam Prouinciarum Regnorūmque administrationem defen-
 sionemque satagens, planē confecit deiecitque, quum Regi nil vnquam
 magis in votis fuerit, quā pater in rerum administratione ad vitę vs-
 que finem quā diutissime perseveraret. Sed cum Cæsaream Maiesta-
 tem, supra corporis imbecillitatem, continuis curis, sudoribus, labori-
 busque obrui succumberēque videret, victum paternæ auctoritatis
 voluntatisque imperio, (quæ nullas admittunt excusationes) obedire

1555 velle, parentemque ingentis oneris sarcina leuare, quantumque in se
 1) erit, quietem concedere, eo lubentius promptiusque, quod Ordinum
 2) Belgicorum paratissimam erga se voluntatem optimo animorum af-
 3) fectui coniunctam perspexisse sibi videretur, qua de re gratias omnibus
 4) immensas suo Rex nomine agere me vobis iussit. Quum igitur ita
 5) Cæsarem velle, vosque desiderare videat, Prouinciæ Belgicarum Im-
 6) perium administrationemque secundum formulam cessionis à Cæsare
 7) factam, ac à vobis receptam admissamque, admittit, suscipitque, confi-
 8) dens, vos re nec consilio ei defuturos, sed officio fidelium subditorum
 9) paratis semper animis functuros. Promittit Rex, se Dei vestroque auxi-
 10) lio, pro recta Reipublicæ administratione defensionemque, extremam
 11) nauaturum operam, ac ne vitæ quidem, si necessitas exegerit, parciturum,
 12) vobiscum, vt petistis, mansurus, quamdiu communis rerum status re-
 13) quiserit permiseritque, rediturus quoties res vestra suæque postula-
 14) rint; patris verò sui admonitionibus eo lubentius obsequiturus, quia
 15) cum naturæ suæ conditione conueniant. Ad hæc extrema cura amittetur
 16) aduigilabitque, omnesque corporis animique vires opesque impendet,
 17) quo diuinus cultus suo in statu inuiolatus permaneat, Catholicaque
 18) Religio, sanctæ matris Ecclesiæ obedientia, immobilis consistat vigeat-
 19) que, certus ad hunc conatum nunquam sibi diuini auxilij præsentia de-
 20) futuram. Regem vos Rex summa cum æquitate, defendet in iustitia, ve-
 21) teres legum vestrarum immunitates, priuilegia, ac consuetudines re-
 22) linquet, quo concordibus, vt hactenus fecistis, viuere in posterum possi-
 23) tis animis, resisteretque vnanimi consensu hosti, omnium fortunis li-
 24) bertati que insidiant. Et quamuis iamdudum legum vestrarum con-
 25) seruationem iuravit, paratus est, si ita vobis visum fuerit, singulis id ite-
 26) rum præstare Prouincijs, nihilque omittere quod aliqua ratione ad offi-
 27) cium boni Principis pertinere possit, confidens, imò certo sibi è respon-
 28) sione vestra, ad Cæsareæ Maiestatis orationem facta, promittens, nullo
 29) se vnquam tempore desideraturum, quod ad fidei, benevolentie, pietatis,
 30) obseruantie, obsequij, ac reuerentiæ erga se vestra summam constantiam
 31) addi possit. Tacente sedentem Antistite, tandem Regina Maria, Cæ-
 32) saris soror, Belgarumque Gubernatrix, surgens, his ad Ordines vsa est
 33) verbis: Intellexistis, viri prudentes, ex oratione fratris mei Caroli Cæ-
 34) saris, animi eius decretum, ac quo modo cedens filio Philippo Belgarum
 35) Prouincias, omnem ei earum absolutam tribuerit possessionem Impe-
 36) riumque: quæ res vobis hac sola de causa consolationi ac gaudio esse
 37) debet, quod Cæsare, decursa ætate, continuo sequoque morbo debilem,
 38) rebus posthac administrandis inutilem esse conspiciatis, Regem verò
 39) Philippum, in ætatis flore constitutum, iudicij maturitate, ingenij boni-
 40) tate, rerum mediocri experientia, vestroque auxilio adiurum, abunde

oneram

1555 oneri sufficere. Ego quidem, absente presentemque Cæsare, rerum guber-
 1) nacula iamdudum sincera vestrorum omnium voluntate tenui, labores, ce-
 2) curas pacis belli que tempore magna sustinui; quibus me tandem hac ce-
 3) arate liberatura, à fratre Cæsare petij, cum eo in Hispaniam nauigare ce-
 4) liceret; obtinuique eo facilius, quod cum primum Belgarum guberna- ce
 5) tionem susciperem, id oneris tantum ad paucos annos, non ad vitam, ce
 6) mihi Cæsar imponderet. Verum inducta fermeque coacta negotiorum ce
 7) eius multitudine, seuiantis morbi atrocitate, cum summo labore in ce
 8) gubernatione annum iam vigesimum-quintum perseuero, sepe impor- ce
 9) tunè fratrem, sed frustra, rogans, me onere humeris meis impari leua- ce
 10) ret, rerum imperitiam, sexus fragilitatem, iudicij imbecillitatem, alia- ce
 11) que similia sceminis propria allegans. Cumque his excusationibus nil ce
 12) proficerem, sed viros mihi in consilium magnos, rerum peritos, iudicio ce
 13) ingenioque præstantes adiunxisset, in hunc vsque annum, quod potui, ce
 14) feci, sperans me apud fratrem Cæsarem, nepotem Regem Philippum, ce
 15) vosque omnes, gratiam mercedis loco meruisse. Certè hac sola de causa ce
 16) petitionem meam Cæsar non grauatim admisit, vtque, gubernatione ce
 17) deposita, cum eo in Hispaniam proficiscerer, quietemque ibi reliquum ce
 18) vitæ transigerem, consentiit. Proinde si non eam fratri vobisque in ad- ce
 19) ministratione, quam debui, operam præstiti, certi estote, id naturæ iu- ce
 20) dicioque imbecillitati, non voluntatis vitio, esse ascribendum. Nam si ce
 21) tanta in me fuisset rerum peritia, iudicij vis, ingenijque præstantia, quan- ce
 22) ta fuit erga vos omnesque Belgas fidei, amoris, bonæque voluntatis ce
 23) vehementia ac sinceritas, (his enim cum consiliarijs in rerum admini- ce
 24) stratione semper sum versata) certa sum nec Principi à Præfecto melius ce
 25) satisfieri, nec Prouinciam sanctius vllò vnquam tempore, quam Belgæ ce
 26) à me fuere gubernati, potuisse administrari, quum ad eorum defensio- ce
 27) nem, felicitatisque conseruationem, id omne, quod à Deo ac natura ce
 28) accepi, contulerim. Quapropter presentem Cæsarem, Regem, Ordine- ce
 29) que Belgarum, quam possum officiosissime rogo, præteritam qualicum- ce
 30) que operam industriamque meam æqui bonique cõsulere, inque bonam ce
 31) omnia partem interpretari velint dignenturque. Lapsam me subinde ce
 32) non diffiteor: sed cum id non naturæ malitia, nec voluntatis improbi- ce
 33) tati, sed imperitiæ, inscitie, humanæ fragilitati imbecillitati que sit tri- ce
 34) buendum, veniam rogans, impetraturam me non diffido, eo magis, ce
 35) quod omnibus in rebus non proprio confisa iudicio nec ingenio res ad- ce
 36) ministrarim, sed magnorum adiuta virorum, ipsorumque non raro Or- ce
 37) dinum, operam consilioque res vestras tractauerim: quod vt doceat, non ce
 38) multis est opus rationibus, quum non pauci sint hic præstantes, qui pro ce
 39) maxima parte consilijs interfuere, ac proinde luculentissimum illustre- ce
 40) que testimoniū de rebus me gubernante actis dare possunt, de quorum ce

opera

1555. opera auxilióque non possum non mihi, Cæsari, Regi, omnibusq; Belgis fatis gratulari, gratias proinde immortales omnibus agens, et si, si-
 quid inde boni commodique emanauit, in vestra præcipue capita, liberos, ac vxores vestras redundarit, Principe auctoritate dignitatéque Deo tributa, tum debita subditorum reuerentia, obseruatia, obsequio, concordia, pietate, ac constantia contento. Quod ad me attinet, nil aliud ab omnibus pro præteritis peto laboribus, quam inter vos vnanimes concordésque maneatis, memorésq; semper esse velitis eorum, de quibus paulo antè frater Cæsar sanctissimè sapientissimèque vos per se ac Philibertum Bruxellium admonuit, & etiamnum pro suo iure admonet, iubétque, si in ea qua nunc statis felicitate libertatèque perdurare, supraque nationes omnes ingenti cum laude florere cupitis. Si verò monita Cæsaris neglexeritis, certi estote vos in extremas calamitates, miserimamque seruitutem delapsuros. Ego quidem bona feliciatèque omnia vobis precor, sunt qui contraria imprecentur. Deo, Ecclesiæ, Principique vestro obedientiam præstantes, non est quòd vilius imprecationes reformideris. Vbicunq; terrarum sum futura, vti vobis operà meâ, si è re vestra fore iudicabitur, licebit. Eadem quæ semper fui vobis ad vitæ finem sum mansura, nunquam non præstò adero, siue in communi operà meâ Belgæ vti voluerint, siue singularibus personis hominibusque ea vsui esse poterit, modò fiat consentiente iubentèque nepote meo Rege Philippo, Principe vestro. Tacente Regina Maria, omnium Ordinum nomine iterum respondit admodum prolixè dictus Mafius. Agebat Regina gratias de iusta prudentique Prouinciarum administratione, summisq; ob eam susceptis laboribus, curis, molestissimèque, promittentes Ordines sese in perpetuum admonitionum Cæsarianarum memores futuros, Deumque pro eius Reginaque salute exoraturus. Exinde conuentus soluitur. Sexto Cal. Nouembres ijdem Ordines in amplissimum Palatii locum, deambulationi destinatum, hora nona ante meridiem cõgregati, Regem Philippum, Equitibus Ordinis Aurei Velleris comitatum, inque sede ornatissima sedentem, adeunt; acceptoque iterum ab eo solenni sacramento, singularum ei Belgicarum Prouinciarum absolutæ potestatis Legati alterum quoque sacramentum, vt absoluto iam Principi, dicunt. Primum vocati venere Legati Ducatus Brabantia, Limburgi, Lutzenburgi, ac Geldria; deinde Comitatum Legati; postremò reliquarum Prouinciarum, quocumque ex censerentur titulo, accepto dictoque sacramento, ad manus osculum admissi discessere. Cessionis Cæsarianæ Tabule, quibus Regi Philippo Belgarum Prouincias tradebat, huius fuere exempli, manu Cæsaris propria signatæ, ac sigillo maximo communitæ: Carolus Dei gratiâ Romanorum Imperator, Rex Hispaniarum, &c. Notum sit omnibus præsentis

præsentis ac futuri temporis hominibus, nos ob vergentem ad senium 1555. atatem, corporis imbecillitatem, aliasque non exiguas causas, nos indoneos regendis Belgarum Prouincijs sentientes, filium verò nostrum Philippum, Angliæ, Franciæ, ac Neapolis Regem, ad eam peruenisse ætatis iudicijque maturitatem, vt Belgarum Prouincias (quæ dicto sacramento eum Principem inaugurauere, legitimumque heredem nostrum, adhibitis consuetis solennitatibus, agnouere) regere possit, comunemque facile propulsare hostem, maxime quòd Anglici Regni cum Belgis per iustas nuptias coniunctione Deus his in locis potentiam eius operæque non parum auxerit; has nimirum ob causas in Hispaniam profecturi, ac quod restabit vitæ procul negotijs curisq; transacturi, proficemur nos dicto filio nostro Regi Philippo libera voluntate cedere omnibus Belgarum Prouincijs, quemadmodum tenore præsentium Tabularum ei cedimus, constituentes in eius absoluta potestate omnes Belgicos Ducatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus, Baronias, Dominia, Vrbes, Oppida, Ciuitates, Arces, Castella, ac munitiones, hæreditario nobis iure aut alia ratione subditas, summum earum in eum ius Imperiumque transferentes; omniatque clientalia beneficia, iura patronalia, Principis immunitates, annuos proventus, census, ac redditus, dominia, tributa ordinaria extraordinariatque, fiscali actiones, quæque ex his dependent, ac huc referuntur, eius absolute faciètes, ac in eum transferentes: tum etiam ea quæ spectant ad Belgicarum Prouinciarum prerogatiuas, priuilegia, iurisdictiones, appellationes; denique quæcumque aliqua ratione Belgici censentur Regni Imperijque, quæque iure patrimonij, siue alio modo ad nos peruenere, nil inde nobis meri nec mixti iuris reseruantur: ea conditione legèque, Rex Philippus debita omnia per nos nostroque iussu nominèque facta persoluat, liberetque obligatorias omnes Tabulas, eadem ratione datas. Constituetes filium nostrum, harum Tabularum potestate, absolutum Belgarum Principem Dominumque, earumque ei ex hoc tempore plenam possessionem concedentes, & si necesse ei videbitur, permittentes, iterum Ordines sacramento in verba sua adigat, denique ea omnia faciat, quæ absolutum decent Principem, quæque esset factururus me è viuis sublato. Liberantes, quemadmodum tenore præsentium liberamus, omnes Antistites, Abates, sacros Præfectos, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Præfectos, profanos Gubernatores, Rectores, ordinum ductores, curiarum Præsides, Cancellarios, ararum Præfectos, Quæstores, Prætores, horumque Legatos, equites, nobiles, ignobiles, ac subditos cuiuscunque conditionis sexusque omnes à dicto nobis sacramento; eis imperantes iubentesque, idem eadem ratione dilecto filio nostro Regi Philippo dicant, legibus omnibus statutisque, quæ in contrarium fa-

1555. Cere seruireque possent, vim suam, hac cessione, harumque Tabularum
 » autoritate, eripientes derogantisque. Hæc est enim absoluta voluntas
 » nostra, fixaque animo sententia. In quorum omnium testimonium has
 » Tabulas propria manu subsignauimus, sigilloque nostro maximo mu-
 » niri iussimus. Acta Bruxellæ Brabatiæ septimo Cal. Nouembres, anno
 » à natiuitate Saluatoris nostri 1555. Paulo post Cæsar filio Philippo
 etiam cedit omnibus Regnis hæreditarijs, bello paratis, ac quacunque ra-
 tione quaesitis, Hispaniæ, Sicilia, Sardinia, Balearium, America, India
 Orientalis, ac noui Orbis, idque præsentibus Proceribus, Secretarijs,
 Consiliarijs, ac domesticis Hispanis omnibus tum tæporis apud Belgas
 agentibus, ex amplissimis opulentissimisque tot Regnis nil sibi seruans
 aliud, præter certos annuos pecuniarios redditus, vnde cum familia
 (quam ad exiguum redegerat numerum) viueret, egentibus calami-
 tosisque hominibus dona daret, liberalitatemque Christianam ex con-
 ditione humanæ naturæ, diuinæque legis præscripto, exerceret. Quibus
 rebus confectis, animo corporique Cæsar quietem daturus, seque to-
 tum in posterum diuinis meditationibus addicturus, necessariam ad Hispa-
 nicam profectioem quamprimum parari instruique iubet. Nonis Fe-
 1556. bruarij anno 1556. quinquennales Cæsar Rexque Philippus inducias
 pangunt cum Heinricho secundo Francorum Rege, his conditionibus:
 » Induciarum Nonis Februarij anni 1556. initium habituræ, ac in quinque an-
 » nos proximos duraturæ, firmæ ratæque sunt, inque omnibus dictorum
 » Principum Ditionibus terra aquaque obseruanto: ab omni bello, iniu-
 » ria, ac vi abstinento: alter alterius hosti opem non fert: quæ quisque oc-
 » cupauit, tenetque, possidet. Subditi hinc inde terra marique liberè
 » commeant, mercaturam exercent, veteraque tantum portoria vecti-
 » galiaque soluunt. Bonis agrisque per belli tempus vltro citroque puls-
 » in plenam possessionem redeunt, quemadmodum & hi quorum sub-
 » diti aduersæ parti militarunt. Induciarum violatore vita punito.
 » Rebelles exulesque Neapolitani Siculi que his conditionibus non com-
 » prehendantur. Induciarum leges singularium hominum iuribus nec
 » actionibus derogant, sed ius ex æquo exercet. Duci Sabaudia, in ijs
 » quæ adhuc possidet, vim non infert. Franci ad Indias Occidentales
 » mercaturæ, bellandi, nec quaerendarum Ditionum causa, sine Cæsaribus
 » Regisque Philippi consensu, ne nauigant. Albertus Brandenburgius his
 » inducijs non comprehenditur. Leonoræ Austriacæ, Regis Francisci pri-
 » mi viduæ, donationi mortis causa factæ Rex Heinrichus in solidum satisf-
 » facito. Acta transactaque sunt hæc nomine Cæsaribus Regisque Philip-
 » pi à Carolo Lalaini Comite, Hannoniæ Governatore, Simone Reinardo,
 » Carolo Tisnackio, Philiberto Bruxellio, ac Ioanne Baptista Schitio
 » Mediolanensi, Cæsaribus Consiliarijs; nomine Regis Heinrichi à Iaspere
 » Colligniaco

Colligniaco Ammirali, Sebastiano Lambespina, Abbate Bassfontaine, 1556.
 ac Abbate D. Martini, Regijs Consiliarijs. Subsignauit Cæsar Bruxellæ,
 Rex Philippus Antwerpia. Inducijs cum Franco constitutis, quanquam
 Cæsar à summo Pontifice Paulo quarto (vt in huius libri initio scripsi-
 mus) bellum sibi in Italia imminere prospiceret, quod tamen certus es-
 set, eum à Franco, nisi violatis inducijs, iuari non posse, paruifacere est
 visus, tum quod Pontificis vires suis collata, perquam essent exigua;
 tum quod eum nullius magni nec potentis Principis opibus nec ami-
 citiæ inniti prospiceret. Duodecimo Cal. Februarij Rex Philippus,
 Equitum Aurei Velleris Princeps iamprimum factus, Antwerpia in
 Templo D. Virginis Mariæ, Ordinem, compluribus in humerum ascitis,
 solita cum pompa primum supplet. Circa idem tempus Dux Albanus,
 relicto Mediolano Neapolim profectus, Pro-Regis munere fungi cœ-
 pit. Exceptus est consueto à nobilitate ac Ordinibus honore; consti-
 tutisque Regni negotijs, quod Pontificis consilia, alienisque à Cæsare
 Regique Philippo animus tenderet, circumspiciebat. Egerrimè Ponti-
 fex ferebat, Francum cum Cæsare Regique Philippo inducias fecisse;
 animi tamen acerbiter nil remittens, Romæ in carcerem conijcit
 omnes Cardinales Cæsarianos, cum Garcilasco Oratore Hispano; exar-
 mati que per causam parari sibi veneni ciuibus Romanis, indies magis
 magisque ad bellum ac vim prorumperebat. Egerat de euulgando edicto,
 quo Regnum Neapolitanum sisco Pontificio, ob non persoluta annua
 tributa, addictum declararetur. Sed prudentioribus eius amicis animi
 impotentiam moderantibus, quantique id periculi qualiumque tumul-
 tuum causa esset futurum docentibus, tandem à sententia dimotus est,
 non nihil de animi acerbitate dimittens, quum didicisset, post factas inter
 Cæsarem & Francum inducias, etiam Octauium Farnesium, Parmæ
 Placentiæque Ducem, recepta (Arce excepta) Placentia, cum Cæsare
 Regique Philippo in gratiam rediisse, æternumque cum ijs fœdus, re-
 nunciato Francico, sanxisse. Arx verò Placentina, cum per triginta &
 amplius annos in potestate Regis Philippi ex fœdere permansisset, nec
 vllis precibus ab Octauio, eiusque vxore Margarita Austriaca, Cæsaribus
 filia notha, è qua vtriusque sexus susceperat liberos, impetrari potuis-
 set, tandem anno 1585. Alexandro Farnesio, Octauij dictæque Marga-
 rita filio, ob res contra rebelles Belgas auspicijs Regis Philippi for-
 titer feliciterque gestas, illi concessa traditaque fuit. Pontifex verò
 Regi Philippo Neapolis Siciliaque possessionem durissimis iniquissi-
 misque conditionibus offerebat. Non enim contentus tributo quod
 prædecessores sedi Apostolicæ soluere erant consueti, vt possessionem
 negaret, indigna petebat. Statuerat certè Pontifex ingens Cæsari
 Regique Philippo in Italia concitare facerique bellum, ab vna parte
 R R r 2 adiutus

1556. adiutus Francorum armis, inde fultus auxilijs Ducis Ferrariæ, Procerum Strozianorum, veterumque in Italia Cæsariani Hispanicique nominis hostium. Sed quum se præter spem factis inducijs à Franco, ac inito perpetuo fœdere, à Farnesio desertum videret; cæteris contemptis, in hoc enixè laborabat, induciæ inter Cæsarem Francumque inita, quacunque ratione dissoluerentur, quod sequenti obtinuit anno. Rex enim Henricus Cæsarem in æternum valedictis Belgis in Hispaniam nauigasse videns, persuaderique sibi sinens Regem Philippum Principem esse imbellem, patri rebus omnibus imparem, violato induciarum fœdere, (vt mox narrabimus) magno suo malo, ei bellum infert, armæque cum Pontifice in Italia coniungit. Hoc rerum statu Pontifex Anthonium Carassam in Galliam Togatam, ac Anthonium Tiraldum in Perusinos, vt copias conscriberent, mittit. Albanus, re cognita, cum prius pro pace omnia tentasset frustra, Pontificios præuertendos statuens, Neapoli duodecim millia peditum ac tria equitum millia educit, rectaque in Latium contendit, comitante Garcia Toletano, Hispanorum peditum Præfecto; Sanctio Mardanesio, castrorum Magistro; Vespasio Gonzaga, Italorum peditum Duce; Marco Anthonio Colonna, cataphractorum equitum; ac Plombini Comite, leuis armaturæ equitum ductore. Primo incursum Albanus Pontem-coruum, deinde Frusinum, (hodie Frasellono) tum omnia Marci Anthonij Colonnæ Oppida recipit, Ascaniumque Cornesensem, ad se à Pontifice transfugientem, honorificè excipit. Interea Pontificiæ copiæ, septemdecim virorum millia superantes, in vnum conuenerant, inter quos tria equitum millia Regis Franciæ stipendia clam merentia erant, exceptis Francis qui bellandi studio iniussu domo in Italiam contendisse dicebantur, re vera Regis mandato ibant. His omnibus summo cum imperio præerat Fredericus Carassa, Dux Paliani, Pontificis è fratre nepos, Marci Anthonij Colonnæ Ditionem vi possidens. E consilijs erant, Carolus Carassa Cardinalis, ac Petrus Strozza, Dux veteranus, sed inefficax. Fit interea Albanus certior, Legatum suum Pyrrhum Lofredum Neapolitanum, quem ad Pontificem pro pace iterum miserat, in arctissimum Romæ carcerem coniectum. Quare omni spe pacis abiecta, ad bellum se conuertens, subito aduentu Verulum ac Babucum expugnat; faciuntque deditionem Alatrium, Terracina, Acutium, Fuma, ac pleraque alia Pontificiæ Ditionis Oppida. Anagninâ aliquandiu oppugnata, nocte effugietè præsidio, potitur. Hoc Albani successu motus Pontifex, Camillum Vrsinum, quem Romanæ Vrbi præfecerat, munire eam præcepit. Is rebus nullis parcens, Sub-urbia, hortos, vineta, pomaria, oliueta, ac quicquid erat circa Urbem deliciarum, amœnitatis ac commoditatis causâ extructum, magno ciuium cum dolore ac

querimonia

1556. querimonia euertit. Circumsistunt hac de causa, ac ob dictorum Oppidorum amissionem, multi magnæ authoritatis viri Pontificem, petentemque pacem Albanum audire dignetur, tandem impetrant. Mittitur Romam Franciscus Pacecus. Ad Albanum, ad Cryptam Ferratam castra habentem, Cardinalis Carassa venire debebat. Sed deluso Albano, irrisoque Paceco, nullus à parte Pontificis comparuit, bellumque infestissimè geri iterum ab vtraque parte est cœptum. Albanus enim mox in potestatem redigit Præneste, Vicum Valerij, Tybur, ac Segniam. Pontificij ex agro Piceno Regni Neapolitani fines infesta populatione deuastant, Albanum hac ratione è Latio agroque Romano frustra retrahere conati. Is enim, occupata Ostia, Romanorum Portu, Urbem fame ad deditionem cogere instituebat. Capit & hac de causa paulo post Ardeam ac Porcilianum. Antiates à Pontifice ad Colomnios deficient. Vespasius Gonzaga Palumbariam expugnat diripitque. Pontifex se breui Latio pulsum iri, Albanique castra ad moenia Romana visurum conspiciens, Legatos ad Henricum Francorum Regem pro auxilio mittit, stantibusque cum Cæsare inducijs impetrat. Nam indicto Philippo Neapolis Regi bello, inducias tantum apud Belgas locum habere Franci dicebant, Albanus, occupata Ostia, Arcem oppugnabat. Petrus Strozza, cum Romanis copijs ab altera Tyberis ripa confidens, Hispanorum ad Urbem excursiones impediabat. Interea Rex Henricus in vnum coactis sex peditum Francorum, octo Heluetiorum millibus, ac bis mille equitibus, ijs præficit Franciscum Lotharingum, Guisæ Ducem, Pontificique in Italiam in auxilium properare iubet. Sub idem tempus Ostiæ Arx, tormentis quassata, ab Hispanis Italisque frustra oppugnatur, multis ab vtraque parte desideratis viris fortibus. Albanus, Guisum cum iusto exercitu in itinere esse sciens, maiori apparatu, quæ ad expugnationem erant necessaria, diligenter parat. Sed Ascanius, Arcis Præfectus, alteram inuasionem expectare non ausus, honesta conditione Albano Arcem tradit: cuius amissione Romani animis cadunt. Exinde operâ aliquot Cardinalium in quadraginta dies induciæ panguntur: quibus stantibus, concessum fuit, tutum vltro citroque mercandi proficiscendique causâ iter esset. Secreta enim inter Albanum ac Cardinalem Carolum Carassam contracta erat amicitia, promisso Cardinali in Regno Neapolitano Barri Principatu, ac Albano pro filio notho Ferdinando Toletano optimis Hispaniæ aliquot Sacerdotijs. Hinc ex eo tempore negligentius frigidiusque bellum fuit administratum, Cardinale Carassa statim Romam contendente. Albanus, exercitus partem in captis Latij Oppidis relinquens, instante bruma Neapolim quoque reuertit. Guisus cum fratribus Aumale Duce, ac Albosuffij Marchione,

R R r 3

vel

1556. vel acerbissimis vrgentibus frigoribus, cū exercitu Alpes trástr, seque-
banturque eum præter fratres Dux Nemoursij, V Vidamus Carnutum,
Brisaccus, Vicomarcatus, Biragus, ac aliquot alij Frácię veterani Duces:
qui mēse Decembri Valenciã, vnius diei itinere Mediolano distantem,
perueniūt, Oppidumque obsidēt. Dum hæc in Italia fiunt, ætate huius
anni Maxæmilianus Austriæ Archidux, Ferdinandi Romanorum Re-
gis filius natu maximus, cum vxore Maria, Cæsaris filia, in Belgiū ad
patruum eundemque socerum contendit. Obuiam ei Bruxellã procedit
Rex Philippus, deinde ad portam Urbis Magistratus, Cæsare cum
fororibus subsequente, ac vtroque populi ordine Principes debito
cum honore reuerentięque suscipiente: intrant Bruxellam postridie
Idus Iulij. Maxæmilianus cum Cæsare Regęque Philippo transigit de
vxoris dote, assignaturque illi ingens pecunię summa, quã certis pen-
sionibus Neapoli esset recepturus: quæ cum Tabulis rite essent confi-
gnata, Maxæmilianus Belgarum Prouincijs Hispanięque Regnis re-
nunciat, ac sub finem mensis Augusti cum vxore in Austriam, Cæsari
amicisque in æternum valedicens, redijt. Cæsar verò iterum literas ad
fratrem Ferdinandum perscribit, quibus eum de suo instituto, Imperij-
que cessione, certiore faciebat, vtque Cæsaream dignitatem admit-
teret petit: se enim posthac nec animo curas, nec corpore labores ferre
posse. Quare vt Religioni concordiam pacemque summo studio pro-
curat, rogat, alioqui nec in Imperio vnquam tranquillitatem, nec in vi-
cinis Ditionibus stabilem quietem, nec veram amicitiam vnquam ex-
pectandam. Rebus omnibus ad professionem Hispanicã paratis, in Ze-
landiam mense Septembri contendit, ac Zeburgo, vbi ventum expe-
ctabat idoneum, Legatos cum literis ad Germanici Imperij Septem-
viros destinat, à dicto eos sibi sacramento absoluens, nouique creandi
Cæsaris potestatem primis Comitij faciens. Fuere autem huius rei
causa missi Guilihelmus Nassauus, Aurantij Princeps; Georgius Si-
gismundus Sila, Imperij Pro-Cancellarius; ac V Wolfgangus Haller,
Cæsaris ad res Imperij Germaniæque Secretarius. Literarū ad Septem-
viros per hos missarum hic fuit tenor: Carolus Dei gratiã Romanorum
Imperator, &c. Omnibus ac singulis sacri profanique ordinis Imperij
Septem-viris, Principibus, Præfectis, Ducibus, Comitibus, Baronibus,
Equitibus, Nobilibus, horumque Legatis, Magistratibus, Iudicibus,
Consulibus, Senatoribus, Ciuibus, Cõmunitatibus, aliisque sacri Ro-
mani Imperij subditis, cuiuscunque status, dignitatis, ac conditionis,
has literas lecturis, aut legi audituris, amicitiam, benevolentiam, om-
neque bonum precamur, ac offerimus. Reuerendissimi, venerabiles, il-
lustres, ac dilecti amici cognatique nostri, nec non nobilissimi, clarif-
simi, honestissimi, pij, fidelisque amici, coacti multis magnisque de
causis,

causis, ac præcipuè quòd nos prægrauat, morbis difficilibus implicati, 1556.
hæreditarias Ditiones omnes, quòd gubernare eas amplius, vt decebat, ce-
non possemus, filio nostro vnico dilectissimoque Regi Philippo tradi-
dimus; cedentesque illi Aula ac Palatio, ad mare concessimus, tempus ce-
in Hispaniam nauigandi commodam idoneumque expectantes: à quo ce-
nos proposito nemo præter Deum diuertet, neque reuocabit. Propter ce-
hunc ergo meum in perpetuum abitum, ad Ferdinadum Romanorum, ce-
Bohemix, ac Hungariæ Regem illustrissimum, fratrem nostrum cha-
rissimū, gubernatio sacri Romani Imperij posthac pertinet, vt electum ce-
consecratumque Romanorum Regem, nostrumque in Imperio le-
gitimum successorem; quod onus non semel nobis absentibus cum lau-
de honoreque administravit. Ne igitur sacrum Romanorum Impe-
rium, eiusque subditi, propter absentiam nostram incommodum detri-
mentumque aliquod patiantur, vtque frater noster, Rom. Rex, Imperij ce-
administrationem cum maiori autoritate obire possit, volumus ac ce-
decreuimus, eum posthac absolutè, sine vlla reuocationis nostræ refer-
uata potestate, sed vt Imperio eiusque subditis maximè conuenire iu-
dicabit, ac quemadmodum nos præsentibus facere possemus deberemus-
que, res sacri Rom. Imperij tractare, ac cum plena absolutaq; po-
testate gubernare. Statueramus quidem hanc Imperialis potestatis in ce-
fratrem translationem proximis Comitij præsentibus facere, ibique cau-
sas prolixè exponere, Imperij negotia absoluere, fratremque vobis ac ce-
illi vos Imperiumque commendare, nisi indies ingrauescēs aduersa va-
letudo itineri me tam longo terrestri cõmittere inhibuisset, idoneum-
que me in Hispaniam nauigandi tempus obseruare cõgisset. Quare à ce-
vobis omnibus enixè petimus, ac secundum præsentium Tabularū te-
norem (è quibus animi nostri extremum discitis decretum) præcipi-
mus ac iubemus, nisi pœnam indignationis Cæsareæ nostræ Maiestatis ce-
inobsequentes incurrere præopretis, Romanorum Regi, fratri nostro, ce-
obsequium fidemque debitam præstetis, eius decretis, statutis, manda-
tis, iussis, ac operibus reuerentiam requisitam nostro suoque nomine ce-
exhibeat, nec ei in re aliqua legitima resistatis, sed non aliter quam ce-
nobis, si præsentibus essemus, obedientiam honoremque deferatis, neque ce-
aliud à quoquam vobis persuaderi sinatis, nisi contra vos indignationis ce-
nostræ iustum flagellum concitare malitis. Hæc enim nostra expressa ce-
est ac extrema voluntas. Datum, adiuncto sigillo nostro, Zeburgi Ze-
landiæ, septimo die mensis Septembris anno 1556. Imperij nostri 36. ce-
Cum his renunciationis cessionisque Tabulis dicti Legati in Germa-
niam proficiscuntur, Principum prima Comitia expectaturi, ac in ijs
Cæsaris voluntatè omnibus exposituri; alias literas Spire Imperij Se-
aatoribus reddentes, quibus eos Cæsar de Imperij in fratrem transla-
tione

1556. tione certiores faciebat, ac ad auitę Religionis, iuris, iustitięque obseruationem grauissimę adhortabatur. Scriptę hęc erant Gadaui quinto Calend. Septēbres, cum in Zelandiam istac properaret. Cęsar verō Legatorum non expectato reditu, sed commodum propitiūque nactus ventum, filium Regem Philippum amplectitur, postremisq; ei verbis Religionem Catholicam cum lacrymis commendat, precipiēne nouarum Religionum legumq; promotores vlla ratione in Regnis suis nidificare, radicesq; agere permittat, nisi potentissimę amplissimęque Monarchię, tanto cum sudore laboręque à se prædecessoribusq; suis, iuuante Deo, constitutę, turpissimā iacturam facere velit; ferio quoque grauiterq; eum admonens, ne Belgas ab exteris suisq; opprimi sinat, nisi in calamitosum continuumq; se precipitare ciuile bellum velit. Tum dato cum lacrymis osculo, salutatis Regū Principumq; Legatis, omnibusq; Belgarum Proceribus, cum vtraque sorore nauem conscendit; sequētibusq; præsidij officijq; causa quindecim Cantabricis onerarijs, viginti Belgarum Hulkis, ac viginti & vno instructissimis Anglicis onerarijs optimę armatis, tandem feliciter Laredium, Biscaix Oppidi Portum, appulit; terramq; in genua procidens exosculatus, Deo gratias de itineris felicitate agens, ei corpus, vt alteri matri, commendat; educensq; sinu auream cruci affixi

» Christi imaginem, exosculans inquit: Te duce toties, Christe, cum ho-

» ste feliciter congressus, triumphos, victorias, ac honores reportauī, no-

» men famamq; parauī: quicquid inde decoris ac laudis est profectum,

» tibi, qui tribuisti, submisisse refero, vt que animę meę, breui ex hoc cor-

» pusculo migraturę, felicem exitum profectionemq; dare, vt nunc

» corpori tribuisti, etiam digneris, obsecro. Confluxere statim ad Cęsarem vndique Hispanorum vtriusque ordinis Proceres: quos humaniter compellans, lecticā Valledoletum cum sororibus defertur; Carolūque ex filio nepotem amplexus, ac ad pietatem, virtutē, iustitiam, temperantiamq; cohortatus, rebus omnibus constitutis, circa anni finem in Prouinciā Estremaduram, haud procul Vrbe Placentia, se contulit, inq; monasterio D. Iusti, Ordinis Eremitarum Diui Hieronymi, loco solitario habitationem elegit, duodecim tantum assumptis auxiliij causa famulis, ac ex ijs quatuor tantum operā ordinarię vsus, sororibus Valledoleti manere iussis. Sumpserat in rei familiaris vsus, tot amplissimorum Regnorum ditissimis annuis prouentibus semel centum millia aureorum ducatorū, ē quibus, dum vixit, quatuor tantum millia insumpsit, reliqua impendit connubio iungendis pauperioribus virginibus, iuuandis viduis, pupillis, ac similibus imbecillis iudicij calamitosi hominibus: vbi cum non integro elapso biennio sanctę pięque vixisset, decimo Calendas Octobres, qui Diuo Matthæo,

Christi

Christi Apostolo, est consecratus, summa animi tranquillitate, corporisq; patientia, Deo animam paratissimę reddidit, anno 1558. mane inter horam tertiam & quartam, paulo ante aurorę ortum, tertiana febris, ē continuis articularis morbi doloribus, non humorū abundantia, nata, quęque tandem in continuam est mutata, extinctus. Continui enim articularis morbi dolores, sanguinem exagitantēs, primū calorem præter naturam, deinde febrim excitauere, sensimq; calorem naturalem oppressere extinxeręque. Vitia primū Bartholomæo Miranda, Archipræsuli Toletano, rite detexerat, ac ab eodem, celebrato Missę sacrificio, sacrosancto Iesu Christi corpore mystico recreatus, ac ad iter æternę salutis armatus instructusq; fuerat. Sepultus est Granada, Beticę Vrbe primaria, iuxta matrem Ioannam, ac auum, auiamq; maternam. Rex verō Philippus patri, vt decebat, amplissimas Bruxellę Brabantię celebravit exequias; idęque fecere non solum cęterę omnes eius Prouincię ac Regna, sed Vrbes etiā, Ciuitates, ac Oppida. Tertia à Cęsarıs morte septimana, soror eius Regina Maria, Lodowici Hungarię ac Bohemię Regis vidua, Belgarum per viginti-quinque annos Gubernatrix, fratrem, relicto mundo, est secuta; quum paulo antę, desiderio Belgarum tacta, iter Barcelona Genuam, indeq; terrestri itinere in Belgium facere constituisset, classisq; in eam rem parata staret. Leonora verō, altera Cęsarıs soror, fratrem ac fororē, de terra hac vita, mense Martio præcesserat, eiq; Henricus Francię Rex Parisijs summo cum honore pompaq; iusta perfoluit. Atqui hac ratione Cęsar Carolus 5. cum duabus sororibus vno eodęque anno ē viuus excessit. Fuit Carolus quintus Cęsar mediocris staturę, qui nec inter proceros nec inter breues numerari potuit, membris omnibus, debita gratiaq; proportione, staturę respondentibus. Color flore virilis ætatis lacteus, aspectu gratissimus, manus cędidissimę, ossa staturę proportioni adęquata, firmis neruorum muscutorūq; ligamentis inuicem coniuncta, robur corpori decusq; non exiguum adferebant. Vultus gratia, genę succulentę, frōtis amplę serenitas, glaucorū oculorum nonnihil ad cęrulei suauitatem vergentium dignitas vigorq;que, nasus aquilinus, veterum heroum insigne, oris ferē semper parum patuli singularis familię nota, à prædecessorum suorum Burgundię Principum traduce deriuata, densa barbę, superciliorū, positęq; ad aures vsq; comę, ē flauo in fuscenedinem vergentis color, incessus decēs, qui nec præceps nec tardus erat, Regiam Cęsareamq; planę Maiestatem, dignitatem, amplitudinemq; vel capitali inimico extorquebant, accedentesq; in admirationem trahebant. Pectus humeriq; lati, neruosum collum, venter subactus, scapulę musculosę, dorfi spina neruosa, graciles tantum surę, sed sine iniuria extantes earum musculi.

1556. Tantà inerat verbis gratia ac humanitas cum dignitate coniuncta, ori tanta persuadendi facultas, rationum varietas, dicendi facilitas, vt quò vellet hominem duceret; nullusque ab eo vnquam non ratione contentus discersit: vox tamen gracilior erat, modestia rara: irà domitor insignis, quanquam in eam pronior ob continuos dolores: aditu facilis, animo magno imperterritusque, periculorum contemptor, in praelijs acer, iudicium sine vlla dissimulatione ad æquum bonumque naturà tendens perspicax, memoriæ tenacis, prudens, doctorum hominum, rarorumque ingeniorum admirator conquisitorque, plus his quàm natalium claritati in regendis Regnis tribuens, planèque hac in re imitator aui Cæsaris Maxæmiliani, qui que, vt ille, complures exigua fortis, sed ingenij magnitudine præstantes viros, operà eorum vsus, ad ingentes honores opesque prouexit; literis quanquam vterque parum ex cultus, multarum tamen rerum cognitionem diligenti lectione gestorum prædecessorum suorum, aliorumque Principum, adepti. Subditos paterno amore diligebat, nec alium ab alio opprimi, multo minùs nationi imperaret, nisi apud Barbaros exigente necessitate, volebat. Auitarum legum, præcipueque Religionis vetustæ, obseruator propugnatorque sui temporis acerrimus: in rebus agendis diligentissimus, quod Christianam Europam percurrendo non semel demonstrauit: omni armorum genere exercitatus, dexter, ac solers, corpus satis robustum ad ea tractanda nactus, quod, prouocato ad singulare certamen Francisco primo Francorum Rege, neque eo comparere auso, diuersisq. praelijs satis comprobauit, hostem non semel propria manu feriens. His virtutibus vitia humanam imbecillitatem testantia comitabantur. In semel suscepta ac præiudicata opinione nonnunquam plus quàm oportebat pertinax. Illiberalior quoque, quàm tatum decebat Cæsarem, est habitus, paucis apud eum omnia occupantibus: quibus qui adulari non norat, aut nolebat, frustra in Aula petebat. In rebus agendis tractandisque simulator egregius, fidei liberioris, priuati commodi perquam studiosus, atque (vt vno verbo dicam) alter auus maternus Ferdinadus Catholicus, quem simulatione, vt auum Maxæmilianum generositate, planè exprimebat. Attamen Cæsaris Caroli ambitio nullà Christianis iniuriam minabatur. Vt verò monarchiã in familia stabiliret, nil înteratum reliquit, aptosque ad hoc nactus Consiliarios, prudentes, taciturnosque, magnis in rebus operà eorum feliciter est vsus; vtque amicos propinquosque promouerent, dextre conuiebat. Vita aulica moderata & illustris erat, sobria tamen; mensa simplex, tenuis victus, vestitus ferè popularis, colore atro oblectabatur. In venerè quanquã esset procliuior, matrimonij tamen leges nec in se nec in alio violasse est repertus. Extra matrimonium liberos furtiuus amplexibus procreauit.

Vitia

Vitia sua egregiè celare tegereque didicerat; quod non potuisset, nisi 1556. nouisset: non exiguum certè a Deo donum. Cum Francis Burgundicorum inimicitiarum reliquias absumpsit, sed de Italia Imperio summa contentione certauit, vicitque. Cum Germanis de ratione colendi Dei contendit, homines superauit; stultas opiniones è cõtumacium animis eruncare non potuit. Omnia enim homini eripi, præter iudicij voluntatisque libertatem, possunt. Cum Turca in Pannonia de Imperio ac vita certauit, vtrumque diuino auxilio cõseruauit. Cum Afris de augendis limitibus luctatus est, ac pro parte propositũ obtinuit. Quartã Orbis terrarũ partẽ, de qua nunquã cogitauerat, illi Deus subiecit, præterque expectationẽ dedit, omniumque sui tẽporis Principũ maximũ, potentissimum, ditissimum, ingentiumque terrarum Dominũ effecit; vtque sola Catholica Apostolicaque Romę in hunc vsque diẽ obseruata Religione noui populi, ceteris omnibus reiectis, imbueretur, Deus voluit, ac in hũc vsque mex scriptoris annum 1598. cõseruauit promouitque. His omnibus (excepta Religione Catholica Romana) Cæsar Carolus tãdem satiatus, honorumque ad fastidium plenus, quũ familiã in summo gloria existimationisque fastigio positam videret, ea quæ ceteri homines vt adipiscantur, diuina humanis miscet, contemnens, anno ætatis suæ 56. libera voluntate deseruit abiicitque, inque solitudinẽ se conferens, diuinarumque rerum contemplatione animũ recreans, quietè læteque vitam finiuit. Paternã maternãque hæreditatem in Italia auxit, adiecto Ducatu Mediolanensi, cõfirmata Regni Neapolitani possessione, dato Florentinis, Parmensibus, ac Placentinis Duce, in libertatem constituta Genua, deuictis domitisque Senis; Venetis, Ferrariæ Duce, summoque Pontifice Paulo quarto nutum suũ respicere coactis, ceteris lubenter parres suas sequentibus. Belgarum Regno adiecit Ducatum Geldriæ, Comitatum Zutfanis, Prouinciam Ultraiectinam, Trans-Isalanam, Frisiam Occiduam, Groninganã ac Linganam Ditionem. Ædificauit contra Francos Hæsdinum, Marieburgum, Carlomontium, ac Philippo-villam. Excidit veterum Morinorum Terowanam. Quid in nouo acquiserit Orbe, non est huius loci. Imperij limites non diminuit, nec oppignorauit, nisi occupato Cameraco: quæ Ciuitas quum se nulla ratione, ob opum viriumque imbecillitatem, contra Francum defendere posset, eius incolumitati, Hannoniæ Atrebatumque finibus consulturus, Arcem in ea firmissimam ædificauit: quam anno 1580. Francus traditione Balduini Gauerani, Inchiij Domini, contra postremi fœderis leges occupauit. Fortunam Cæsar Carolus per omnem vitam magis prosperã quàm aduersã est expertus, quanquam summis in adolescentia, virili ætate, ac senectute sit vexatus coniurationibus ac rebellionibus. Sed superatis tãdẽ omnibus difficultatibus, de hostiũ

1556. conspirationibus, fortunæque inconstantia, triumphauit. Certè qui penitus eius cum fortuna cõsultationem introspererit, cursum felicitatis Cæsaris, ita eam moderatam esse reperiet, vt contenta impediuisse, non eripuisse, ei victoriarum absolutos triumphos iudicari possit. Ingentibus Cæsaris conatibus ad Algerium, in Prouincia Lugdunensi, ac ad Metim, fortuna intercessit; quumque eum institutum obtinere non permetteret, ab hoste tamen superari, neque cladem inferri voluit, sibi felicitatis eius castigationem Deus seruans. Italia, Germania, Hispania, ac America felices ei bello prælijsq. Prouinciæ fuere: Græcia, Francia, Africa, ac Belgæ, dubiæ ancipitisque fortunæ Ditiones extiterẽ; vt disceret non omnia ex voto in hoc Orbe nobis esse expectanda, sed ob necessariam rerum omnium conuersionem, cõsilijs humanis non semper euentus respondere, ac proinde assuefaciendum prudenti viro animum rebus non minus aduersis, quàm secundis, ad constantiã tolerantiamque. Hosti, præterquam semel, nunquam tergũ dedit; non quidem tum pugna victus, sed ab ingrato cliente, præter expectationem, sine milite ac præsidio Inspruchi, seu Oenipõte, ferme interceptus. Nũquam enim Germanos, ad Alpium angustias custodiendas missos, tam fœdè ac turpiter loca munitissima deserturos expectarat. Fuga in Carinthiam delatus, tamdiu Villachi hæsit, donec ex Italia ac Germania veteranae legiones conuenissent, statimque Mauritium Septemvirum, nominis sola formidine ad pacem inductum, vniuersamque ferè Germaniã, alteram rebellionem parantem, momento sedatam, iterum ad accipiendas leges cõegit, quas se præsentem tremens admittebat, absente animo refractario turpiter abiciebat: tanta inerat animis nouarũ rerũ auditas, tantumque erga veteres leges stultissimum odium. Quo modo enim aliter in præceptis ruentis Reipublicæ suæ casum Germania iuuasset? nonneque Monarchiæ fundamenti iactoribus auxiliares manus melius præbere potuissent? Atqui hic Caroli 5. Cæsaris, Principis sui temporis potentissimi clarissimiq. vitæ cursus fuit, præstantissimis Principibus meritò connumerandus, & si pace vt bello felix fuisset, omnibus præferendus. Quis enim eius animum virtute, pietate, magnitudineq. vicit? Quis eum in bello promptitudine, fortitudine, prudentia, ac felicitate superauit? Quis pace ac bello temperantia, modestia, iustitiæque supergressus est? Quis eo magis labore patientiaque corpus exercuit? minuscq. sibi ipsi pepercit? Quæ verò exinde in eius Ditionibus pace belloq. gesta fuere, quòd auspicijs Regis Philippi, filij eius, acta sunt, ad annum vsq; Christi 1565. ne in hiulca mancaq. narratione desinamus, diligenter describere conabimur, pacemq. Galliæ, quam Cæsar Carolus 5. omni vita desideratã dare non potuit, à filio eius Philippo tadè procuratã demonstrabimus, alteròq. Historiæ nostræ Tomo finè imponemus.

VITÆ

VITÆ PHILIPPI SE-1556.

CVNDI HISPANIARVM MONARCHÆ pars secunda.

HISTORIÆ LIBER XV.



PHILIPPVS secundus, Hispaniarũ nostro nunc tempore Monarcha, patri Carolo tanto in Imperio succedens, Bruxellæ apud Belgas agebat, vxore Maria Angliæ Regni curam habente; ad quam sine dubio profectus fuisset, nisi missa à Francorũ Rege. Henrico secundo in Italiam, Duce Guisio, iustæ militares copiæ, suspicionem rumpendarum induciarum iniecissent, manerẽque apud Belgas consuluissent, expectaturus quò Francorum Regis cõsilia Guisijque conatus essent erupturi. Inter ea Dux Albanus cum Pontifice Paulo quarto, ac Francisco Lotharigo, Guisæ Duce, acriter bellum in Italia gerebat. Mensẽ enim Ianuario anni 1557. Guisius eum Francicis copijs (de quibus supra scripsimus) 1557. Mirandolam venit; acceptisq. auxilijs Ferrariæ Ducis, (quem Pontifex Ecclesiæ Romanæ Imperatorem nominarat) peditum scilicet sex millium, ac sexcentorũ equitũ, Mediolanẽsibus ingentẽ trepidationem iniecit. Verebatur enim Cardinalis Tridentinus, Insuorum Regis Philippi nomine Præfectus, ac Ioannes Baptista Castaldus, ne, per causam iuuandi Pontificis, Franci Insuores ad bellum imparatos inuaderent, quare diligenter Mediolanum muniunt. Idem fit Cremonæ, Ticini, Laudi Pompeiæ, nunc Lodi, Antistæ, cæterisque Insuorum Ciuitatibus. Dux Cosmus, ob Regis Henrici cum Catharina Medicæ nuptias, non solum Vrbi Florentiæ, sed vniuersæ Hetruriæ timebat. Illa enim ius in Ducatum Florentiæ imperitè allegabat, quum in Urbẽ, quæ Imperij nutum respiciebat, eiusque beneficium erat, non plus Medicæis, quàm alicui alteri ciui, esset iuris; ijq; inter Medicæos soli ius prætere tendere possent, quibus à Cæsare datum concessumque esset. Quare conscriptis quatuor millibus Germanorum peditum, Pisæ alijsq; Ciuitatibus imponit, tota que adeò Italia, Pontifice classicum canente, ad ingentis belli expectationem expectata, terrorem conceperat, circumspèctans quò hi motus essent euasuri. Albanus, tam ingentes contra se copias coire videns, vires omnes Neapoli contrahit, ne Franci subito Regnum inuaderent. Sexto Idus Ianuarij (vt hoc obiter inferam)

SSs 3

Forse.

1557. Forſeimij apud Carolum Marchionem Badenſem, affinem ſuum, obiit Albertus Brandeburgius, Germaniæ Flagellum dictus, quinque menſibus valido morbo (venenum eporaffe, fuere qui aſſererent) vir robuſtus, in ætatis flore conſtitutus, conſlictatus, tandemque anno ætatis trigeſimo-quinto victus. Nec enim diu vaſtus animus quieuiſſet, ſi diuturnior vita conceſſa fuiſſet. Ingentia enim animo voluebat, liberatus, quem ſolum timebat, Cæſare Carolo. Sed huiuſce ingenijs Deus ad tempus tantum vtitur. Perijt miſer, inops, proſcriptus, vtque meruerat, exul: ſucceſſitque illi in ſolidum, Cæſaris Ferdinandi conſenſu ac authoritate, Georgius Fredericus Brædeburgius, proximus agnatus, ea lege, eius hereditatem quò inueniebat ſtatu adiret, nullique moleſtiam ob præterita faceret. Interea Dux Albanus, Veſpuſio Gonzaga (veterano Duce) procurante, copias, Franciſeorumque conſederatis obuiam iturus, augebat. Gonzaga enim nouas Itolorum cohortes conſcribebat. Albanus tria millia Germanorum per agrum Tergeſtinum, Adriatico mari traiecto, Neapoli expectabat, Iaſparem quoque Felzium, Populi Comitum, cum duobus millibus veteranorum peditum ad ſe venire iuſſerat, adducebatque inſuper Albertus Lodronij Comes, à Cardinale Tridentino miſſus, quatuor millia Germanorum peditum, expectabatque ſupplementum ter mille peditum ex Hiſpania, cum magno auri pondere: contraxerat ingentem equitatum, tormentaque complura; in Samnio ac Latio præſidia auxerat; miſſionemque Garcia Toletano, vt Arianum, Fanum Agathæ, ac Venuſiam munit, iuſſerat. Præſectum Sanctiflorum Capuam miſerat, Gonzagam Nola, Treuici Marchioni curam committit munitæ deque rebus neceſſarijs prouidendæ Ciuitellæ, Aterni, Peſcoli, Theatæ, ac Amiterni, ne ſubita irruptio Turcicæ claſſis, à Franco euocata, Calabria Oppidis vaſtationem inferret. Dum, ruptis hac ratione à Francis in Italia inducijs, veteres belli calamitates ob oculos verſant, duobus potentiffimis Chriſtiani Orbis Regibus, in flore ætatis conſtitutis, ad arma ruentibus; Rex Philippus, ingentibus in Germania ac Belgio conſcriptis peditum equitumque copijs, è Belgio Franciam inuadere ſtatuit. Iam enim & ijs in locis Iaſpar Colignius, Ammiralis Franciæ, vir turbulentus, per fraudem Duacum fruſtra occupare conatus, inducias ruperat, ac in reditu apud Atrebatas, occupato exuſtoque Oppido Lenſio, multiſque incenſis pagis, hominũ pecorumque prædã abegerat. Pariſijs verò, alijsque aliquot Franciæ locis, Belgas ſtudiorũ cauſa profectos, non indicto bello, in vinculis detinebant, varijsque quotidie editis ad populũ comœdijs, in Regẽ Philippũ conuitia ſcõmataque, lædendę exiſtimationis, famę, ac dignitatis cauſa, perquam ſtultè euomebat. Interea Guiſius Valentiã, vnus diei itinere Mediolano diſtante, Præſecto pecunia corrupto,

in po-

in poteſtatem redigit, præſidarijs cum armis impedimentifque; in tutum dimiſſis. Erant autem duo millia peditum: qui Ticinum venientes, iuſſu Cardinalis Tridentini decimantur, Præſecto ad aliorum exemplum iugulato. Dum hæc fiunt, Dux Paliani ac Petrus Strozza, quò Albanus cū exercitu Neapoli adhuc eſſet, eductis Roma copijs, Oſtiam cum Arce recipiunt, circumlatoque bello, quum nullus in aperto reſiſteret, omnia Latij Oppida ac Arces ab Albano captas recuperant. Veneti huius belli ſpectatores facti, ne in aliqua Ditionis parte vis fieret, terra marique præſidia augent, copias cogunt, iſſique Sfortiam Pallauicinum præficiunt. Guiſius verò Briſaccum ac Biragum iuſtis cum copijs Mirandolam mittit, inde contra Mediolanenſes bellum geſturos. Ipſe cum reliquo exercitu per agrum Placentinum ſine maleficio profectus, ad Ferrariæ Ducem contendit; obuiamque inuicem cum copijs ad Rhegium Lapidum facti, conſulunt de gerendi belli ratione, decernuntque, Guiſius Regnum Neapolitanũ inuadat; Ferrarius ſuis cum copijs ſines ſuos tueatur; Pontificiæ ex agro Piceno, Aſculano, Latinoque Hiſpanos eiſciant, ac tum demum Guiſium ſequatur. Proſciſcitur is Bononiam, inde Imolam, Rauennam, Fauentiam, Foruloſ, Cæſennam, tandemque Ariminium; vbi copias recensens, repperit peditum diuerſarum nationũ ſexdecim millia, equites bis mille quingentos. Sociorum Itolorum exercitus conſtabat viginti millibus peditum, ac tribus millibus equitum, adeò vt his iunctus Guiſius ſupra quadraginta virorum millia in aciem educeret. Ariminio cum copijs Eſim contendit; aſſumptiſque tantum duobus equitum millibus, ad Urbini Ducem, indeque Romam ad Pontificem proſciſcitur; cum quo communicatis conſilijs, ſtatim Firmium ad exercitum reuertit. Interea Briſaccus, circa Mirandolam auctis copijs, Inſubres inuadit, Vallemfeneram expugnat diruitque, Claraſcum per deditiõnem capit, Cunium ſapius oppugnatum, tandem Hiſpanos deſerere cogit. Non dormiebat ad hæc Albanus, ſed dum conueniunt varijs è locis copiæ, munitendis neceſſarijs Oppidis lociſque intentus, hoſtium conſilia explorabat, conatibusque, quantum poterat, obuiam ibat. Promotis Guiſius copijs, Campilium expugnat diruitque, Ciuitellam obſidione cingit. Coegerat Albanus circiter quindecim millia peditum, ac duo millia equitũ, è quibus leuis armatura, ac aliquot peditũ cohortes, Duce Garcia Toletano, Comiteque Populæo, hinc inde diſpalatæ vagantur, tadẽque Garcia in Frãcorũ incidit inſidias, pugnaque ſuperatus Petrus Henricus, caſtrorum Magiſter, capitur. Georgius Lanoius, Principis Sulmonenſis filius, equo deiectus, cum omnibus cæteris equitibus, in ſummo verfabatur diſcrimine, niſi ſuperuẽtu Comitum Populæi liberatis,

victoria

1557. victoria integra Francis fuisset erepta. Palianus ac Strozza, quæ Neptunium receperant, Guisio Ciuitellam obsidenti se iungunt. Interea Octavius Farnesius, Parma Dux, à Rege Philippo per Insubriam exercitus Imperator constitutus, acri bello Ferrariæ Ducem vexabat, Octavio suppetias ferente Cosmo Florentiæ Duce. Guisius, desperata Ciuitellæ expugnatione, ea deserta, Duci Ferrariæ tormenta remittit. Iam sex millia Germanorum Neapolim venerat, è quibus Albanus in Latio tria millia Marco Anthonio Colomnæ bellum gerenti in auxilium mittit, cum mille quingentis Hispanis peditibus, ac quingentis equitibus; altera tria millia exercitui suo iungit. Marcus Anthonius, coactis paulo antè nominatis amicorum copijs, suisque adiunctis, bellum in Latio renouabat; nunc nouis Albani auxilijs animo viribusque auctus, Valmontium incendit, Palefanum capit, Palianum obsidet: quod cum liberare Iulius Ursinus, eductis Heluetijs, Germanis, ac Italis Pontifici militantibus, vellet, nobili prælio cum Marco Anthonio Colomna æquo loco decertans, victus vulneratusque in eius potestatem venit, Heluetijs ac Germanis pro maiori parte cæsis. Inde Marcus Anthonius ad Paliani obsidionem reuersus, commeatus inopiâ oppidanos arbitrarîam deditioem facere cogit. Diripiuntur ciuium fortunæ, insuperque magna pecuniæ summa vitam redimere coguntur. Inde Seginam traductus exercitus, aliquoties oppugnata, tandem, cum summa clade eorum qui intus erant, expugnatur diripiturque. Dum hæc in Latio fiunt, ad Turrurum Albanus Guisiusque castrametati, leuibus indies certabant prælijs. Quærebat enim omni ratione pugnam Guisius, multis difficultatibus pressus. Id sciens Albanus, prælio abstinere constituerat; dimissisque domum Neapolitanis, Siculis, Calabris, ac voluntarijs omnibus, cum expedito exercitu traiecto amne Truento, Ancharanum expugnat, diripit, ac incendit; subsequeturque magnis itineribus Guisio, ad alia Pontificiæ Ditionis loca exercitum raptat, magnisque eum incommodis vastando, populando, sed à pugna temperando, afficit, ratus (vti euénit) hoc belli genere & Francorum vires ardoremque se debilitaturum, Pontificemque belli diurnitate, agrorum Oppidorumque vastatione, ad inopiam redacturum. Edictum etiam paulo antè nomine Regis Philippi proposuerat, quo omnes qui Romæ aut in Latio eius subditi habitabant, exactis quindecim diebus migrare iubebantur, nisi bonis omnibus multari ac in exilium agi mallent. Quæ de causâ Roma rariùs frequentata, multis locis deserta videbatur. Motus hisce rebus Pontifex Guisium accersit, qui per agrum Spoletinum ac Tyburtinum Romam peruenit. Albanus Marchione Treuici in Samnitibus cum Hispanis relicto, abductis Italicorum cohortibus, ad Marcum Anthonium Colomnam, in Latio bellum gerentem, contendit, vt

è propia-

1557. è propinquo vehementius Pontifici ac Romanis instaret. Res Regis Philippi sensim in Italia se melius habebant, Francorum verò ac Pontificiorum in peius indies abibant. Apud Belgas interea ingentes Germanorum Belgarumque copias, quibus aliquot Hispanicæ non deerat cohortes, Rex Philippus coebat, ipsque suo nomine præfecerat Emanuelem Philibertum, Sabaudiæ Ducem. Is omnes copias ac Carlotmontem congregabat, Francis existimantibus eum Marienburgum oppugnaturum; conuenerantque paulo minus quinquaginta peditum ac tredecim equitum millia, quibus mox accessere decem Anglorum peditum ac duo equitum millia. Regina enim Maria à Rege marito persuasa, consensu Ordinum Angliæ, tertio Idus Iunij missio ad Francorum Regem castrensi Legato, bellum ei indixerat. Instantibus Augusti Calendis, copiæ omnes à Sabaudis in vnum coactæ progredi incipiunt, sequebanturque Belgarum Proceres omnes, ac è Germanis Ericus Brunswicanus, Luneburgi Dux, & Comes Swartzburgij, insignem equitatum adducentes. Tormentorum quoque ingentium magnus aderat numerus, cum necessario apparatu. Simulabat Sabaudus se Marienburgum contendere, paruis indies prælijs cum præfidiarijs certans. Sed mox conuerso exercitu, in Picardiam mouet, Oppidumque Veruinum diripit, incenditque; prætergressusque Guisiam, ac haud procul eo castra locans, tridui quietem exercitui tribuit. Quarto die, præter Francorum opinionem, ad Fanum Quintini, Veromanduorum caput, leuis armaturæ equitarum omnem præmittit; moxque cum exercitu subsequens, ad Oppidum castra ponit. Erat in præsidio paucis cum peditibus equitibusque Bruelius Brito, accesseratque Tellignius cum aliquot peditum cohortibus, ac ducentis equitibus. Oppidum de rebus necessarijs mediocriter erat prouisum, sed non ad tanti exercitus vim diu sustinendam. Sedebat eodem tempore Attrignij Anna Mommorianus, Franciæ Comestabilis, cum quindecim peditum millibus, ac mille octingentis equitibus. Perpecto Sabaudi consilio, non parum animo perturbatur. Videbat enim, a missio Quintini Fano, ad muros usque Parisienses Sabaudum turò progressurum, nisi ei iustus obijceretur exercitus, qui adhuc esset imparatus. Statim igitur ad Oppidum mittit Iasparem Colligniacum Ammiralem, induciarum violatorem, cum aliquot veteranis Præfectis, paucis equitibus, ac quinque peditum signis. Quum Ammiralis Feram venisset, Hamam contendit, indeque feliciter conatu cum omnibus Fanum Quintini intrat. Eadem felicitate Fani D. Andrea Reguli Legatus cum aliquot peditibus ac equitibus est ingressus. Sed hi iustas non adduxerant vires, quibus Oppidum contra tanti exercitus impressionem defendi posset. Erat ad Suburbium in amnis Insula propugnaculum, à præfidiarijs Oppidanisque desertum. Id

I T t
Iulianus

1557. Iulianus Romerus ac Carondeletus cum veteranis Hispanis occupant, eque proximis adibus oppidanos sclopetis vexant. Dat Ammiralis negotium Tellignio recuperandi propugnaculi, incendendamque eadum, vetans ipse Oppido non egrederetur. Sed cum equites Francos legnibus praelium inire videt, contempto aut oblito Ammiralis mandato, cum paucis in auxilium prorumpit, postque acre praelium reiectus, grauiusque vulneratus, in Oppidum agre reportatus, mox expirat, veniam transgressi mandati sapius ab Ammirale petens; qui exusto Subyrbio, dimotisque Hispanis, suos in Oppidum recipit. Iam Comestablis cum copijs Francis Arrignio Feram processerat, pramittensque Fani D. Andreæ Regulum cum quadringentis grauis armaturæ equitibus, Condæi Principem cum leui equitatu, ac Dandelotum Ammiralis fratrem cum bis mille peditibus, ad Oppidum contendere iubet. Habebant Angli sua separatim à Sabauda castra, ab ea Oppidi parte, qua Hamam respicit; vnde Comestablis, ab Ammirale certior factus, præsidium hoc itinere iustum introducere statuit. Venerat omnibus cum copijs Comestablis V Valbergam. Sed Sabaudus eum statim tale quid moliturum coniecturâ assecutus, certas eo loco munitiones erigi iusserat: quibus impeditus Dandelotus, fusus profligatusque, cum paucis e eade in Oppidum euadit. Sabaudus, rebus omnibus paratis, Oppidum duobus locis ingentibus tormentis oppugnabat, cuniculisque vallum aggeremque suffodiens, in magnum oppidanos discrimen adduxerat, cum Comestablis per paludes, quæ iuxta Anglica castra Oppido adiacebant, militem commeatumque introduci posse sperans, eò Fera cum exercitu contendit, inque proximo colle, interlabente amne Sabi, tormenta maiora minoraque constituens, exercitum in acie continebat, castra Belgica, dum miles per amnem introduceretur, tormentis (vt putabat) terrens. Sed cum Franci pedites, qui terrâ intrare nitebantur, pro maiori parte paludosis locis ad genua, plerique ad vmbilicum vsque absorberentur, paucique in Oppidum peruenirent, totisque Belgarum castris arma conclamarentur, Comestablis se frustra auxilium oppidanis ferre considerans, Regi exercitum copiasque seruaturus, redire Feram incipit. Sequitur à Sabaudo iussus abeuntes Lamoralis Egmondij Comes, cum tribus equitum (quibus præerat) leuis armaturæ millibus; præliaque varijs locis ciens, hosti abeunti iter morabatur, non exiguum postremis inferens incommodum. Resistebant tamen fortiter in tergo quatuor Francorum equitum millia; pedites cum tormentis intentissimo passu iter fugæ simile faciebant. Formidinem enim animis ingentem conceperant, territi multitudine Belgicarum copiarum, quas in colle constituti conspexerant. Sabaudus Egmondium cum Francis non infeliciter manus conferere intelligens, vniuersa

vniuerso equitatu, qui quinque millia non excedebat, educto, (cæteri 1557: enim paulo antè pabularum magno numero erant profecti) auxilio progreditur, relicto Megæ ac Swartzenburgij Comite, cum Conrardo Bonneburgio, ad castrorum custodiam. Subsequebantur Sabaudum iusto passu peditum aliquot legiones. Habebat Comestablis Duce Rhijngrauio, duas Germanorum legiones, duodecim virorum millia continentes, ad hæc quinque millia peditum Francorum, quatuor equitum millia, ac quindecim maiora tormenta. Sabaudi equitatus Francos equites ab vno, Egmondij ab altero latere inuadens, cum impetum diu sustinere, ob conceptam antea animis formidinem, non possent, (vniuersum enim adesse Belgarum exercitum existimabant) post acrem dimidiæ tantum horæ pugnam, solutis ordinibus, in præcipitem omnes fugam aguntur, ac in præcedentes citato passu proprios pedes illati, simulque dispersi, in diuersa abeunt. Maior peditum pars, proiectis armis, deditioem facit, equitibus in propinquam Bauariæ Oppidi siluam pro maiori parte euadentibus. Periere è Francis circiter tria virorum millia, ac inter hos clari nominis Ioannes Borbonius, Anghiani Dux, Franciscus Vicecomes Turonensis, Plenota, ac Gelaius, multi que alij minoris ordinis nobiles Præfecti. Grauius vulnerari in Belgarum potestatem venire, ac captiui obiere, Baro Chianderius, Guronius, ac Gulaniesius. Captus est Anna Mommorancius, Francia Comestablis, exercitus Imperator, in altera clune vulneratus, accum eo duo filij, hic Mombruni, ille Meruij Dominus; hic quindecim, ille octodecim annorum adolescens; Dux Longauillæ, septemdecim annorum adolescens, Lodowicus Borbonius, Monspererij Dux, in capite fauciat, Iacobus Albonius, Fani D. Andreæ Regulus, Francia Marscalcus, Lodowicus Gonzaga, Mantuani Ducis frater, Comes Rochefocautius, Ioannes Philippus, Comes Rhijngrauij, Baro Curteuij, Valsij, Lansacij, Rochæ, Cœnomanni, Obignij, Ialliani, Bironij duo, Mouij, Arbogasti, Rochefortij, Bottesij, Schenuij, Esdainij, ac Estræij, Georgius Comes VVesterburgius, Fredericus Comes Herbenaius, Iuetus Cardinalis Parisiensis frater, Lotharingiæ Ducis signifer, denique multi alij Proceres, virique nobiles, cum maxima parte Centurionum legionum Germanicarum, omnesque ferè Francici equitatus signiferi, turmarum ductores, eorumque Legati, ad hæc circiter quatuor peditum millia: cæteri in proximum nemus, aut ad Oppidum Feram euasere, inter quos fuere Lodowicus Borbonius, Condæi Princeps, Comes Sancerræ, Baro Bordillij, Fredericus Riffenbergius Germanus, Comes Villarsij, Princeps Rochæ ad Ionam amnem, Sernius Rhijngrauij Legatus. Tormenta maiora minoraque omnia,

1557. cum impedimentis, opulenta nobiliſque ſupelleſtile, capta direpta-
 que fuere. Signa militaria pedestria relata quinquaginta-duo, equi-
 tum grauis armaturæ octodecim, leuis viginti-quatuor, cum trecen-
 tis plauſtris bellico apparatu onuſtis. A parte Belgarum circiter o-
 ctoginta tantum cecidere, ac inter hos clarioris nominis Comes Spie-
 gelbergij, huius familia vltimus, Comes VValdeci. Lodowicus Bre-
 derodius, Haurencurtij Baro, Francos fugientes inſecutus, cum aperta
 propter aſtum caſſide in Germanos Francorum pedites incurriſſet,
 ſapiuſque victoriam alta voce ingeminat, pedestri lancea ad dex-
 trum oculum traiectus expirauit. Vulnerati, ſed non lethaliter, Pe-
 trus Erneſtus Mansfeldius, Ericus Brunſwicanus, ac Beueræ Domi-
 nus. Secundum hanc pugnam Rex Philippus, comitatus Ferdinan-
 do Gonzaga, decrepito ſerè veterano Duce, quiſque huius belli cauſa
 ex Italia in Belgiu venerat, Comite Penbrochi, Anglicoſque præſidio,
 Cameraco in caſtra ad Fanum Quintini veniens, mox tribus locis
 Oppidi murum tormentis quaſſari aperiſque, tum acriter oppugnari
 iuſſit: & quanquam paulo antè Dandelotus cum quadringentis mili-
 tibus obſcura nocte intrat, tandem expugnatur, Megani Comitit
 VVallonum legione ab vna parte, Hispanis ab altera, Anglis tertio lo-
 co ſigna vno eodemque tempore inferentibus: quibus prælijs cum ali-
 quot eſſent ab vtraque parte interfecti, inter Meganos cecidit nobiliſ
 eius legionis Legatus Ioannes Bracionius Burgundus, ad dexteram
 ſcapulam maioris manualis bombardæ (muskettam vocant) globo
 traiectus. Caſi ſunt præſidarij ſerè omnes; ciuibus, direptis fortunis,
 parcitum. Capti ſunt Iaſpar Colligniacus, Franciæ Ammiralis, belli
 poſtea apud Francos ciuiliſ author & dux, Baro Mornæi, Comestablis
 filius natus tertius, Baro Iarnaci, Fani Diui Remigij, Hunij, Rambullij,
 Bruelij, Dandeloti, ſed is à cuſtodibus ad Oppidi prædam diſcurrētibus
 ſolus relictus, feliciter effugit. Captum eſt Fanum Quintini menſis
 Auguſti die vigefimo-ſexto, pugnatum fuerat eiufdem menſis die de-
 cimo. Dum hæc in Veromanduis geruntur, Nicolaus Polleuillius,
 conſcriptis pecuniâ Regis Philippi duodecim millibus peditum ac
 duobus millibus equitum Germanorum, in Sabaudiam iter animo de-
 ſtinarat: ſed amplioris ſpe prædæ in Bituriges diuertens, fertiliſſi-
 mos, intactos, ac proinde ditiffimos agros euatit, prædæſque homi-
 num, pecorum, ac vtenſilium ingentes facit, tandemque Oppi-
 dum Viarons (Auaricum eſſe volunt) obſidet. Sed cum Franco-
 rum copias vndique contra ſe tendere comperiſſet, hiſque ſe Bituri-
 ges eorumque vicinos iungere, propoſito inſiſtens, in Breſſianam Sa-
 baudia Dicionem, Franco vi parentem, copias conuertit: vbi paucis
 diebus

1557. diebus prædas agens, cum ex Italia Guiſium cum veteranis copijs in
 Franciam Regi auxilio properare, Biturigeſque tergo inſtare audiſſet,
 exultis Pagis, antequam à diuerſis exercitijs intercluderetur, in
 Burgundiæ Comitatum, Regi Philippo parentem, incolumi præda re-
 uertitur, exercitumque ſolutis ſtipendijs, dimittit. Francus Regni eua-
 ſtatione duplicique clade permotus, ex Italia cum copijs Franciſcum
 Lotharingum, Guiſæ Ducem, euocat; ipſeque Compendij equites pe-
 ditæſque è fuga colligens, nouum inſuper militem conſcribebat, opera-
 que Niuernij Ducis proxima Oppida firmis præſidijs munit. Vxo-
 rem verò Catharinam Pariſios ad corradendam pecuniam, qua vigin-
 ti Heluetiorum cohortibus ſtipendia ſoluerentur, miſerat; eæque ad
 Guiſium, cum duabus Germanorū legionibus, quibus Georgius Re-
 crodius Heſſus ac Fredericus Riſenbergius præerant, in Italiam mi-
 terentur. Propoſuerat etiam per vniuerſum Regnū edictum, quo No-
 biles omnes, qui per ætatem aut valetudinem arma ferre poterant,
 ad conſtitutum diem Compendium ad caſtra conuenire, armis equiſ-
 que pro fortunis inſtructi, iubebantur, niſi albo Nobilium, ereptis
 immunitatibus, expungi mallent, clientaliæque amittere bona. Pa-
 riſienſes quoque, in cohortes ac legiones diſtributi, arma alacriter
 induerant. Conſtans enim omnium erat opinio, capto Quintini Fano,
 Regem Philippum Pariſios ducturum. Sed is miſſo Ioanne Lignæo,
 Arenbergi Comite, cum parte copiarum, Arcem nomine Chaſtelettum,
 inter paludes ſitam, exeunte Præſecto Salinacto cum trecentis præſi-
 diarijs, capit. Rex Philippus, iuſto ad Fanum Quintini relicto præſidio,
 caſtra Hamam, munitiſſimum ad Somonam Oppidum, mouet; eiufque
 Arcem aliquot diebus acriter oppugnans, pridie Idus Septembres de-
 ditione capit. Tum Rex Henricus citatis equis Guiſium vrgere
 ac ad iter accelerandum incitare non deſinit: Sabaudus verò Nouio-
 dunum ac Chaunium in poteſtatem redigit. Rex Philippus Anglos,
 perſolutis ſtipendijs, domum dimittit, ingentibus Penbrochi Comite
 ornato donis. Scoti enim à Francis concitati, eorumque auro adiu-
 ti, collectis copijs, Angliam vaſtabant. Sed is vaſtationis fuit euentus,
 vt paulo poſt ab Anglis ingenti prælio victi, adque interiora Sco-
 tia reuerti, mox facta pace arma poſuerint, Rege Philippo non
 minus in Anglia, quam Italia, ac apud Belgas arma feliciter tra-
 ctante. In Italia enim Albano nullibi Guiſio pugne copiam faciente,
 ac proinde magnis varijsque eum inuolente difficultatibus, cum tan-
 dem à Rege iuſſus Pontificem Italiamque, neceſſitate coactus, deſe-
 reret, Albanus, hoſtili vno exercitu liberatus, coactis in vnū veteranis
 nouiſque copijs, rectè Romam contendit, in itinere omnia Latij Op-
 pida iterū in poteſtatem redigens. Tum haud procul Vrbe caſtra locans,
 T T t 3 leui-

1557. leuibus prælijs cum ciuibus præſidiarijsque diuerſis locis vario euentu certat. Venerat ante Guiſij abicū Pontificijs cum copijs Petrus Strozza ad aduerſam Urbis partem, auxiliū laturus; Tyburti verò Guiſius cum Francico exercitu ſedebat. Quare in omnes horas expectabatur, nobili prælio finem bello facerent, quam ſubitò fama adfertur, moxq; literis certiores fiunt, Regem Heinricum ingenti prælio in Veromanduis ad Fanum Quintini, ac in Anglia cum Scotis, à Rege Philippo ſuperatum, de ſeruanda Vrbe Pariſienſi laborare, vocaſſeque cum omnibus Francorum copijs Guiſum in Franciam. Pontifex hoc nuncio animo conſternatus, ſimulanter pacis authores quærere circumſpiceréque incipit. Tandem, Venetis Florentiæque Duce ſatagentibus, Albanus, Pontificij honoris exſtimationisque cauſa, pacem prior petit. Conſentit Pontifex de conditionibus agatur. Mittuntur ad Albanum Sanctflorius ac Vitelloccius Cardinales, quorū operā Carolus Caraffa Cardinalis ac Albanus Cauas conuenere, vterque promittens, legitimum ſe Principis ſui negotiorum geſtorum Procuratorem ſtaturum, qui plena cum poteſtate confirmare ſubſignaréque conditiones eorum nomine poſſet. Pontifex Carolum Caraffam Cardinalem, Rex Philippus miſſo Diplomate Albanum conſtituit. Tum hac formula pacis leges

» conſciunt: Rex Philippus, aut eius Legatus, à Pontifice anteaſtorum
 » veniam petito. Pontifex, renunciato fœderi Francico, Regem Philip-
 » pum in gratiam recipito. Urbium, Oppidorum, ac Arcium munitiones
 » quæ hoc bello ſunt dirutæ, aut adhuc integræ, vtrimque reſtituito, tor-
 » menta bellica bona fide reddito, pœnas ac multas hinc inde irrogatas
 » reſcindito, omnibusque ac ſingulis ſua reſtituito, excepto Marco An-
 » thonio Colomna, Aſcanio Cornetio, ac Comite Balnæo, quorum cau-
 » ſam Pontificis ac Regis Philippi iudicatio arbitrio committito. Palianum
 » in poteſtate Ioannis Bernardini Carbonij Neapolitani ſequeſtris,
 » cum præſidio octingentorum peditum, quibus communi ſumptu ſtipendia
 » ſoluentur, conſtituito, donec communi conſilio de eo aliquid
 » fuerit deſererum. Guiſio cum Francicis copijs liberum iter (ſine male-
 » ficio eunti, ac neceſſaria ementi) in Franciam ſinguli per ſuas Ditiones
 » concedunto. Hæc à Cardinale Caraffa ac Albano ſubſignata, vtriuſque
 » ſigillis muniuntur, teſtiumq; nomine Sanctflorius ac Vitelloccius
 » Cardinales fecere. Deinde Caraffa ac Albanus ſecretis colloquijs conue-
 » nere, vt de Paliani poſſeſſione Rex Philippus decerneret; & ſi contro-
 » uerſia ob latam ab eo ſententiam oriretur, eam Senatus Venetus, ſine
 » vltiori prouocatione componeret. Tum Albanus poſt Idus Septem-
 » bres ſub noctem Romam ingreditur, exceptusque eſt magna populi
 » lætitia, quòd victoriam in manu habens, pacem periſſet. Inde ad Pon-
 » tificis pedes oſculandos admiſſus, veniam ſecundum pacis leges petit,

obti-

1557. obtinetque; & pro Ferdinãdo Toletano, filio notho, ſupremum Hispa-
 niæ Prioratum (ſacræ dignitatis maximi cenſus vocabulum eſt) impe-
 trans, inſuper donatur omnibus captiuis. Tertio quàm ad Urbem ve-
 nerat die diſcedit, perque Hetruriam Neapolim verſus iter inſtituens,
 Florentiæ Ducem Coſmum allocutus, Senas proficiſcitur, Urbem eam
 ac Ditionem, iubente Rege Philippo, in poteſtatem Ducis Coſmi hæ-
 redumque eius conſtituens, nil ex ampliſſima Prouincia Rege Philip-
 po ſibi ſeruante, præter Urbatellum, ac Portum Herculis. Poſt hæc
 Pontifex in memoriam reuocans, ſe authore concitatoréque duos
 Chriſtiani Orbis potentiſſimos Reges induciarum fœdera inſtanti-
 que abrupte pacem, animum ijs ſerò conciliandis conuertit. Mittit in
 hanc rem ad Regem Heinricum Anthoniū. Triuulcium Cardinalem,
 ad Regem Philippum in Belgium Carolum Caraffam Cardinalem,
 vtque pacem quoquo modo conciliant, admiſi iubet. Albanus Neapolim
 profeſtus, parte copiarum dimiſſa, reliquos contra Ferrariæ Ducem
 (qui pacis Pontificiæ conditionibus non fuit comprehenſus) mittit,
 ipſeque tandem ea de cauſa Caietam venit. Sed aduerſis tempeſtatibus,
 ne in Ditionem Ferrariæſem irumperet, eſt impeditus. Quare Medio-
 lanum profeſtus, ibique ver expectaturus, copias in hiberna diſtribuit,
 Ioannem Figuarolam, virum ſtrenuum militarémque, à Rege Phi-
 lippo Cardinali Tridentino in Inſubrum præfectura ſubſtitutum, ſuſ-
 cipit. Tum nouis copijs veteribus adiunctis, reliquias Francicas per-
 ſequitur, Ponſonemque, eiectis Francis, ac alia pleraque munita loca re-
 cipit, agrumque Derthonenſem ac Alexandriam à Francorū irruptionibus
 liberam reddit. Moritur menſe Nouembri Bruxellæ Brabantiæ
 Ferdinandus Gonzaga, vir belli paciſque artibus, multiſque victorijs
 illuſtris ac clarus, poſteaquam ingentia inuidia tela forti animo ſupe-
 raſſet, arcanasque Pauli tertij Pontificis, ob caſum filium Petrum Lo-
 dowicum Farnesium, inſidias implacabilémque iram feliciter vitafſet.
 Sed in tãtam animi formidinem perpetuumque pauorem miſer ſenex,
 omnia etiam tuta vbique locorum timens, inciderat, vt nemini fideret,
 ſemperque inſtantem vim verens, etiam ſolus inuitusque caput ignarus
 obuenteret, oculóſque nunquam quietos nec ſtabiles in omnem partem
 magna aſpicientium cum admiratrone conijceret, ac quoscuque igno-
 tos vidifſet, vt percussores clam ſubmiſſos, ſuſpectos haberet. Non raro
 enim horū inſidias manusque violentas feliciter euaferrat. Dolere non
 parum eius morte Carolus Cæſar, ac Rex Philippus: nam quòd ob in-
 gentem rerum experientiam, ingenijque vim, iudicio præpolleret, forti-
 fidelique eius operà per omnem vitam uſi erant. Exinde Rex Philip-
 pus Figuarolam Legatum ad Pontificem mittit, Inſubriæ verò præficit
 Conſaluum Ferdinadum, Sueſſæ Ducem; Arci Mediolanenſi Alonſum
 Pimentel-

1557. Pimentellum. Guisus interea cum Francorum Germanorumq; copijs, (Italis Ferrarię Ducirelictis) sequente Petro Strozza, in Franciam contendit. Cumque Polleuillium fugā abijisse intelligeret, rectā Compengium ad Regia peruenit castra, Legatusque ab eo exercitus constituitur. Cumque in Veromanduos parum se effecturum, ob Regis Philippi ingentes copias, consideraret, quāquam is, dimisis Germanis, Hispanos ac Belgas tantum haberet; communicato Regi consilio, bellum Anglis inferendum, Caletumque tentandum censet: quod non pauci eo in Oppido, pecuniā Francicā corrupti, spem fecerant, si iustis cum copijs aduenisset, exiguam defensionem reperturum. Ut verò Belgas Anglosque ludificaret, Niuernium cum parte copiarum in Lutzenburgios præmittit, Arloniumque obsidere velle simul, præcipit. Ipse Hamam ac Fanum Quintini premere velle fingit, commeatūq; inopiā ad deditiōem cogere. Sed præter omnium opinionem, conuersis Calendis Ianuarij anno 1558. contra Caletum copijs, nulla molestia Portus introitum, *Rysbanc* nominatum, exiguoque ac imbelli præsidio munitum, sine sanguine occupat; indeque copias contra Oppidum ducens, constitutis tormentis muros quatit, Arces munitis locis ab Anglis ædificatas, præsidarijs metu deditiōem facientibus, aut loca deserentibus, nemine ferè resistente, recipit. Tum Dunfortius, Caleti Præfectus, nil sibi morę facit, quin iniquissimis legibus, ne vna quidē expectata inuassione, vt vitam aurumque seruaret, Oppidum Guisio decimo Ianuarij, non sine ingenti proditiōis suspiciōe, quod Anglicam classē, subsidium adferentem, in conspectu haberet, aperit, Francosque admittit. Hinc ad Oppidum Chuinam, in quo Hispanorum ac Anglorum mediocre erat præsidium, Guisus ducit; continuāque tormentorum verberatione murum vallumque disijciens, tandem per vim in Oppidum perumpit, ciuium parte obruncata, cæteris cum Gresso Anglorum, ac Mondragonio Hispanorum Præfecto, in Arcem se recipientibus: quibus cum vim Guisus pararet, vitam, libertatem, arma, cum impedimentis pacti, deditiōem faciunt, Franci verò Oppidum cum Arce solo æquant. Interea Niuernius, paucis apud Lutzenburgios receptis Arcibus, in Campangā regreditur, locaque à Sabaudis occupata, & non munita, recipit. Rex Henricus, successu Guisij animo recreatus, Parisijs conuentum agebat, ingensque auri pondus ab omni hominum ordine impetrat. Nono Calendas Iunij Delfinus Franciscus, Regis Henrici filius natus maximus, annum ætatis decimum-quintum ingressus, vxorem ducit Mariam Scotiæ Reginam, è qua moriens liberos non reliquit. Interea Carolus Lotharingiæ Cardinalis cum Christierna Caroli Lotharingiæ Ducis matre, Regis Philippi consobrina, obiter

1558. obiter de pace inter Reges ineunda agit, diligentēque cum Antonio Perenoto, Antistite Atrebatensi, sed sine euentu, tractat. Rex enim Henricus, iustis coactis copijs, Theonvillam, munitissimum Ducatus Lutzenburgij Oppidum, acriter oppugnabat. Habebat Rex viginti-quinque peditum ac quatuor equitum millia, tormenta quamplurima. Administrabat omnia Legatus Guisus, iuuantē castrorum Magistro Petro Strozza. Initio Iunij tormenta producuntur, magnoque in muris facto hiatu, turrim per paludes aggressus occupat, indeque magna Oppidanis detrimenta infert. Qua re commotus Quaribbius Thionvillæ Præfectus, tum etiam quod Philippus Mommorancius, Hornæ Comes, frustra Lutzenburgo auxilium immittere esset conatus, decimo Cal. Iulij honestis conditionibus deditiōem facit, cum non pauci è Francis tormentorum Oppidanorum globis essent discerpri, aut leuibus prælijs interfecti; interque hos Petrus Strozza, ad inspiciendū Oppidi situm cum Guisio deambulans, fortuito tormenti globo traiectus. Franci Theonvillæ, dum munitur, hærentes, tria equitum millia Lutzenburgum mittunt, exploratum quid animi ciues præsidarijque haberent. Sed à Mansfeldio ac Hornio, qui intus cum magna manu erant, repulsi, ad castra redire. Initio Iulij Guisus Arlonium ducit. Sed præfidarij, loco diffisi, incenso Oppido discessere, Franci munitiones diruere, ac alia quædam Ducatus munita loca subegere. Dum hac ratione Franci apud Lutzenburgios bellum circumferunt, Thermæ Dominus, qui Petro Strozza in Marscalci dignitate successerat, ei parti Francici exercitus præficitur, quæ Caletum ac Chuinam expugnarat, ibiq; dum Caleti munitiones perficiuntur, relicta erat. Perfectis munitionibus, nouas peditum equitumq; copias veteribus addit; cumque duodecim peditum ac duo equitum millia coëgisset, Caletum profectus, in maritimam Flandriam ei vicinam contendit, hac ratione Regis Philippi vires in diuersas partes distracturus. Quum ad flumen Ha, quod Greuelingæ Oceanum influit, traiecisset, magnam rusticorum manum, cum paucis militibus transitum impedire conantem, in fugam conijcit. Tum Greuelingam ac Borburgum prætergressus, postridie Cal. Iulij Duinkerkam peruenit; dumque de deditiōe colloquuntur, Franci, alia parte transcensis muris, Oppidum capiunt, cædunt obuios, diripiunt, ac inscunt. Eadem fuit fortuna Bergarum D. V. Vinoci, vnde Niportum insequentes, omniāque in prædam vertentes, ferro igneque passim in Flandria sequuntur. Rex Philippus duobus exercitibus à Francis vno tempore diuersis locis oppugnatus, veres ne Guisus Thermæ se iugeret, Sabaudū cum copijs, Guisio transitum impediturū, Namurcū mittit, donec è Germania conuenissent copię. Sed Guisio diutius quam existimarat apud Lutzenburgios morā trahente, Lamoralé Egmondij

1558. Comitem, Flandriæ Governatorem, cum Belgicis copijs Thermæo se opponere iubet. Egmondus vndique in vnum collectis Belgis, comitante Ponto Lalaino, Bignicurtij Regulo, Rentij Marchione, ac non paucis veteranis Præfectis, ordinumque ductoribus, Thermæo ferè par erat; sed tum superior, quum ingens agrestium Flandrorum multitudo, quibus sua erant erepta aut exusta, cum armis se iunxisset. Thermæus Duinkerckæ ex articulari morbo decumbens, exercitum Grauelingam, indeque Calerum, iter cōvertere iubet. Sed extrema Egmondij diligentia celeritateque coactus, ad flumen Ha loco munito castra ponit, ad quæ nocte dièque continuato itinere, quanquam maximis teneretur doloribus, mox Thermæus accessit. Egmondus enim vix quarta milliaris parte à Francis confederat, certabantque singulis momentis velitarijs pugnis; crescentèque in horas Belgarū exercitu, cum se Thermæus breui numero inferiorem futurum conspiceret, postero die summo mane, decrecente maris æstu, amnem Ha, aquis ferè destitutum, supra Greuelingam transiit. Paucas enim hic amnis ex se trahit aquas, maris æstu eò loci crescit ac intumescit. Egmondus hostem è manibus elabi, nisi arte celeritateque vteretur, considerans, infra Greuelingam suas transmittit copias, iuxtaque Slusas Caleranas, minori capto circuitu, Thermæo à fronte occurrit: qui necessariò pugnandum videns, collatis in vnum omnibus impedimentis, arma expediri, Francosque ad pugnam magnis animis se parare iubet. Quum alacriter parerent, copias ita constituit, vt à dextro latere ad Septentrionem Franci Oceanum haberent, à sinistro ad Meridiem carros ac plaustra, à tergo flumine Ha defenderentur: in fronte tormenta omnia contra irruentes Belgas collocat: equites partim à lateribus, partim inter pedatum acies constituit: bombardarij pedites eadem ratione, qua equites, erant distributi, quemadmodum & tormenta omnia, nisi quòd certus eorum numerus terga tueretur. Egmondus, itineris celeritate vrgere, nulla adduxerat tormenta, nec impedimenta. Quare Thermæi acies prudentissimè instructas conspiciens, ex omni equitatu acies quinque facit. Tres primæ è leui armatura, ductore Pluio, cōstabant: in quarta atrati erant sclopetarij, in quinta Belgæ lancearij galeati que omnes. Dextræ equitum aciei Comitem Ponteuaisij præesse iubet, quos leuis armaturæ equites paululum exporrecta acie præcedebat; sinistra Henricum Henricum Hispanum. In medio ipse Egmondus cum lancearijs Belgis consistit, è quibus trecenti ad hoc erant lecti, certonferuato loco, laborantibus auxilio essent. Pedites, qui è Belgis, Germanis, paucisque Hispanis constabant, in tres acies distribuit, equitatumque sequebantur, ratione rarè vñitata, sed tum vsurpata, vt subito equitum congressu Francis altera onerandorum exonerandorumque

1558. que maiorum tormentorum potestas eriperetur. Belgas pedites ducebant Pontus Lalainus, Bignicurtij Dominus, ac Reulsij Comes, Germanos Hilmarus Munichusius, Hispanos ac Vallones Lodowicus Caruaialus. Adueniente hac ratione Egmondio, non terrentur Franci, sed explosis tormentis, cladem Belgis non exiguam inferunt, occiso Egmondij, cui infidebat, equo: qui statim altero cōscenso, Francos inuadit, tempusque iterum onerandorum tormentorum eripit, magistris caelis, aut fugatis. Tympanis ac tubis sonum ingentem edentibus, primò omnes equites, deinde & pedites acriter ab vtraque parte concurrentes, dubio diu Marte dimicant, multis vltro citroque cadentibus ac sauciatis; statariamque pedites, ac mox etiam aliquot equites, pugnam ineutes, atroci inter se manu animoque sauebant; Germanis tamè, qui Francis militabant, frigidius rem gerentibus. At à parte Belgarum pedites Frisij, eorumque vicini, constantissimè fortissimèque depugnabant. Dum hac ratione incerto euentu, inter pedites maximè, dimicatur, rusticorum Flandrorum acies, procul arma concutientes, minasque à longè intentates, bombardas manuales in aëra, nemini nocentes, exonerant; hoc commodi adferentes, quòd Francis pugnandi ardorem minuerent, Belgis augerent. Euēnit etiam, dum maximè pugna fueret, decem Anglicæ militares naues, maria prope Greuelingam explorantes, cum æstu ad ostium fluminis Ha appellerent; auditoque clamantium ac pugnantium dissono fragore ac sono, quid rei sit explorat. Certiores de veritate, amnis ostium intrant, inque ordinem secundum eius ripam collocatis nauibus, Egmondiumque de amica classe præmonentes, tormentis Francorum terga, magno eorum cum detrimèto, maioribus minoribusque impetunt; vrgentesque acriter à fronte Belgæ, cum eos ardorem remisisse sentirent, renouato impetu, tandè equitatum omnem in fugam agunt: quem statim subsecuti pedites, victoriam Egmondio Belgisque reliquere. Pugnantes è Francis cecidere circiter duo virorum millia, sed multo plures in fuga ab equitatu, & præcipuè à rusticis, eorum foeminis puerisque, nota loca omnia insidentibus, sunt interfecti, tum vt sua recuperarent, tum vt de illata iniuria ac clade se vindicarent. Animis enim exacerbati, nemini parcebant, nec captiuos cupiebant. Periere etiam multi in amne & mari, è quibus Angli ducentos piscati, in victoriæ signum, cuius pro parte authores erant, in Angliam auexere, ac sepeliere. Capta sunt tria millia, ac inter hos Marscalcus Thermæus, in capite sauciatus, Caleti Præfectus, Annibaldus Moruillerius, Villebonius, Snierpontius, viri illustres. Pugnarū est ad ostium fluminis Ha, in ipsis propè maris æstuarijs, tertio Idus Iulij. Tormenta impedimentaque omnia, tam allata quàm deprædara, cum signis omnibus militaribus capta. Desiderauere Belgæ circiter quadringentos

1558. gentos viros, ac inter hos Peluij Dominum, cum nobilibus aliquot Praefectis, ne de incruenta gloriarentur victoria. Guisius, intellecta Thermaei clade, suscepti itineris institutum deserens, alia via in Picardiam ad Regem, Pierreponci copias colligentem, se confert. Conuenerant interea vndique Regis Philippi copiae, habitoque delectu, ad 30. peditum ac quatuordecim equitum milia censebantur; secuti sunt Regem Philippum, castra prope Oppidum Francicum Dorlanum habentem, eius Legatus Sabaudiae Dux; ex Italis Octavius Farnesius Parmae Dux, Siminarum Dux, Carolus Lanouius Sulmonae Princeps, Atriae Dux, Comes Policastri, Bagnij, Landi, ac Ascanius Cornarius; ex Hispanis Albanus, Acrechius, Francequevillius, Villehermosius, Marchio Barlangae, Comes Aquillarij, Fuenfaldae, ac Melitosi; Germanis Ericus ac Henricus Brunswicani; Comes Swartzenburgij, Mansfeldij, Rennebergij; Belgis Dux Arschoti, Princeps Aurantius; Marchio Bergarum ad Scaldim, ac Rentij, Comes Egmondij, Hornae, Arenbergae, Bostui, Megae, Lignae, Reufisij, Hoochstratae, Barlaimontij, Baro Montignij, Glaionis, ac complures alij. Cum his copijs Rex Philippus castra haud procul Oppido Dorlano Francici iuris ponit, oppugnare se velle simulans. Ex aduerso Rex Henricus cum vniuersa, quae restabat, Francorum ferè nobilitate, Pierrepontij, haud procul Ambiano, trans Somonam castra locat, erantque cum eo omnes Germaniae aut Italiae Principes, à Caesare Regeque Philippo pulsi, aliisque de causis Francis addicti, saepius hinc inde amnem Authiam transmittentes, paruisque proelijs vires experientes, Franco- nulla ratione vniuersi proelium aleam amplius tentandam decernente. Cumque per tres continuos ferè menses munitis hinc castris sese Reges continuisent, iterum Christierna Lotharingiae Dux de pace mentionem inferre incipit, idemque enixè cupiebant Franciae Proceres superioribus proelijs capti. Interim in Italia non quiescebat Dux Sueviae, Insubrum Praefectus, sed in vnum coactis decem peditum ac duobus equitum millibus, in Francos Subalpinos ducit; Centalliumque Oppidum valde munitum obsidens, tandem post aliquot dierum valida oppugnationem, territis praefidiarijs, ad deditionem cogit, diripit, incedit, ac diruit, commeatum, qui ingens erat, ac tormenta, Cunium ac Fossanum transfrens. Deinde Piscarij Marchionem, equitum Praefectum, cum aliquot peditum cohortibus Roccauionem, Oppidum à Francis valde munitum, mittit, quod is, caeso praesidio, expugnatus, Hispanos imponit. Tum exercitum ad Montem Caluum ducens, expugnat, diripit, praesidiumque imposito munit. Hinc Casalim in Ditionem Monferratensem mouet. At ob ingentes Oppidi munitiones, firmissimumque praesidium, instante autumno, diuturnam obsidionem instituere noluit, sed

Vico-

Vico-Martini permunito, firmoque praesidio imposito, ut Casalim 1558. infesti essent, suisque praesidio, Mediolanum reuertitur. Iam enim de pace apud Belgas inter Reges agi certior erat factus, pluuiaque autumnales non diu exercitum sub dio habere permittebant, sacisque se hostium contempsisse arrogantiam exigua expeditione arbitrabatur. Circa finem mensis Iulij Angli, classe centum nauium instructa, quae decem peditum milia vehebat, Duce Ammirale Milordo Clintonio, in altum dant vela. Iungunt se statim eis viginti Belgarum onerariae maiores optimè armatae, quibus praerat Ammiralis VVackij Dominus. Coniuncti Franciae littora legunt, tandemque in Britones militum partem exponunt. Sed quum sine ordine disciplinaque Angli Belgaeque ad praedam discurrebant, raptaque ad naues deferrent, Chersimonij Regulus, excita nobilitate, ac subitarijs aliquot eductis peditum cohortibus, in palantes ex inopinato inuehitur, caedem non exiguam facit, multos capit, praedamque, quae in naues nondum erat perlata, recipit. Angli Belgaeque ad naues compulsi, sublatis anchoris, hi in Angliam, illi in Belgium malè habiti, magno cum dedecore reuertuntur. Sub idem ferè tempus, consensu Regis Philippi, pacem in Italia faciunt Parmae ac Ferrariae Duces, vltro citroque occupata restituentes. In rebus de pace inter Reges ineunda diligenter ab ijs, quibus res erat commissa, laborabatur, iamque spes affulgebat rem confici posse, praesertim Angliae Reginae Legatis enixè satagentibus; cum subito tristis ad Abbatiam Sercampiam, quod pacificatores conuenerant, adfertur nuncijs, Mariam Angliae Reginae, Regis Philippi uxorem, mense Nouembri (nullis genitis liberis) è viuis excessisse; cum hoc eodem anno Caesar Carolus Quintus, cum sororibus Leonora ac Maria, uti sub finem superioris libri narrauimus, mundum reliquisset: qui tristes nuncijs pacis negotium in mensem Ianuarium sequentis anni reiecerunt, utroque Rege exteros milites dimittente, subditosque in praesidia distribuite. Liberatur mense Nouembri Anna Mommorancius Franciae Comestabilis Belgico carcere, pro redemptione numeratis quinquaginta aureorum liliorum millibus. Mensis Ianuarij die decimo-quarto, anni 1559. Elizabeth soror, sed non vterina, defunctae Mariae, Angliae Reginae, per vniuersum Regnum praecognis voce Regina proclamatur, moxque inauguratur: quae eò usque veterem Angliae statum Religionemque retinuit, Missaeque sacrificio Indies interfuit, donec intellexisset, facta inter Hispanos, Belgas, Francos, ac Italos pace, Regem Philippum in uxorem ducere Elizabetham, Francorum Regis Henrici filiam natu maximam. Tum de iisdem desperans nuptiis, (quas in secreto animi recessu ambiebat, sibi que destinarat) dolore repulsa, ac si minoris esset ha-

VVV 3

bita

1559. bica à Rege Philippo sorore Maria conditionis, auitam Catholice
 cam Religionem abiicit, Caluinianisque opinionibus, cum multorum
 aliorum mixtis, Angliã replet, seq; abiecto coniugij proposito, volupta-
 tibus per omnem vitam, vti fecit, liberè dare constituit. Cal. Ianuarij
 obiit Christiernus tertius Daniã Rex, succedente illi filio Frederico,
 paulòque pòst etiam moriente Christierno secundo Danię Rege capti-
 uo. Februarij die vigesimo-quinto Cæsar Ferdinandus fratri Carolo
 ingenti pompa Augustanis in Comitij iusta, magna spectatorum
 cum admiratione, soluit. Nonis Februarij Carolus Lotharingæ Dux
 in vxorem ducit Claudiam, alteram Heinrici Francorum Regis filiam,
 dudum sibi desponsatam, nuptiãque Parisijs summo cum apparatu
 pompãque sunt celebratã. Mense Ianuario de pace Regũ Legati acturi,
 ab vtraque parte iterum conueniunt; rebúsque omnibus probè exami-
 natis ac ponderatis, controuerisjsque compositis, ad Oppidũ Cambre-
 sium tertio Nonas Apriles pacem sanciunt: quã quidem inter omnes
 que ante 200. & amplius inter Frãcos & Belgas inite sunt annos, diutis-
 sime stetit, fundamẽto tamen subinde insigniter labefactato, ruinãque
 minitante. Sed grauissimis ab vtraque parte impediti tumultibus, in-
 uolutique difficultatibus, illatas iniurias dissimulandas, non condo-
 nandas, censuere. Pacis verò hæc fuere conditiones: Pacis induciarum-
 que leges, quæ inter Reges eorumque prædecessores fuere inita, ac
 quales ex ad annum vsque 1551. permansere, (quo tempore inter Cæ-
 sarem Carolum quintum ac Regẽ Heuricũ bellari primò est ceptum)
 firmæ, stabiles, rataque sunt, his quæ sequuntur exceptis conditioni-
 bus: Pax firma, absoluta, æternãque inter Philippum secundum Hispa-
 niarum ac Heuricum secundum Francorum Regem, eorum Regna,
 Ditiones, Prouincias, quocunq; terrarum sitas, subditosque cuiuscun-
 que generis, sexus, ac conditionis, esto. Vterque Rex omnibus fœderi-
 bus, arcanisque conuentionibus, quæ ad alterius damnum, iniuriã, fa-
 miliaque læsionem redundare possent, renunciato. Vt generale Chri-
 stianorum, sacrorum profanorumque Procerum conuocetur habeat-
 urque Concilium, ortãque in Religione hæreses extinguantur, ratio-
 que inferendi Turcis belli ineatur, vterque Rex laborato. Subditi vl-
 tro citroque liberè commeant, mercaturam faciunt, portoria vecti-
 galiaque vetera tantum persoluunt, priuilegijs ac immunitatibus so-
 litis vtuntur. Sacra profanãque conditionis homines ad bonorum
 possessionem reuertunt, nil de præteritis fructibus, nec alijs dono da-
 tis mobilibus (vt vocant) bonis, repetunt; Siculis, Neapolitanis, ac
 Mediolanensium rebellibus exutibusque exceptis. Sacerdotia, aliãque
 sacra munia, belli tempore vltro citroque de alterius iure collata, rata
 firmãque manent. Delfinus Franciscus in possessionem Dominijs Cre-
 ueceuriani

ueceuriani constitutor, saluo Cruningani ac Beueræ hæredum Do- 1559.
 mini iure actioneque. Rex Heuricus dotem Leonoræ Austriacæ, &
 Regiæ Franciæ, non ita dudum vitæ defunctæ, quãque ei ad vitã vsque
 finem causa donationis nuptiarum debebantur, filia hæredis eius vni-
 ca, Marię Lusitanæ, persoluito. Rex Philippus Regi Heurico Fanum &
 Quintini, Chastelletum, Hamam, quæque inde dependent, omniãque
 alia Oppida, Arces, ac munitiones Franciæ Ditionis, à se aut Cæsare
 Carolo ab anno 1551. vsque ad hoc tempus occupatas, restituito. Rex
 Heuricus Regi Philippo Theonvillam, Marieburgum, Iuosam, Dam-
 uillerium, Mommedium, cum ijs quæ huc spectant, reddito, omniãque
 Oppida, Arces, Castella, ac munitiones, quæ a dicto anno in hunc vsq;
 diem Rex Heuricus eiusque Legati occupauerunt: neque licitum sit mu-
 nitiones hinc inde factas, diruere, nec minuere, sed tantum è singulis
 commeatum apparatusque belli omnem liberè auferre. Ager Diti-
 onis dirutę Terowanæ, quæque eò spectat, Frãcici iuris esto, ita vt nun-
 quam eodem in agro nec loco Oppidum aut munitionem adificare
 Regi Heurico, nec eius successoribus, licitum sit. Sacra bona Terowa-
 nensia, tam Antistitis quàm Collegij, Canonicorum, ceteraque omnia
 minoris dignitatis sacerdotia, æqua portione diuidunt, vnam partem
 Antistiti Fani D. Audomari, alteram Antistiti Boloniensi, impetrato
 consensu summi Pontificis, Archiepiscopi Rhemensis, concedentes.
 Rex Heuricus Ditioni, Ecclesiã, ac Antistiti Leodiensium Ciuitatem Lo-
 nensem, Fraisensem, ac Bullonensem, cum omnibus quæ ad ea perti-
 nent munitionibus, relicto bellico apparatu, qui occupationis tempore
 fuit repertus, reddito; eodem momento aduecta abuehunt: saluo dictis
 in locis Proceribus Marcanis prætenso iure, ac Leodiensibus iuridica
 defensione: ad quam rem vtraque pars arbitrum vnum legito, qui Cal.
 Septemb. Cameracũ conueniant, hancque controuerisiam, cum ea quam
 Brennæ Comes contra Leodienses allegat, absolutè decidat, finiantque.
 Ditiõ Oppidumque Hefdinum, quæque ei debentur, Regi Philippo,
 eiusque successoribus, in perpetuum manent. Comitatum Fani Diui-
 Pauli Dominæ Tutevillæ reddito. Comitatum Charoloijs, quæque eius
 sunt iuris, Regi Philippo, vt ad successores transmittat, restituito, Regi
 tamen Heurico, eiusque successoribus, patronali in eo manente iure.
 Duci Mantuano Marchionatum Monferrati absolutè reddito: ac si qui
 aliquam in eius partem ius prætendunt, via iuridica, non armis, expe-
 riunt. Monferratensibus, præcipuè Casalans, quod Regi Heurico fa-
 uerint adheferintque, fraudi non esto. Ciuitatem Valenciam Ditionis
 Mediolanensis, Arce non imminuta, euectis bellicis tormentis ac com-
 meatu, Regi Philippo reddito. Genueses Rex Heuricus in amicitiam
 admittito; omniãque quæ in Italia Corsicãque eripuit, restituito, mu-
 nitionibus

1559. nitionibus in eo quo sunt statu relictis, tormenta, commeatum, ac mi-
 ,, lites abducito, præteritæque defectiones rebellionisque Corsicis apud
 ,, Genuenses fraudi ne sunt. Eadem ratione Genuensibus his pacis legi-
 ,, bus vti licitum esto, quibus Regi Philippo, eiusque subditis. Rex Hein-
 ,, ricus militem quem in Ditione Senensi, in Oppido Montalcinoi, alijf-
 ,, que locis habet, dimittito, vniuersaq; Ditione Senensi absolutè cedito.
 ,, Nobilibus ignobilibusque, quamcunque hoc bello partem sunt secuti,
 ,, sine damno esto. Rex Philippus Elisabetam, Regis Heinrichi filiam natu
 ,, maximam, vxorem ducito, cum ea in dotem nominæque paternæ ma-
 ,, ternæque hæreditatis semel accipito quadringenta millia aureorum li-
 ,, liorum: è quibus tertiam partem nuptiarū die numerato, alteram post
 ,, finem anni à dictis nuptijs, tertiam partem post sex dicti anni sequentes
 ,, menses, ita vt integra summa tempore octodecim mensium inuicem à
 ,, celebratis nuptijs sequentium in Vrbe Antwerpiana persoluatur, sin-
 ,, gulo aureo lilio quadraginta grossis Flandricis æstimato: qua perso-
 ,, luta summa, dicta sponsa Elisabet paterna maternaque omni hæredita-
 ,, te (collateraliter excepta) renunciato. Rex Philippus vxori Elisabetæ,
 ,, eiusque legitimis liberis, pro dono honorario redditum annum quin-
 ,, quaginta millium aureorum liliorum assignato, deque familiæ consti-
 ,, tuendæ ratione prouideto. Si eam Rex Philippus morte præcesserit,
 ,, causa mortis perpetuum redditum pro se ac successoribus ceterum trigin-
 ,, ta-trium millium, trecentorum ac triginta trium aureorum liliorum,
 ,, vt antea æstimatorū, mortis causa relinquito, cum tertia aurei liliij par-
 ,, te, que summa quadrans dotis eius est. Mortuo Rege Philippo, Elisa-
 ,, betæ cum omnibus suis in Hispania manere, aut in Franciam reuerti, li-
 ,, berum esto. De his omnibus publicis tabulis cauero. Emanuel Phil-
 ,, bertus, Sabaudix Dux, Margaritam Francicam, Regis Heinrichi foro-
 ,, rem, vxorem ducito: cui illa in dotem adferet Ducatum Berrij, fruitura
 ,, tantum ad vitam: qua de causa Rex ei semel persoluet trecenta millia
 ,, aureorum liliorum, centum scilicet millia nuptiarum die, alia centum
 ,, millia anno post consummatas nuptias, postrema centum millia post
 ,, proximos sex menses; quam summam Sabaudix Dux vxori in Sabau-
 ,, diæ Ducatu assignabit. Si Margarita Duci superuixerit, singulis ei ad
 ,, vitā annis triginta millia Frācicarū librarū numerato. Altero post pub-
 ,, licatas pacis huius leges mense nuptias Sabaudi celebrato: quibus ab-
 ,, solutis, Duci Sabaudix ac Bressæ Ducatum reddito. Tum etiam Comi-
 ,, tatum Bengelij, Veronnei, Moriennæ, Conocali, Tarentaisiæ, Bar-
 ,, celonnetæ, Principatum Pedemontis, Comitatum Astensem, Mar-
 ,, chionatum Cheuræ, Dominium Languesij, Galtresij, Comitatum
 ,, Niceæ, ac Barræ, omnesq; Ditiones quas olim pater Carolus Sabaudus
 ,, possedit, cum ijs quæ aliqua ratione ad hæc pertinet, restituito, excepto
 Turino,

Turino, Quierzio, Pinerolo, Chinaio, ac Villanoua Astēsi, cum eorū fi- 1559.
 nibus ac iurisdictionibus: que tamdiu Rex Henricus suis præsidijs obti-
 ,, nebit, donec controuersia inter Francorum Reges ac Sabaudix Duces
 ,, iam olim motæ, fuerint sopitæ: id verò vt proximo triennio fiat, Rex
 ,, Henricus curato; sextoque post celebratas nuptias arbitri v-
 ,, trimque constituuntur, qui controuersias examinent, discutiant, pon-
 ,, derent, ac finiant. Interea Regi Henrico munitiones suo aut patris
 ,, iussu factas demoliri, commeatum bellicumque omnem apparatus
 ,, auferre licitum esto. Quicumque in Sabaudia sacra aut profana obti-
 ,, nuere munera, donec vixerint, nisi ob causas legibus expressas, loco
 ,, non moueto. Sententiæ sub Regum Imperio hinc inde à Iudicibus la-
 ,, te, firmæ ratæque manento. Nulli Sabauda aut Pedemontio, quod
 ,, Francis fauerit aut seruierit, damno nec dedecori esto. Rex Philip-
 ,, pus Duci Sabaudix, quicquid in eius Ditionibus præsidio obtinet, ex-
 ,, ceptis Vercellis ac Asta, statim reddito: ea verò cōsensu Sabaudi præ-
 ,, sidijs suo sumptu obtineto, donec Rex Henricus quinque dicta Op-
 ,, pida Duci reddiderit; tum Rex Philippus Sabauda Vercellas ac Astam
 ,, reddito. Interim Sabaudus in dictis Oppidis officia sacra profanaque
 ,, cōferto, census Ducales singulis annis percipito, Ius dicitio, Magistra-
 ,, tum legitio, emolumentisque omnibus frutor, non aliter quam si suum
 ,, ibi esset præsidium. Cum utroque Rege pacem amicitiamque colito,
 ,, ac, ne hæc pax vlla ratione sua culpa violetur, extremo conatu anniti-
 ,, tor. Si quos Rex Henricus fundos, agros, aut eius pater, siue ij Ducis
 ,, sint, siue priuatorum hominum, alicui dono dederit, nulla alia de cau-
 ,, sa, quam quòd Duce[m] sint secuti, restituito, fructus verò aut supelle-
 ,, stilem minime. Quæcunque donata ob alias fuerint causas, rata firmæque
 ,, sunt. Qui de beneficijs clientalibus Regi non iusto patrono
 ,, sacramentum dixere, ratum esto. Restitutionem locorum, de quibus his
 ,, legibus est actum, hac ratione facito. Rex Henricus altero mense,
 ,, à die huius initi ac conclusi fœderis numerando, Sabauda omnia quæ
 ,, ex fœderis formula debet cis ac vltra Alpes, Genuensibus in Italia ac
 ,, Corsica reddito, quatuor à Rege Philippo receptis obsidibus, quos Rex
 ,, Henricus nominabit; qui in eius potestate manebunt, donec Rex Phi-
 ,, lippus à sua parte conditionibus satisfecerit: id autem fiat intra proxi-
 ,, mum mensem, ex quo Rex Henricus fidem liberarit, tum obsides re-
 ,, cipito. Deinde omnes ferè orbis Christiani Principes ac Respublicæ
 ,, pacis huius Tabulis comprehenduntur, eisque sex proximi menses ad
 ,, consultandum dantur, si cōprehendi ac ascribi velint, nec ne. Sed hoc
 ,, notatu dignum, quòd cum Oostfrisix Comes, eiusque liberi, à Rege
 ,, Henrico cum obtestatione inter ceteros Principes nominarentur, eos
 ,, Rex Philippus non admiserit, ne fortè præiudicium faceret Iuriactio-
 nique

1559. niq̄ue quam in Oostfrisiā præterdit ac allegat. Altero die hæc condi-
 » tiones communi consensu fuere additæ: Dianæ Pictauiensi, Valenti-
 » nensium Duci, ius quod in Marchionatum Cortonensem ac Comita-
 » tum Cathenzarientem allegat, summa cum æquitate, via iuridica, breui
 » Ius Neapoli fieri, Rex Philippus curato. Cardinali Ferrariensi pecuniā
 » in Ducatu Mediolanensi sibi iussam restituito. Florētinis qui belli hu-
 » ius causa in Franciam fugere, Regiūque Heinricho seruiere, modò cri-
 » situi curato. Comes Scipio Fliscus, ac Octavius Fregosius, liberè si-
 » neque periculo in Ditionibus Regis Philippi cōmeanto, conuersanto,
 » ac habitanto, idēque Genuæ eis licitum esto. Guilihelmus Nassauus,
 » testamento Reineri Nassauij Aurantij Princeps, à Rege Heinricho in
 » plenam absolutamque Principatus Aurantij possessionem patrona-
 » lemque prærogatiuam admittitor, eadem ratione qua anno 1551. fuit
 » admissus; quemadmodum & in bonis quæ in Delfinatu habet, vt Der-
 » pierræ, Trestusij, Mōbrisonij, Curbiæ, Parriæ, Nouosæ, Caij, Sauxij,
 » Vairennæ, Baurepaire, ac Auxonnæ. Rex Heinrichus, vt iisdem Principi
 » breue ius fiat, de præterita ob Comitatum Estāpij, Tonneræ, ac Char-
 » nij, de quatuor Baronij, alijsque à prædecessoribus allegatis actioni-
 » bus, curato. Comes Egmondus in omnibus restitutor bonis, quæ
 » matris causa in Francia possidet, de quibus nondum est iure definitum;
 » Rex verò author, id breui fiat, esto. Philippo Crouiaco, Arschorēsum
 » Duci, fraternam hæreditatem reddito, deque cæteris cōtrouerisjs breue
 » ius dicit. Idem fiat Proceribus Vergijs Burgundis, actionem ac ius in
 » Fanum Desiderij, Bitrium, Barthesum, Bergium, alijsque loca alleganti-
 » bus. Rex Heinrichus ius administrari curato Glaioni Domino ob Ditioni-
 » nis Chaumontanæ actionem. Truvilleriæ Dominum ad bona Francica
 » admittito. Ius quoque fiat Carolo Pictaui, Bandansij Domino, eiusque
 » fratribus, contra possessores bonorum Guilielmi Pictaui. Alburquer-
 » que Dux argentea pocula furto ablata anno 1545. à Regis Heinrichi
 » ministris in iudicio repetito; Rex eum favore iuato. Nicolaus Polle-
 » villij Baro, eiusque fratres, hac pace comprehenduntor, non aliter quam
 » si primis Tabulis essent inserti, omnibusque pacis beneficijs fruuntor,
 » nullaque ratione ei, nec qui cum eo fuere, exceptis Regis Heinrichi sub-
 » ditis, expeditio anni 1557. damno, fraudi, nec dedecori esto. Denique
 » omnes vtriusque Regis subditi bonis pulsi (nisi hac fœderis formula ex-
 » cipiantur) in liberam plenamque possessionem reuertuntor, nullis ob-
 » stantibus iuris facti, legū, consuetudinū, neque Regionū edictorū obsta-
 » culis, quæ vnico verbo hac pacis formula rescinduntur, abrogantur,
 » pròque irritis habentur. De Calero, totoque Ghuinetano Comitatu à
 » Francis occupato, Rex Heinrichus cum Elizabetha Angliæ Regina, fœ-
 » dere

dere inito, postea transfigito. Hæc acta transactaque ac subfignata 1559
 Cambresij terrio Nonas Apriles à Ferdinando Aluarello Tolerano, Al-
 be Duce; Guilihelmo Nassauio, Aurantij Principe; Ringomio Syluano,
 Comite Malitano; Anthonio Perenoto, Antistite Atrebatensi; ac Viglio
 Zuichemio, Præfide Arcani Concilij: à parte Francorum, à Carolo Lo-
 tharingæ Cardinali; Anna Mommorancio, Franciæ Comestabli; Iaco-
 bo Albanio, Marchione Frossacqui, Faniq̄ue D. Andrea Regulo, Fran-
 ciæ Marscalco; Ioanne Moruillero, Antistite Aureliano; Claudio Lau-
 bespina, Hautherina Domino; Regijs Cōsiliarijs. Paulo post ipsi Reges
 subscripsere, sigillaque maxima appendi iussere. Idem vtriusque filius
 natu maximus, Carolus ac Franciscus, fecere. Mox Cambresij ac Ca-
 meraci pax publicatur, tum per vniuersas Regis Philippi Prouincias ac
 Regna, denique per vniuersam Franciam, magno populorum gaudio,
 è Scylla tamen in Charybdim se properare, ac quātum deinceps malo-
 rum, ærumnarum, calamitatumque tergis visceribusque instaret, planè
 ignorantium. At qui hic, amice Lector, sinè habes calamitosi belli, quod
 sub finem vitæ Philippi Audacis circiter annum Christi 1400. initium
 sumpsisse eo loco narrauimus, quum annos amplius centum ac sexagin-
 ta ferè continuos durasset. Neque posthac Galliæ miserijs fata sinè de-
 dère: pacem veram sinceramque quietem post tot cruenta prælia, tar-
 tareasque belli calamitates, experiri voluere, sed mox funestissimo
 sanguinarioque implicatam cuiuslibet bello, per causam restituendæ Reli-
 gionis, avaritiæ ac ambitioni nobilissimam clarissimamque Prouin-
 ciam diripiendam euertendamque, facinoribus nostris ita exigentibus,
 concessere. Litteræ procuratoriæ cum plenissima transigendi pote-
 state à Rege Philippo suis erant concessæ Octobris die vndecimo, an-
 no 1558. in castris ad Arcem Auchij positis; Regis verò Heinrichi, pri-
 die Nonas Octobres, eodem anno, in castris ad Ambianum locatis. Ex-
 inde satisfaciendis conditionibus vtrinq; se accinxere. Rex verò Hein-
 ricus, antequam redditis Oppidis præsidia deduceret, obsides à Rege
 Philippo petijt, accepitque, Ducem Albanū, Ducem Arcuensem, Prin-
 cipem Aurantij, ac Comitem Egmondij: qui mensè Iunio huius anni in
 Franciam profecti, pacta coniugij inter Regem Philippum ac Eliza-
 betam Francicam inita absoluere; desponsaturque nono Cal. Iulij, sti-
 pulante Albano Regi Philippo, nuptiæque Regia magnificentia Pari-
 sijs celebrantur, armato Egmondio cum sponsa concumbente. Se-
 quentibus diebus equestri ludicro certamine Principes Proceresque
 concurrunt. Decretum erat, vitandæ controuersie, æmulationis, ac in-
 uidiæ causa, Franci cum Francis, Belgæ cum Belgis ac Hispanis cōn-
 currerent. Rex Heinrichus corpore robustus, animo ferox, in armis
 exercitatisimus, cum varijs Franciæ Proceribus, multis contractis in-

1559. genti concursu hastis, vires summa spectantium cum laude admirationeque sapiens demonstrarat. Postremò cum Gabriele Mongomerij Barone, iuvene valentissimo acerrimòque, congressus, quum vterque hastam summo honore in armatum ex aduerso concurrentis pectus confregisset, euénit, dissiliens ruptæ lanceæ frustum in dexterum Regis oculum, per casidis foramina oculis seruiètia, cursus violentia adactû, ferè ad cerebrum penetraret, adeoque grauitèr membranas cerebrû obuoluentes vulneraret, vt vndecimo pôst die, septimo nimirum Idus Iulij, hora prima pomeridiana, ætatis anno quadragésimo-secundo, summo omnium bonorum virorum dolore, Rex Henricus è viuis discederet, ad extremum vsque spiritum integris vsus sensibus; vocatisque ante mortem in cubiculum Emanuele Philiberto, Sabaudia Duce, sororeque Margarita, iangi eos à sacerdote se inspiciente audienteque iussit, omniaque ei in Sabaudia ac Pedemonte, secundum inita pacis formulam, restitui præcepit. Rex Philippus, de fœderi Regis infelici casu certior factus, statim Parisios mittit Andream Vesaliû, Medicorum ac Chirurgorum eius temporis facile principem. Sed contra lethale vulnus ars nec solertia humana quicquam valuit. Idibus Augusti ad Fanum Dionysij Rex perlatus, iuxta prædecessores sepelitur. Decimo-octauo Augusti Romæ obiit Pontifex Paulus quartus, eiq̃ue mense Decembri, ipsis Iesu Christi Natalitijs festis, magnâ populi Romani latitiâ sufficitur Ioannes Angelus Medekinus, Marchionis Marnigani paulo antè mortui frater germanus; assumptoque nomine Pij quarti, mox Carolû Caraffam Cardinalè in carcerem conijci, conuictumque de ingentibus sacrilegijs, furtis, facinoribusque, in eodem strangulari iubet. Decimo-tertio Cal. Octobres Franciscus secundus Delfinus, vxoris causa Rex Scotia, Rhemis in Francorum Regè inungitur. Rex Philippus, absolutis Lutetia per Legatos cû Elizabetha Fræcica sponsalijs, adamantè ei eximia magnitudinis pulchritudinisque, à magonibus octoginta millibus aureorum lilliorum æstimatum, mittit, vtque terrestri itinere statim in Hispaniâ proficiscatur petit, ipse mari extemplo subsequuturus. Parantur in Francia omnia ad sponsæ iter necessaria. Rex Philippus, euocatis Bruxellam omnibus Prouinciarum Belgicarum Ordinibus, de constituendo Regni Belgici statu diu ac grauitèr cum eis consulit. Cumque Ordines nil non ab humanissimo clementissimoque Principe impetrassent, omniaque eis, quæ petebant, liberaliter concederet, grauitèr monet, veterem Catholicam Religionem constantissimè colerent, fouerent, ac conseruaret, nouis opinionibus locum non darent, eas finibus amouerent extirparentque, si in qua stabant felicitate libertateque perdurare cuperent, memores admonitionû patris sui Caroli Cæsaris, ac amitæ Mariæ. Postremò sibi

libe-

1559. liberisque suis obsequentes, vt patri, auo, maioribusque fuerant, manerent, libertatemque, se Duce, contra omnes insidiatores cõstanter tenerentur, seriò seuerèque commonefacit. Tum singulis Prouincijs Gubernatores constituit. Flandris ac Arrebatibus Lamoralem Egmondij Comitem præficit; Hollandis, Zelandis, ac Ultraiectinis, Guilihelmum Nassauium, Aurantij Principem; Geldris ac Zutanijs, Carolum Brimæum, Megè Comitem; Frisijs, Trans-Isalans, Groningijs, ac Linganis, Ioannem Lignæum, Arenbergæ Comitem; Lutzenburgijs, Petrum Ernestum, Mansfeldij Comitem; Namurçeis, Carolum Barlaimontij Comitem; Hannonijs, Ioannem Marchionem Bergarum ad Scaldin. Ciuitatibus Prouinciarum quæ Francis sunt finitimæ, ordinariæque habent præsidia, Belgas Præfectos viros nobiles, dimissis extraneis, dedit. Ceteris Belgarum Proceribus singulas attribuit cataphractorum equitum ordinarias turmas, aut perpetuas munitarum Arciû Urbiumque præfecturas. Tum de totius Belgij supremo Gubernatore, Regis Philippi Legato, circumscriptæ cum potestate constituendo agitur. Tres in medium producebantur: Emanuel Philibertus, Sabaudie Dux; Christierna Dana, Lotharingæ Dux, Caroli Ducis mater; Margarita Austriaca, filia notha Caroli Cæsaris, Parmæ Ducis Octauij Farnesij vxor. Sabaudus, ob ingentia pôst receptum postliminio è statu perturbatissimo Regnum negotia, Belgarum rebus vacare non poterat. Dux Christierna Belgarum præfecturam appetebat, eamque summo-pere Aurantij Princeps, non ita dudum defuncta vxore viduus factus, eiusque filiam natu minimam Dorotheam in vxorem ambiens, probabat. Sed hæc magnis aliquot viris, ob ingentes arcanasque causas, minis placebat; non quòd in Duce Christierna aliquid desiderarent, quare Margaritam illi præferendâ ducerent, sed arcanæ suberant causæ, ipsi Christiernæ incognitæ, nec detegendæ. Nominata igitur ac recepta est Margarita Austriaca, Octauij Farnesij Parmæ Placentiæque Ducis vxor, statimque ex Italia in Belgium euocata. Inretea Rex Philippus apud Zelâdos classem, qua in Hispaniam nauigaret, adornari iusserat. Cûmque sorori Margaritæ, quæ aduenerat, Cõsiliarios dedisset, sine quorum consilio nil faceret, potestatemque eius circumscripsisset, in Zelandiam contendit, comitantibus omnibus Belgarû Proceribus, Ordinum Legatis, ac Hispanorum legionibus, commodamque nactus tempestatem, circa Cal. Septemb. cum omnibus Hispanis naues conscendit; postremaque ad Proceres ac Ordines verba, prætorix astantis, ornatisimæ nauis, fuere, Religionem Catholicam quàm commendatissimam haberent, sartam tectamque conseruarent. Exinde in altum elassis abiit, Regem Philippum, nunquam amplius Belgas visurû, cum omnibus vehens Hispanis. Id enim enixissimè à Rege Belgarum Or-

XXx 3

dines

1559. dines Proceresque petierant, ne exteri, sensim numero aucti, non solum Urbium, Ciuitatum, omniumque munitionum administrationem, sed totius Prouinciæ gubernationem inuaderent; quam verò prudenter, postea experti sunt, & adhuc cum hæc ederent anno 1598. experiuntur. Peruenit Rex felicissima nauigatione Laredum, Cantabriæ Oppidum. Sed postero posteaquam appulisset die tempestas adeò seua ac horribilis surrexit, aliquotque diebus perdurauit, vt Deo gratias agentes, se presenti mortis periculo ereptos omaes, qui in classe fuerant, confiterentur. Quum Valledoletum Seuiliamque Rex peruenisset, capros complures vtriusque sexus homines, nouis in Religione opinionibus addictos, è medio tolli voluit; seuerissimisque edictis per omnem Hispaniam propositis, effecit, Anglorum ac Germanorum opiniones, poenarum grauitate, edictorumque constanti executione, sensim ex hominum animis euanescerent. Rebus per Hispaniam constitutis, ac in Orbe Christiano pacem Rex Philippus adeptus, animum ad arma Mahumetistis inferenda conuertit. Decernit Tripolim (olim Neapolis appellata, nunc Tripoli de Barbaria) Numidiæ Ciuitatem, inter duas fyrtes sitam, Siciliæ ac Melitæ (nunc Malta) infestam, quamque pirata Dragutus auxilio Francorum, vt supra scripsimus, non ita dudum dolo occuparat munieratque, inuadere, expugnarèque. Conueniunt circiter Cal. Octobres varijs Messanam è locis diuersæ classes, quatuordecim millia electorum veteranorum peditum vehentes, cum necessario comenatu bellicoque apparatu. Hispanis præerat Lodovicus Oforius, Italis Andreas Gonzaga, Germanis Hillebrandus Madruccius, tormentis Bernardus Aldana. His iunxerat Florentiæ Dux triremes quatuor, Duce Nicolao Gentile; Pontifex Pius tres, Duce Flaminio Anguillara; Equites Melitenses quinque, cum duabus onerarijs; Archiprasul Toletanus suo sumptu mittit septingentos bombardarios pedites, quadringentos equites, ac biremes exploratorias duas: quarum altera mox à Draguto capta, omnem institutæ expeditionis rationem aperit. Vniuersæ classi Rex Philippus præficit Ioannem Cerdam, Medinæcæli Ducem, Siciliæ Pro-Regem. Interea Elisabet Francica Regis Philippi sponsa, deducens Antonio Borbonio, Vendomæ Duce, cum fratre Carolo Borbonij Cardinale, nobilissimo honestissimoque comitatu instructa, mensè Ianuario anni 1560. Parisijs profecta, in Cantabriam contendit; traiectisque Pyrenæis montibus, in Regnum Nauarreg venit. Salutatis remisisque Vendomijs, recipitur à Pro-Rege Albano, Cardinale Burgensi, ac Duce Infantiarum Regia magnificentia; accurrerantque alij complures Hispaniæ Proceres, qui sponsæ honorandæ causâ cum magno virorum nobilium comitatu aduenerant. Rex Philippus Toletum Complutam sponsæ obuiam procedit, aulicisque omnes

1560. omnes Guadalaram præmittit; à quibus denuo honorificè salutata, Complutam ad Regem sponsum venit. Rex ei ad Arcem, quæ in propinquo stabat, occurrit; cumque inuicem salutassent, ad Arcem diuertunt, ac postridie celebratis solenni ritu nuptijs iunguntur; indeque Madrilium profecti, aliquot diebus omni lætitiæ ac festiuitatis genere peractis, nuptijs finem fecere. Tum Rex cum Regina Toletum properat, insignisque pompa ab omni sexu ordinèque excipitur. Senatus enim sumptuosissimorum scenicorum ludorum exhibitione, arcuumque triumphalium extructione, aliisque incredibilibus spectaculis Reges honorauere. Ciues, in gaudium effusi, octo continuis diebus festos celebrarunt dies, neque tabernas, nisi ad pompam ostentationemque, aperuere. Cum hic se conuiuijs variisque spectaculis abude recreassent, ad alias profecti Ciuitates, Hispanicam magnificentiam summa cum admiratione tam Regina quam Francicus eius comitatus est admiratus. Post tres menses, dimisso maxima pro parte Francico comitatu ac famulatu, cum Rege marito Madrilium reuertitur. Mensè Ianuario dicta Regis Philippi classis, amissione biremis Toletanæ Dragutum admonuerat, se vndique muniret. Sed, quod is minimè expectarat, Insulam Guelbes, olim Menynge ac Lotophagi appellatam, inuadit, moxque in potestatem redigit, extracta munitione, quam Hispani Philippalcazeram, hoc est, Philippi Arcem, nominarunt. Dragutus interea Tripoli se continebat, ac Constantinopoli Solymannum de Christianæ classis numero, Insulæque Guelbes occupatione, certiorem facit. Is admirabili celeritate classem contra instruit, præficitque Pialis Bassam, ac contra Christianos tendere iubet. Pialis, eductis octoginta triremibus, totidemque biremibus, media hieme contra omnium expectationem se mari committens, Christianam classem, nil minus expectantem, & ad prælium imparatam, subito inuadit; paucisque sine ordine hinc inde resistentibus, complures deprimit, decem & nouem triremes capit; alij in fyrtes ac scopulos adacti, naufragium faciunt. Anthonius Maldonatus cum Hispanicis triremibus, Auria cum Genuensium, ac plerique alij hos secuti, in altum contententes, feliciter euasere. Tum Pialis ac Dragutus Philippalcazeram, frustra deditonem tentantes, aggrediuntur. Præerat munitioni, iussu Medinæcæli Ducis, Aluarus Sandæcus, cum bis mille quingentis Hispanis peditibus. Annonam in tres menses acceperat, sine instantis veris noua erat promissa. Varijs oppugnationibus Pialis frustra tentatis, vltra sexcentos perdiderat Ianitzaros. Hinc ad obsidionem res deuenerat; eâ autem ad Soltitium æstiuale pertractâ, nullum Sandeco mittebatur auxilium. Cumque Hispani rerum omnium penuria laborarent, summis anni caloribus aquæ dulcis inopia

1560. inopia maximè premebantur, multique indies siti extinguebantur, plures languidis siccisque corporibus bello inutiles iacebant, aut ad hostes transfugiebant. Quare Sandecus, vt virum fortem decebat, rebus ad extremam desperationem redactis, communi consilio cum valentibus in hostem erumpit; postremòque virtutis edito conatu, non paucos obruncat, donec, cadentibus promptioribus, ipse cum Pro-Regis Medinacœli filio omnibusque Præfectis captus ad Pialim deducitur; Philippalcazera verò, cæsis paucis præfidiarijs, vi occupatur. Turcæ Hispanos milites omnes trucidant; relictoque in Insula iusto præsidio, restauratæque Philippalcazera, cum classe, ac viginti-octo captiuis triremibus, ingentique præda, ouans Constantinopolim ad Solymannum redijt. Promisit Sandeco Solymanus dona ingentia, honorificamque præfecturam, si, eiurata Religione Christiana, militare sibi voluisset. Sed cum incolumi honore id facere se non posse docuisset, cum ceteris Nobilibus captiuis in arctû cõcluditur carcerè, liberaturque sine anni 1562. beneficio octennaliû induciarû, quas eo tẽpore Cæsar Ferdinandus ac Rex Philippus cum Solymano, operâ Augerij Bousbekij, dicti Cæsaris ad Solymanû Legati, fecere; donatûque Sandecus magnis à Rege Philippo muneribus, honorificas insuper obtinuit præfecturas. Atqui hæc mensè Iunio Iulioque sunt gesta: ad quam Regis Philippi cladem, Ducis Medinacœli negligentia accepta, altera à tempestate illata accessit. Nam cum Ioannes Mendosius, Hispanicarû triremium Præfectus, haud procul Sicilia nauigaret, tanta vis ventorum, in turbinem è contrarijs mundi plagis flantium, subito exoritur, tamque ingens vis fluctuum, dictis à ventis coactorum, repente insurgit, vt oppressus Mendosius, cum viginti-duabus triremibus, ac duobus in ijs pedirum millibus, exceptis remigibus sociisque naualibus, miserabili spectaculo ante multorum Siculorum, eos iuuare non valentium, oculos, ab aquis absorberetur, adeò vt duplici hoc anno clade Rex Philippus affectus, iustam in Turcas expeditionem in aliud tempus differre sit coactus; exercuitque diuina sapientia, arcano iustoque iudicio, Regis Philippi fortunam contrarijs casibus, ne nimium secundis assuescens, aliquid temere sibi ipsi arrogaret, temperansque superiorum annorum victorias huius anni cladibus, de se vtrumque hætenus venisse, ac in posterum omnia expectanda esse, serio commonuit. Moritur mensè Nouembri Andreas Auria, Princeps Melfitanus, anno ætatis nonagesimo-tertio, primùm Francisci primi Francorum Regis, deinde Caroli quinti Cæsaris, postremò Philippi secundi Hispaniarum Monarchæ, in mari Mediterraneo classis Præfectus: quam dignitatẽ, propter admirabilem rerum maritimarum bellicarumque; naualiû peritiã, summa cum laude autoritatẽque per omnem vitã obtinuit, felicitẽque exercuit.

Natus

1561. Natus erat Genuæ familia nobili claraque, sed quã sua virtute, ac imprimis parta patriæ libertate, (cuius ei summum Cæsar Carolus obtulerat Imperium) clariorem, illustriorem, opulentiorẽ, ac per omnium ora celebratiorẽ reddidit, victuro cum laude Auria, aut Doria, hocque nomine, quamdiu viuet historia. Reliquit omnium fortunarum triremiumque in solidum hæredem (innuptus enim obiit) Ioannem Andream Auriam, ex fratre nepotem, quem sapius, ac imprimis extremo vitæ momẽto, grauius admonuit, patriæ libertati omnia posthaberet, neque vnquam à stipendijs Austriacis, præsertim Philippi Hispaniarum Regis, successorumque eius, discederet. Genuenses ingenti eum pompa tanto ciui, tamque bene de ipsis merito, iusta, vt decebat, persoluere, erectaque insigni ænea equestri statua, additæque honorifica inscriptione, eum Patriæ patriæ titulo honorauere. Sub initium mensis Decembris Pontifex Pius Concilij Tridentini aliquandiu intermissi renouationẽ eadem in Vrbe in proximũ ver publicari iubet, certo Patribus cõueniendi die constituto: quod Concilium anno 1563. mensè Decembri fuit finitum, decreta statutæque eius publicata, susceptaque; ab omnibus Catholicis Principibus ac Rebus publicis; solis Nouatoribus reclamantibus, quasi indictã causã condemnati essent, quòd non æquo cum Catholicis numero ijs Concilio præesse, decernere, statuereque licuerit: qua in re nil ab Ecclesia Catholica, Patribusque Concilij Tridentini, insolitum nec nouum est factum, sed idem quod Apostolos omniaque superiorum sæculorum Concilia vstitasse constat. In primo enim Hierosolymitano Concilio Iudaismi iugum defendentes, ab Apostolis quidem auditi sunt, sed vt aliquid decernerent statueretque non admissi. Idem primo Niceno Concilio Arrianis vsu venit, successiuisque temporibus omnibus Nouatoribus; quorum rationes in Concilijs sunt audite examinataque, aliquoties & earum authores admissi, sed cum definiendum statuendumque esset, nunquam inter sacros Proceres fuere recepti. Sub idem ferè tempus Cosmus Florentiæ Dux ordinem nobilium Equitum, ad instar aliorum Principum, instituit, eosque à Diuo Stephano protomartyre appellari voluit, certos annuos pecuniarios redditus attribuens, Pisique omnes habitare iussit; quam institutionem Pius Pontifex mox sua autoritate approbavit cõfirmavitque. Nonis Decembribus è maligno vlcere in capite enato Aurelijs Franciscus secundus Francorum Rex moritur, ætatis anno decimo-septimo, nullis è Maria Scotiæ Regina relictis liberis; successitque frater Carolus Maxamilianus nominis nonus, Aurelianorum tum temporis Dux, ætatis annum vndecimum ingressus: qui Regum breui temporis intervallo inexpectati obitus, Carolique pueri successio, causam præbuit, vt paulo post ingentes calamitates, rerumque; conuersiones, non solum

Y Y y

apud

1563. citus veteranis ad ruinas contendit, præmissis Numidis ac Arabibus, (hos enim, ut exigua iactura homines, in principijs constituere solent, ut hostium tela heberent frangantque, ignem artificiale, aqua, oleum, que bulliens, circulos stupa ac pice circumlitos ardentesque, calcæ viam vrentemque excipiant, promptioresque è præsidiarijs cadant, vulnerent, fessiosque reddant) pugnaturque summa animorum contentione, Afris vi in Arcem peruadere conatibus, Hispanis, ne fiat, animos corporaque opponentibus. Sed post quintam pugnae horâ fessi Ianitzari Africæ, ac vi pulsi eiectique è ruinis, magno cum detrimento pugnae deferere coguntur, desideratis hac oppugnatione cum Catania ducentis Ianitzaris, ac supra trecentos fauciatis, Numidarum verò, Afrorum, ac Arabum ingens periit numerus, fauciatique abiere multi. Pulsus secundò Algeriæ Rex, non se animo demittit, etiam non vulgare ad has Arces accipisset cladem, sed ingenti factò apparatu rerum omnium necessariorum, aduentibusque recentibus Arabibus, tertio Arcem inuadere 7. Iunij statuit. Dû in hoc totus est, è Portu Carthaginis nouæ, sublatis velis, soluit classis Regis Philippi, Nonis Iunij, paulo ante aurorâ, Duce Francisco Mendosa, Præfecto (Ammiralem vocant) Hispanicarum triremium, comitante suis cum triremibus Ioanne Andrea Doria, multa cum nobilitate, insignique veteranorum militum manu, ac supra centum domesticis Regis Philippi Nobilibus, vehebanturque 34. triremibus, octoq. ingentibus onerarijs. Secura sunt classem post duos dies octo triremes Pontificiæ, quatuor Ducis Sabaudia, quatuor Genuensium, sed quæ tardius appulere. Hispanica classis, quanquã aduerso vento Carthagine soluisset, facta velificatione obtinuit, ut secundo die haud procul Orano nauigaret; moxque quatuor hostiû maiores onerariæ in conspectum venientes, altumque intenta fuga petentes, Hispanicæ classis occursum vitabant. Cumque octo triremes Hispanicæ, incitatis remis altum petentes, eis à fronte occurrere, præliumque committere conarentur, militibus aliisque rebus necessarijs nimium onustæ, propositum tenere non potuerunt. Quare, quod præcipue in mandatis habebant, Mazalquiuiriû tendentes, in eius portû, inuitis Afris, se intrulerunt. Reliqua classis mox subsecuta, Regis Algeriæ tormenta bellica omnia, interque hæc 11. maiora, subito aduentu, sua potestatis fecit; inter quæ reperta fuere, arma & insignia Imperialia Cæsaris Caroli 5. habentia, quæ ille tempestate reiectus, (quum ad expugnandum Algeriã cum classe septingentarum nauium venisset) ac perditis in litore Algeriæ non paucis nauibus, Deo volente perdiderat. Mox Mendosa, exposito milite, terrestres Afrorum copias adoriri parat. Sed rebus omnibus paratis, videt, quantum oculi ferre poterant, Regem, instructa acie, pleno passu Algeriam contendere. Quum enim summo mane Hi-

ne Hispanicam classem in conspectu Afri habuissent, è suorum consilio 1563. non expectandum Rex censens, rebus omnibus conuatis, soluta obfidione, ac quæ præ festinatione auferre non poterant, cum tentorijs castrisque exurentes, Algeriam properant, subsequenter variarum formarû nauibus triginta-sex, è quibus viginti in Occidentem, sexdecim Orientem versus contendebant. Hispani eas insecuti, quum iam propè esset ut quinq. grauiores caperentur, in proximum littus se eicietes, homines ad vnum omnes effugere, ac ad Algerianas acies salui peruenere. Naues ab Hispanis spoliata, quum abduci non possent, incensæ sunt. Exinde triremes quatuor capiuntur, ac in his reperta maiora tormenta tria, præter ordinaria: capta & paulo post onerariæ mediocres septem, minores quinque, exploratoriæ biremes duæ, ac magnus numerus lemborû scapharumque, quibus ex omnibus Numidiæ littoribus mercatores ad castra venum necessaria perferre erant soliti, & in his olei, panis bis-cocti, frumenti varij generis, orizæ, pomorumque variarum speciei ingens copia, cum multis hominibus. Fugato terra marique Algeriæ Rege, vniuersa classis Hispanica in portum se infert Arcis Mazalquiuirij, summamque cum lætitia explosis hinc inde tormentis acceptis, mirabantur Hispani ingentes ruinas ab Afris factas, ac à tantillo præsidio toties fortissimè defensas. Erat certè Mazalquiuirium præsidium ad eam perductum extremitatem, ut nil eis præter corpora & animos restaret. Vniuersa enim Arcis supellex sarcinendis ruinis erat impensa, commeatus restabat perexiguus, multi oppugnationibus ceciderant, plures vulneribus debilitati, belloque inutiles facti, decumbebant, necessaria his iuandis recreandisque deficere incipiebant. Tum duo expeditorum peditum millia cum quadringentis equitibus emittunt, qui proficiscentium Algerianarum vestigijs insistant, quantumque possunt postremis detrimenti inferant. Sed hostium diligentia, calor intentio, ac superueniens nox, impedire ne Hispani Algerianos assequi possent. Constans erat opinio, si Hispanica classis tribus aut quatuor ad summum horis citius aduenisset, vniuersam hostis classem deleri, Regemque cum terrestribus copijs in magnû discrimen adduci potuisse. Algerijs cum Rege è manibus Hispanorû elapsis, ad deditonem cogunt Hispani Arcem quam paulo ante deseruerat; Mazalquiuirioque multo quam antea fuerat munitiore reddito, deque rebus necessarijs prouiso, abductis cum veteri præsidio faucijs, nouoque Arci imposito, cum idem Orani fecissent, oramque eam vniuersam, contra omnem Afrorum vim egregie permuniissent; Deo gratias agentes, Hispaniam versus Mendosa dat vela; nouaque Carthagine dimissa classe, singulos ad vetera mittit præsidia; ipseque Madrilium ad Regem Philippum contendens, acta sigillatim enarrat: nondumque sermonem finierat, ecce alius Seuilia

1564. (olim Hispalis) vir nobilis superuenit, lectū Regi alium adferens nunciū, de Indianę classis felici, magno auri cum pōdere ac pretiosis mercibus, appulsu. Quare mox Rex Madrilij, deinde per vniuersam Hispaniā, indictis publicis supplicationibus, Deo gratias agit, & ab omnibus agi iussit, signaque lætitię, extructis publicis locis ignibus, sonūque edentibus maioribus minoribusque campanis, populos agere permisit. Atqui hic finem alterius Tomi Historię nostrę Burgūdicę Belgicęque facimus. Quę enim sequentibus narranda essent annis, quum Belgicas primū coniurationes, deinde secessiones, ac sensim totius Christianę Europę commotionem perturbationemque; ob oculos essent positurę, tertium requireret necessariō Tomum, altero horum, siue magnitudinem, siue rerum gestarum amplitudinem spectes, non inferiorē futurum: quod oneris honorisque lubenter alteri cedimus, non viribus neque ingenio diffidentes, aut turpe vilęque otium pulcherrimo negotio præferentes, sed partim ob rei familiaris angustias, necessariū commentandi tempus, neque otium, multo minū requisiu auxiliā prębere valentis; partim quo elegantibus eruditisque ingenijs, ad iudicij maturitatem prouectis, experientia clarorūque virorum notitiā adiutis, ac de opimo otio prouisis, etiam aliquid conandum relinquamus. Nihil enim in hunc vsque annū (etsi diuersis linguis varij sint conati) prodijt, quod exactam Francicę coniurationis Belgicęque secessions Historiam posteritatis memorię communicaret. Ego certē ingentes calamitates, quę Francicā pacem anno 1559. cum Belgis initam sunt securę, sine immenso animi dolore continuisque suspirijs meminisse non possum. Oculis enim meis eas pro parte vidi, ore auribusque hausī, vniuerso corpore, viginti-quinque continuis annis bonis patrięque exulās, sentij pertulię, nec tamen duos hos Tomos cōmentari (Deo iuuante) destiti, ei soli de valetudinis constantia ac memorię in annum vsque climactericum vigore gratias agens; æquum verō Lectorem rogans, vt conatum boni consulat, hominesque nos esse recordari velit, vnde nil numeris omnibus absolutū venire solet. Nulli enim rei magis operam dedimus, quā vt veritatem rerum gestarum posteris relinqueremus.

ELOGIA

ELOGIA HVIVS OPERIS PRINCIPVM VITA DEFUNCTORVM.

AVTHORIS OBTESTATIO.



AMVS tibi, amice Lector, (vt in Opere Rerum Burgundicarum fecimus) Elogia eorum Principum, de quibus hoc Volumine tractauimus, & quorum res gestas ad vitam eorum vsque finem perscripsimus; ne, quod primo fecimus Tomo, in hoc desideres: ita tamen, vt neminem meo iudicio alligatum deinde inquitque velim, sed Lectori suum summa cum libertate relinquens, de me & illis iudicet pro suo sensu captique, qua de re aperte obtestor.

ELOGIUM MARIÆ Burgundę.

MARIA Burgunda, Caroli Pugnacis filia, hæresque vnica, nata Mest Bruxellę Brabantię, decimo-tertio Februarij, anno 1457. at pro maiori parte Gandauī educata, curā nouerçę Margaritę Eboracensis, quum pater educationem eius mandasset Annę Salinensi, ac Marię Mastaingię, Haluini Proceris vxori, matronis claro loco naris, prouectę ætatis, interque sui temporis fœminas prudentia morūque probitate præstantibus, quęque ciuilem aulicamque vitam, mores, elegantias, & vitia exactissimè perdidicerant: à quibus facile ijs est imbuta moribus, (erat enim ex indolis bonitate admodum docilis) quę eam viro maturam admirabilem, gratiosam, autoritatęque plenam reddidere. Patrem ad eò vultu moribusque exprimebat, vt nihil supra, nisi quòd colorem candidiorem, oculosque lætiores blandioresque præ se ferret. Mentum oblongum, patulūque os, à maioribus Francis deriuatum, ac ad posteros Aultriacos Principes trāsmissum, celare non poterat, emendare ac castigare, quantum natura permittebat, didicerat. Salubris ac succulentus corporis habitus, integra. constansque valerudo, magis formam dabant augebantque, quā delicata ad debitā proportionem respondentia vultus lineamenta. Referebat enim magis vena-

venatricem Dianam, quàm amoribus operam dantem nympham; virilibusque potiùs quàm fœmineis exercitationibus delectabatur. Sæpe in equo, sæpe in itinere erat, sæpius ad venationem exibat, aliquando Muficis, subinde Historicis se dabat; non illis qui fabulis volumina implentes, ac quæ contra rationem naturamque sunt narrantes, teneram ætatem mendacia admirari narrareque docent, qui que oleû igni addentes, è fictis artificiosè inanibus stultissimisque amoribus, verborum lenocinijs infectis, in veram sæpissime miseriam teneram adolescentiam, per se in hunc morbum satis procliuem, ingenti cum incômodo conijciunt; sed illis gaudebat Authoribus, qui majorum auorumque suorum, ac vicinorum Principum, res gestas verè diligenterque narrabant. Horum facta admirabatur, similemque sibi sobolem, fortitudine virtuteque præstantem, tacita animo proponebat sperabatque. Talorum tamen ac latrunculorum artificioso ingeniosoque gaudebat seque exercebat ludo, sæpius etiam cum matronis chartis lusorijs vtès; quibus tamen exercitijs (excepta venatione) familiares comitatus sui virgines abstinere volebat, acu eas pingere vario artificio cogès. Triuerat enim puellares hac in re ante pubertatè annos summa cum laude; dicereque solebat, virgines doctas esse non debere, sed simplices & modestas; mulieres variarum rerum peritas. Erat Maria animi admodum præsentis, ferocis, impauidi, magni, ac ad iram proni: quarum affectionum effectus ob vitæ breuitatè in rebus tantùm domesticis emicuerunt, in publicis parum adhuc aula; bis terque se tamen exeruere, ac non sine admiratione se patefecere, in primis verò instante Imbercurtij ac Hugoneti morte: deinde cum Frederici Cæsaris Legatis, nuptiarum concludendarum causa ad se missis, in magno Procerum confessu prudenter responderet. Postremò quum Gandenses id quod negabat, litteris propria eius manu signatis, præsentibus Proceribus docuissent. Sanguis in ea ante mortem adhuc dominabatur, sed qui sensim citoque ad flauam bilem defecisset, quæ cæteris per omnem eius vitam dominata fuisset humoribus. Perijt casu equo decidens, vt in eius vita narrauimus, quintùm è Maxæmiliano grauida, ætatis suæ anno vigesimo-quinto, decimo-quinto Calendas Apriles, anno à nato mundi Redemptore millesimo quadringentesimo octogesimo-secundo, summo bonis omnibus sui desiderio relicto, relictoque marito ac Belgis, filio Philippo, ac filia Margarita. Quantum verò Maxæmilianus, eius liberi, subditi que, Burgundi Belgæ que, eius mortè detrimenti cepere, satis ea, quæ eius mortem sunt subsequuta, commonstrauere. Tanta erat in tenera adhuc ætate ac imbecilli sexu autoritas, existimatio, subditorumque erga eam respectus obseruantiaque, vt vel turbulentissimi inquietissimique homines nil eam viuam moliri sint ausi; è medio sublatà, summa

summa imis miscere non dubitarint; vnde hoc numerale Distichon Petri De groote, Bruxellani Sacerdotis.

Gestit eqVo Maria aLipedes præVertere CœVos,
VI Cadit, aC beLgIs fVnera fLenda parIt.

ELOGIVM MAXÆMILIANI Primi Cæsaris.

IMPERATOR Cæsar Maxæmilianus, huius nominis tam in Cæsarum Catalogo quàm Habsburgico ac Austriaco stemmate primus, natus est in Arce Tanczenberga Ditionis Carinthiæ, duodecimo Cal. Apriles, anno 1459. patre Frederico tertio Cæsare, matre Leonora Eduardi Lusitanæ Regis filia; nomenque hoc infanti hac de causa est inditum. Fredericus Ciliæ Comes (frater Vlrichi, qui Hunniadû coniuratione ad Albam Græcam per insidias, regnate Ladislao Alberti Cæsaris filio, est interfectus) memor cognationis, beneficiorumque belli tempore alijsque necessitatibus ab Austriacis acceptorum, Tabulis prolixè cauit, si nullis relictis liberis è viuis discessisset, Austriæ Dux sibi in altem succederet, modò eius temporis Cæsar (Cilia enim Imperij est beneficium) id ratum habuisset. Interficitur paulo post Comes Fredericus, nullis relictis liberis. Quare Cæsar Fredericus, Austriæ Archidux, Maxæmiliani primi pater, paucis conscriptis peditum cohortibus, iure Imperij, ac testamento Comitris Frederici, Celeiam contendit, incolas veteris nouique iuris prætensione in sua successorumque verba adacturus. Est autem Celeia Ciliæ primaria Ciuitas, patria martyris Christi Diui Maxæmiliani, qui regnantibus Caro ac Numeriano Cæsaribus anno Christi 289. illius loci diuini verbi præco Antistesque factus, populum Christiana Religione imbuir, tandemque apud Laureacum, in Norico Ripensi, ab incredulis trucidatur, interque Diuos refertur. Comitris Frederici vidua, natione Croata, mulier atrox sæuaque, Cæsari Frederico Austriacisque mariti hæreditarem inuidebat. Parat in Illyrico copias, quibus Ciliæ Comitatum Cæsari Frederico eripiat. Certior enim erat facta, Cæsarem exigua cum manu Celeiam venisse, ac proinde iustis submissis copijs intercipi posse. Mittit statim ad faciendum cum iusta manu Victouicum, virum nobilem militaremque, adeò secretè, vt nil de eius aduentu Cæsariani ante captam Celeiam resciscerent. Appropinquante clam cum copijs Victouico, Cæsar Fredericus præcedenti nocte in somno se admoneri est visus à Diuo Maxæmiliano, quamprimum migraret, a lesse in propinquo hoste;

vita, dignitati, ac libertati suæ insidiantes, iubete martyre in gratiã huius præmonitionis, filio, quem vxor ea nocte concepisset, Maxæmiliani nomen daret. Cæsar somno, aut potius oraculo, motus, suis omnibus dissuadentibus, ex Oppidi Celeiæ Regia in Arcé, quæ in edito est mōre sita, cum paucis se confert. Aduolat proxima nocte cum copijs Victouicus, Celeiãque occupat. Capit Vlicum Præpositum Frisingensem, Cæsaris Sigilliferum, (Cancellarium vocant) Ioannē Vngnadum, Curia Cæsaris Præfectum, cum omnibus Consiliarijs, maximãque præsidij parte: qui cum se postea magna pecuniæ summa redemissent, omnes Cæsarem Fredericum Vatem prædicabant, celebrabant, ac admirabantur. Victouicus, Cæsare non reperto, nec Arcem suis copijs expugnari posse videns, manere diutius non ausus, ad Heram cum captiuis est reuersus. Cæsar tanti beneficii à martyre in se collati non immemor, cum postea ei natus esset secundus ex vxore filius, Maxæmilianum vocari voluit, nouū generi, familiæ, & Cæsarem seriei, sed sibi successoribusque fausti auspiciatque ominis. Compositum sine dubio est nomen è duabus Latinis vocibus, aut potius prænominibus, Maximus & Æmilianus, ita vt sit potius efferendum & scribendum per diphthongum, vt nos semper facimus, Maxæmilianus, & non Maximilianus; vnicuique tamen hac in re iudicij relinquens libertatem, quum vtraque pronuntiatio scriptioque defendi possit. Pueritiam Neustatti (quod Neapolim Græcè, Latine nouam Ciuitatem sonat) claro superioris Austriae Oppido trásegit, sub ferula Petri Eingelberti, sacerdotis indocti, quamquam aliter Cæsar Fredericus sentiret, ac eum, ob malè institutum filium, Neustatti Præsulem designaret, de quo Ioannes Cuspinianus postea ex ore Cæsaris Maxæmiliani hæc verba se audisse scribit: Si viueret meus præceptor Petrus, doceré eum qua ratione pueros instituere deberet. Ab infantia ad decimum ferè ætatis annum vix verba proferre potuit, non paucis verentibus elinguem & mutum mansurum, tanta cum difficultate prima verba formare poterat, matre hac de causa lacrymis se conficiente. Sed post duodecimum ætatis annum, non minùs in eo loquendi facilitas, quam naturalis præoptaque facundia, omnibus admirationi esse cœpit, matris summo dolore in eximium gaudiū conuerso. Annos quinque natus, cum vtroque parente in Arce Viennensi à patruo Alberto ac rebellibus ciuibus obsessus, fursuraceum panem edere didicit. Vir factus, cum politici ores literas, incirciã præceptoris, sibi deesse sentiret, doluit plurimum, sæpèque est conquestus, sibi ea deesse ornamenta, quibus infimæ classis homines summa cum laude ornatos conspiciebat. Disciplinæ enim omnes, paulo antè reuiuiscences, à Barbarie se vendicant, perque vniversum orbem Christianum magno cum plausu exceptæ, ad summum laudis decorisque fastigium peruenerant.

Probos

Probos doctosque homines amabat & reuerbatur, inque Aulam vndique asciscere, nulli parcens auro, conabatur. Quumque naturã esset liberalissimus, hic profundebat. Aula enim eius certum doctorũ viro- rum erat asylum, prouexitque non paucos ad summos honores opesque. Vacuus à negotijs, iucundissimè cum familiaribus viuebat, dictisque facetijs, ad rem subito respondentibus, admodum delectabatur, eratque mirus à natura formatus hac in re artifex, gratissimumque illi erat, si quis aprè ad iocum ioco respondisset; circumferunturque eius adhuc hodie non pauca facetissima dicta aut responsa, quæ in linguam translata Latinam, gratiam leporemque omnem perdunt. In fures certa naturali causa leuerus non erat animaduersor, in aliarum legum transgressores ferè inexorabilis. Erat quoque ad inconstantiam procliuor, nisi rationis iudicijque auxilio restitisset. Facile enim bellum ac expeditionem suscipiebat, non difficulter rursus dimittebat: facile se periculis immiscebat, rursus subito sese ijs quoquo modo explicabat: subinde parum de rerum euentu sollicitũ dixisset, certo iterũ iudicio res eum aggredi iudicasset: aduersa animo impauido perseuebat, ac prudenter se ijs extricabat. Naturã clemēs, liberalis, humanus, elegantis ingenij, pacis belliq; artiũ peritissimus, quod, varia per omnẽ vitam iactatus fortuna, rerũ conuersiones esset expertus, qua nil ad erudiēdos alicuius ingenij homines aptius reperiri potest. Potus intemperantiam, Germanis familiarem, in Aula ferebat, sed non exercebat, magis naturã in Venerem præcliuus. Flore enim ætatis per multos annos viduus, corpusque solidum, succulentum, ac firmum nactus, & hac in re flagrantis naturæ desiderio satisfacere voluit, non minùs ad hæc furta, quam illa detrimentosa, solers ac ingeniosus, suscepitq; quamplurimos è diuersis concubinis vtriusque sexus liberos, de quibus in Genealogia Austriaca ac Brabantica scripsimus. Quum corpore esset robustissimo temperatissimoque, in omni armorum genere excellens, lubenter sese ijs exercebat. In prælijs acer, non rarò vir viro pedes equeque congressus, res memorabiles gessit; quanquam plerique non laudent, Imperatorem militis munus capeffere: exigente tamen necessitate non solum summæ laudi maximis etiam Imperatoribus datum meminimus, sed etiam non semel peperisse rebus ferè perditis victorias memorabiles sæpe legimus. Pedestrem militiam apud Germanos adeò deprauatam, vt dederori esset virum nobilem inter pedites militare, primus, reuocato legionum vsu nomine Regimenti, restituit, ac in hunc præclarum honorificumque, qui adhuc obseruatur, ordinem redegit, qua de re plura scripsimus sub annum 1519. in fine Vitæ eius. Armamentaria quatuor diuersis locis ædificare constituerat, sed vnum tantum absoluit Insbruchi apud Tyrollenses, de quibus his verbis lingua Gallica scribit An-

Z Z Z 2

bīt An-

bit Anthonius Lalainus, Montignij Dominus, postea primus Hoochstratæ Comes, libro secundo, capite vigesimo-quinto de prima profectione Philippi Austriaci, Cæsaris Maxæmiliani filij, cum vxore Ioanna in Hispaniam: Prope Insbruchum Cæsar Maxæmilianus ædificari iussit ad ripam fluuij armamentarium, in quo, cum ibi essem cum Principe Philippo, (nimirum anno 1503.) ingens erat numerus omnium generum armorum, quibus triginta virorum millia armari potuissent, exceptis centum viginti maioribus tormentis, ac ijs qui adhuc indies fundebantur. In Vrbe, ad portam huc vergentem, alterum est armamentarium, dimidio plus continens armorum: narrabatque præfens Cæsar filio Philippo, se alia tria his maiora ædificare constituisse. Vnum Viennæ Austriæ, vnde exercitus contra Turcas iturus instrueretur. Alterum Brisachi, qui contra Heluetios duceretur. Tertium Mechliniæ, vnde necessaria contra Francos, cos omni tempore depromi possent. Quartum Insbruchum, contra rebelles Italos vsui semper futurum, se absoluisse. Animo erat magno, generoso, vegeto, diligenti, ad quæque perferenda aptissimo. Hinc ætatis anno decimo-quarto Maria ei Burgunda fuit desponsata, quam annum nondum decimum-octauum attingens vxorem duxit. Sanguinem in Maxæmiliano pro maiori vitæ parte dominasse, ex rebus gestis, hæcque breui naturæ descriptione, facile licet conijcere: qui cum senectutis accessione ab atra bile perfunderetur, nil mirum si suspicax ac diffidens magis factus, in plerisque rebus non satis sibi semper constiterit. Insignem certè fuisse Principem, res maximæ prudenter ab eo gestæ demonstrant, quemadmodum & summa authoritas quam apud omnes sui temporis Principes Regesque nactus, ad vitæ vsque finem inuiolatam seruauit, nullo non eius amicitiam appetente: versaturque adhuc hodie multorum in ore præclarum Lodowici duodecimi Francorum Regis ad adulatorem quendam responsum, quod à me carmine Latino impressum reperiunt, infra ascribere visum fuit. In Religione Catholica auitaque constantissimus, sæpe Lutheri tum primum exorientis debacchantisque insaniam, turbulentumque detestatus ingenium, adeo vt, si vita ei diuturnior contigisset, non frustra malesani homines Germaniam sibi perturbandam desumpissent. Non desuere tamen qui eo mortuo famam spargere ausi sint, Maxæmilianum à Lutheri doctrina non abhorruisse, sed, si longior ei vita fuisset concessa, Religionem per Germaniam ex Lutheri sententia fuisse nouaturum. Verùm hæc Hæreticorum fuisse commenta, vt causam suam populo plausibilem facerent, in ipso vitæ exitu Cæsar Maxæmilianus commonstrauit. Instare enim mortem sentiens, nil omisit, quod ad parandam

parandam diuini numinis gratiam, liberandam vitæ spurcitiisque animam, sterrendum ad cælum iter, ex præscripto diuinarum literarum, vsuque Ecclesiæ Catholicæ, aliqua ratione facere poterat. Confessus enim Sacerdoti peccata, sacro munitus Iesu Christi arcanoque corpore, ac oleo sacro inunctus, cum diuersis locis Missæ sacrificium pro delictorum expiatione fieri iussisset, omniæque Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta admisisset, Deo animam reddidit, neque vllus vquam visus est à Lutheri sectatoribus consolandi aut inuifendi eum causa accessisse: Sacerdotes verò ac Monachi omni eum momento adeuntes animabant, eorumque præsentiam appetebat & requirebat, Nouatores verò horrebat. Memorabile est, quòd integro ante mortem biennio, quocumque proficisceretur, arcam ligneam, ad mensuram corporis humani fabrefactam, circumgesserit, in qua erat inclusa alia è plumbo facta, ea forma qua ex fieri consueuere, quibus mortuorum corpora sepulturæ mandanda includi solent, paucissimis è comitatu ac famularu scientibus quid in arca conclusum circumferretur. Exteriora enim ornatum ad decipiendos aspicientes habebant, ac proinde, ob pondus, ingentem arca thesaurum concludi existimabant, non parum admirantes, tanti nominis Imperatorem perpetuam mortis memoriam ante oculos præferri sibi voluisse, quo vitam actionesque ita institueret, vt aliquando immortalali Deo rationem reddendam sciret; insigne ac memorabile successoribus pietatis actimoris, quo erga diuini numinis Maiestatem affici debemus, exemplum relinquens. Implorarunt Maxæmiliani opem contra Francos ac seiplos tumultuantes Belgæ, Bauari, Austriaci, Papa Iulius, Rex Ferdinandus Catholicus, Angliæ Rex Henricus septimus, sed omni inprimis arte Francorum Rex Lodowicus duodecimus, Albertus, Georgius, ac Henricus Saxones, Groningani, Oostfrisæ Comes, aliquotque Italiæ Proceres; omnesque, diuerso euentu, quòd petebant obtinere. Sensere non sine clade ac strage eius arma Franci, Comites Palatini, Bohemi, Hungari, Veneti, rebelles Austriaci, ac Belgæ, ex parte etiam Turcæ. In Italia ferè semper bello infelix, nusquam tamen infeliciores quàm contra Heluetios fuit, cum quibus suam magis experiri fortunam, quàm seridè eis bellum inferre volens, quum inde decus gloriàmque non parandam sibi sentiret, facta pace, gentem fortunæ fauori confidentem omisit, vt, eo senescente, nepotes aliquando maiorum suorum ius Regnùmque assererent. Obijt anno 1519. vnde Ortonis Egmondij tale Distichon numerale:

sCeptra regenda tVo pIa fata dedère nepotI,
Corpora Conde saCro, MaXILiane, soLo.

Z Z z 3

Alia

Alia variorum doctorum virorum de Maxæmi-
liano Cæsare poemata,
ac primum

Vrsini Velini.

*Maximilianus obit dexter bellique togæ,
Munia: quem perimunt tormina saeva pium.*

Iasparis Vrsini.

*Quod potuere homines, patrèmq; piùmque vocabant:
Dy te fecerunt, quod potuere, Deum.*

Philippi Gundelij.

*Hic situs est Cæsar, bonitate inuictus & armis,
Maximus Austriadum Maximilianus honor.*

Richardi Sbrulij.

*Vix fuit huic Cæsar varijs par laudibus alter:
Summa viri virtus, fors quoque summa fuit.*

Iacobus Micyllus.

*Hic, seu pace domi, seu bello vincere malles,
Tempus ad utrumque hoc utilis auctor erat.
Certaque adhuc extant veterum monumenta laborum,
Quos vidère hominum sæcla priora geri.*

Ioannes Cuspinianus.

*Hic situs est Cæsar, quo nil mortalibus unquam
Ediderat stella prosperiore Deus.
Ille truces Morinos, tecumque, Batave, Sicambros
Vicit, & è Gallis clara trophæa tulit.
Contudit Heluetios, Venetisque insueta superbis
Frena dedit, Boemos Noride stravit humo.
Quid plura? omne ævum cum consumpisset in armis,
Pacato penitus clauserat Orbe diem.*

Eiusdem.

*Austriaco genitus qui sanguine Maximilianus,
Regum produxit innumeram sobolem.
Oclusus triplici sacco, qui calce repletus
Et cinere, in patria sic requiescit humo.*

Ioan-

Ioannes Camertus Minorita.

*Cum fuerint tot Regna mihi, dum vita manebat,
Miraris cur nunc tam brevis urna tegat?
Arcto terra sinu nascentem fouerat, ergo
Hinc abiens humilem deligo sponte locum.
Grandia saxa licet vento quatiantur & igni,
Principium repetunt, nec mora, cuncta suum.
Quare parua cito perituri cura sepulchri:
Morte caret factis gloria parta meis.*

Ioannes Pinicianus.

*Maximiane iaces? tene hac monumenta recondunt?
Ab! tantum licuit, mors truculenta, tibi?
Non sat erat natum nobis rapuisse Philippum?
Tene etiam magnus concideret Genitor?
Pax tecum, tecum arma ruunt, ô maxime Cæsar,
Fracta est Imperij pulchra corona tui.
Non tamen extincta est virtus, atque inclita fama,
Que celebrat toto nomen in Orbe tuum.*

Petrus Ægidius.

*Austrius hic iaceo Cæsar Maximilianus,
Qui genitore satus Frederico Cæsare, matre
Lusitana olim, quam dixerunt Leonoram.
Vxores geminas duxi, quarum altera Carli
Vnica Burgundi Maria est iuuenilibus annis
Filia ducta mihi, primò que enixa Philippum,
Et mox Margaritam, Franciscum deinde tenellum.
Magna mihi fuerat soboles ventura, sed, ô fors
Invida! fecundam rapuit mors saeva parentem.
Inde, velut turtur, viduatus coniuge, vidi
Bella, simultates, rixas, populique tumultus.
Post Ducis Anguigeri Maria altera iuncta cubiti
Filia Blanca meo: quam postquam Fata tulissent,
Calebs postrema deduxi tempora vita.
Quantus eram bello, quantus victricibus armis,
Non referam; quantus fuerim virtute togæque:
Talia commemorent, quibus est laus nulla superstes;
De me posteritas & vixit fama loquatur.*

Eius-

Eiusdem.

Hoc ossa nobili cubant sub marmore
 Maxmiliani Cæsaris clarissimi.
 Nil sanctius, nil clarius, nil dignius
 Hoc vidit Orbis vniuersus Principe.
 Quid seculi attinet prioris Cæsares
 Referre? solus iste vincit singulos,
 Benignitate, comitate, gratia,
 Ac cæteris Heroicis virtutibus.
 Quid plura, Lector, postulas? nempe omnium
 Hic maximus Cæsar quiescit Cæsarum.

De magnitudine Maxæmiliani primi Cæsaris, ad Germaniam.

Quid veteres mirare tuos, Germania, Reges?
 Quid repetis prisca in tua sacra Duces?
 Ne pete Gabrinos, natosque Tusconis omnes,
 Visaque sub magno fortia corda Deo,
 Hermonasve alacres, natosque Inguenes armis
 Cimbrorum Proceres, Teutonicumque genus.
 Quique domi tibi, qui que foris peperere decorem,
 Neu Arionistos, Arminiumque ferum.
 Crede mihi temere præsens reuocatur ad eum
 Carolus ut fortis, Magnus ut ille fuit.
 Quid septem Heinrichos, quid tres miraris Othones
 Non ulli dignos cedere Scipiadi?
 Et Latio horribiles Frederichos, quos ratio egit
 In festis Italicis inuehere arma locis?
 Ut tunc tempus erat, nemo ornamenta superba
 Teutonia potuit prouehere ulterius;
 Nemo istis melius gessit vel pace vel armis
 Rem patria, nemo fortius arma tulit.
 At si quem probitas, si quem omnis criminis expers
 Mens dignum patrio fecerit Imperio,
 Si cupis innocuos mores, pacemque, fidemque,
 Summus & ad votum Maxmilianus erit,
 Quem neque mollities possedit, quaque voluptas
 Terrarum Dominis, Regibus esse solet,
 Et cui non placuit luxu indulgere supino;

Siqua

Siqua fuit, nunquam pax odiosa fuit.
 Illecebris nullis, nullaque libidine fractus,
 Defuit ille sibi, defuit ille tibi.
 Quis vidit madidum myrrha crispare capillum?
 Quis vidit casta, quis maduisse croco?
 Quando armis requiem, bello quando otia honeste,
 Aut trabeam rigido prætulit ille sago?
 At contra integritas, contra est clementia virtus,
 Quæ artes tantum præcoluere animum.
 Si petis ingenium, sine quo ipsa industria desit;
 Septem uno linguas hic solet ore loqui.
 Si petis ut sumpris bellum experiat in armis,
 Iam ruit in Gallos, iam ruit in Venetos.

Iudicium Lodovici duodecimi Francorum Regis de Cæsare Maxæmiliano primo.

Rex inuitat quondam ad conuiuia Gallus
 Insigni quosdam nobilitate viros:
 Quicum de varijs loquerentur Regibus, vnus
 Maxmilianæas extenuauit opes;
 Dixit & esse Augustana hunc modo Consulæ in Vrbe,
 Nec formidandum Regibus ergo alijs.
 Sed cum Cæsareas ita vires extenuari
 Audiret sapiens Rex Lodouicus, ait:
 Certè ego Consulæ eum nolum contemnere; namque is
 Tympana si pulsat, Gallia tota tremat.

ELOGIVM PHILIPPI PRIMI Castellæ Regis.

PHILIPPVS Austriacus, materna hæreditate Burgundionum ac
 Belgarum Princeps, paterna Austria Archidux, dote vxoris Ioânæ
 Arragoniæ Rex Castellæ, Arragoniæ, &c. filius Cæsaris Maxæmiliani
 primi, ac Mariæ Burgundæ, pro maiori parte cum sore Margarita est
 educatus Gandavi, natus verò Brugis nono Calendas Iulij anno 1478.
 Filium Maxæmiliani esse loquebatur frons, nasus, color, quadrata viri-
 lisque statura; à matre habebat oculos glaucos, os patulum, mentum

AAA

oblon-

oblongum, genas reductas. Rursus à patre humanitatem, morum facilitatem, mansuetudinem, ac generositatem: materna erant, procliu-
 tas ad iram, ambitio, fastus, animus ad omnia præsens imperterritus. Sed quid de eo statues, qui vix annum ingressus vigesimum-octauum, è viuis est ereptus? Princeps erat formosissimus, prosperrimæque va-
 letudinis, qui nil ad summam in hac vita consequendam felicitatem optare poterat, præter diuturniorem vitam. Paterna enim maternæque hæreditas amplissima obuenerat: dos vxoris vt insperata, ita cum nul-
 lius Europæorum Christianorum Principum comparanda. Quis enim sperasset, Ioannam Arragonam Philippi vxorem, cum fratre Ioannem haberet, Hispaniarum Principem, eiusque vxorem Margaritam graui-
 dam, ac sororem Elisabetam Emanuelis Lusitanæ Regis vxorem, cui filium pepererat, se natu maiores, Regnorum tamen Hispaniæ hære-
 dem futuram, ac hos cum liberis superuicturam? Bellum Philippus nullum, quàm cum Carolo Egmòdio, Geldriæ Duce, vnquam suscepit, nec gessit, quem ad quas voluit pacis leges recipiendas mox coëgit: iamque non parua spes apparebat, patris Maxæmiliani operâ in Romæ Regem vt eligeretur, pace æquissima lætissimæque, & (vt omnes spe-
 rabât) perpetua, cum Francorum ac Anglorum Regibus inita, arcanis-
 que liberorum sponsalijs confirmata, Regibus in eorum Regnis hac de causa aditis, ac coràm cum eis transigens. Corpus robustissimum ac quadratum omni armorum genere exercitauerat; quare iucundû eques pedesque spectaculû, armatus decurrens, aspicientibus præbebat. Cerrè tot tantæque in hoc Principe, adolescentiam vix egresso, dona cumula-
 rat natura, meritò vt dubitasses qua re plurimum valuisset. Corporis enim forma gratissima condecorabatur, naturali, prompta, ac admirabili varijs in linguis facundia. Septem enim, vti pater, didicerat, solâ Latinâ eum superabat. Nullum erat exercitij genus, in quo non summa cum dexteritate versaretur: periculis non terrebat. Delicias humani generis dixisset. Nulla non virgo, eo conspecto, similem sibi formâ sal-
 tem, cum non possent omnes fortunâ, meritum optabat, nobilesque matronæ ac virgines Ioannam Arragonam omniû Europæ Principum matronarum tali marito felicissimam prædicabant. Mirum quàm ornata in solemnibus epulis virgines Belgarum cõuenire solent, Philippo apud Belgas agente. Certus enim aut hospes aut personatus inuisor expectabatur. Choreis enim, tripudijs, ac confabulationibus non minùs Principis Philippi quàm virginum ætas delectabatur. Hanc Belgarum libertatem non satis æquo iam dudum animo vxor eius Ioanna Arrago-
 na tulerat, amoris vehementiâ in zelotypiæ vitium prolapsa; qua in dies magis magisque crescente, tandem accedente inexpectata mari-
 ti Philippi morte, quam humano modo ferre non poterat, mentis
 in ea

in ea ac rationis vsum primùm labefactauit, deinde procedente ætate planè eripuit, immortua huic miseriæ, quum ad extremum ætatis ter-
 minum ferme septuagenaria peruenisset. Ad hæc famam liberalis Prin-
 cipis iam pridem erat adeptus: quæ sola fuit causa, quare eum tantopere Hispaniæ Proceres ac Ordines, post mortem Reginæ Elisabetæ, Castel-
 læ Regem desiderarint, Ferdinando Catholico ob parsimoniam ac te-
 nacitatem minùs grato, non quiescentes, donec, eo in Arragoniam ac Siciliam remisso, Philippum Regem accepissent, cumque vxore Ioanna apud Castellanos, certis cum Ferdinando socero initis conditionibus, regnare conspexissent, patre eius Cæsare Maxæmiliano tum Principum in Germania conuentum agente, sororæque Margarita pro se Belgas gubernante: quo vnico factò, intempestiæ profundæque ambitionis non exiguum dedit testimonium, soceri mortem (qui ætatis sexagesi-
 mum erat ingressus annum) in limine consistentem expectare nolens, tantorumque eius erga se meritorum ac de aucto in immensum Impe-
 rio beneficiorum planè oblitus. Sed hi non rectè Principem accusant: nunquam enim de Castellæ Regno socero eijciendo cogitasset, nisi à maxima parte Castellanos Procerum instigatus ac ferè coactus fuisset. Regnum enim socer Ferdinandus Neapolitanû, Bæticum seu Gra-
 natensè, Indicasque ad occidentem Solem Prouincias, Hispaniæ con-
 iunxerat. Quare subito è viuis abreptus, à quibusdam immoderata cupiditatis ingratitudeisque pœnas luisse est iudicatus, quòd vix per biennium in summo constitutus felicitatis fastigio in Hispania adoles-
 centiam exercuisset. Non desuere qui veneno sublatum ab aduersa parte, Regi Ferdinando studente, dicerent. Sed cum nobis hac de re nil certi constet, rem in medio relinquimus. Quod verò omnium ore tum, & etiam nû hodie, de eius morte narrabatur, in Vita eius sub an-
 num 1506. scripsimus. Quid aliud in hac ætate quàm sanguis dominari potuit? Nunc accipe eiusdem Ortonis Egmondij numerale Distichon:

DVM ReX Castellæ, LV Ctat Vr fLore IV Ventæ,
 E (Vb) Ita B Vrg Is, febre PHILIPPVs obt.

AAA 2

EPITA-

EPITAPHIUM MARGARITAE AV-
striacæ, sororis dicti Regis Philippi, authore
Ioanne Secundo Batauo.

Cæsaribus proavis & Casare clara nepote
Margarita Austriaci sata semine Maxmiliani,
Illa ego qua mihi rexi moderamine Belgas,
Et per femineas, percusso federe, dextras.
Tranquilla populos & longa pace beavi,
Hic fato depressa cubo, tellusque tenet
Nescio quid nostro de corpore pulueris atri.
Lustra decem vitæ Lachesis modo neuerat, & mox
Stamina Parca ferox fatalia rupit, itæque
Ire per obscurum, nulli remeabile, insit.
At vos plebeio geniti de sanguine, quando
Ferreæ nec nobis didicerunt Fata nec ullis
Parcere nominibus, patientius ite sub umbras.

ELOGIUM CAROLI QVINTI
Cæsaris.

CAROLVS Quintus Cæsar, qualis quantusque Princeps fue-
rit, satis sub finem vitæ eius nos expressisse putamus, partimque res
ab eo gestæ, aut eius auspicijs actæ, abunde loquuntur. Fuit enim Prin-
ceps insigni virtutum concursu ornatissimus, homo tamen, nec literis
excultus, sed linguam Belgicam, Germanicam, Hispanicam, Franci-
cam, ac Italicam exactè disertèque loquens, Latinam aliàsque aliquot
titubabat. Vitâ moderatus, modestus, quietis amans, iracundus sine
vitio, donec crescentibus articulis morbi doloribus, seniorque factus,
ad iram proclivior redderetur, sui subinde cerebri; in Venerem pronus
liberque, attamen cautus ac arcanus, ne vitij publicatione facto exem-
ploque noceret. Illatam iniuriam contumeliamque recordari, datæque
opportunitate vlsceri ac obliuisci nouerat. Exemplo fuere Francus,
Saxo, Hællus, Hispani, Austrij, Neapolitani, ac Gandenses, vnde à qui-
busdam grauis durusque iniuriæ vltor, ab alijs iustus æquusque personæ,
quam gerebat, moderator est habitus. Conquesta est sapiens Italia de
militum eius dissoluta disciplina. Sed quid faceret in extrema pecuniæ
rerumque omnium inopia subinde constitutus adolescens Princeps,
ab uni-

ab vniuersa ferè Europa oppugnatus? In cibo potuque adeò fuit tem-
perans, vt ad pondus mensuramque à medicis præberi sibi, inualescere
articularem morbo, permitteret, nec vllum in Aula comitatūque ge-
nushominum, præter ebriosos ac cerebrofos, difficilius tulit. Anno
ætatis decimo-septimo primùm in Hispaniam nauigat; anno decimo-
nono Cæsar eligitur; vigesimo ac vigesimo-primo, præcipuarum pa-
ternæ ac maternæ hæreditatis Ditionum grauem sentijt rebellionem,
eamque feliciter per Legatos compefcuit ac extinxit; quanquam pro
parte Francorum Regis Francisci primi operâ essent concitate, cum
quo ob Italiæ possessionem, ac Cæsareæ dignitatis petitionem, perpe-
tuò dissidebat. Inuidebat enim Francus Carolo nouæ dignitatis po-
tentiæque accessionem. Quare non mirum, Cæsarem, quod animo con-
ceperat, exequi non potuisse. Statuerat enim, pace cum omnibus Chri-
stianis Principibus sancita, vires opesque omnes contra Mahumeti-
stas conuertere, Occidentemque Orienti committere. Sed hinc ortum
authore Martino Luthero, cucullato Monacho, anno 1517. contra ve-
terem Christianam Religionem dissidium, inde cum Francorum Re-
ge, ac postea cum defectoribus Germanis continuum bellum, consilia
eius alio vertere. Francus enim Belgarum Prouincijs ac Regno Italiæ
inhiabat, nec Hispaniam intentatam relinquebat. Rebelles Germani
leges omnes, à Religione incipientes, suo arbitratu mutari volebant,
nec tamen hac in re vnum sentiebant: in hoc conueniebant, quod no-
uas leges, à defectore Monacho similiq; turbulento Nouatore latas,
quàm à sanctissimis maioribus ante mille & amplius annos è sacrorū
voluminum cornucopia depromptas, malle se ostendebant. Cum his
grauissimis hostibus Cæsari Carolo per omnem vitâ colluctatio fuit.
Relictas enim à maioribus Ditiones non defendere, sed Franco inua-
dendas occupandasque relinquere, incolumi dignitate, autoritate,
Regniq; statu non poterat. Maiorum Religionem ac leges turbu-
lentorum hominum diuersissimo iudicio mutandas committere, in su-
premo Imperij fastigio à Deo collocatus, non sine nota impietatis, le-
uitatis, contraque propriæ conscientiæ testimoniū, innumerabiliūmq;
hominum peruersione, ac implacabili summi Numinis offensione, face-
rese non posse videbat. Verum est, simulare Cæsarem in rebus magnis
egregiè nouisse, ac Regem Franciscum omnesque Italos non semel
opinionem frustrasse, antequam de Ducatu Mediolanensi secretius animi
consilium detegeret. Sed quis sanæ mentis Cæsari author esse voluisset
Insurbria cedere, nulla coactio necessitate, cum ea è Gallia Germaniâ-
que in Italianam Regnumque Neapolitanum tendenti vnica sit ianua,
ac proinde totius Italiæ frænum? quam Franco libera voluntate con-
cedere,

cedere, quid aliud fuisset, quam, ad instar victi, Italiam ei cum vtraque Sicilia tradere, pontemque ad inuadendam terra marique Hispaniam suis manibus sternere? Proinde hereditarijs Regnis Italiaque quieti consulurus, necessaria Cæsari fuit Insubria; quam tamen, amicis gratificaturus, non parum castrari est passus. Quod ad alias attinet Italiae nobilissimas Prouincias, tantum abest, alicui sua vt inuiderit, quod nouis hominibus noua amplissimaque Regna dono dederit, aliorum limites auxerit, aut amissam libertatem restituerit; sepius disertè professus, se nil à capto iterum Francorum Rege (si id Deus concessisset) extorturum, quam aorum hereditatem, Burgundiae Ducatū, vi, summa cum iniuria, ab eo possessum; Germanis verò antiquam libertatem aucturum, si in maiorum Religione persistissent. Nulla enim alia de causa eis se vnquam bellum mouisse, ac hinc toties Principum conuentus egisse. Ambitio Cæsaris Caroli, leges generositatis, fidei; limites, non transijt: quibus cum pietas ac non fictus Dei cultus accedit, nil est quod iniuriam rapacitatemque formidemus. Hæ enim virtutes, supraque omnia non simulata sed ex animo procedens diuini numinis reuerentia efficit, ipsi nobis limites terminosque statuamus, rationem æquitatemque omnibus in rebus ob oculos ponamus. Quæ si inter aliquos Principes, certè apud Austriacos mirabiliter semper emicuerit; non quidem externa simulatione, vt populū in officio continerent, sed è sincero procedentes pectore, ac iudicio recto, domi quoque foris que spectata. Quid enim aliud vnquã quasiere, quàm pacatè imperare, Aulam sanctissimã constituere, populos antiqua in Catholica Religione obsequentem habere, cum eo moderatè temperatè; viuere, cæterosque his exemplis ad virtutè, pietatè, iustitiã, temperantiamque prouocare. Exempla habemus (vt tantum posteriores adferam) in Frederico tertio Cæsare, Maxæmiliano primo, Philippo primo, Carolo quinto Cæsare, Philippo eius filio, Ferdinando primo Cæsare, horumque liberis tanto numero inter se pacatissime vereque Christianè agentibus. Quid igitur mirum, si tantæ virtutis Principes, à Deo ad ingentes promoti honores, hoc tempore omnes Orbis terræ Principes potentia Regnorumque amplitudine superent, inque summa liberorum sobolisque fecunditate inter se tranquillissime pacatissimeque viuant, liuidorumque multorum animos oculosque potentia magnitudine terreant, nouarumque Religionum cultoribus, ipsisque Mahumetistis, ob constantè erga auitam Religionè fidem, terrorem formidinemque iniiciant? Fuere in præclarissima Habsburgica stirpe Cæsares vndecim, connumerato Frederico Alberti filio, ac Rodolfo Rynfeldij Com. Chunonis filio; qui cum Cæsare Heinrico quarto pro Imperio pugnans, è vulneribus obiit; ille, à Lodowico Bauaro contra se electo captus, Imperio se abdicauit.

Regum

Regum ingens ex hac stirpe ortus est numerus, qui Franciæ, Burgundia, Hungaria, Bohemia, Angliæ, Sicilia, Sardinia, Neapoli, Balearibus, Hispaniæ, Orientis Occidentisque Indis imperauerunt, & adhuc feliciter imperant. Vtraque enim eis adhuc paret Germania, superior & interior, cum magna Galliæ parte. Dominabatur flore ætatis in Carolo quinto sanguis: qui mox à naturali parumque vehementi atra perfusus bile, perspicacis eum ingenij iudicijque acris fecit, sed perriacem, suspicacem, ac tenacem. Procedente ætate, falsa pituita in artuum iuncturis defluxione, articulari morbo est excruciat: quæ pituita, sanguinem ac atram bilem diluens, moderatum eum temperantemque effecit, iramque ac excandescentiam domare docuit, sed Veneream titillationem pruritusque excitauit, quam, maturescente ætate, ratio ac Religio, cum ambitione, circumscriptis continentibus limitibus, non vulgariū in tanto Principe virtutum exempla subditis & exteris præbuere. Conscripserunt à varijs viris doctis, in laudem Cæsaris Caroli quinti, fororum eius, gentisque Austriacæ, versus multi, diuersarum materiarum, è quibus aliquot, quoniam mereri videbantur, posteritati hoc loco consecrandæ censuimus; Lector in bonam partem accipiet.

Disticha aliquot numeralia, annū obitus Cæsaris Caroli quinti continentia, quod fuit anno Christi 1558. Ac primū Ottonis Egmondij, Zallandiæ Drossardi, cohortisque peditum Germanorum Præfecti, cuius & aliquot sunt præcedentia.

CVr LibItIna CaVas CaroLo CIta fVnera qVIntO,
QVI fVperIs VIVens annVMeratVs erat?

VVolfgangi Scranzij.

CaroLVs hac qVIntVs parVa retInetVr In Vrna,
GerManIs, GaLLIs, ItaLIIs, TVrCIsqVe seVerVs.

Iasparis Stoltzj.

Marte fVrIt GaLLVs, VacVas popVLatVr & Vrbes,
CaroLVs è Vita Cæsar Vt astra svbIt.

Martin.

Martini Myllij.

CaroLVs eXhaVtVs Morbo, CVrIſqVe graVatVs,
sVbLatVs ParCa, ſCeptra reſignat, abIt.

Viti Iacobæi.

Cæſareos faſCes tIbI, FerdInande, reſIgno:
InCoLo CœLeſtIs atrIa Magna poLI.

Dionyſij Pucleri.

sCeptra aqVILaſqVe dedIt CaroLVs qVo reMpoſe fratrI,
EX LVcCtV petIIt IVbILa faVſta patrIs.

Guilihelmi Cripij, G. C.

*Aetherea luſtrans terras Saturnus Arce,
Caſareumque videns cuncta ſubiſſe iugum,
De Superum veritus Regnis, & ſede Deorum,
Quid ſupereſt, cœlo quin potiatur? ait.*

Eiuſdem.

*Aſiduis laſſus curis & pondere rerum,
Perſaſus cœli Iupiter Imperij,
Ad Superos Carolum terra migrare relicta,
Atque ſuas cœlo inſit obire vices.*

Eiuſdem.


*Tota tibi tellus, quique hunc ampliſſimus ambit
Oceanus, parent omnia, Carle, tibi:
Vnica qua ſuperis habitantur Regna ſuper ſunt,
Vltimus hæc veniet ad tua geſta labor.*

Eiuſdem in Cæſaris Caroli equeſtrem ſtatuum.

*Hæc Caroli effigies quinti eſt, ſic ibat in hoſtem,
Sic bellatoris terga premebat equi:
Talis erat quando fortis Germania, talis
Cum Libya inmiſto brachia victa dedit.*

Eiuſdem

Eiuſdem in Caroli Cæſaris Symbolum tale



*Immense partem qua deſuit, addidit illi,
Et maior factus Cæſaris Orbis ope eſt.
Gadibus extremis, Carole, Herculeiſque Columnis,
Et terra regnas ſinibus ulterius.*

De eodem Symbolo iniuriâ notato ab Adriano
Tornebo Francogallo, viro docto,
his verſibus.

*Promouet alterno qui vix veſtigia grefſu,
Quem malis in toto corpore languor habet,
Auſus erat fuluis oneroſo ex ære Columnis
Herculeis humeris ſuppoſuiſſe ſuos.
Sed malè cedit onus, laſſatâque pondere cervix
Emerito cecidit debilitata ſeni.
Excipit hanc Natus molem iuuenilibus annis,
Succiduo nec eam poplite ferre poteſt.
Rumpe moras Errice, oneri ſuccede cadenti,
Opprimit Hiſpanum tanta ruina caput,
Et fulcire humeris, & ſuſtinuiſſe lacertis
Tu poteſ: hæc collo ſarcina digna tuo.*

Reſponſio Guilihelmi Cripij, G. C. ad iniurioſos
Tornebi verſus.

*Non erat in Carolo laudis tam vaſta cupido,
Nec tam (Galle leuis) ambitioſus erat,
Quanquam ſepe ſuo nutu treme fecerit Orbem,
Feceris & Regem vincula ferre tuum,*

BBB

Pre-

Præbueritq; illi supplex Germania palmas,
 Et Libya inuictæ brachia victa dedit,
 Acquasse Herculeos ut credi vellet honores,
 Aut humeris cœlum sustinuisse suis:
 Sed quoniam Herculeas ultra sua Regna Columnas
 Protulit, & Solis Zodiaci que vias,
 Et nouus antiquis accreuit finibus Orbis,
 Testatum signo insit id esse suo.

Epitaphium Cæsaris Caroli quinti, auctore
 Ioanne Vifcowino.

Vixit ut Aeolides, sic tu quoque, Carole, viues,
 Martis & indomiti laude superstes eris.
 Mortua quod terra tua membra quiete fruuntur,
 Nil refert, nomen viuet in Orbe tuum:
 Fama tue laudis cunctos florebit in annos,
 Dum colet Aethereas mens generosa plagas.

Philippi Gündelij gratulatorium.
 Carolus Austriades, Orbis, duce Numine, Rector,
 Atque idem patriæ spes columenque sua,
 Regnet auitarum virtutum sedulus aspex,
 Omniaque inuicta temperet vsque manu,
 Lectus ad Ausonij postquam moderamina sceptri,
 Unus habet tuto tot modo regna sinu.
 Sed tamen ante omnes, hoc, Austria, Rege triumphata,
 Imperio toties digna dedisse Caput.

De familia Austriaca, ac præcipuè de Carolo quinto Cæsare & Phi-
 lippo secundo, eius filio, Hispaniarum Regibus, cum per acces-
 sionem Lusitanix, & Orientalium Indiarum, potentissimi
 Orbis terrarum Monarchæ efficerentur, eiusdem
 Guilihelmi Cripij, G. C.

Attraxit Caroli pietas, virtusque, pudorque,
 Atque pio superos vsit amore Deos.
 Iuppiter ante alios, & qui regis æquora frater,
 Certatim Carolo maxima dona parant.
 Imperium latè terris Regnator Olympi

Et mundi hanc voluit frenare tenere Domum,
 Vtq; nouis semper sit florens aucta triumphis,
 Aucta nouis titulis, ex cuiusq; nouis;
 Aemulæque ante alios submittat Gallia sceptrâ,
 Atque truces discat ponere victa minas;
 Tâque abiurata que Religionem paternam
 Ritibus implicita es, terra Britannia, nouis;
 Et tecum qua infecta pari, Germania, labe est,
 Omnibus hæc quam non eluat Ister aquis.
 Clara quondam, ritus dum seruat auitos,
 Nunc sanctam nihil est, fasve piæve nihil.
 Nec contentus eo est, innoxia qua Maurus Hyarbas,
 Et queis iura dabat diues Elisa plagas,
 Et qui nunc latè Thraces dominantur in Orbe,
 Et dura populos conditione premunt.
 Quo malè sunt vsi Regno discedere mandat,
 Tradereque Austriacis Imperium omne suum,
 Cùmque Asia Regnis Parthos Orientis honores,
 Elatiæque Pharam, ac vltima Baetra iubet;
 Denique quacunque est terrarum habitabilis Orbis,
 Austriadum voluit cuncta subire iugum.
 Prodigia displicuit Ionis hæc profusio fratri,
 Vtque Neptuno est ambitiosa nimis,
 Et vinci metuit donis æqualis amore;
 In magno est magnus semper amore metus:
 Commotusque animo, mæstis sic vocibus inquit,
 Offensam vultu non simulante suam:
 Cerno equidem, haud facilis, frater, mihi palma parata est,
 Nec te si liceat vincere, posse velim,
 Cùm mihi vix reliquum, quod dem, tua dona relinquunt,
 Sollicitam mentem res habet illa meam.
 Nostra licet celso non sit par Regia cœlo,
 Nec prompti tor stent ad mea iussa Di,
 Non attrita tamen mea, quamuis parua, potestas,
 Aut factum sic est nomen inane meum,
 Vt nullis liceat nobis fecisse benignè,
 Præmia nec si qui commouere ferant:
 At tua me terrent amplissima munera frater,
 Nec dare quid deceat, quidve negare, scio.
 Si Portus, si dem tuta statione manere,
 Si dem veliuoli sceptrâ tenere maris,

Omnia fordescent, & nil donasse videbor:
 Præq; tuis fuerint vilia muneribus,
 Hac tamen, & longè quod sit præstantius illis,
 Nostro Orbi nunquam cognita Regna dabo,
 Mundum alium terramque dabo, dabo diuitis auri
 Splendentes venas, auriferumque solum.
 Nec opus est aliè penetrare in viscera terre,
 Illaque, quæ studio condidit, eruere,
 Sollicitèque auri venam indagare latentis,
 Ut vix sit merces sumptibus aqua suis:
 Tange ligone solum, pro glebis aurea surget
 Lamina, proque nigro splendida massa luto.
 Forsitan hæc aliquis dicet (nec pugno libenter)
 Inferiora tuis munera muneribus,
 Si tamen hæc Danaë similis formosa videret
 Dona tua, Danaë indice victor ero.
 Dixit, & iratus laxavit vincula rerum,
 Et Pelagi pandit Regna reposita sui,
 Et ne qui fluctus, ne quæ vada cerula tardent,
 Aequora mox fecit peruia cuncta rati.
 Sic simul ut fractis patuere repagula claustris,
 Inque novos populos & noua Regna petunt:
 Et propè iam factus media est parte auctior Orbis,
 Quæ Imperio cessit tota, Philippe, tuo.
 Nec cessatur adhuc, successu audacia creuit,
 Degenerem pridem dedidicere metum.
 Assiliant fluctus, tabula feriantur ab undis,
 Quassata pateant undique membra raris,
 Spernere iam ventos dudum didicere furentes,
 Saniæque non illis vlla timetur hiems.
 Mœnia quàm bene habet coeli quod dis sita longè,
 Nec volucres possint astra subire rates,
 In coeli tutus stare vix Iupiter Arce,
 Forsitan & Regni pars quoque capta foret,
 Regia nî pietas audacia comprimat arma,
 Atque pia doceat mente timere Deos.
 Quod facit: & Diuinit non est reuerentior alter,
 Vniæque * cognomen religiosa dedit.
 Nomini inest omen, quod es, quoque diceris: Orbis
 Rex es: nonne Polus parer uterque tibi?
 Quocumque ingreditur toto Sol aureus Orbe,

* Ca-
 tholi-
 cus.

Austriacæ

Austriacæ cernit nil nisi Regna Domus.
 Fortunata Domus, Aquilo tibi seruit, & Austro,
 Et cadit in Regnis Sol oriturque tuis.
 Terra sinus aperit, famulas Mare sufficit undas:
 Dantque tibi afflatus ventus & aura suos.
 Dii facite aeternum maneat Domus illa superstes,
 Et semper mundi Sceptra tenere date.

Eiusdem de Maria Hungariæ Regina, Cæsaris Caroli sorore,
 Belgarum Governatrice.

Non tibi sunt calathi cura, fusiq; colusque,
 Non assueta tuo munia sexui obis:
 Sola quod es sexu maior formæque sub illa
 Fœmina, fœmineo hic plus latet ingenio.

Eiusdem, illam de seipsa loquentem inducentis.
 Quod placida studium pacis, quod bellica tractem
 Fœmina, miraris, dexteritate pari.
 Num belli pariter pacisve Minerva perita est?
 Quodque armata gerat, & quod inermis habet?
 Et sua laus bello est, belli quoque laude probemur,
 Ne solum hoc Pallas se potuisse putet.

Eiusdem de Elisabeta Daniæ Regina, altera Cæsaris Caroli
 sorore, cum marito Rege exulante.

Quo minus immitti velles comes ire marito,
 Exilio profugum fida secuta virum,
 Non sani mores potuere mouere tyranni,
 Non pellex socij parte recepta thori.
 Regia progenies non tali digna marito,
 Sed patre, sed fratre, Carole, digna tuo.

Eiusdem de eadem.
 Illa diu prisca cedat celebrata Poëtis
 Alcester, pariter Penelopésque fides.
 Siqua fide possit laus aut pietate parari,
 Hunc totam à tota posteritate feres.

Eiusdem Epitaphium Cornelij Scepperi: obiit autem
 anno 1525. Ianuarij 19.
 Dania me coluit, pulsam Germania vidit:

BBB 3

Primum

EPITAPHIVM ELISABETÆ

*Primum ortum dederat terra Brabantia prius.
Nulla harum potuit morientem cernere, sed qua
Ganda habuit mentem, nunc quoque corpus habet.
Tempora si quæris, quæ me rapuere sub umbras,
Accipe, & in memori scripta reconde sinu.
Pectore sub medio Phœbum cernebat Aquarius,
Mâr que horam tenuit, sed Venus ipsa diem.*

Aliud eodem Authore.

*Quam cernis gelido recubantem marmore Lector,
Inditam exuuiis, ô Libitina, tuis,
Casaris illa ego sum Caroli germana, sed orba
Iam dudum Regnis Jsaabella tribus.
Si genus inquiris, summo est è stemmate ductum,
Longus & è multis Regibus ordo scætet.
Si formam, potuit charo placuisse marito,
Quina cui soboles, me pariente, fuit.
Si vitam, vario & multo est transacta labore,
For san in hac dices, quod quereremur, erat.
Nondum lustra ferox Lachesis tria fecerat, & me
Traxit Hymen patriæ de Regione procul,
Atque dedit sociam Dano coniungere Regi,
Cumque hoc fortunam iussit utramque pati.
Feci, & quam dederat mentem Deus, ipsa secuta,
Seruavi castos fœmina casta thoros.
Non me vlla sortes, non me vlla pericla, nec unquam
Flectere congesta me potuere mina.
Sum profugum comitata virum per mille labores,
Cumque hoc exilium, quod tulit, ipsa tuli.
Me sæpe insomnes ducentem Cynthia noctes
Præterit, lassus dum veberetur aquis:
Sæpe etiam Phœbus turbatam ut mente videbat,
Hæc, ait, à charo coniuge cura venit.
Denique si in casto labi queat vxor amore,
Hæc plusquam reliqua labe notanda fuit.
Annoter ipsa licet, feci, & fecisse inuabit:
Pertrahit ad superos me labor iste Deos.
Cætera quid? decus, & tituli, tot Regna, tot Urbes
Depereunt, sola hæc gloria fixa manet,
Hoc cineres sequiturque meos, semperque sequetur:
Maior & existis gratia rebus erit.*

Talibus

DANIÆ REGINÆ.

*Talibus in curis terna trieteride vixi,
Quarta laboranti meta suprema fuit.
Hospitio exceptam & morientem Flandria vidit:
Heu quantum fati detulit illa meis!
Nec mors hæc mihi dura foret, si Danica coniunx
Imperia & magni Regna teneret aui,
Si deserta suum sequerentur pignora patrem,
Si tegeter cineres Dana licta meos.
At frustra hæc mea vota fluunt, manet æthere in alto
Qui regit arbitrio singula quæque suo.
Hunc præter supero quicquid miramur in Orbe,
Est simul & laudis & rationis egens.
Quare age quisquis ades, unâ hæc ludibria mundi:
Gaudia que exemplo spernere disce meo.
Nil mihi nunc proavi, nec opes, nec stemmata profunt,
Non ætas, & qua forma pudica fuit,
Non fratres, quorum Imperium terra omnis adorat,
Non germanarum turba relicta trium.
Dispar conditio longè est vitæque necisque:
Si qua fuit virtus, hæc modo sola iuvat.*

FINIS.



INDEX RERVM MEMORABILIVM HISTORIAE BELGICAE.

Numeri paginam denotant.

A

- A**cademia Vienna Austria institutio. 15. 49
Academia Friburgensis in Brisgonia institutio. 18
Adolfus Egmōdius, Dux Geldria, liberatur carcere: Flandrorum Imperator obsidet Tornacum: interficitur. 74
Adolfus Nassanius à VVisba, Geldria Praefectus. 100
Adrianus Vilainius, Rasingemij Dominus, vir turbulentus: rebellionis Gandensis author: capitur: liberatur. 135. 136. 137. interficitur. 188
Adrianus Florentij, Caesaris Caroli 5. Praeceptor. 345. in Hispaniā Legatus mittitur. 346. Episcopus Verthusensis: Cardinalis. 347. è rebellionem Hispanorum manibus fugit. 358. fit Papa. 379. moritur. 402.
Aegidij Buslidij conditio ac mors. 260
Aestas anni 1549. siccitate memorabilis. 529
Africa Civitas à Christianis expugnata. 610
Aira Oppidum Praefecti proditione Francis deditum 101
Alemanni postremum à Francis victi. 1
Alburgi Arcis origo. 6
Alsatia pars maior quo modo Habsburgys accesserit. 10. 11
Albertus Sapiens, Com. Habsp. eodem.
- Albertus Comes Habsburgi, primus huius familiae Austria Dux. 13**
Albertus Saxo apud Belgas Maximiliano primo Caesari militat. 159. 162
Montfortij Dominum ad officium cogit: Dordracō in Zelandiam proficiscitur: Ziricxē capit. 188. Castrum in eo adificat. 189. contra rebelles Hollados Aquilonares movet: eos domat. 200. 202. militis impietas punita. 203. fit perperuus Frisia ac hereditarius Gubernator. 234. dant ultro citroque insurandum. 239. contra rebelles Frisios victorias Groningam obsidet. 242. pax cum Groninganis: eius mors. 243. laus. 244.
Albertus Brandeburgius à Duce Saxonia superatus capitur. 586. liberatur. 590. cum Mauritio Saxone Caesarem oppugnat: abhorret à pace. 638. Catholicos Germanos oppugnat. 638. à Franco ad Caesarem transitio: Aumala Ducem proelio superatum capit. 641. à Caesare exautoratus, iterū Catholicis Germanis bellum infert. 642. contra eum foedus: bellum ei indicitur: proelio superatur. 643. iterum pugnans superatur. 644. ut Imperij hostis proscribitur. 650. 651. Ditione excutitur: in Fraciam fugit: ingratus venit: iterum proscribitur. 661. moritur.

itur. 693. successor. 694.
Alexander primus Florentia Dux
 trucidatur: eius successor. 503
Alexander Farnesius, Papa nomine
Pauli tertij. 484. moritur. 605.
Alfonfus Danalus, Vasti Marchio,
Mediolano praeficitur: Fracis in Sa-
bandia bellum infert. 506. 546. mo-
ritur. 569.
Amersfortium Oppidum à Cappel-
ianis capitur. 110
Amoralis Egmondij Comes ducit Sa-
binam Bauaram praesente Casare.
 555.
Amida Rex Tuneci cum Casare foedus
 facit. 611
Anthony Burgundi consilium, Maria
Burgunde datum. 67
Anthony ac Baldwinus Burgundi
carcere Francico liberantur. 111
Antipodes reperti. 206
Anthony L. re tyrocinium. 264
Anna Hungaræ nuptia. 324. mors. 584
Antistes Bremensis vicinos Belgas po-
 pulatur. 407
Andreas Auria, relictis Francis, ad
Caroli Caesaris stipendia transit. 449.
Principatu Melfitano donatur. 475.
mari a Tarcis clades. 639. mors.
 720. heres. 721. laus ac sepultura.
 eodem.
Algeriae Rex Oranum frustra oppu-
 gnat. 722 depellitur. 724
Anna Boulaina Anglie Regina capite
 plexa. 494.
Anabaptista Monasteriū Urbē West-
falia occupant: quæ in eo sunt gesta
antequam eucerentur. 477. Regem
legunt. 482. obsidentur. 481. 483.
impia laborant. 490. capitur Mona-
steriū: Regis ad Antist. verba. 491.

Leidam, Harlemum, ac Amstelo-
dammum frustra tentant. 492. ab his
serio cauendum. 493 Regis Va-
tumque eius mors. 494. iterum aliis
locis res nouas maluntur: puniun-
 tur. 499.
Anthony Lalaini, primi Hoochstrata
 Comitit, mors. 529.
Anna Egmondia, Bura Comes, ad Lin-
gana Diuionis possessionem admitti-
 tur. 601. nubū. 629.
Arx Namurcensis bis capta. 158
Archeorum capitur: excuritur. 167
Atrebatensium ad Mariam Burgun-
dam Legati à Francis capti: occisi.
 75. Urbs Franco deditur. 76. re-
 cuperatur à Belgis. 212. diripitur.
 216.
Austria quid significet. 1. origo: ety-
mō: prestantia. 32. 34. prima in cly-
peis insignia. 37. Dux: Archidux
primus. 38. hodierna clypeorum in-
signia. 39. Austria Rex. 40. summa
duo Parlamenta. 184.
Auenna capta: excisa. 79
Audomari Fanum à Francis captum.
 130. à Belgis recuperatur. 162
Audenarda astu capta. 112
Anna Mommorancius, Francie Cone-
stabilis, Fano Quintini in auxiliū pro-
 ficiscitur. 697. praelio victus capi-
 tur. 699. liberatur. 709.

B

B *Abembegicorū in Austria origo*
 ac Imperium. 36
Barbarossa Hariadenus, Rex Algerij,
ac Solymani maris Praefectus, Nichā
Sabaudia oppugnat: Francus suam
classē iungit. 546. Algerium relict.
 555. mo.

555. moritur. 607.
Barna à quo condita. 25
Belgarum ac Leodiensium pugna: Bel-
garum victoria. 106. ad Bethuniā
clades. 133. Ordines Gandani con-
gregati pacem, liberato e Maxemi-
liano Casare, faciunt. 151. frustra
Atrebatum tentant. 167. calamito-
sum civile bellum. 111. Prouincia
Belgica admirabilis status anno
Christi 1492. 204. Picardos va-
stant: Peronam frustra oppugnant.
 498. Francos ad Terowāna eque-
 stri pugna superant: inducia cū Frā-
 cis. 505. frustra Landresium tentant.
 545. clades. ad Zittardam. 547.
Clinios ac Inlicos oppugnant.
 548. cum Francis mari pugnant.
 555. pax. ad Monstrelū cū Fran-
 cis. 567. cum Francis varia fortuna
 pugnant. 629. 635. funestum cum
 Francis bellum. 646. pugnant cum
 Francis mari. 665.
Berlarij Domini clades: mors. 173
Bellum Ioannis Hoornij, Antistitis
Leodiensis, contra Marcianos ac Leo-
dienses. 180. 181
Bellemonius Hannones praedatur: ca-
 pitur: punitur. 188
Bellivastri in Germania initium. 412
Belli inter Casarē Carolum 5. ac Pro-
testantes Germaniae Lutheranos pri-
 mus rumor. 569
Borselius Hollandiae gubernationi re-
 nunciare cogitur. 98
Borboniae Dux ad Casarem trāsit. 401.
in Hispaniam venit. 411. moritur.
 426. a Parisensi Senatu lesa Ma-
 iestatis condemnatur. 428
Bohemi rebelles à Rege Ferdinādo mul-
 tantur: ingratiā recipiuntur. 593

Brunschildis familia: mors. 4
Brugensium rebellio. 138. in ciues sa-
nuunt. 42. 145. 146. 150. 151. captos
aliquot Proceres Gandensibus do-
nant. 144. relicto foro, domū abeūt.
 151. eorum clades. 157. Proceres
 capiunt. 142. frustra Slaxam à Cli-
 uio repetunt. 145. ab Engelberto
 Nassauj Comite oppugnantur: Du-
 cem contra eum à Cluio accipiunt:
 mutuo bellum inferunt. 189. pa-
 cem à Nassauo impetrant. 199.
Brema à Caesarianis malis artibus op-
 pugnatur. 587. gratiā à Casare im-
 petrant. 593.
Brabantia vexatur: depopulatur. 165.
pestilentia grassatur. 176. rebelles
conciliantur Casari Maxemilia-
 no. 176.
Bruxellenses commeatus inopia labo-
 rant: inuuantur. 166. peste laborant.
 176. deserto Casare Maxemilia-
 nio, rebelli Cluio adherent: eum
 in Urbem admittunt: caduntur. 159
 nouam nauigabilem fossam VVil-
 lebrocum vsque fodere incipiunt.
 624.
Burgundiae Ducatus ad Francos defe-
 ctio. 62
Burgundionum ac Francorum in Comi-
tatu Burgundiae pugna: Francorum
 victoria. 86
Bura Comes Geldros oppugnat. 436
Busus proditor pro Francis, occiditur
Gandani. 553
Bullonia Arx proditione à Francis ca-
 pitur. 636

C

C *Carolus nonus Rex Francie. 729*
Caroli Magni maiores. 2
 CCC 2 Car-

INDEX

Carlomoni Oppidi conditor. 664
 Cancellarij quale officium. 56
 Camera Imperialis prima institutio. 229.
 Carolus Croniacus, primus Chimai Princeps. 103. quando creatus. 128.
 Casariani frustra Massiliam obsidēt. 406.
 Caroli Lanoi, Pro-Regis Neapolitani, mors. 428
 Caroli Melunij, Espinoi Principis, mors. 648
 Catharina Arragona, Anglia Regina, à Rege marito veneno sublata. 494.
 Caroli Aurelij Ducis à fratre veneno sublati mors. 568.
 Carolus Franc. Regis cum Belgis pax. 177. 220. Gandensium ad eum Legati: capti: liberati. 110. Creneceurium Gadenibus auxilio mittit. 114. litera ad Ordines Hannon. ac Brabant. 116. Caesaris Maxamiliani ad eam responsura. 117. pacē cum Casare Maxamiliano rumpit. 126. eius mors. 234.
 Carolus Egmondus, Geldria Dux, captus. 135. liberatus Cas. Maxamil. ac Belgis bellū infert. 191. 221. 269. 287. 298. 299. 316. 332. 433. Fracia Regis clientē se proficitur. 312. bellat in Frisia: cum Etzardo Emde Comite foedus. 315. Regi Francisco in Italia militat. 316. pugna nauali ab Hollandis superatur. 326. uxorem ducit. 353. Groningam venit: sacramentum ei renouant: dat eis Gubernatorem. 381. Steenwiccam capit. 404. vniuersa pellitur VVestfrisia. 404. Trans-Isalanas

tentat. 407. inducia cum Carolo Casare. 413. Gubernatorem Groninga mutat. 414. à Sollolanis capitur. 415. Traiectum ad Rhenum astu sui iuris facit: Martinum Rossemium eis praeficit: Tras-Isalania partem occupat. 430. Meursij Comitem Ultraieeto praeficit. 431. pacem violat. 499. postrema cum Casare Carolo quinto pax. 501. eius mors, testamentum, ac Epitaphium. 510.
 Caroli Sabaudie Ducis mors. 651
 Caroli quinti Caesaris natalis, magnificentia cum baptizaretur: educatio. 245. quas calluerit linguas. 345. fit sui iuris. 347. prima: ei desponsata. 252. altera. 276. tertia, nec villa ex his ducta: Legati ad Anglia Regem: cum eo foedus. 315. quarta desponsata, nec etiam ducta: foedus cum Henrico octauo Anglia Rege. 327. pax cum Franco. 330. 415. 453. confert Bruxella Aureum Vellus. 330. prima in Hispania profectio. 335. Rex Hispania coronatur. 337. vtriusque ani de eo iudicium. 338. ad Imperij dignitatem aspirat. 349. Caesar renunciat: per Legatum fit certior. 350. VVormacia Imperij Comitia celebrat. 353. ex Hispania in Angliam, indeque in Belgium traicit. 356. Hispania contra eum rebellio. 353. frustra de pace agitur. 359. Tordefilla à Regis expugnatur. 367. castra rebelles ac Regij conferunt. 369. rebelles superantur: Duces capiuntur: ignominia afficiuntur: maior rebellio

RERVM.

lium Vrbiū pars deditioem facit. 370. Zamora Antistes strangulatur: Duces ceteri ingulatur: ades eorum diruantur: Valentiam omnium postremi gratiam petunt. 371. 390. de domita Hispania fit certior: Aquisgrani coronatur. 373. pugna cum haereticis perpetua. 377. bellum in Italia contra Francos. 379. Francos ac Heluetios praelio superat. 381. apud Belgas vario euentu cum Francis bellat. 381. 408. 504. Caletio in Anglia traicit: honorifice excipitur. 382. in Hispaniam nauigat: Ordines conuocat: accipit nuncium de inuentione nouae Hispania. 383. Eerdinandum Cortesium Marchionem renunciat. 384. rebellibus Hispanis gratiam facit. 390. victoria naualis. 392. prosperam fortunam moderate fert. 408. querit quid de captiuo Rege sit statuendum. 409. gravis conuulatio. 411. bellum contra Confederatos Italos. 422. 425. uxore ducit. 423. Comitia Spira celebrat. 424. foedus cum Papa Clemente. 425. liberalitas erga Amersfortios. 444. clades naualis. 448. in Italia venit. 456. Bononia Papam conuenit: cum Venetis ac Sforia foedus facit. 457. Bononia coronatur. 459. qua ratione Augusta sit receptus. 461. contra Turcam expeditio. 469. in Hispania properat. 471. iterum Bononia cum Papa tractat. 472. Caesaris ac Franci diffidētia. 475. in Hispania appellit. 476. expeditio contra Barbarossam. 485. in Africa appellit: duas Fracorum naves capit: meratū

Alexadrina capta: Guleta oppugnatur: capitur: Casar Tunetū proficitur: pugnat, superatq; Barbarossam. 487. serui Christiani Tunetū cū Arce tradit: liberantur: Tunetum diripitur. 488. cum Anglo foedus. 547. iterū Comitia Spira: exercitum recenset. 548. 555. Duram expugnat. 549. Landresium frustra obsidet. 552. Cameracum sui iuris facit: adificat Arcem. 554. pax cum Dano. 555. Franciam ingenti exercitu tribus diuersis locis inuadit. 560. Fannū Desiderij obsidet. 561. potitur. 562. in mediam tendit Francia: Parisij fuga incunt. 563. postrema inter Casarē ac Regem Franciscum pax. 564. conditionibus: satisfaciunt. 566. Ultraieeti numerū Aurei Velleris Equitū cōplet. 567. conatur Germanos ad Catholicam reducere Religionem. 568. Comitia Ratisbonensia: Principes Lutherani non veniūt: statuit eos cogere: à Geldris ac Zutfanis inauguratur. 569. ad Heluetios mandata. 571. copia ac Duces contra Lutheranos. 574. castra ad Ingolstadium. 579. Fredericum Com. Palatinū ac Vlmenses in gratiam recipit. 582. deinde Ducem VVirtembergensē, ac multas ciuitates liberat. 583. Saxonia Duce capis. 589. ad Casarem ductus quid dixerit, responsique acceperit: lese Maiestatis condemnato vita restituit. 590. VVitēberga deditioem facit: eam ingreditur. 591. multa rebellium: Comitia Augustiana: 594. frustra filij Philip. Rom. Regē creari cupit. 595. libellum emitit cum titulo Interim: rebelles aliquot capite punit: Mauritio Saxoni cōfert dignitatē Septem-viratus. 596. filia Maria despondet Maxamiliano Austria Archduci.

INDEX

proscribit fugitivos rebelles. 597.
 cum Saxone & Hesso captivus in Belgium proficiscitur: Hesium Mechlinie arcte custoditum relinquit: Saxonem secum ducit. 598. 599. Comitata Augustana. 605. celebrat. 606. iterum de filio Rom. Rege creando frustra agit. 625. novum in Germania, Italia, ac Belgio bellum. 631. fugit Oeniponte in Carinthiam. 636. Saxonem in libertatem restituit. 637. nova eius contra Germanos copia. 638. tremuit Germania: Metim obsidet. 639. bellum Senense. 640. 642. 645. 653. Metim deserit. 642. Sebastianum Scartleum in gratiam recipit. 650. bellum contra Papam Paulum 4. 666. in filium Philippum Belgarum Provincias; deinde omnes Ditiones transfert: fratri Ferdinando Casaream dignitatem cedit. 667. variis Orationes ob has res habita, emissaque Diplomata. 668. Legatos ad Germania Septem-viros cum literis mittit, dans potestatem legendi Rom. Regem in Casarem. 686. cum classe è Belgio cum duabus sororibus solvit: in Hispaniam appellit: habitationem eligit: quo modo reliquæ vitæ exegerit: mors ac sepultura: corporis habitus ac animi. 688. 689. è Tunetana expeditione in Siciliam ac Italiam reuertit. 489. fœdus cum Venetis contra Francum. 495. Italie Urbes inuisit: Galliam Lugdunensem inuadit. 496. deserit. 497. fœdus cum Venetis ac Papa Paulo tertio: bellum contra Turcam: Paulum tertium Nicea Sabaudia excipit cum eo discedit. 508. 509. Franciscum Francie Regem inuisit, illèque Casarem. 509. 510. uxoris mors. 512. per Franciam in Belgiu tendit. 515. Gandau cum milite intrat:

rebelles punit: leges mutat. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. Belgarum Provincias inuisit. 529. Comitata Ratisbona celebrat. 530. declarat se Ditione Mediolanensi non cessurum, alia Franco promittens: è Germania in Italiam tendit. 531. ubique honorifice excipitur: contra Algeriu expeditio: tempore cladem accipit. 532. in Hispaniam reuertitur. Francia ac Danie Reges bellum ei indicunt. 533. Hispanorum in Ditione Peruana defectio. 543. cum insigni classe è Hispania Geniu appellit. 546. cum Papa colloquium. 547.
 Castella Conestablis Casaris Caroli petitioni intercedit. 511
 Celeres equites in Galliis quando primum instituit. 61
 Creucecurius cum Francorum exercitu Gandauum venit. 118. Tornacum reuertitur. 118. Gandenses obiuergat. 163. Atrebatum frustra recuperare conatur. 218. eius mors. 222.
 Civile inter Belgas bellum sanum. 160.
 Clotarius primus Galliaru Monarcha. 45
 Clemens 7. fit Papa. 402. pax cum Casare. 408. 428. 452. capitur. 426. liberatur. 437. moritur. 483.
 Diuus Columbanus. 6
 Cœnobium D. Claræ Viennæ Austria edificatum. 15
 Comitatus Burgundia Francos admittit. 69. iterum pellit. 71.
 Contracum capitur. 137. belli Duces occidunt. 196
 Con-

RERVM.

Constantienses oppugnantur. 597. Ferdinando Rom. Regi deditioem faciunt. 598.
 Confœderatorum Italarum contra Carolum 5. Casarem bellum infelix. 445. 448. 451. à Franco deseruntur. 456. Casari conciliantur. 458.
 Confessionis Augustana initium ac occasio. 464
 Coronem Gracia Ciuitatem à Turcis obsessam Andreas Austria liberat. 476.
 Concilium Pisis contra Papam Iulianum indictum. 297. abrogatum. 302.
 Cruces in hominum vestibus apparent. 252.
 Christophorus Columbus primus novarum Insularum repertor. 383. qui cum sunt secuti. 384
 Christierni secundi & tertij Danie Regum fortuna. 412. 468. 469
 Cidiarfa Caruanin Mauritania Rex, Casaris partes sequitur. 609
 Christophorus Madrucius, Cardinalis Tridentinus, Ducatus Mediolanensi à Casare preficitur. 667
 Cuscanorum in India Occidentali mores ac opiniones. 474
 Cosmus Florentie Dux ordinem nobilitatis Equitum instituit. 721
 D
 Delphi apud Batanos fortuito igne deflegrat. 499
 Dula Burgundia à Francis frustra oppugnata. 72. capta, ac incensa. 87.
 Digconum Burgundia frustra tentatum. 73

Dordracum Cabbelianij astu capiunt. 99.
 David Burgundus, Episcopus Ultraiectinus, ab Houkys capitur. 108
 Damnum Flandrie frustra oppugnatum. 157
 Dimidia pars Brabantia ac Leodij rebellat. 159
 Diestum quo modo ad Nassanos peruenit. 233
 Diuisio Orbis terra inter Castellanos & Lusitanos. 386
 Ducatus Burgundia Diplomata, Tabula, ac tituli in Belgium perlatis. 125.
 Duinkerka à Belgis recepta. 161
 Dragutus Urbem Africam occupat: Regem se nominat: a Casarianis pellitur. 608
 Discordia ac bellum inter Franciscum Pisarram & Iacobum Almagrium, Hispanorum Prefectos in India Occidentali, indeque rebellio. 474. 542.

E

Edwardi quarti Anglie Regis mors. 110.
 Eingelbertus Nassauj Com. Flandrie Gubernator. 178. mors. 267.
 Electores Germania conueniunt, ut loco defuncti Casaris Maxamiliani primi alium legant. 349
 Elizabetha Anglia Regine natalis. 476. 709.
 Elizabetha Austriacæ, Philippi filie, natalis. 252. mors. 325.
 Elizabetha Castelle Regine mors. 269
 Erasmi Roterodami mors ac lans. 499.

INDEX

Euerardi Marcani Cardinalis, Episcopi Leodiensis, mors. 511
Ericus Brunsvuicanus Cruningio ad Bremā Caesaris iussu succedit. 587.
 à Lutheranis prælio superatur. 588.
Etzardus Comes Emdæ cum Saxonibus contra Groninganos bellat. 237.
 à Groninganis in Principem recipitur. 278. Arcem in Urbe adificat. 280. fœdus cum Georgio Saxone. 281. secretum eius consilium. 282. apud Saxones malè audit. 287. Caesaris Maxem. ad eū literæ. 306. ab eodem proscibitur: cū Carolo Gelandria Duce fœdus. 309. Francia Regis clientem se proficitur. 312. Gelandrum fallere conatur. 319. VVestfrisiā ac Groninganos deserit: Ieneranis bellum infert: nascitur aliud cum Erico Brunsvuicano. 322. à Brunsvuicanis superatur. 326. pax cum Carolo Austriaco: Gandauum ad Casarem Maxemil. ciuitas venit: se defendit. 333. nouum fœdus (renunciāns Francico) cum Carolo Austriaco facit. 334. dicto Carolo, ut Groningæ Legatus, sacramentum dicit. 335. bello liberatur: Ditionem recipit: milites eius agrum Groninganiū diripiunt: iungunt se his multi alij, ac vicinos depredantur. 336 acceptā clade dissipantur. 337.
Eduardi quinti Angliæ Regis mors. 644.
Emanuel Philibertus, Sabaudia Dux, Caesaris apud Belgas Legatus, Hefdinum capit: diruit. 647. nouū adificat. 648. 657. cum Francis accipi prælio certat. 648. in Picardiam

cum exercitu tendit: eam effusissimè vastat. 657. 658. Regis Philippi Francico bello Legatus. 697. Fanum Quintini oppugnat. 698. expugnat. 700.

F

FANUM Trudonis frustra oppugnatur. 166
Ferdinandi Austriaci Caesaris natalis. 262. in Belgium, indeque in Austriam profectio. 337. uxorem ducit: fit Archidux Austriae: rebelles Austriaci arma ponit. 378. fit Romæ Rex. 466.
Ferdinadi Danali, Piscarij Marchionis, mors. 411
Ferdinadus Catholicus, Hispaniæ Rex, Regnū occupat Nauarra. 300. moritur. 325
Ferdinadus Magellanus Insulas Moluccas quarit. 384. fretum à se nominatum primus transiit: nouas insulas adiit: interficitur. 385. Socerū eius mors. 386.
Ferdinandus Aragonius carcere liberatus uxorem ducit. 390.
Ferdinandus Gonzaga, Siciliae Pro-Rex. 489. Mediolani Praefectus. 569. mors. 703.
Ferdinandus Toletanus, Alba Dux, Mediolani Praefectus: contra Francos inefficax. 663. bellum contra Paulum quartum Papam, eiusque successus. 666. 684. Pro-Rex Neapolitanus. 667. secretum cum Carolo Caraffa Cardinale fœdus. 685. eius contra Francos in Italia copie. 694. Quisum spe pugna ludificat: Pontificem terret. 696. Romam cum exercitu

RERV.M.

exercitum contendit. 701. pax cum Pontifice: Romam venit. 702.
Ferdinandi Regis Bohemia in Belgii aduentus. 517. in Austriam rediit. 529.
Flandriæ mari Hollandis infestis. 113. Insulam VValcheranam diripiunt. 114. Flandria vexatur. 165.
Florentius Egmondus, Bura Comes, Frisia praeficitur. 322. eius mors. 515.
Florentia à Casarianis oppugnatur. 456. 457. prælio superatur: Alexadrum Medicenam primum Ducem accipiunt: is Caesaris filiā notham ducit, nomine Margaritam. 460.
Fetus in utero materno vagire auditus. 285.
Fontarabia à Francis capta. 369. ab Hispanis obfessa. 383. laborat inopia. 388. introducere commeatum conantibus eripitur. 392. 393. de commeatu à Francis prouidetur. 394. deditioem Hispanis facit: Praefectus ignominia notatur. 406.
Framondus, corrupte Pharamondus, quid sonet. 1
Fredericus Austriacus, Comes Tyrolis, proscibitur: pellitur. 17
Frederici tertij Caesaris natalis, ac vita. 19. contra Gandenses expeditio. 155. à filio Maxemiliano Louaniy recipitur: à Belgis honoratur. 128. in Germaniam reuertit. 129. 159. mors 20. 221. Philippum Ciliuum proscibit. 158
Friburgum utrunque à quo conditum. 25.
Franci frustra Tornacum tetant. 114. 121. insolenter Gandani agūt. 118.

*Atrebatas inuadūt. 507. 629. inducia cū Casarianis. 507. Perpinianū frustra tenant: Atrebatas vastant. 540. in Pedemonte Casarianos urgent. 541. 555. ex quo Turcis fœdere sunt iuncti, nil bene cessit. 556. Marieburgum capiunt: Hunnones ac Atrebatas populantur. 659. Leodios inuadunt. 635. in Sabaudia rem gerunt. 664. duplex Francorū clades. 664. 665. Landresij clades. 64. Burgundia Comitatum capiunt. 86. 87. Lutzenburgios inuadunt. 97. Bergas D. Winoci ac Borburgū capiunt: VValcurtum occupant. 161. tota pelluntur Flandria. 64. Flandris in auxilium veniunt. 169. ab Anglis vincuntur. 168. frustra Niportum tentant. 169. Tornaci admittuntur. 64. Neapolim obsidentes inopia laborant. 449. ibidem miseria ac calamitas. 450. cum Hispanis bellum. 265. pax. 271.
Frederici Hornani mors: laus. 130
Francisci Brederodij fortuna: mors. 180.
Franciscus Sickingius Lutheranus Catholicos vexat. 389
*Franciscus Sfortia Mediolani restituitur. 379. Diploma à Casare accepit, quo Dux renunciatur. 411. Mediolano excedit. 422. obsidetur. 411. Casari conciliatur: eius neptis ei desponsatur. 458. ducit eam. 475. Casarem Mediolani honorat. 476.
 Frisi proscipti. 322
*Franciscus primus Francorum Rex: Caroli Austriaci ad eum Legati: fœdus. 315. victoria Marimiana: capit Ducatum Mediolanensem.***

in Franciam revertit. 316. ad Casarem dignitatem frustra aspirat. 349. consilia contra Carolum quintum Casarem designatum. 351. pacem cum Casare Carolo rumpit: Fontarabiam capit. 369. Regnum Navarræ occupat: proelio victus iterum eicitur. 372. Atrebatas ac Hannones vexat: Hesdinum, Rentiacum capit. 380. 395. Casaris ac totius fatalia contra eum foedus: causa defectionis Borbonij. 400. suorum in Ducatu Mediolanensi clades. 402. Picardia vexatur. 403. 405. Mediolanum capit: ad Ticinum capitur. 406. 408. libertatis sua leges Casari transmittit. 409. in Hispaniam abuebitur. 410. periculose agrotat. 412. libertatur: Regi Anglia gratias de libertate agit. 420. monstrat se pacis leges non servaturum: foedus cum Italis contra Casarem. 421. invidiam Casari concitare conatur: egregie illi respondetur. 424. pacem violat: foedus cum Turca. 425. bellum Casari infert. 445. Casarem mentiri dicit: ad singulare certamen vocat. 446. Casaris ad hæc responsum. 447. Genna pellitur. 451. clades ad Landrianum à Leua accepta. 452. pax cum Casare. 453. filios obsides, pacto convento satisfaciens, recipit. 465. Casaris sororem Leonoram uxorem ducit: clam Casari bellum parat: cum Turca ac Lutheranis foedus init. 466. legiones septem in Francia Romano more instituit. 484. pacem violat: Carolum Sabaudia Ducem pellit. 495. filium Franciscum Delfinū amittit.

497. Atrebatas oppugnat: Fanū D. Pauli munit. 503. perdit. 503. cum exercitu in Sabaudiam proficiscitur. 507. Casarem inuist. 509. Casaris sorores Cameraci inuist: ad Fanum Quintini eas late excipit. 511. Legatos ad Turcam mittit: à Casarianis interficiuntur: hanc rumpedarum induciarum occasione sumit. 531. rupta pace, tribus exercitibus Casarem diversis locis inuadit. 534. Atrebatas ac Hannones vastat: Landresium capit ac munit. 544. quinque exercitibus uno tempore Casaris Ditiones inuadit: Turcarum classem contra eum evocat. 545. Lutzeburgū capit. 552. pacis cum Casare auctores quarit, ac inuenit. 562. contra Boloniam ab Anglis captam exercitum ducit. 568. moritur. 586.

Franciscus Borbonius, Anghiani Dominus, Francorum apud Pedemonios Imperator: Carinianum obsidet: proelio Vastij Marchionem superat. 556. Carinianum obtinet. 560. infelici casu moritur. 584.

Francisci Pisaræ in Occidentem navigationis: legatio ad Atabalipa Cuscæ Regem. 472. eum superat: capit: strangulat: Cuscam occupat: milites Hispani dutescunt scrutandis sepulchris. 473.

Franciscus Lotharingus, Guisæ Dux, Francorum in Italia Imperator. 693. Romam venit: bellum in Regno Neapolit. 695. ex Italia in Franciam reuocatus. 701. Caletum capit. 704.

Franciscus 2. Francorum Rex. 716. mors. 721.

Gan-

G

Andenses, detentis Maxamiliani primi Casaris liberis, eo inuito tutelam arripiunt. 105. auxilium à Franco contra Maxamili. accipiunt. 114. eorum clades. 115. belli Duces capiunt: aliquot supplicio afficiunt: ceteri Tornacum fugiunt. 120. Brugis frustra admitti petunt. 140. in ciues aliquot faciunt. 149. tumultuantur: inter se pugnant. 89. 97. 122. contra Mariam Burgundam rebellio. Proceres eius aliquot occidunt. 60. 67. 68. Mariam inuitam nubere volunt Adolfo Geldria Duci. 74. ad Philippum Clinium deficiunt. 192. Teneramundam frustra tentant. 193. Geertsbergam capiunt: incendunt: caduntur. 194. pax Casantiana. 203. contra Casarem Carolum quintum coniurant: arma capiunt: causa ac successus coniurationis. 512. 513. 514.

Geertsberga capta: incensa. 113

D. Germanici Monasteriū à quo Parisiis edificatum. 1

Germanorum secessio. 129

Geldri Burgundos Belgasque pellunt. 74. Belgis bellum inferunt. 86. 100.

Ditionem Trans-Isalanam Casari Carolo 5. relinquunt. 436. pacem cum Casare Carolo 5. 440. contra Ducem Carolum rebellant: pacem cum eo faciunt. 506

Gemapium Belgis deditur. 174

Genua libertatem accipit. 451

Georgius Saxo, Frisia hereditarius Gubernator. 244. us nouas dat leges.

267. ius suum in Carolū Austriacum transfert. 318. 319. Frisia dominationi in perpetuum valedicit. 322.

Georgius Sceinckius Geldro bellū infert. 435. Trans-Isalanie proficiscitur. 436. Ditionem Groninganam Casari acquirit: Dammum Frisia expugnat. 500. 501. mors eius. 529.

Georgius Austriacus, Episcopus Valentinus, à Franco captus. 531

Graia, Francis eiectis, recuperata. 73.

Groningani Westfrisia dominatum à Casare Maxamiliano primo impetrant. 224. bella inde orta, ac factiones: foedus cum agricolis: eiusdem violatio. 225. 226. 234. 235. victoria contra Guardianos. 239. eos stipendiis suis addicunt. 244. 250. clades: frustra de pace agitur. 251. 271. 273. à Casare Maxamiliano proscripti: Saxones superant. 272. fames ac inopia. 277. Saxonum praesidiarius liberantur. 280. variis rationibus ac temporibus frustra de pace agitur. 286. Pap. rogatus semiscet. 287. à Comite Etardo Emdano sacramento liberati, Carolo Geldria Duci sacramentum dicunt: arcem diruunt. 313. cum Comite Bentemio transigunt: Delftzilam demoliantur: Dammum Frisia muris ac vallo nudant. 326. Caroli Ducis Geldriae nuptias honestant. 353. nouum illi sacramentum dicunt: ea de causa vastati. 380. inducia cum Casare. 407. nouum Geldro dicunt sacramentum. 412. 413. scditio in

DDD 2

Urbe.

Urbe. 414. cum Casare transgunt:
in eius potestatem veniunt. 500.

Guilhelmus Marcannus Traiecti ad
Mosam capite plexus. 118

Guilhelmus Eincaffordius, Episco-
pus Ultraiectinus. 459. mors eius.
499.

Guleta expugnata. 487

Guilhelmus Croniacus, Cheura ac
Arsehoti Dominus, Caroli quinti
Casaris nutritius. 346. summa
eius autoritas. 347. 354. mors
eius. 378

Gunsalvus Pisarra, ac Franciscus
Carnaialus, in Ditione Peruana
cum Hispanis militibus pro ma-
iori parte a Casare Carolo quinto
deserunt. 543. 611. superantur,
ac capiuntur. 622. interficiuntur,
ceteris data gratia. 623.

Guilhelmus Marcannus, Clivia Dux,
a Casare Carolo quinto deficit.
cum Franco foedus facit. 529. Pa-
risiam venit: uxorem ducit. 530.
pacem cum Casare repudiat. 548.
Carolo quinto Casari fit supplex:
pacem ab eo accipit. 550. uxorem
Austriacam ducit. 551.

Guilhelmus Bellains, Francorum Im-
perator: prudentia eius bellica.
540. bonarum literarum peritissimus.
mors. 541.

Guilhelmus Erustenbergij Comes:
pro Casare Francus bellum in-
fert: frustra Lutzenburgum ob-
sidet. 554. a Francis capitur.
563.

Guilhelmus Nassanius, Aurantij
Princeps, duodecim annorum ad Bel-
gas venit. 562

H Abspurgicorum initia ob anti-
quitatem obscura. 7. Arcis
origo. 6. 10. vxorum fecundita-
te pauperes. 11. scutorum insignia.
31. 3. 4. 5. 7.

Halla Harmonia frustra oppugnata.
168.

Halecum captura quando reperta.
205.

Hasbania populatur. 173

Heretici arrogantes. 461

Heinricus Dux Brunsvichi cadit.
309.

Heluetij quo tempore primum ab
Habsburgijs defectionem moliri coe-
pere. 24. 30. cum Francis perpe-
tuum foedus. 86. detecta contra
Maximilianum primum Casarem co-
iuratio ac proditio. 128. Catholico-
rum ac Zuinglianorum inter se
bellum. 468.

Heinricus VVitemius Bruxellam ve-
xit: ades eius in Vrbe demoluntur.
restituunt. 160.

Heinrici Com. Nassanij nuptia. 315

Heinricus 7. Anglia Rex docet Bel-
gas sibi cura esse. 284. eius mors.
295.

Heinricus 8. Anglia Rex. 295. bel-
lum contra Francos: in Belgium traui-
cit: Terouvanam obsidet: Casarem
Maximil. in castra recipit. 302.
Francos vincit: Terouvanam capit
ac diruit: restituit: Tornacum ca-
pit: Arcem in eo condit. 304. in
Angliam reuertitur. 305. pacem
cum Franco facit: reddit Terouva-
nam ac Tornacum. 314. in Belgium
trauit: Francos inuadit. 389. egre
fert

fert Casaris ad Papiam, capto Fran-
co, victoriam. 409. cum Franco con-
tra Casarem foedus. 410. bellum Ca-
sari indicit. 445. 447. ad impieta-
tem & libidinem animum conuertit:
fit tyrannus. 447. 448. Casaris Ca-
roli materteram repudiat: Annam
Boulainiam pellicem inducit: Ecclesia
Anglicana caput se pronunciat. 476.
Belgis inuictus, Monstreulium obsi-
det: Boloniam oppugnat. 560. caput
in Angliam reuertit. 567. pax cum
Franco. 573. mors eius. 584.

Heinrici Nassanij Comitis mors.
499.

Heinricus Aurelia Dux uxorem du-
cit Catharinam Medicam: postea
Francie Reges. 474. fit Francorum
Rex nominis secundus. 586. clā Ca-
rolo 5. Casari bellum parat: cum Tur-
ca foedus: eis Tripolim prodiit: Bel-
gas mari, rupta pace, opprimat: belli
causam in Casarem reuocat. 627. quid
eum ad bellum copulerit: in Italia fer-
uet bellum. 628. cum exercitu in Lo-
tharingiam tendit. 631. Tullium, Ver-
dunum, Pontimuffonium, Metum, ac
Nanciam occupat. 632. Ducem Caro-
li, nouennē puerum, desponsata filia
Clandia, in Franciam mittit: Treuerim
ac Argentoratū frustra tentat. 633.
petunt Protestantes Lutherani con-
federati in Franciam redeat: facit:
Lutzēburgijs inuadit. 634. iussum,
capto Petro Ernesto Mansfeldij Co-
mite, capit. 635. Hannones vastat: in
Francia redit. 636. inuictus Turca-
rum clāsi, Concyram inuadit. 645. Bel-
gas inuadit. 649. in Italia bellum re-
nouat. 654. sicut in Maria Au-
striaca delicias. 655. aduenientē fu-

giēs Casarē, Franciam, vastata Han-
noma, repetit: Atrebatas populatur:
Arcem Rentiacā frustra oppugnat:
aqua clade cum Casarianis pugnat:
clam discedit. 656. 657. inducitur cum
Casare ac Philippo eius filio. 682.
eas uiolat. 684. 685. Franciscum Lo-
tharingum, Guise Ducē, cum exer-
citu in Italiam Paulo quarto Papa
in auxilium mittit. 685.

Honkij a Maximiliano puniti. 98. 99.
tumultuantur. 179.

Hulstani Gandensibus bellum inferunt.
145.

I Acobi Medikini, Marchionis Ma-
rignani, mors. 667.

Jacobus Almondus, Hollandorū ora-
tor. 126

Jacobi Sabaudi, Romontij Comitis, ge-
sta contra pradatores. 96. 97. a Ca-
sare Maximiliano primum ad re-
belles Gandenses, deinde ad Francos
deficit: populatur fideles Belgas.
112. in Franciam proficiscitur. 120.
eius mors. 130.

Jacobus Crummgus, a Casare Caro-
lo contra aliquot Protestantes mis-
sus, tandem Bremam obsidet. 586.
occiditur. 587.

Jacobus Almagrius Ditionem Chilia-
nam vincit: nobis antipodes. 474.

Ignominia Nobiles notati qua ratione,
quoad Francos defecerant. 99.

Impietas punita. 103. 216

Insula Balearum maioris rebel-
lio: bis praelio superati: de-

ditionem faciunt: auctores puniti:
populo sit gratia. 391.
Infantasia Ducis, praesente Casare, ar-
rogans factum. 511
Ioannes Challonius, Aurtatij Princeps,
à Pugnace eiusque filia Maria de-
fecit. 61. in gratiam cum ea redit.
71.
Ioannes Carödeletus, Burgundiae Can-
cellarius. 97. dignitate exiit.
233.
Iodocus Lalanus, Hollandiae Praefe-
ctus. 98
Ioannes Hoornius, Antistes Leodien-
sis. 103
Ioannes Coppenollius Brugae venit.
144. rebellibus Gandensibus presi-
citur. 192. ab iisdem tormentis la-
ceratur: capite plectitur. 195.
Ioannes Mairus, dictus Grisardus, A-
trebatum, cunctis Francis, Belgis re-
stituit. 212. eius mors. 217.
Ioannis Medicis mors. 423
Ioannes Maria Montanus fit Papa
nomine Julij tertij: Casaris filii-
lique eius ad eum Legati. 605. cum
Casare contra Francum in Italia
bellum. 628. eius mors. 661.
Ioannes Petrus Caraffa fit Papa no-
mine Pauli quartij: Iesuitarum So-
cietatem approbat. 661. bellum con-
tra Casarem eiusque filium Philip-
pū. 666. animi eius contra hos acerbi-
tas. 683. mors. 710.
Ioanna Arragone, matris Caroli 5.
Casaris, mors. 661
In proditores ac desertores militaris
iustitia rigidum exemplum. 694.
695.
Ioannes Angelus Medekinus fit Pa-
pe nomine Pij quartij. 716

K

K Enemerlandorum apud Hollan-
dos contra Maxemilianum
Casarem rebellio: eius causa. 197.

L

Lancelotus Barlaimontius interfi-
citur. 110

Legati à Maria Burgunda ad Lo-
dovicum Francorum Regem. 66.

Leodenses ob Guilhelmi Marcani
mortem tumultuantur. 120.

Leonis decimi Pape mors. 379

Lensum apud Atrebatas Belga caput.
128.

Legati Principum Germania ad Bel-
gas pro Casaris Maxemiliani li-
beratione. 148

Legati in Franciam confirmandae pacis
causa. 176

Leonora Austriaca natalis. 234. mors.
689.

Lingana Ditio in Casaris venit pote-
statem. 602

Lodovicus undecimus Francorū Rex,
quid mortuo Pugnace sit molitus. 61

Burgundos tentat. 62. Belgas inua-
dit. 63. Picardiam recipit. 63. 64.

Atrebatum minus illi deditur. 65.
idem fit Lensij, Bethuniae, Terowa-
nae, Hesdini: pacis leges Maria

Burgundae praescribit: eius Legatos
tentat. 66. Boloniam recipit. 75. A-
trebati admittitur: fidē civibus fallit:

migrare eos in Franciam cogit: inde
novos vocat colonos: Atrebatū Frā-
cisiam ac Francovillā vocari iubet.

Hannoniam inuadit. 76. 77. 90.

iterum

iterū cum Cameraco deserit. 85. 86.
cum Maxemiliano induciae: reddit
Hannoniā, Tornacum, Comitatum
Burgundiae. 88. 89. moritur: sepe-
litur. 110.

Lodovicus Borbonius, Antistes Leo-
diensis, à Guilhelmo Marcano in-
gulatus. 102

Lodovicus Rex Hungariae à Turcis in
proelio victus, vitam ac Regnū amit-
tit. 424.

Lodovici Sfortia, Ducis Mediolanen-
sis, fratris eius, liberorumq; fortuna.
249.

Lodovicus duodecimus Francorum
Rex: eius cum Maxemiliano Ca-
sare induciae. 234. caput Mediola-
num. 249. pax cum Casare Ma-
xemiliano. 268. filiam Claudiam
Francisco Engulema Comiti tradit.

282. 285. ab Heluetiis proelio ad
Novariam superatur. 301. altera
eius uxor. 314. mors. 315.

Lusitanorum erga Castellanos crude-
litus. 387

M

Maria Burgunda, Caroli Pugna-
cis filia ac heredis, natalis: è
sacra fonte susceptores: guberna-
trices. 56. 727. proci: ad Maxe-
milianum inclinat: detegitur ei
patris mors. 57. 59. Hugonci Ca-
cellarij ad eam Oratio. 58. patri
iusta soluit: varia de Pugnacis mor-
te opiniones: Belgarum populi sa-
cramentum ei Gandani dicunt: Le-
gatos ad Francum mittit. 59. ex-
torquent ei Gandenses privilegia:
Legati ad Lotharingiae Ducem. 60.

orat pro Procerum vita. 69. Auen-
nensibus auxilium mittit. 78. in

Maxemiliani nuptias consentit:
Casaris Frederici ad eam hac de re

Legati: quid egerint. 79. Maxe-
miliano nubit. 81. è scena casus
innocens. 99. equo decidens mori-
tur. 100. sepelitur Brugis. 101.

Maria Austriaca natalis. 275. nuptia.
324. 378. Belgarum Gubernatrix.
465. impetrat à fratre Casare de-
creti contra hereticos editi modera-
tionem: è Germania ad Belgas re-
uertit. 626. contra Francos bellum
publicat. 627. mors eius. 689.

Maria Anglia Regina. 644. Catholi-
cam Religionem insula restituit:
rebelles superat: Philippo Austria-
co, Hispaniarum Principi, despo-
detur. 650. Elizabeth eius soror ob re-
bellionem captiva, operā sponsi Phi-
lippi liberatur. eodem. eius mors.
709.

Margarita Austriaca natalis. 97.
Delfino desponsata, in Francia nu-
tricienda mittitur: allata ad eius no-
men. 107. à Franco repudiata, ad
Belgas reuertitur. 221. fratris spō-
sam inuit. 231. proficiscitur in
Hispaniā, Principi Hispania nup-
tura. 232. nubit: fit vidua. 233. ex
Hispania vidua reuertit. 245. se-
cūda eius nuptia. 252. iterū vidua.
270. Belgarum Gubernatrix. eodem.
moritur. 465.

Margarita Eboracensis, Pugnacis vi-
dua, mors. 263

Mantua Dux primus. 459

Marcani Proceres è Ditione Leodiensi
Belgis inferunt bellum. 229. 288.
pacē faciunt. 331. eam violat. 379.

Mar-

- Martini Lutheri secta sponsalia.* 264. initium. 338. turbulentus. 351. quid sit conatus. 374. accepta fide publica, *Vormatia* ad *Casare* venit: proscibitur: scripta igni cōdemnantur. 378. 406. belli classicum sonat. 467
- Magdeburgii in rebellione persistunt.* 593. proscibuntur. 594. 605. obsidentur. 610. oppugnantur: bis superantur. 611. simulatē oppugnantur. 627. liberantur. 629.
- Mauritius Saxo in Casaris Caroli partes venit.* 570. *Magdeburgum* malis artibus oppugnat. 629. Protestantibus fauet: cum *Franco* contra *Casare* foedus. 630. *Casari* Carolo bellum infert. 631. *Casare* fugientem persequitur: pacem cum eo facit. 637. Dux socialis exercitus contra *Albertum Brandeburgium*. 642. cum pugna superat. 643. ex vulneribus moritur. 644.
- Martinus Rossenius cum Clinii ac Francis in Brabantiam expeditio.* 534. eius finis. 539. prior eius expeditio in *Hagam Comitum Holladiæ*, eiusque finis. 433. *Casari* Carolo quinto sacramentum dicit. 551. moritur. 664. Antistitiis *Ultraiectini* copias superat. 435.
- Marci Antonij Colonna victoria contra Julium Vrsinum, Pontificis Ducem.* 696.
- Maxemilianus Egmōdius, Bura Comes, Frisia proficitur.* 529. *Casari* Carolo 5. in Germaniam contra *Lutheranos Belgarum* adducit auxilia. 578. 580. a *Casare* dimissus quidem itinere egerit. 585. eius mors: filia bares cum nupta. 600
- Maxemiliani Sfortia mors.* 466
- Maxemilianus secundus Austria Archidux: cum uxore ex Hispania in Germaniam rediit.* 630. ad *Jocerū Casarem Carolum* 5. in *Belgiū* cum uxore profectio: de uxoris dote transactio. 685
- Maxemilianus 1. Austria Archidux: eius natalis.* 729. *Mariā Burgundam* procat: eius laudes. 69. ad *Belgas* venit: *Gandavi Mariam Burgundam* uxorem ducit: ex *Belgarum* consilio ad bellū *Francicū* se accingit: iuvant eum *Belgarum* inauguratur. 81. 82. *Brugis Ordū Aurei Velleris* accipit ac donat. 83. cū exercitu in *Hannoniā* proficiscitur. 84. *Sigismundo Tyrolis Comiti* contra *Venetos* auxilia mittit. 88. *Terrorvanam* obsidet. 91. Pugna ac victoria *Blangifaca*, seu *Gniulgatana*. 92. ad mortem egrotat. 97. *Houkii* in *Hollandia* bellum infert. Inauguratur a *Lutzenburgis*. 98. *Guilhelmū Marcanū* in gratiam recipit: *Buscoduci* creat *Aurei Velleris* Equites. 99. domitis *Geldris* ac *Zutfaniis* inauguratur. 100. fit viduus. anno etatis 23. a *Brabantis liberorum Tutor* admittitur. *Flādris* idem facere recusant. 101. *Hollādii Tutorem* admittunt: bellum contra *Leodienses* ob casum *Antistitē Lodovicum Borbonium*. 102. pax cum *Lodovico undecimo Franc. Rege*. 103. bellum *Leodiense* feruet. 106. pax cum *isdem*. 107. contra *Pitraiectinos* bellum. 108. deditiōē faciunt. 109. ab *Hannonis Tutor* admittitur. 110. bellum cum *Gandensibus* ac *Flandris*. 111. 112. 114. gladem

sladem Gandensibus infert. 115. pax cum *Flādris*: *Brugas* venit: pacis conditiones. 121. *Gandanum* venit: filius *Philippus*, ac *Rectores Urbis*, ei obviā veniunt: *Urbem* cum quinq. millibus virorū intrat: *Martinū Pasartum Equitē* creat. 122. multat *Gādēses*. 123. parat iter in *Germaniā*: *Belgiū* statum familiamq. coponit. 124. itineris ratio: patrem *Fredericum Casare* salutat: *Rom. Rex* coronatur: in *Belgiū* reuertitur: honor ut *Rom. Regi* a *Belgis* habitus. 125. pace a *Franco* rupta, *Terrorvanam* astu occupat. 126. patrem *Louani* ac *Bruxella* excipit: detentam eum proditio. 128. *Fanū Quinini* frustra tentat. 129. *Brugis* a civibus capitur: de vita periclitatur. 139. 140. eos in carcere obiurgat. 143. mutat carcerem: *Brugenses* in foro alloquitur. 144. de vita laborat iterum. 145. liberatur. 152. pax cum *Flandris* publicata: violata. 155. frustra *Philippum Clinium* in partes suas traducere conatur. 156. Legatos in *Hispaniam* ad *Castella Regem* mittit. 158. pax cum *Henrico septimo Angliæ Rege*: in *Germaniam* profectio: *Albertū Saxonem Belgis* proficit. 165. 169. 171. *Suevos* ac *Baunos* conciliat: *Albertū Bavarū patri Casari* conciliat: *Insruchi patrē Casare* amplectitur: *Tyrolenses aurifodinas* inspicit: opera ac Ordines illi sacramentū dicunt: dona dāt eximia: *Baunos* inter se conciliat. 170. 171. *Tyrolis* ac alia loca transactiōne recipit: sororem *Cunigundim* inuisit. 171. pax cum *Franco*, mediatoribus *Francofurti Germaniæ Principibus*. 175. contra *Houckios* in *Hollandia* pugna. 179. *Gority* Ca-

mitatum accipit: belli *Hungariæ* causa. 181. pax cum *Matthia Hungaria Rege*: eo mortuo, cum eius vidua: cum exercitu contra *Hungaros* in hostilitate persistentes. 184. *Viennam* triumphans reuertit: in *Hungariam* Legatum mittit: *Bohemia Regis* Legatos audit: iterum cum *Hungaris* bellum: in *Sclanoniā* Legatos mittit. 185. *Albam Hungariæ* expugnat: titulum *Regis Hungariæ* sumit. 186. seditiosos milites *Germanos* punit: disciplinam militarem in *Germania* restituit: pax cum *Hungaris*: ab *Anglo* accepta *Periscelide*, ei *Torquem Ancei Velleris* remittit: *Vaiuoda Moldaviæ* ei sacramentum dicit. 187. *Annam Britonum Ducem* per Legatum uxore ducit. 191. ei a *Franconum Rege* (remissa filia *Margarita*) eripitur: hac de causa utrumque missi Legati. 193. 194. bellum contra *Francos* feruet. 218. pax cum *isdem*. 219. ducit tertiam uxorem *Blācam Mariam Sfortiam*: cum noua nupta in *Belgiū* venit: liberaliter donantur. 222. bellum *Geldris* infert: pacē faciunt. 223. *Comitia Vormatiana*: *Lodovicus Sfortia, Dux Mediolan.*, et *Comes Wirtenbergij*, *Duces* renunciātur. 228. bellum in *Italia* contra *Francos*. 230. 231. bellum contra *Heluetios* infelicitur tentat. 247. a *Franco* ac *Venetis* alienior. 250. bellum cōtra *Philippum Comitē Palatinum*, eiusque euentus. 267. bellum cum *Bohemis*: pax cum *Franco*. 268. *lucra ad Ultraiectinos*, ne *Groninganos* iuuent. 272.

INDEX

vanni ei de Frācis terror iniicitur. 285. vocatur è Germania à Belgis, ad Prouinciariū statum cōstituendum. 288. bellum cum Venetis oritur. 292. 296. contra Venetos fœdus cū Papa ac Frāco facit. 293. cum Ferdinando Castella Rege fœdus. 296. Burgundia Ducatum inuadit. 300. Heluetiorum proditione nil efficit. 301. altera pugna Blangisiana Francos superat. 303. 304. bellum italicum. 314. 317. Augustana Comitia: Viennā Austria proficiscitur: Reges Polonia ac Bohemia recipit, tractat, ac cū iis fœdus facit. 323. in Italiam expeditio. 335. reditus in Germaniam. 326. pax cum Venetis. 328. postremam in Belgii venit. 333. in Germaniam, valedicens nepoti Carolo ac Belgis, pergit. 335. aegrotat. 338. moritur: sepelitur. 339. eius conditiones ac elogia. 340. 341. 342. 343. 344. 729.

Mercurij Gatinaris, Burgundie postremi Cancellarij, mors: eius sine Cancellarij titulo successor Nicolaus Perenotus. 461

Mechlinia à puluere tormentario, à fulmine incenso, horribilem accipit cladem. 575

Moneta publica apud Belgas ingēs excessus. 175. eiusdem reductio: tumultus inde ac confusio. 178.

Montuorium Hollandie expugnatum. 188. eius translatio: conditio. 241

Monachi ordinis D. Augustini, Lusberi secta infecti, ab Ant-

uerpianis Urbe euiciuntur. 392

Mutina ac Rhegium Ferraria Ducis adiudicata. 466

Morb. Gallici, vulgo, Pockē, initium ac origo. 449

Muleasses in Regnū Tunetani à Cesare Carolo 5 restituitur. 489. à proprio filio Amida iterū euicitur. 555. ad Cesarē Legati: ipse venit. 486. eius mors. 609

Molucca insule quando reperta. 386. Carolus 5. Cesar eas Portugallis relinquit: mirum ex eorum armatibus cōpendiū ac vilulas. 388. de earū possessione disputatio. 386. 387. 388. 390.

N

Niporum frustra tentatum. 161

Nimise capta diripitur. 114

Nigra Legionis Geldro militantis victoria, ac in desperatos ciues sententia. 331. dant pœnas. 332.

Neapolis obsidetur. 448. 449. liberatur. 450. rebelles puniuntur. 451. 594.

Nicolai Perenoti, Grāuella Domini, mors. 606. eius liberorumque fortuna ac laus. 607.

Nicolaus Pollenillius cum exercitū Franciam inuadit. 700

O

Otavius Farnesius, Parma Dux: à Cesare ad Frācos defectio: à Papa proscribitur. 626. à Cesare oppugnatur. 627. 628. cum Cesare eiusq; filio Philippo in gratiā redit. 683. Regis Philippi exercitus Dux apud Insubres. 696

Obsides Germani à Brugensibus liberantur. 155

Odetus Lotrechius, Francorū in Italia

RERVM.

Imperator, Brixiam recipit. 327. Veronam obsidet. eodem.

P

Pape ad Brugenses littera pro Maximiliani liberatione. 151

Pax inter Ferraria ac Parma Duces. 709.

Petrus Guasco Sacerdos in Ditione Peruanam contra rebelles Hispanos mittitur. 612. eos superat. 623. prædā Cesari Carolo 5. ingentem adfert: fit Valencia in Hispania Episcopus. 624.

Peruane Ditionis inuentio. 383

Petrus Strozza pro Francis in Italia Cesarianis bellum infert. 558. pugna à Vastij Marchione superatur. 560.

Petrus Lodouvicus Farnesius fit Cesari Carolo 5. hostis. 559. trucidatur. 595

Pharamondus quid significet. 1

Philippus Commens à Maria Burgunda ad Francos deficit. 63

Philippus Creuecurius idem. eodem.

Philippi Creuiaci, Chimai Comitis, mors. 103

Philippus Clinius Sluzam Flandria cum utraq; Arce occupat. 145. excusat se de calumniis. 148. in Franciam pro auxilio proficiscitur: reuertitur. 161. 165. impedit ne Gandenses in captiuos sentiant. 156. Maximiliano bellū infert. 157. Francorum Regi sacramentū dicit: auxilium ab eo accipit. 192. frustra cum eo ac Belgis de pace agitur. 196. 197. Sluzam obsidetur: patrem Sluzam venire non vult. 207. auream argenteamque Sluzam cudit monetam. 208. pacē, dedita Sluzam,

cum Maximiliano facit. 209. à Cesare Maximiliano deficiens, ad Frācos proficiscitur. 223. eius mors. 224.

Philippi Austriaci, Maximiliani filij, natalis. 88. Eques Aurei Velleris. 99. à Gadēsis detinetur captiuus. 111. mittit Traxignū ad Creuecuriū: eius ironia: amplexatur Creuecurium. 118. patrem Maximilianum extra Gandanum salutat: Mechliniam liberatus migrat. 123. Ordines Belgarum Mechliniā euocat: ad liberandum Brugensē carcere patrem satagit. 147. litteras recipit ab auo Cesare Frederico. 149. pax ac fœdus cum Henrico 7. Anglia Rege. 165. accipit titulum Archiducis. 187. ordinem Equitū Aurei Velleris Mechlinia supplet. 192. à Brabantis caterisq; Belgis inauguratur. 224. 225. fœdus cum Angloronouat: Placet à Papa obtinet. 228. in Germaniam ad patrē profectior spōsa Ioāna Arragona in Belgium appellit. 230. Lira Brabantie eā in uxorem ducit. 231. recipit vniuersam à Franco Artesiam. 238. cum Anglia Rege colloquitur. 245. Bruxella numerum Equitū Aurei Velleris implet. 250. in Hispaniā profecturus consultat per Franciā sititurus, an mari. 253. in Hispaniam cum uxore per Franciam proficiscitur. 258. periculose aegrotat: Toleti Hispania Reges salutat: magnificè recipitur: Castellam Princeps appellatur: sacramentum ei dicitur. 260. ab Arragonis inauguratur. 261. per Franciam in Belgiū reuertit: aegrotat vehementer: patrem

INDEX

Casarem in Germania adit. 262. in Belgium appellit. 263. Pacem inter Hispanos ac Francos facti frustra. 264. bellum contra Geldros. 265. cum Groningans secreto tractat. 266. cum socero Rege Ferdinando de Castella gubernatione transigit. 269. Bruxella Rex Castellae proclamatur. 270. in Germaniam a patre profectio. 271. in Belgium reversum, Geldris bellum infert. 274. induciis cum Geldro facit. 275. Middelburgi Zelandiae Equitum Aurei Velleris numerum complet: in Hispaniam proficiscitur: seua laborat tempestate: in Anglia eicitur: per tres ibi menses haerere: pergit in Hispaniam. 276. novum cum socero foedus. 277. mors ac sepultura. 283
 Philippus Groniacus, Arsehoti Dux, a Francis in proelio captus. 649
 Philippus Hassiae Lanigranius queritur apud Caesaris Caroli 5. Consiliarios eum parare bellum: eorum responsum: cum ipso Casare hac de re Spire agit: nunciatur Casarem, Romanorum Regem, ac Papam Paulum bellum Lutheranis parare. 570. desertis sociis, in Hassiam pergit. 582. cum Casare transigit. 591. fit ei supplex. 592. capitur. 593. fugam frustra molitur. 625. a Casare liberatur. 638.
 Philippovilla Oppidi aedificatio. 664.
 Philiberti Chalonniij, Auranij Principis, mors. 460.
 Philippus Caesaris Caroli quinti filius: natalis. 427. despondetur illi filia Regis Lusitaniae. 546.

eam ducit. 558. filium Carolum parit, ac moritur. 569. ex Hispania in Italiam, inde in Germaniam, tandem ad Belgas venit: ubique magnifice excipitur. 600. Bruxella Brabantia magno sumptu recipitur: patrem amicaeque saluat. 601. a Belgis in Principem inauguratur. 602. Eques curiae periculo fortuito casu decurrit. 605. per Germaniam ac Italiam in Hispaniam reuertitur. 626. despondetur illi Mariae Angliae Reginae. 650. a Hispania cum insigni classe in Angliam navigat. 651. Rex Neapolis a patre appellatur: Mariam Angliae Reginam uxorem ducit: mirabiles huius coniunctionis Anglica ceremonia. 652. 653. bellum contra Paulum quartum Papam. 666. patri in omnes Ditiones, eo tradente accedente, succedit. 667. inducia cum Franco. 682. Equitum Aurei Velleris numerum Antwerpiae in Templo D. Mariae Virginis supplet. 683. patris Bruxella magnificas celebrat exequias: ruptis a Franco induciis, ingentes contra eum copias in Belgio parat. 694. 697. Fanum Quintini obsidet, expugnat. 700. Chasteletum, Hamam, Noniodunum, ac Chaunium capit. Scotos in Anglia proelio superat. 701. pax cum Paulo quarta Papa. 702. victoria contra Francos ad Grenelingham. 707. alia eius ingentes ac novae ad Dorlanum copiae: de pace cum Franco mentio infertur: bellum in Pedemonte. 708. pax cum Francorum Rege Heinricho secundo. 710.

Elizabet

RERVM.

Elizabet Francica, Regis Heinrichi 2. filia, ei despondetur. 715. mittit ei insignem adamantem: parat abitum e Belgio in Hispaniam. 716. sororem Margarita Austriacam, Parmae Duci nuptam, Belgis praeficit: Catholicam Religionem Ordinibus commendat: in altum cum classe abit. 717. in Hispaniam appellit: hereticos ibi puniit: bellum contra Mahumetistas Afros parat: sponsa Francica in Hispaniam venit. 718. eam ducit: nuptias celebrat: Hispaniam inuisum: insulam Guelbes Turcis eripit: munit: clades ad eam: iterum perdit. 719. 720. ad Oranum contra Afros victoria. 724. 725. Deo gratia acta: Operis huius conclusio. 726.
 Portugalliae Regis Legati frustra pacem tentant. 159
 Proditio Hesi dimale cedit. 409
 Protestantis unde in Germania dicti. 458. nullius Imperio subesse cupiunt. 529. Casarem Carolum quintum adeunt, rogant quare bellum parat: aperit causam. 570. Casare non salutato discedunt. 571. decreto contra Casarem bello, Duces nominant: eorum copia. 572. pacis media abiciunt: in Casarem priores ducunt. 573. a Casare proscribuntur. 575. Casari bellum indicunt: castra castris iungunt. 577. Caesaris castra tormentis oppugnant. 579. a Venetis, Anglo, & Franco frustra aurum mutuo petunt: de bello desperant: se separant. 581. pacem frustra petunt. 582. eorum pernicacia: Caesarum auctoritatem affectant. 606.

Pugna Sempachiana Austriacis adversa. 17. 29. pugna Raucmenensis Francis secunda, cadente tamen eorum Imperatore. 298.

Q

Quintini Fanum frustra Belgae tentant. 128. expugnantur. 700.

R

Ragonius, Francorum in Italia Imperator, frustra Genuam tentat: Sabandiam invadit: proelio a Casarianis superatur. 497.
 Roma capitur. 422. 426. a Casarianis militibus misere tractata deseritur. 428. 448.
 Reussij primus Comes. 459
 Remerus, Brederoda Dominus, laesa Maiestatis damnatus: in gratiam a Casare Carolo quinto recipitur. 529.
 Reineri Nassanij Comititis, ac Auratij Principis, sine liberis mors: haeres quis ab eo institutus. 561.
 Romani Gallia quando pulsus. 1
 Rodolphi primi Caesaris natalis: vitae cursus. 11
 Rodolfus Habsburgius, Rynfeldij Comes, Caesar electus contra Heinrichum quartum: memorabilis ante mortem sententia. 27
 Rhodum Insulam Turca expugnant. 381.
 Richardus Rex Angliae in Austria captus, magno se auro redimit in libertatem. 39

EEE 3

Saxonia

INDEX

S
 Saxonia vastatur. 580. 581.
 Saxones Etzardum Emda Comitem ac Groninganos oppugnant: venit Brunsvichius Saxonibus auxilio: Emdana Diuionem peruasstant. 307. frustra cum Frisus pax tentatur. 308. Damnum Frisia obfident. 309. expugnant: Oostfrisiam depopulantur. 310. 500. Diuione Groningana pellunt: mari à Geldris superantur. 318
 Secta noua in Germania ante Luthe- rum. 263. à Cesare Maxamiliano dissipata. 264
 Serui Afri in Hispania rebellat. 371
 Senensis belli in Italia occasio ac successus. 640. 642. 645. 653. 658. deuotionem Cesari faciunt. 662. in potestatem Florentie Ducis constituuntur. 703
 Singulare certamen duorum nobilium virorum Valledoleti presente Cesare Carolo 5. 395
 Sigismundus Austriacus, Comes Tyrolis, omnes Diuiones suas in Casarem Maxamilianum primum transfert. 171
 Smalcaldici foederis inter Lutheranos initium ac renouatio. 459. 464. 467. 490. 568. 569. 570.
 Smalcalla oppidum ubi situm. 568
 Sudor Anglicus Europam vastat. 459
 Suenici foederis ac belli in Germania initium. 88. 170. 246. eius finis. 464

T
 Terneramonda astu ab Austria- cis capta. 112
 Terouana à Belgis capta: frustra eam Franci recuperare conantur. 126.

de comitatu à Belgis prouidetur. 128. 129. 130. 131. 132. à Francis recuperatur. 132. 133. à Belgis obfidentur. 498. 503. 544. capitur, ac solo equatur. 646.
 Tempestas periculossissima. 543. 720. 724.
 Thene Brabantia capitur, diripiuntur, incenduntur. 174.
 Thermai Regulus, Francici exercitus Dux, Flandria inuadit: Dinker- cam, Bergas D. Vinoci capit, spoliat, exurit. 705. ab Egmōdij Comite pugna superatus, capitur. 706. 707.
 Thomas Plainius, Burgundie Cācellarius. 233
 D. Truspertus. 7
 Tornacum Belga, eiectis Francis, capiunt. 380. Aureum hic Vellus confertur. 468
 Trans-Isalana Diuionis Imperium in Casarem Carolum 5. eiusq. successores. 431. 441. sacramentum Cesari dicunt. 433
 Traiectum ad Mosam integrum Brabantia asseritur. 464
 Tridenti Concilium Christianorum Patrum à Papa Paulo 3. indicitur. 541. initium sumit. 564. transfertur Bononiam. 596. iterum Tridentum remittitur. 611. Patres Tridento ob Lutherana arma fugiunt. 631. iterum conueniunt. 721. finitur, ac publicatur. eodem.
 Tunetum capitur, ac diripitur. 488.
 Turca Austria Prouincias inuadentes cum clade euiciuntur. 193. Hungariam occupant: Viennam Austria oppugnant. 457. eorum clades. 470.

Veneti

RERVM.

V
 Veneti à Francis proelio victi. 294. Pōtifici recōciliantur. 296. foedus cum Papa ac Hispanis contra Francos: inducia cum Cesare Maxamiliano primo. 298. oppugnatur à Cesare ac Hispanis. 305. pugna ab iisdem superantur: bellum in foro Julij cum Cesarianis ac Austriacis. 306. 311. oratio eorum Legati ad Casarem Maxamilianum primum desperationis plena. 328. pax absoluta. 337. 374. 399. Verona eis restituitur. 330.
 Vitvorda capta incenditur. 166
 Ultraiectina seu Traiecti ad Rhenum Diuionis translatio in Casarem Ca-

rolum quintum eiusque posteros. 428. 443. 441. sacramentum Cesari dicunt. 443. 444. Vrbs astu, eiectis Geldris, recuperatur. 437. rebellio- nis contra Antistitem auctores pro parte puniti. 439. Castrum in Vrbe Freburgum edificatur. 445.
 Vassenarij Regulus Frisus oppugnat. 327. 403. vulneratur: Gelaros pugna superat: moritur. 404.
 Virichus UUirtembergij Dux pulsus restituitur. 477.

Z
 Zinglius Apostata pugnans contra Catholicos in proelio occiditur. 468

Errata aliquot leuiuscula, tam autographi quam operarum, sic restitue.

Pag. 5. lin. 27. Herro, lege Herpo. 6. 14. Saluiarū, lege Salinarū. 12. 9. Bricacum, lege Bri- facum. 14. 6. è quoq. 3. l. ge è quibus. 13. filius, lege filio. 26. suę familia, lege primus huius familia. 18. 15. obiit. lege obiisset. 23. 7. & 24. 2. & 34. 4. libro primo nostre historia, adde Burgundica. 23. 19. Exancis. lege Francis. 33. 40. dederęq. lege dedere. 39. 22. qua- latus, lege quam latus. 48. 4. 5. partē, lege partim. 56. 10. Belgiarum, lege Belgarum. 23. gerens, lege ingerens. 62. 40. cauernet, lege cauerent. 64. 7. perfidum, lege per fidum. 28. Bergonis, lege Berganis. 71. 17. contempto, lege contemptis. 72. 37. Vendrei, lege Vau- drci. 89. 38. instantes, lege instantibus. 95. 12. Croniacus, lege Croniacus. 97. 9. Caron- deletus, lege Carondeletus. 98. 5. minutam, lege munitam. 101. 22. conceperant, adde- ingens. 124. 9. Principi, lege Principe. 126. 10. Espangiam, lege Espangium. 143. 30. duodecimumque, lege decimumque. 152. 3. Hannonius, lege Hannonius. 154. 23. Han- nonio, lege Hannonio. 155. 12. fœtis, lege fœminis. 176. 32. Aegidius, lege Franciscus. 203. 14. non minus fideles, lege non minus quam fideles. 247. 17. pro, lege sed pro. 262. 9. Pcpuanum, lege Perpiniatum. 263. 9. Vlnam, lege Vlnam. 272. 15. Principem, adde factam. 336. 16. Tenchros, lege Tenchteros. 460. 7. Babylonio, lege Balonio. 463. 4. vi- ros, lege virorum. 510. 19. quietus, lege quietis sine commate. 612. 9. Rhegię, lege Regię. 628. 15. coquere, lege coquere. 655. 22. commoditatem, lege commoditate. 688. 7. pro- motores, lege motores. 695. 14. Lapidī, lege Lepidi. Annum Christi à pag. 56. ad usque 89. omisum facile supplebis, in initio lib. 1. Vita Maxamil. Cas. in marg. hunc asseribendo numerata, 1477.

Priiilegium.

CAutum est Regia Maiestatis Priuilegio, ne quis sex proximis Annis præter Martinum Nutium imprimat, nec alibi impresos distrahat Ponti Heuteri Delfij Præpositi Arnhemensis Historiarum Rerum Belgicarum Libros Quindecim, nisi malit fieri obnoxius pœnis dicto Priuilegio disertè explicatis, dati s̄q̄. Bruxellæ XIX. Maij, Anno 1598. subsignatumq̄.

F Le Comte.

Censura.

Libri Quindecim Rerum Belgicarum Authore Ponto Heutero Delfio, Præposito Arnhemensi, nil continent Ecclesiæ Catholicæ, Romanæ fidei nec Religioni aduersum, ac proinde cum vtilitate ac fructu Lectorum excudi posse, censeo. Actum Bruxellæ, 22. Decembris. Anno 1592.

*Ita Atestor Martinus
Cools librorum Censor.*

